



Digitalizacja 2009

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury
i Dziedzictwa Narodowego

**Ministerstwo
Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego.**







Antinomiarum Iuris Civilis,
SIVE
Disputationum ex
H V B E R T I G I-
PHANII IC. SVMMI, SAC.
CÆSAR. MAIESTAT. CONSILIA-
rii,&c. Prælectionibus desum-
ptarum

LIBRI QVATVOR.

QVIBVS, SERVATA SERIE TITVLORVM IN-
stitutionum Imperialium, artificiosa methodo, MEDULLA VNI-
VERSÆ IURIS PRUDENTIÆ continetur; additis ex toto Iure
Obiectionibus & Solutionibus, iisdemque certum
in ordinem redactis

A B

E X I M I O D. C O N R A D O O L E M A N N O , S.
Opus Iurium studiosis, Respondentibus, Opponentibus, & infor-
versantibus utilissimum, & apprime necessarium.
Cum INDICERUM & verborum locuplete.



F R A N C O F V R T I .

Sumptibus IOANNIS IACOBI PORSSII
Typis vero Nicolai Hoffmanni.

ANNO M D C V.

HABERLIC

DE LIVRE D'AMOUR
DU RENAISSANCE



MS

S-1

340 : 0941096 = 71

1. Począć czytanie

3



ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMI- nolo a n n i, Palatino Rheni, Duci Bauariæ, Comiti Veldentiaæ & Sponheimiaæ, &c. Principi & Domino suo clemen- tissimo. S.



¶ vi quadringtonos ferè ab hinc annos ; illuſtriffime
Princeps, Domine clementiffime, ius ciuile tracta-
runt, eorum multi, & pro veris falsa docuerunt, &
libros suos alieniſſimis quæſtionibus refererunt, &
ſine ullo ordine omnia tradididerunt, loquendi genus
tam monſtroſum ſibi conſingentes, ut ſi veteres illi,
Ulpianus nimirum, Papinianus, & alii iuris Anti-
ſites reuiuifcant, multis ſibi interpretibus, ad eos, qui ſua ſcripta interpre-
tati ſunt, intelligendos, opus eſſe dicturi ſint. Erant illi ut artium huma-
niorum ignari, ita ambitione caeca tumidi, indecorumque ſibi arbitrabar-
tur, cuiquam adſentiri, & tum demum ſibi pulchri videbantur, ſi ſuper o-
rum placita labefactare, ipſi autem aliquid, quod ante ſe nemo dixiſſet, af-
ferre potuiffent, unde factum, ut quaſi clauum clauo, ſic opinionem opinio
ne trudentes, miris modis omnia miſcuerint, talemque preceptorum omnis
generis farraginem nobis reliquerint, ut ſi quis rufiſcus hordeum, triticum,

E P I S T O L A

leguminaque alia in unum conferat, vix perturbatiorem h̄orum commen-
tariis aceruum facturus videatur.

Sic enim ubi de auctoritate Magistratum agitur, insertum simul ali-
quid de testamentis video; de emione & venditione ubi differit, de
panus simul aliquid aut de auctoritate tutorum dictum inuenias; & nihil
certam suam sedem domiciliunque habere cernas, quin alienissimo aque
facile ac suo pertractatum loco reperiatur. Hinc crebra illae ex uno loco in
alium reiectiones, quibus quod hic tractandum erat, ex alio loco petendum
dicunt, in quo reperiri tale aliquid, nisi admonitus, ne diuinare quidem
vnquam quis potuisse. Ridendum se exponat paterfamilias utique, si
vestem non in vestuario sed in arca panaria recondat, panem exputeo hau-
riat, pisces in nemore, lepores in piscina inclusos habeat; Quid igitur de il-
lis statuendum putemus, qui caelum terrae quasi miscentes, quidlibet in quo-
libet tractare, quam suum in locum reponere omnia maluerunt? Cum vel
ex Xenophonte, nihil esse aut pulchrius, aut ad usum commodius, quam
ordinem, nihil contra aut aspectu fædius ac deformius, aut quod plura o-
mnibus rebus incommoda adferat, quam confusione & perturbationem
conset.

Apparet hinc opinor, quam vana sit quorundam persuasio, qui abs-
que aliarum artium scientia & cognitione, Iurisperitos se fieri possibili
imaginantur. Nam ut alias iam artes taceam, quarum ad Iurisprudentiae
cognitionem adspirantibus utilis admodum supellec est & necessaria; Lo-
gicis certe si quis parum instructus artibus, mare hoc vastum traiicere ten-
tet, vix promouebit alind, quam ut periculis illis scopolis, naufragus
ad suos reuertatur. Facultatem haec artes loquendi, differendi & persua-
dendi suppeditant, quae si destitutus Iureconsultus sit, partes suas quomodo
tandem tuebitur? Semper ei ab aduersario contradicitur, semperque ut
causam suam obtineat ei adnitendum, qui differendi peritus si non sit,
quomodo aut desiderium suum apud Iudicem proferet, aut alterius inten-
tionem impugnabit? quomodo accessoria ab iis quæ substantia sunt separa-
bit? aut quæ tandem pacto subterfugia, cauillationes, imposturas, captiosa
argumenta, quibus aduersarii vele labi, vel alios irretire nituntur, depre-
hen-

DEDICATORIA.

bendere poterit? Quod si & proprietates vocis cuiusque nosse, & ambigua aperire, perplexa discernere, & de falsis iudicare, si colligere ac resoluere quæ velis, in foro versans is patroni est quis Logicarum artium ignarum Iure-consultum feret? Quemadmodum enim Thosces ille, labyrintho Cretense inclusus, ni Ariadnes filum secutus fuisset, evadere ex tortuosis illis am- bagibus incolmis non potuisset; sic nisi quis Logicas, quæ Ariadnes fili instar sunt sequatur regulas, in forisibus disputationibus, aliisque iuris la- byrinthis succumbet facile.

Tametsi enim, ut Iustinianus Imperator alicubi affirmat, nulla in iuris volumine antinomia & contradic̄tio reperiatur, tanta tamen quandoque textuum pugna litigantibus in foro obicitur, ut vel doctissimum quemque exercere possit, medium ut ab imperitis facile concilietur. Hinc est, quod Iustinianus ipse met, pro defendenda veritate, diuersitatū rationes, subtili animo excutiendas admonet, volens nimirum, caussarum patiorum Logicae potissimum peritos esse, cuius beneficio occulte aliquid in textibus possum producant, quod dissonantie querelam dissoluere, & aliam ab aduc- sariorum opinione naturam legibus inducere queat. Omnino enim in con- cordiam reducenda leges sunt, ut veritatis lux, remotis contrariis, aten-bris expurgata producatur, quod ipsum quidem aliter quam disputando scrii non potest. Disputationibus enim veritas ostensa facilitate per politur, & qua singuli didicerunt, quasi in unum collata, ad quemcunque differen- do transmittuntur, ut iam in rebus iudicandis communem interpratum sententiam sequi liceat..

Caterum cum apparentes in omni iuris materia antinomias eleganter non minus quam dextre & solide in disputationibus hisce, ex doctissimis clarissimi viri D. Huberti Giphiani prælectionibus desumptis, exami- natas, discussas & dissolutas viderē, omnem admouit lapidem, quo publici iuris facta, omnibus iuris studiosis communicarentur, certius omnino, fru- etum inde ad eos uberrimum peruenienturum..

Sub eis studiis autem V. Princeps clementissime, augustissimo nomine lucer eis aspirere volui, ut laudabilem veterum consuetudinem imitarer, apud quos in more positum fuit, ut inauguro noho Regi & Principi, m-

EPISTOLA

nera non solum ab indigenis & subditis, sed etiam ab exteris longeque a re-
gno suo remotis populis, felicis omnis & gratulationis ergo offerrentur. Si-
enim qui res Chaldaeorum, Persarum, Gracorum & Romanorum descri-
pserunt, populum commemorant, honorem hunc debitum Regibus Princi-
pibusque suis semper exhibuisse, ut cum primum diadema & religiosis
ceremoniis initiati essent, munera ipsis obtulerint, quo testimonium gratu-
lationis & abundantiae ipsorum, aliquid exstaret. De Salomonem in libris Re-
gum legimus, quod in dictione sua kabuerit omnia regna, a flumine terra
Philistinorum, usque ad terminum Aegypti, offerentium sibi munera, &
seruientium ei cunctis diebus vita eius. Christo Iudeorum Regi & totius
mundi Domino recens nato, munera a Magis oblata esse nouimus. Me-
moria autem proditum est, Consulibus Romanorum, cum consulatum a-
dirent, a prouinciarum legatis oliue ramum, quo iurisdictio superioris
magistratus significabatur, oblatum fuisse, sed & Graci suis senioribus ad
gubernacula primum accersitis, ludos decreuerunt. Iosephi in antiquita-
tibus Iudeorum, auctor est, Hircanum Iosephi Questoris filium, Aegyptio-
rum Regi Ptolem&ocentum nobiles masculos, liberaliter institutos & edu-
catos, singulos talento emptos, dono dedisse, ut filio eius recens nato, futuro
Syria Domino gratularetur.

Tametsi vero ego Princeps clementissime, munus tam eximium Celsi-
tudini V. profelici eius inauguratione, qua ad principatus patrii guberna-
tionem Celsitudo V. non ita pridem accessit, offerre non possim, aliquod ta-
men obseruatio mea erga eam testimonium exstare volui, bona spe fretus,
Celsitudinem V pro singulari sua comitate & clementia, studium hoc me-
um non aspernaturam, sed vel Artoxerxis Persarum Regis exemplo, gra-
tum habituram, qui rusticum quandam, utraque caua manu haustam ex
proximo flumine aquam sibi alacri vultu offerentem, phiala aurea & mil-
le Daricis donauit, cumque ei stenti utrem sordidum putris aqua ha-
ustum continentem, quis exhibuisset, rogatus, ecquid sibi placuisset potus,
& Deos testatus est, nunquam se vinum potasse iucundius, & hominem
muneris istius auctorem paupere diuitem fecit.

Commendata mihi aliquoties est ab affine meo Balthasare Calbachio,
quem

DEDICATORIA.

quem domus Lichtenbergica moderatorem C. V. iam habet, singularis
Celsitudinis V. comitas; comensorata sapientis in signis erga hæc studia pro-
pensio; amor autem & ardor iuuandi & promouendi doctorum homi-
num honestos & laudabiles conatus, velinde latere nemine possunt, quod
ut Poeta dicit, fortes creentur fortibus & bonis; illustrissimus vero Celsi-
tudinis V. parens, cuius iam in benedictione memoria est, datum cum sum-
ma comitate & facilitate copulatum doctorum & ingeniosorum viroru-
amorem habuerit, ut illustribus beneficentia sua radis, universum hoc
Musarum & doctorum virorum cælum, Solis instar lucidissimi irrigarit
& collustrarit, quo magis futurum mihi omnino polliceor, ut liber hic, ab
illustrissimo C.V. nomine, quod summa sibi cupiditate prescripsit, trahat
aliquid, unde acceptior in manus hominum perueniat, quem ut benigno-
susceptum vultu, tueri Celsitudo V. illustrissima velit, ea qua decet, animi
deuotione submissè peto, Deum vehementer etiam atque etiam rogans, ut
illustriss. C.V. quam diutissime florentem ac sospitem esse iubeat. Fran-
furti ad Mænum Prid. idus Septemb. An. 1605.

Illust. C. V.

Subiectissimus.

M. Gotardus Arthus Dantiscanus.

LIBER

Digital India



LIBRI IV.
DISPUTATIONVM
IVRIS CIVILIS E D. HVBERTI GI-
PHANII IC. PRÆLECTIONIBVS, QVAS AD QVA-
TUOR Institutionum Iustiniani Imperat. libros Argen-
tinæ anno 1578. priuatim dictauit, desumptarum,
cum obiectionibus & resolutionibus
D.C.Olemani. IC.S.

P R O O E M I V M.

De usu Antinomiarum seu contrariorum.

Veritas magis elucescat , ei ex aduerso falsitas seu pugnantia sunt opponenda , quæ à Iustin. Antinomia vocantur in l.1.§. null. C.de vet.iur.enucl. Et hoc vt in aliis rebus : ita in hac legali disciplina est utilissimum , cum per id leges in concordiam reducantur , atq; ita veritatis lux à tenebris expurgetur. Quod re- ctius fieri non potest , quam si certæ conclusiones dis- putandæ proponantur , ac contrariis solutis & diuer- sis remotis explicitur. Hoc enim in omnibus rebus naturaliter fieri solere , vt scilicet disputatio fori desideretur , ICtus Pomponius in l.2.§. his ll. ff. de ori- gine iuris author est , & Iustin. ipse quarti legalis anni studiosos cognomento hoc ornat , vt dicantur λύται . (vbi Accurs. male legit hyrci vel hyrqui quasi

PRO O E M I V M L I B . I V .

Subtiliter videant) qui tantum profecerint ut legum enigmata possint solvere, in constitut. omnem. ff. præfixa §. sed quia solidum. Non autem rectius soluntur, nisi per disputationes. Disputando namque veritas ostensa falsitate ppolitur, & inquiritur, & quæ singuli didicerunt quasi in vnū collocata, ad quem cunq; differendo redeunt, vt eleganter loquitur W el. in presat. Instit. Et quis Iustin. Imp. in d.l.i. §. null. itaq; & l.2. §. his igitur ll. C. de veter. iur. encl. affirmet, nullam in libris nostris esse antinomiam: Tamen Doctorū autoritate aliquorum textuum est pugna, vt qua ratione conciliari possint, vix videantur. Contrario autē oblatō nemo statim cogitet veram sententiam corruec, sed habeat in conspectu quod Iustin. monet in d.l.2. §. contrarium C. de vet. iur. encl. vbi dicitur, debere aliquem pro defendenda veritate subtili animo diuersitatis rationes excutere, quia sit vel nouum inuentum vel occulte possum, quod dissidentiae querelam dissoluat, & aliam naturam inducat discordie fines effugientem. Ut igitur idipsum rectius administretur & omnia ad veritatem inquirendam dirigantur, in specie contraria vel diuersa, deinceps erunt breuibus solutionibus refutanda. Antequam autem ad libri institutionum titulos perueniamus, hic in proœmio exempli gratia, aliquot generalia themata excutiemus.

Thema 1. Ius & iurisprudentia idem sunt.] Huius thematis cōtraria diligenter sunt euncleanda. Obiicitur autem sic. Res diuersis definitis & definitionibus traditæ, vnum idemque non sunt. Ius & iurisprudentia sunt duo definita diuersa & diuersas habent definitiones. Ergo idem non sunt. Minor probatur. l. 1. in princ. vbi definitur ius ex Celso, Ars B o N I & A E Q V I. & l.10. §. fin. ff. eod. definitur aliis verbis iurisprudentia. Resp. Maior simpliciter non procedit. Possunt esse duo definita, diuersa quidem appellationibus, significatione tamen eadē, id quod hic sit, & possunt diuersis vocabulis definiri, vt tamen in rebus conueniant, id quod hic quoque sit. Vlp. namque relatam Celſi definitionem latius sub nomine iurisprudentia in d. l.10. §. fin. ff. eodem. explicat. Sed inquis, Vlp. in diuersis locis hasce definitio-nes tractat, in lib. 1. Institut. Ergo non est verisimile vnam esse: cui si occur-rendum. Vlp. in lib. 1. Institut. simplex & breuis esse voluit, & iuuentutem in primis istis cunabulis varietate non onerare, vt fieri certe debet, idcirco in l. 1. in pr. ff. eod. tantum est contentus concisa iuris definitione ex Celso relata. illam tamen explicat latius in princ. lib. regularum. genere ex definitione phi-losophiæ mutuato, & differentia addita ex Celſi definitione iuris cōcisa. Sed instes contra datam iam solutionē: Si ex Celſi definitione quid assumisset Vlp. retinuerisset potius vocabulum artis, quo Celsus utitur. Et certe longe dif-ferunt ars, scientia & notitia. Nam ars praxin & actiones respicit. Scientia & no-

& notitia speculationes mentis. Vnde apparet non esse unum. Respond. Artem & scientiam vel notitiā in hac materia omnino confundi, ut ex l. 1. §. 1. ff. eodem probatur. Non enim tam sunt curiosi & antiqui ICti in distinctione horum vocabulotū, ut nec in aliis rebus, & Grammaticis regulis se astringi non patiuntur. Iterum instes. Qui artē & scientiam confundit, finita cum infinitis confundit. Ars enim est finita certis praeceptis. Scientia praeceptis se includi non patitur. Resp. Hac instantia ex philosophis extructa, in iurisprudentia non procedit, ut Cuiac. lib. II. obs. c. 8. satis indicat: vbi dicit. Quaedam scientia est, quæ modum nullum habet: quæ fines suos egreditur. Tandem inquires. Accurs. hic in §. 1. in verbo NO TITIA, ita distinguit: Iustitia est virtus. Ius est executio virtutis: Iurisprudentia est iuris scientia. Ergo non unum & idem sunt. Resp. Concedo iustitiam esse virtutē, ex qua omne ius permanat, sed ius & iurisprudentiā unū & idem esse & Vlp. & Iustin. placuit, ex qua arte vel sciētia iuris deinde executio existit. Executio illa mediātē iure per iurisperitos administratur ex sententia ICti Pōponii in l. 2. §. p. est origine. ff. de orig. iuris. vbi dicit. Quantū est ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura regere possint.

Thema 2. Ius à iustitia dicitur.] Cōtra obiicitur sic: Opposita iuxta Grammaticos à simplicibus descendunt: Sed hic est secus. Ergo male. Respond. Vlpian. in l. 1. ff. eodem. rerum magis ordinem, quam verborum & syllabarum consideravit Stoicos secutus. Ut enim ius hoc est Ars vel scientia, fluīt ex iustitia, hoc est, ex virtute, quæ in voluntate consistit, ea quo posterior est: ita inspeccōto rerum ordine, ius recte à iustitia deducitur. Sed insto: Si Vlp. recte dicit, Iustin. errat in Nov. 69. vt omnes obedient, in pr. vbi inquit: Omnia perfectissima est virtus, q̄ iura omnib. distribuit & à causa cognominatur iustitia. Si à causa cognominatur iustitia, à iure recte dicitur & econtra. Resp. Ius dupliciter accipitur, primo pro naturali rationis luce & predictamine naturali quo ad iustitiā colendā naturaliter ducimur. Aspectu huius iuris in natura siti & positi iustitia recte à iure, hoc est, à naturali rationis iustitiā dicitur, cū inde fluat. Et de hoc iure, loci philosophorū, q̄ cum hac materia pugnare videntur, fere omnes accipiendi sunt, quemadmodum etiam de hoc iure hunc Iustin. locū intelligendum esse pleriq; volunt, ita ut ex causa, id est, iure hoc, vel rationis dictamine, virtus illa prima prodierit. Secundo ius pro arte, quæ ex iustitia. primum extitit, accipitur, & tum ius à iustitia recte dicitur. Sed insto contra datam solutionem. Iustin. ius illud, ut in natura est positum non consideravit, cum in toto iure illius iuris non fiat mentio & alias ICti & Impp. magis ius illud, quod in arte positum est, considerent. Respond. Rectius secundum mentem Iustin. causa hic pro fine accipitur, qua vere initio posuit, iustitiam omnibus iura

distribuere, finis enim iustitiae est suum cuique tribuere, & inde cognominatur, hoc est, suum esse accipit.

Thema 3. Iustitia est constans & perpetua voluntas.] Obicitur sic. Iustitia in nullo homine est perfecta, constans & perpetua, quod ex scripturæ locis hic Accursius ostendit: Ergo male sic definirur. Resp. Pro subiecta materia tantum de iustitia civili & legali loquimur, non de diuina quæ in iustissimo etiam & sanctissimo homine vacillat, quia iustus coram hominibus iustus coram Deo non est. Insto. Si tantum de legali est accipienda, adhuc tamen verum non est, iustitiam esse constantem, quia homines saepe aberrant à iustitia, & affectibus suis turbati saepius contra iustitiam agunt. Respond. Iustitia dupliciter consideratur absolute & relative. Absolute considerata, semper suum cuique tribuit: hoc enim iustitiae est proprium, & aliud ei affungi non potest, & quod iniquum est iustitia dici non potest, cum ut aliae virtutes omnes, perfectionem quandam in se contineat. Relative considerata respectu hominis in quem cadit, saepe aberrat, non per se sed per accidens, idque non vitio sit virtutis, sed hominis, qui eam colere, & semper suum cuique voluntate constanti tribuere debet, ut in textu est dictum. Atque ita hoc recte affirmatur & soluitur à I.C. Paulo in l. pen. ff. de iusti. & iur. vbi dicit ius etiam tum dici, cum inique prætor decernit, relatione scilicet facta non ad id quod prætor ita fecit, sed ad illud, quod prætorem facere conuenit. Insto. Si hoc vis, obstat lex 1. de exercitor. actione l. aut facta ff. de pœn. §. pen. In iust. de iur. naturali. gent. & ciuil.. vbi dicitur ius mutari pro circumstantia locorum, temporum & personarum, & mutari tacito consensu, vel alia postea lege data. Ergo iustitia, ex qua ius fluit & quæ ius respicit, non est constans, cù effectus non sit deterior sua causa. Resp.. Certum estius ciuale, de quo textus prædicti loquuntur, saepe mutari, ut scilicet edicta ciuitatum saepe pro utilitate ciuium, pro tempori ratione mutantur, sed mutatione illa a vtpote accidente, non obstante, nihilominus iustitia constat, & manet voluntas, vult enim suum cuique tribui, quod tunc facit quando pro ratione temporis & pro utilitate ciuium ius variatur, & forte nisi mutaretur, iniustum quidem facile oriri posset. Et hoc sine interdum ius naturale vel gentium mutationem quandam à iure ciuali accipit, puta, quando furioso & pupillis non permittitur suis bonis prout placet vti, & tantum naturali ratione quilibet sit suarum rerum Dominus & liber moderator. l. in remandata. Cod. mandati. & hoc non pugnat cum dict. §. sed naturalia: vbi dicitur iura naturalia prouidentia diuina esse firma, quia simpliciter & semper sunt firmae, sed interdum tamen limitationem talem propter æquitatem in certis casibus capiunt, alias esset iniustum magis velle ita.

Ita furiosum & pupillum defraudare. Insto. Quamvis hæc omnia concedam, tamen theme hoc ideo est falsum, quia genus proximum non adest. Nam omnis iustitia est virtus, & virtus deinde est habitus, habitus est corporis & utilitatis. Respon. ICti non ita sunt allegati regalis Dialecticorum & Philosophorum. Aristoteles quidem in Rhetor, iustitiam definit habitum, quæ tamen etiam ICtus Vlp. l. 10. in pr. ff. cod. satis indicat, dum iustitiam definit constantem & perpetuam voluntatem, quibus verbis habitus ex pluribus actionibus comparatus demonstratur. Insto. Sed tamen in diuersis hæc subiectis: voluntas est in mente, habitus in actione. Resp. Hic habitus exprimitur & simul voluntas semper velle aliquem in se agere: Nam quamvis semper aliquis agat, tamen si aliquanda non velit, non est iustus; & hæc sufficiant.

Thema 4. Iustitia suum cuique tribuit.] Contra obiicitur sic: In toto iure nostro multa reperiuntur, quæ à iustitia tramite aberrare prima facie videntur. Sed sciendum est, nihil sine causa esse constitutum, id quod ex oppositis contrariis rectius eluccescet. Primo valde pugnare videtur cum iustitia lex § fin. ff. de Nouationibus & delegat. in fin. vbi dicitur pupillum promittētem sine tutoris autoritate obligari vel naturaliter vel civiliter, quod satis verba præcedentia ostendunt. Nouatio enim alias fieri non posset, quæ est transfusio prioris debiti in obligationem aliam ciuilem vel naturalem. Ergo pupillus hic sine tutoris autoritate mutuam pecuniam dans obligatur, & debitor à priore creditore liberatur. Certi autem iuris est, pupillum sine autoritate tutoris nihil promittere posse, toto tit. Institut. de authoritat. tutor. §. admonendi. Institut. quibus alien. licet vel non. Et ob id tutores dantur, ut indemnisi pupillus seruetur: nam id naturali rationi conueniens esse, ut qui perfecte & tatis non est, alterius tutela regatur, Iustin. Imp. in § fin. Institut. de Attii. a. tutor. testatur. Resp. Pupillus in d. l. § fin. de Nouat. obligatur quidem, sed quamvis absque tutoris autoritate stipulanti promittat & det pecuniam, obligatio tamen effectum non habet, sed est nulla, quo ad ipsum pupillum, qui nouauit, ut Iustin. Imp. in § præterea. Institut. quib. mod. tollitur obligat. ostendit, vbi ita soluit: Naturalis autem obligatio propter consentum est inter creditorem & debitorem, propter nouatam obligationem & priorem sublatam. Wesenb. in §. pupillus. Institut. de inutilib. stipulat. Pupillus igitur stipulatorem obligatum sibi habet, qui totum reddere cogitur, tanquam ex causa indebita, & vindicare si extat, si consumtum, condicere potest, quia sine tutoris autoritate fuit datum. Et sic etiam lex si pupillus. 127. de verb. oblig. soluitur. Secundo insto: Ad euertendum theme facit materiā iusū capionum, quæ nil nisi iniuriam redolet; cum auferat domino id, quod domini est, & quidē

PROCEMIVM; L. & IV.

Sine facto ipsius, quod fieri non debet. l. id quod necessarium est. ff. de reg. iur. quāuis mala fide possideat, & sciat se rem alienam tenere. §. quod autem In*situ*. de *vſucap*. Resp. *Vſucapio* non contra iustitiam sed bono publico est introducta. l. i. ff. de *vſucap*. & *vſurpat*. ne scilicet rerum dominia sint in incerto. §. i. *Inſtitut*. de *vſucap*. & *long. temp. prescript*. quia Reipubl. interest certos esse rerum dominos, secundo corrigitur negligentia dominorum res suas non curantium & sic factam scientiam leges inducunt: Nam iura vigilantibus sunt scripta. l. *pupillus*. i. 4. in fin. ff. quæ in fraud. credit facta sunt. Tertio ut litium sit finis. Nam Reipubl. interest lites finiri, *toto tit. ff. de transactionibus*. & ad officium iudicis pertinet lites diminuere. l. *quidam*. 21. in fine. ff. *derebus crediti*. Alioquin actiones forte dubium euentum habentes diu ventilarentur. Hæc tria cum attenduntur, alienasse videtur, qui patitur rem suam *vſucapi*. l. *alienationis. de verb. signif*. Tertio insto contra datam solutionem. In *Nou. 9. vers. habeat itaque. vbi agitur de præscriptione & vſucapione*, vocatur *vſucapio* impium præsidium. Ergo, quia ipse Iustin. improbat *vſucapionem* in posterioribus suis constitutionibus, quæ prioribus derogant l. vlt. ff. de *constitut. Principum*. merito amplius nostro tempore *vſucapio* locum non habebit. Respond. Loquituribi Iustin. de *fraudulenta vſucapione*, quæ fit in rebus Ecclesiasticis, quibus auari inhiabant, quæ tam facile propter fauorem præscribi non possunt. Nec loquitur de ea, quæ ex negligentia priuatorum ostitur, de qua iura ciuilia loquuntur, quamuis *Oeconomus* rebus Ecclesiasticis per præscriptionem quadraginta annorum, alienatis à Cenobio vel venerabilibus domibus possit conueneri, ut quod per negligentiam & patientiam sibi erexitur est, restituat. Certum enim est ut ante dictum, in pœnam desidię *vſucpcionum & præscriptionum iura esse inuenta*, ut probat *Wesen. in tit. ex quibus causis maiores. num. 4. in fin. ex d.l. alienationis. ff. de verb sign*. Quarto insto. Iustitiam suum cuique non tribuere satis materia *vſurarum odiosa ostendit*, nam in iis aliquis fit locupletior cum alterius detimento, quod iure naturæ iniquum est, & sic contra iustitiam. l. *iure naturæ equum est. ff. de reg iur*. Resp. Impp. quidam prohibuerunt *vſuras* cum viderent eas esse contra naturam: sed alij tamen eas in forum reduxerunt, & permisérunt, videntes humanam societatem conseruari non posse, & pauperiores sape in magnas angustias redigi nisi permisis *vſuris* aliunde suis necessitatibus succurratur, & ideo contemplatione publicæ vtilitatis *vſuræ* tolerantur & excusantur vtpote ab Impp. Christianis permissæ, de quo plura *in tract. Dn. Borcholt. de vſur*. Quinto insto. Sed non posse omnia ad iustitiam reuocari, probatur satis l. *in causa*. 16. §. *idem Pompon. ff. de minoribus. l. item si pretio. 22. §. fin. ff. locati*. vbi in precio emtionis & venditionis, locationis & conductionis, licet

licet contrahentibus naturaliter se decipere, cum tamen deceptio dolus sit, & dolus suum cuique non tribuat, sed potius auferat. Resp. Dolus in iure duplex est; malus & bonus, ut venenum bonum & malum. *l. qui venenum. ff. de verb. sign.* Malus dolus est machinatio fraudulenta alterius decipiendi causa instituta. *l. l. §. dolum. ff. de dolo malo.* Qui ab omnibus contractib. longe absesse debet. Nulla enim est venditio, si in hoc ipso ut venderet quis, sit circumscriptus, *l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo malo.* Et contra talem dolum prætor subuenit edictio de dolo malo. Bonus dolus est, qui à legibus est concessus propter communem utilitatem contractuum, de quo hæc duas *l. loquuntur.* Naturaliter enim est concessum, hoc est, iure Gent. usu commerciorum id exigente, minoris emere, id quod pluris est, & pluris vendere id quod minus est, & publica utilitas & commerciorum necessitas non patitur. Contratus bona fide initos facile rescindi, & sibi quilibet imputet, quod consensum accommodat, neque iniuria ei fit, qui exiguo precio rem suam in alium vult transferre. Dolus igitur talis magis est in re ipsa quam in animo contrahentium, idcirco legum autoritate est probatus, & quod lege permittente fit, pœna non meretur. *l. Gratibus. C. ad l. Iul de adult.* Totus itaque tit. *ff. & C. de dolomalo,* ad malum dolum pertinet, ut & rubrica indicat. Deinde quod Paul. habet *l. Thess. 4.* Neminè debere fratrem in negotio circumuenire, id spectat ad iustitiam diuinam, cuius respectu nec sanctissimus hominum iustus: & respicit maxime animum fraudandi, quod græcum verbū odiosum apud Paul. indicat, cum in *Nou. 97.* sit verbum περιγέγεν, quod fraudem nō importat. Bonum autem dolum qui committit, ooram mundo in iudiciis iustus pronunciatur propter utilitatem commerciorum, quæ propter minimam summam non annihilatur, nisi forte ultra dimidiam precii partem aliquis laetus sit. *l. si utilitate. 8. in fine. Cod. de residen. vendit.* Sed insto. Audio dolum bonum esse concessum, malum vero prohibitum: sed malum dolum etiam admitti & valere expresse probatur, *l. sub pretextu. 19. Cod. de transact.* vbi subtrahuntur instrumenta, quibus veritas probari posset & deinde transfigitur, transactio valet nec vitiabitur, quamvis dolus causam dederit. Nam exceptione transactionis is, per quam dolus inducitur, se defendere potest. Respond. Dolus quidem transactioni causam dedit, & exceptio quoque competit, quia publice interest per transactionem finita non reluscitari, *toto tit. C. & ff. de transact.* & alias nullus esse litium finis, *l. fratri. 10. C. de transact.* Si autem dolus deprehenditur, manifeste valet quidem transactio & exceptio, sed ope replicationis dolus ille omnino eliditur *dict.* *l. cum pretextu.* Sed Insto. Sed tamen si ad est dolus transactio est imperfecta, & sit ipso iure nulla exceptio, & id super

quo transactum est, ut indebitum repetitur *l.in summa. 63. §. primo. ff. de condicione indebiti.* Resp. Si euidens est calumnia, ipso iure exceptio non valet, ut *in d.l. in summa.* Si euidens adeo non est, valet exceptio *d.l. sub praetextu. 19. C. de transact. Insto.* Sed quamvis Imperat. iustitia velit iustitiam & aequitatem honorare *Nou. 97. §. 1. in fine.* Certam tamen est, quando dolo quis induxit, metu coactus, errore lapsus, contraxit cum aliquo vendendo, locando, actionem valere & iustum esse & esse etiam iniquam, quae duo ut contraria in una sede morari non possunt, id quod tamen *in princ. tit. Institut. de except.* Imp. iustin. probat. Respond. Si pactus sum tecum de non petenda pecunia simpliciter, si tu tuum repetis contra pactiōnēm actionem habes, quae fiduciam per sententiam accipit; sed tamen obligatio durat, quae per sententiam non tollitur, *tot. tit. Institut. quib. mod. obligatio tollitur.* Es igitur mihi adhuc post sententiam obligatus, quamvis actio expirauerit. Licet igitur actio sit iusta; tamen etiam iustum est, pacta seruare quod naturale est. *l. 1. ff. de pactis.* Et quia hic pactum de non petendo, est adiectum, potest reus qui conuenienter exceptione sententiam actoris excludere, qua suum ius tum Reus recipit. *§. præterea. Institut. de except.* Et hoc nisi fieret, actio alias iusta, respectu pacti iniusta videretur. Insto. In iudiciis non est habenda acceptio personarum: id namque cum iustitia pugnat. *cap. in iudiciis. de regul. iur. in 6.* Sed qui vxorem in adulterio deprehendam occidit, si est humilis conditionis, in perpetuum exilium damnatur: Si in aliqua est constitutus dignitate ad tempus relegatur *l. 1. §. vlt. ff. ad l. Cornel. de Sicariis.* Sic serui grauius puniuntur in toto iure quam ingenui; priuati grauius quam magistratus, pupillis item & minoribus plus fauient iuria quam adultris & maiorib. 25. annis; fœminis plus quam masculis. Fiscus etiam in contrahibis præfertur. Resp. Hic optima iustitiae distributio militat ratio, quae id suadet fieri, quae suam cuique dignitatem poenam & præmia secundum honorum gradus & personas tribuit. Ut autem is qui dignitate magis excellit, minorem accipit poenam, ita maiorem patitur famæ suæ iacturam. Is autem qui in nulla est constitutus dignitate, maiorem quidem accipit poenam: sed in dignitatis amissione detrimentum non patitur, quam non habet vel sane minimam, sic in proposito exemplo infamia vxoris adulterae magis tangit illum qui in dignitate est, & tantum ei dat supplicij relegatio ad tempus, quantum alteri perpetuum exilium. Ad seruos quod attinet, illi pro nullis iure civili reputantur propter conditionem seruilem odiosam *l. qui attinet. 3; ff. de regul. iur.* Priuati quod amittunt in bonis, hoc Magistratus amittunt in fama, vbi magna est iustitia. Pupillis & minoribus 25. annis propter ætatis infirmitatem plus indulgent iura *l. 1. ff. de minoribus.* Fœminis largiuntur iura plus propter sexus fragilitatem. *l. 2. ff. ad S.C. Velleian.*

Velleian. Insto. Sed adhuc videtur acceptio personatum dari: Nam ius permittit marito accusationē adulterij contra vxorem, sed vxori contra maritū cam non permittit. *I. I. C. ad I. Iul de adulter.* cum tamen sit iniquum, auctōi permittere, quod Reo non conceditur. *I. non debet ff. de reg. iur.* Deinde pater filiam in adulterio deprehensam impune potest interficere, non autem māritus, *I. nec in ea. 22. § fin. ff. ad l. Iul. de adul.* quod videtur captiosum & iniquum. Resp. ad d. l. i. maiorem in fœminis requiri castitatem quam in viris. *I. si qua illustris. C. ad S. C. Orfician.* Deinde propter sexus fragilitatem id ipsis non permittitur, cum & alias ab accusando & postulando reiiciantur, *I. I. §. 2. ff. de postulando. I. fœmina. 2 ff. de reg. iur.* Ad d. l. nec in ea. quod attinet, ratio diuersitatis à ICto Papiniano additur. Patri enī conceditur interficere filiam in adulterio deprehensam, quia præsumitur ob pietatem paterni nominis; quæ pro liberis consilium capit, iusto zelo & ira ad id procedere. Maritus autem sāpe ob calorem animi impetum & leuem suspicionem facile quid decerne-re solet, & ideo id ei non permittitur. Insto. Reipubl. interest fontes puniri, & iniustum est maleficia manere impunita, *I. ita vulneratus. in fin. ff. ad leg. Iul. Aquiliam.* Sed permittitur transigere de crimine capitali, & sic pœnam effugere, quod videtur iniustum. *I. transigere. 18. C. de transact.* Respond. Id specialitet in fauorem vitæ humanae est permisum, quia licet quoquo modo sanguinem suum redimere, quod naturale est. *I. i. ff. de bonis eorum qui ante sententiam, &c.* Et inde Respubl. non lāditur, quia per hanc transactiōnem Reus omnino pœna non eximitur, sed ex inquisitione Magistratus pœna repeti potest, vt late docet Anton. Deltio in repetitione d. l. transigere. Denique ex eo falsum est hoc thema vestrum; quod non omnia iuris præcepta suo ambitu complectatur, sed saltem tertium, cum tamen definitio iustitiae, ex quā hoc thema est desumuntur generalis esse & omnibus iuris præceptis conuenire debeat. Sed respond. Thema hoc nōstrum, quod differentiam specificam in definitione iustitiae constituit, omnia iuris præcepta continet, cum generale sit, quia qui honeste viuit, suum cuique moribus & honesta vita tribuit, neminem in honestate offendit, vel malis moribus vel gestibus, &c. Item qui neminem lādit, in vita ac fama, suum ibidem cuique tribuit. Ad tertium igitur præceptum quod attinet, id quidēm similiter sub themate nostro continetur, sed tantum duo priora præcepta non continent, sed tantū id quod extra illa duo præcepta relinquitur. Insto. Audio tria præcepta iuris sub definitione iustitiae contineri, sed primum præceptum non subfistere ostendunt: tot. tit. ff. & C. de concubinis, vbi concubinatus ut honestus permittitur, & Nou. 18. de triente & semisse. §. consideremus. inquit Imp. Iustin. honeste cum vivere, qui vnam habet concubinam. Iura autem diuinam im-

probant concubinatum sacris literis contrarium: Iura etiam ciuilia improbant, cum iustas nuptias requirant. §. 1. *Instit. de patr. pot. & in princ. tit. de nupt.* Etiam iure Canonico est prohibitus *c. dicat quis. 23. causa 1. q. 4.* Resp. Concubinatus diuerso respectu turpis est & honestus, iure ciuili, habito respectu ad nuptias iustas, improbabatur & ut illegitima congressio habetur. Respectu vero vitandi adulterii, *tot. tit. ff. & C. de concubinis.* & vagae libidinis fugiendæ causa. d. §. *consideremus.* honestus habetur. Et alias melius in hac ciuili societe & infirmitate cum vna soluta rem habere, quam cum pluribus etiam coniugibus. Iure igitur Ciuii non ut licitus in totum & honestus, sed saltem ob dictam causam est permissus, argumento *c. hac ratione. 31. q. 1.* Corasius lib. 1. *Miscellan. c. 3. num. 5.* Iure autem Canonico & diuino turpis omnino existimatur, nec attenditur iuris ciuilis ratio, maiori ratione praeualevit, quia non debent fieri mala vt eueniant bona. *d. capit. dicat quis.* Deinde primo precepto contraria est *lex idem est. 4. in princ. & §. sed quod meretrici datur. ff. de conduct. ob turpem causam.* vbi dicitur, quod non possit repeti id, quod ob stuprum datur virgini vel viduæ, vel quod datur meretrici, & sic auferunt alicui contra iustitiam quod suum est, ex inhonestâ causa, quæ inhonestas videtur stabiliti & magis corroborari ex eo quod cessar repetitio, atque ita iniustitia duplex apparet. Respond. Totus ille titul. agit in eo casu, quando quæstio turpis de hac causa incidit, non quod approbetur talis res turpis. Si igitur sit ut propter fragilitatem humanam quis stuprum committat & aliquid det, vel si quis cum meretrici rem habeat, & aliquid det, repetere id non potest, quia propriæ turpitudinem allegaret, cum turpiter faciat, quod dat meretrici pecuniam: Illa autem turpiter non faciat, quod accipit pecuniam cum sit meretrix. Deinde primo precepto obstat *totus tit. ff. de ventre inspiciendo, custodiendoque partu,* cum castitate suorum temporum dignum, bene putet Iustin. Imper. ex habitu corporis masculos puberes estimari. §. 1. *Institut. quasi in tutela finiatur.* Quod in foeminiis etiam antiquis impudicum visum est, & ideo ex annis pubertatem in masculis & foeminiis estimari voluit. *l. fin. C. quando tutores etiam definunt.* Resp. Titulus de inspiciendo ventre est scriptus ob fauorem partus, & respectu custodiarum partus honestissimus & utilissimus est, adhiberi tres vel plures obstetrices, quando scilicet aliqua negat se esse gravidam, & haec obstetrices custodiunt partum ne forte exponatur vel alias clam interficiatur.

Aliud. Honestum est eorum consensum adhiberi in nuptiis, in quorum potestate sunt liberi §. 1. *Instit. de nupt.* Sed filius emancipatus, sine consensu parentum vxorem ducere potest, *l. filius emancipatus. 25 ff. de ritu nupt.* Item honestum est matrimonia non esse coacta, sed libera, presertim cum id lex iubeat.

beat, & honestum esse dicat. l. *Titia.* 13. 4. in fine prin. sed in l. si patre cogente. 22. ff. de ritu nupt. cogitur filius ducere vxorem. Respond. Ad d.l. *filius emancipatus.* hoc speciale esse in filiofam. emancipato, securis in filiis fam. adhuc in sacris parentum positis, de quibus loquitur §. 1. *Institu. de nupt.* Deinde ad d.l. si patre cogente, quod attinet loquitur illa de metu reuerentiali, quem liberi parentibus debent. l. 3. ff. de iusfit. & iure. & is metus libertati matrimoniorum non officit d.l. si patre cogente, & in d.l. *Titia.* agitur de poena adiecta contractui nuptiarum, quae libertati nuptiarum est inimica, & idcirco ipso iure nulla. Insto. Sed tamen filius famil. coactus vxorem non ducit. l. non cogitur. 21. ff. de ritu nuptiar. Respond. Id de vero metu est intelligendum, si pater omnino velit cogere filium nolentem volentem, tum enim nuptiae fieri non possunt; l. *rec. filium.* 12. C. de nupt. Alias sola erga patrem reuerentia matrimonii non infirmat d.l. non cogitur. & ibi gloss. Secundo iuris præcepta obstant l. 4. l. *Scientiam.* §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquiliam. l. si pignore. § 4. §. furem. ff. de furtis. In quibus legibus permittitur alterum ladedere: Ergo iustitia hic non militat. Respond. Agitur in illis legibus de eo casu, quando quis licite se defendit, defensione inculpatæ tutelæ, quia vim vi repellere omnia iura omnesque leges permittunt, d.l. *Scientiam.* & aduersus periculum se defendere naturalis ratio permittit, d.l. 4. ff. ad legem Aquiliam. Si igitur diuinus fur deprehensus, se cum telo defendit, impune occidi potest, idque lege duodecim tabularum cautum fuit d.l. 4. ad legem Aquiliam. d. l. si pignore. ff. de furtis. Qui autem furem nocturnum occidit, cum ei sine periculo vita suæ parcere potuisset, l. *Cornelia de Sicariis* tenetur, l. *furem.* 9. ff. ad legem Corneliam de Sicariis. Deinde contraria est l. *Gracchus.* 4. C. ad legem Julianam de adulter. vbi adulter apud adulteram noctu deprehensus. impune occidi potest, quod tamen latronem importat, & sic contra iustitiam. Respond. Hoc speciale estatque ideo permisum in eo casu, quia difficile est iustum dolorem temperare, ideoque venia dignus censetur propter noctem & dolorem quæ eius factum relevant. d.l. *Gracchus.* in fine.

Thema 5. Ius duplex est, publicum & priuatum. Et Imp. hic tantum de priuato agit.] Contra opponitur: Ius triplex est: Sacrum, publicum & priuatum. Quintil. lib. 2. orat. *Instit.* Ergo non est duplex. Respond. Ius publicum est quod in sacris, sacerdotibus & Magistratib. consistit l. 1. §. *huius studii.* ff. de iust. & iur. Ergo ius publicum sacram etiam continet, unde nihil hoc aduersatur. Insto. Audio ius publicum in sacris consistere, quod si ita est, falsum est, quod additis in Institut. libro tantum de iuste priuato agi, cum in eo etiam de rebus sacris sanctis & religiosis agatur.

§. nullius autem, cum seqq. Institut. de rer. diuis. §. sed aliquando. Institut. de ysucap. &c. rerum prescript. Respond. Res sacræ per se ad ius publicum pertinent: sed quia in diuisionem rerum non veniunt, nec vendi nec distrahi possunt, nec in commercio priuatorum sunt, coque respectu earum ibi fit mentio. Aliud. Quamvis hoc concedam, tamen extat tit. in Institut. de public. iudic. Ergo adhuc de iure publico in iis agitur. Respond. Publica iudicia, ad coercitationem priuatorum spectant, & priuatis hominibus contra quæcumque crima iis iustitia administratur: Arque ita publica iudicia, authoritate sunt publica tantum, utilitate publica & priuata simul. Quæ enim publica sunt priuatim etiam utilia sunt & contra. Ergo quatenus publica iudicia priuatis auxilium ferunt recte in iure priuato recensentur. Aliud. Sed testamenti factio est iuris publici non priuati, l. testamenti factio. 3. ff. qui testamento facere possunt. Sed in Institutionum libro in titu. de testamen. ordin. agitur quomodo testamenta sint facienda: Ergo adhuc videtur falsa posterior thematis pars. Respond. testamenti factio & solennitas pendet à publica autoritate Magistratus, nec à priuato iuri publico testandi derogari potest, l. testandi. 1. C. de testamentis. Quia autem testamenta priuatorum utilitatem potissimum concernunt, ideo recte de testamentis in iure priuato agitur. Ad §. sed & maior asperitas. versie. reipubl. Institut. de his qui sunt sui vel alien. iuris. & similes. respondendum est, ius priuatum in consequiam expedire Recipubl. vt & econtra, idcirco leges saepius ita loquuntur.

Thema 6. Ius. naturale est, quod natura omnia animalia docuit.] Opponitur in primis, §. pauperies. Institut. si quadrupes pauperiem feciſ. dicatur. vbi definitur pauperies damnum sine iniuria facientis datum. Animantia autem bruta tantum pauperiem faciunt; Ergo dum iniuriam non faciunt necius in ea cadere potest, quia contrariorum eadem est ratio. Aristotelis lib. 5. Ethic. in princ. & alias in iure, argumentum à contrario sensu est validum & frequens. Eberhardus à Meidelberg in Topicis. in titu. à sensu contrario. Respond. Quando dicimus ius cadere in animantia bruta, dicimus id abusive. Videmus enim bruta animantia iure naturali, ſæpe eadem facere instinctu & impulſu naturæ quæ homines, & propter illam similitudinem, quam habent cum hominibus, recte dicimus ius ipſis competere crasso & pingui modo. Cefſat igitur reprehensio L. Vallæ, libr. 4. Elegant. cap. 48. vbi hanc definitionem putat eſſe ridiculam quafi appetitum coeundi, occidendi, nocendi quis dicat ius, & respondendum ei erit cum Paulo in l. penultim. ff. ad exhibendum. non oportere ius ciuile calumniari neque verba captari, sed qua mente quid dicatur animaduertere conuenienter.

conuenire. Insto. Sed frustra quis querit de iure animalium, cum omne ius hominum gratia sit constitutum. l. 2. ff. de statu hominum, & rerū natura omnes fructus hominis gratia comparauit §. in pecudum. insit. de rer. diuis. Resp. dicimus saltem ius cadere in bestias, & eatenus etiā ius hic accipitur, quamvis veri iuris animantia sint expertia. Insto contra iā datam solutionem. Dicis eatenus animantia bruta considerari quo ad inclinationes naturales cum hominibus habent communtes. Huic oppono. §. fera cum seqq. insit. de rer. diuis. tit. insit. & ff. ad l. Aquilam &c. de noxalib. actionib. Vbi non secundum affectus naturales animantia bruta considerantur. Respond. In d. § fera cum seqq. agitur non de iure animantium, sed de iure hominum, quatenus nimis tamen ferae bestiae in dominium hominum peruenire possunt. Vertitur enim utilitas seu ius non bestiarum sed hominum, & ideo recte illorum in iure priuato fit mentio.. Deinde in tit. ad l. Aquilam. & de noxal. actionib. agitur, quatenus pro laeso animali sit aestimatio afferenda vel quando sit noxae dannū, si aliud animal occisum fuerit, vel quādo homo qui laesit animal, aestimationē eius offerre debeat. Insto. Sed dicitis matrimonia esse ex iure naturali, & cadere in bruta, cui oppono titulum ex insit. de nupt. & l. nuptias. ff. de reg. iur. Vbi dicitur cōsensum ad nuptias esse necessarium: Sed consensum animalia bruta non habent: Ergo matrimonia non sunt ex naturali. Resp. Appetitus coeundi est ex iura naturali. Videmus non omnia animalia rapi ad coeundū, & ad genus suum propagandum & seruandum; inter homines autem solos, consensu fiunt nuptiae, de quo tit. insit. de nupt. & d. l. nuptias intelliguntur: id quod ipse Imp. in pr. tit. de iur. naturali gent. & ciuil. ostendit, dum dicit coniunctio maris & feminæ, quam nos matrimonium appellamus. Nam verbo coniunctio, naturalem appetitum & sicut naturale indicat: verbis: *Quam nos matrimonium appellamus*, iusgent. ostendit. Iuris deinde ciuilis sunt matrimonia, quo ad solennitates, deductionem in domum mariti, & stipulationes. Iuris diuini, quoad institutionem primam, & deinde iuris canonici, quo ad benedictionem in templo. Insto contra iam datā solutionem. Oppono c. i. distinct. l. vbi dicitur: ius naturale est, quod in lege & Euangeliō cōtinetur: Ergo ius naturale non tantū coeundi appetitum significat sed vera matrimonia. Resp. Ibi loquitur Theologia de iure naturali diuino, cuius lux nobis remansit ex lapsu primorum parentū. Ultimo oppono l. 3. ff. de iusit. & iur. vbi dicitur de defensione & refertur q̄ sit ex iure gent. vt inscriptio l. p̄xime precedentis indicat, & §. vlt. de iusit. & iure. l. 1. indicat seu ostendit. Resp. eos qui eo illud exemplū trahunt, sc̄felliit ordo. Nam l. 3. d. cum §. ius naturale l. 1. ff. de iusit. & iure. coniungenda est, vt notat Conanus lib. 1. commentariorum iuris. c. 4. nu. 9. & nisi ita conciliarentur, obstareret l. 1. §. vim. vi. ff. de vi & vi armat. vbi

22

dicitur natura fieri ut vis vel repellatur, quae lex quamvis ad animantia bruta referri possit, tamen ad homines maxime refertur, in quos proprius vis cadit pro subiecta istius aituli materia. Vel dicamus d. l. 3. ff. de iust. & iur. in eo casu considerari, quo soli homines vim vel iuregent repellunt, quod verba legis satis ostendunt. Aliud. Sed quod haec omnia ad solos homines nec ad bruta sint referenda, ostendit § singulorum institut. de rer. diuis. ubi ius naturale definitur, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit; Ergo inter solos homines est ius naturale & non inter bruta. Resp. ibi ius naturale pro iuregent. accipitur, ut & alias saepius, non pro iure naturali proprius sic dicto, de quo thema nostrum.

Thema 7. Ius triplex est; Naturale, gentium, & ciuile.] Huic themati aduersatur l. omnes populi contra & l. pen. ff. de instit. & iur. ubi ICti Caius & Paulus ius tantum in duas species diuidunt, in ius gentium & ciuile, & quod Caius in d.l. omnes populi vocat ius gentium, id Paul. in d.l. pen. vocat ius naturale, id quod etiam in §. sed naturalia institut. de iure naturali gent. & civ. & d. §. singulorum. institut. de rer. diuis. accipitur. Resp. Vlp. in l. 1. ff. de instit. & iur. quan. hic Imp. sequitur, ius omne hominibus commune cum animantibus bruti divisione tripli hominis conditione inspecta, quatenus scil. animal sit, quatenus homo sit, & quatenus sit ciuius, de quo latius suo loco dictum. Caius autem & Paulus ICti saltem diuiserunt ius commune hominibus inter se, & communis nomine complectuntur tam ius naturale quam gentium atque ita quod ad homines attinet istae divisiones in effectu nihil differunt, nec improbadum esset, si quis auctoritate Aristotelis Ciceronis & aliorum ius in naturale & ciuile diuidideret.

Thema 8. Iuris ciuilis scripti 6. esse species cum Iustin. Imp. statuendum est.] Huic themati valde aduersatur l. pen. ff. de legib. Senat. & long. consuetud. ubi dicitur omne ius aut consensum facere, aut necessitatem constituerre, aut firmare consuetudinem, & se ICtum Modestinum iuris scripti 2. saltem species constituerre, ergo non sunt sex. Resp. ICtus Modestinus in d.l. pen. totum ius diuidit in scriptum & non scriptum, & quidem affirmit scriptum ius consensum facere aut necessitatem constituerre. Sed omnes species iuris scripti his verbis complectitur. Quia lex ad consensum pertinet, quae populi consensu rogante Senatorio magistratu constituitur. Similiter plebiscitum consensum constituit, quia plebis consensu tribuno rogante fertur. Necesse est hanc SCta. l. 2. §. deinde quia difficiles ff. de orig. iur. & §. SCtum. institut. de iur. natur. gent. ciuil. ubi illa necessitas refertur, quia aucta ciuitate ita ut non posset populus sancte legis causa in unum conuocari. Senatus vice populi consuluit. De reliquis 3. speciebus idem videtur statuendum, quod de SCtis. Nam

Nam prætorū edicta aucta iam ciuitate de certis reb. sunt proposita, id quod utilitas & necessitas sape postulauit, publica quia vel adiuuarunt vel supplererunt vel correxerunt ius ciuile. *l. ius autem 7. §. fin. ff. de iust. & iur.* Deinde quia melius per vnu q̄ per plures aliquid administrari solet. *argumento l. 3. §. apparet. ff. de admin. & pericul. tutor. vel curat.* in principem ex quadam necessitate utilitatis imperium est translatum. *§. sed & qui principi insit. de iur. naturali gent. & civ.* Deniq; qa princeps ex necessitate indigebat doctis viris, prudētes ICtos sibi adhibuit, quorū consilio veteretur, cū sape principes sint iuriſudentiae ignari, & hinc nata sunt responsa prudentū, q̄ sunt in fl. nostris, & hæc solutio ad d. t. penult. recipi potest, quam Cuiac. lib. 14. obſ. c. 16. in fin. probat, quamuis pro subiecta materia tituli de ll. SCtis & longa consuetudine videtur hec lex faltem de legib. id est, lege & plebiscitis, SCtis, & sic dęgrib. iuris scripti speciebus & demum de iure non scripto loqui, pro vt rubrica sonat, & tu vocabulum commune ad illas species est restringendū. Atq; hanc solutionem Cuiac. in d. lib. 14. obſ. c. 16. in pr. & in par. at. ff. tir. de ll. & SCtis magis probare videtur. Insto. Responsum fuit plebiscita consensum constituere, quod falsum videatur, cum ex l. 2. §. iisdem temporib. ff. de orig. iur. cōstet, dissensum plebiscitis causam dedisse, propter multas enim causas plebs à patribus dissenties, in mōte sacro creauit, p̄prios magistratus scil. tribunos, qui plebiscita rogarūt. Resp. Ut lex consentiu populi fit, ita plebiscitu consensu plebis. Respetu n. plebis est consensu nō dissensus, quamuis postea lege Hortensia plebiscita æq; vt ll. valere cōperint. *§. plebiscitum. insit. de iur. nat. gent. & civ.* Aliud. Sed thema non subsistere, adhuc fortiter probat *l. ius autem ciuile 7. in pr. ff. de insit. & iur. vbi saltē quinq; species recensentur, omissis prætorū edictis.* Resp. In §. seqq. d. *l. 7. sexta species additur à Papiniano,* eaq; ideo sciungitur à prioribus vt ius prætorium, rectius describatur & definiatur, quamvis ipse Iustin. Imp. in §. *prætorum quoque edicta. insit. de iur. nat. gent. & ciu.* tacite innuere videtur prætorū edicta etiam si quidem ad instar ll. obtineant, & pro iure seruentur, non tamen eandem plane cū ll. ac reliquis iuris ciuilis partib. vim ac potestatem obtainere: Nō enim simpliciter dicit Imp. Magistratuū edicta leges esse, sicut in prædicto §. de principum placitis affirmauit, sed ea saltē non modicā iuris autoritatē habere scribit, id est, non per totum, iuris nomen merci. Deinde forte eo etiam respexit ICtis, quod prætorum edicta olim non perpetua sed annua tātum fuerint, & annalis duntaxat legis vim habuerint, quia ipsi prætores annui fuerunt. *§. 1. insit. de perpet. & tempor. act. d. l. 2. ff. de orig. iur.* Tandem vero Aulus Ofilius & post cum Saluius Julianus rei necessitate permoti, edicta prætorum omnia, æquitati in primis consona, à se collecta, in ordinem digesserunt, ex quibus edictum perpetuum est compositum,

l.2. §. ab hoc ff. de orig. iur. l.2. §. sed quia diuin.e. C. de vet. iur. enucl. Cuius subinde in iure fit mentio l. 2. ff. de statu. hominum. l. edita. 3. C. de edendo. Huic autem compositioni editi perpetui Imp. Antonini Senatus deinde accessit approbatio vt ius perpetuum esset, quod praetores in iure dicendo sequerentur. d.l.2. §. sed quia diuina. C. de vet. iur. enucl. Deinde eodem modo obstat l.1. in fine ff. ex quib. causis maiores. Vbi respōsa prudentū omittuntur. Resp. Responsa prudentum sub decretis principum continentur, quia princeps felicitern non potest imperare, nisi consilio prudentum vtatur. Insto. Illa solutio non videtur subsistere, id quod probatur ex l.2. d. §. ita in ciuitate. ff. de orig. iur. Vbi dicit Pompon. ICtus respōsa prudentum sine scripto esse introducta, Iustin. autem Imp. dicit, ea ex scripto iure venire. Resp. Non loquitur de responsis prudentum ille §. verum de interpretatione decemvirorum, quod ius ciui- le tum dictum, & sine scripto venit, dicit l. 2. §. his ll. ff. de orig. iur. Et simpli- citer legibus 12. tabul. opponitur. Triplex enim ius tum fuit. I. lege 12. ta- bul. II. interpretatio prudentum, quæ fuit ius non scriptum. III. legis actiones. d.l.2. §. deinde. 6. ff. de orig. iuris. Aliud. Sed adhuc cum themate no- stro pugnare videtur. d. §. pratorum quoque edita. instit. de iur. naturali. gent. & civ. Vbi septima species refertur scilicet, ius ædilitium. Respond. Occasio- ne iuris honorarii, cuius mentio ibi fit, refert Iustin. aliquid de iure ædilitio quod iuris honorarii portio est, hoc est, species. Quod ædiles Curules de quibusdam causis puta venditionibus rerum, tam soli quam mobilium, l.1. & toto tit. ff. de ædilit. edit. item de annonā seu re frumentaria & deni- que de locis & itineribus publicis, & præcipue de viis vrbicis proposue- runt.

Insto. Sed ius ædilitium sub prætorio contineri rectius esse videtur ex §. pratoria. instit. de diuīs. stipulat. Et tum sex species saltem manent. Respond. Quamuis aliqui sint, qui dicant vnum sub altero non contineri, & prætorium nō esse ædilitium, nec ædilitiūm prætorium esse. Tamen ius ædilitium sub iure prætorio cōtineri certū est, vt ex d. §. pratoria, appetit & l. s. in pr. vers. prætor. ff. de verb. ob. id quod Iacob. Cuiac. lib. 8. ob. c. 38. affirmat & exemplis quibusdam eleganter confirmat hoc modo. Legatus proconsulis habet iuri- sictionem propriam, & tamen est portio iurisdictionis proconsulis. W. el. in §. prætorū quoq. 3. instit. de iur. natur. gent. & civ. vbi dicit ædilitiū ius è vsl. & vslu, prætorium recte dici, Borcholt. in tract. de pactis. c. 5. n. 44. Et qui contrariū affirmant habent pro se allegatam l. s. §. pratoria. ff. de verb. ob. & dictū §. prætorie instit. de diuīs. stipulat. Nā in d.l. s. vnde dictus §. est descriptus, nō extat verbum prætoris; Ergo non sunt ex iurisdictione prætoris ædilitia edita. Nec Theophilus vocabulum illud. in d. §. pratoria. de diuīs. stipulat. agnoscit, quamvis

Cur-

Curtius contra fidem Græci exemplaris eam vocem in Latino adiecit. Et quamvis id admittatur, tamen portio est iuris prætorii ædilitium ius, & sub eo continetur, quamvis ex iuredictione prætoris non veniat, sed ex iuredictione magistratus. *W*es. *in parat. ff. tit. de adilit. edict. n. 2.*

9. Thēma. Quot anni ad præscriptionem consuetudinis: Quot actus ad eiusdem confirmationem requirantur, iudicis arbitrio est reliquēdum.] Ius non scriptum seu consuetudo diuturna esse debet, & longa & inueterata. *l. de quib. 32. §. inueterata. l. diuturna 33. & l. sed & ea 35. ff. dell.* Sed quot anni requirantur, non certi iuris est. Maxima Dd. pars existimat 10. annos sufficere, ideo quia diuturnum tempus decénio concluditur. *l. si cum fideicommissa 16. §. arist. respondit ff. qui & à quib. manumisī liberi non siant. §. 1. Instit. de vſucap. in verbis longi temporis.* Et hos annos à primo actu qui verisimiliter in notitiam populi venit incipiunt, & putant hos ad inducendam consuetudinem sufficere, & sic sentit Accursius & Ias. *in d. l. de quib. ff. de ll.* Et vtuntur argumento præscriptionis, quæ 10. annis inter præsentes perficitur. *l. vlt. C. de prescript. long. tempor. d. §. 1. de vſucap.* Et hoc ideo, quia populus cuius tacita conuentione mores constituuntur nunquam abest sed perpetuo præsens est. *l. proponebatur 76. ff. de iudiciis.* Sed hac sententia non obstante re- Etius dicitur, eam rem non esse in iure expressam, & ideo præcise definiti nō posse, quia magis est facti quam iuris, *argumento l. mora 32. ff. de vſuris.* & ideo relinqui debet hæc quæstio arbitrio iudicis, vt is pro qualitate negotii grauioris & lenioris modo lōgius modo breuius tempus ad inducendam consuetudinem requirat. Nec obstat *d. l. si cum fideicommissa & d. §. 1. Institut. de vſucap.* Nam illi loquuntur in suis terminis, idq; huc trahendum non est, & verbum, *longum diuturnum*, modo longius modo breuius tempus denotant pro qualitate materiae, vt Accurs. *in d. §. arist.* exemplis declarat in verbo *de cennio*. Deinde non est certi iuris, quot actus requirantur. Certum autem est vñ non sufficere sed ad minimum duos vel tres. *argumēto l. 3. in fine. C. de episcopali audientia.* & *argumento princ. instit. de codicillis.* Accurs. *in d. l. de quibus in verbo diuturna,* & locutio pluralis duorum numero est contenta. *cap. 1. §. 1. in fin. de notis feudorum in vſibus feudorum.* Sed quia nec hæc res in iure est definita, & facti magis, vt ante dictum, arbitrio iudicis id quoque est relinquentum vt is pro sua discretione iudicet, quot affectus sint necessarii ad ad confirmationem consuetudinis. Nec obstat *l. 1. C. que sit longa consuetudo. l. 3. C. de edificiis privatis,* vbi frequenter aliquid factum esse probatur, & frequenter dicitur, non quod bis aut ter fit, sed quod crebro fit & ſæpe *l. item apud labeonem 15. §. aliud est appellare 22. ff. de iniuriis.* Quia respond. nos

26

non negare frequenter aliquid factum esse probari debere, sed quot requiriuntur, illa generalitate non exprimitur, & idcirco regius id aestimabit & inquiret iudex, cum consuetudo alleganda & probanda sit. *d.l.1.C. quæ sit longa consuetudo.* Mynsing. cent. 5. obs. 96. Nam iudex consuetudinem probabiliter ignorare potest, quia facti quæstio prudentissimos fallere potest. *l. 3. ff. de iuris facti:* Et idcirco quæstio de actibus ad inducendam consuetudinem necessariis, est facti.

Thema 10. Iura naturalia immutabilia sunt. Iura ciuilia sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi per desuetudinem, vel alia postea legge lata.] Huic themati aduersatur *Nou. 74.* vbi ex dānato coitu natis alimenta ius ciuale denegat. Ergo hic naturale ius per ciuale tollitur, cum alimenta liberis à natura debeantur. *l. necare 5. cum seq. l. ff. de agnosc. & a-lend. liber. l. nam et si 15. in priv. ff. de inoffic. testamento. §. 1. Nou. de tricte & semiſſe.* Respond. Hoc speciale est in odium indignorum, parrim in parentum pœnam, propter illegitimum coitum & incestas consuetudines constitutum & introductum, ut vagæ libidines coercerentur. *l. vlt. C. de nat. lib. l. legem Anastasi 7. C. eodem.* partim in pœnam liberorum, quia dicuntur alieno vitio laborare. *Hott. conf. 24.* Canonica tamen æquitate dantur illis alimenta. *c. cum haberet extra de eo qui duxit in vxor. quam pollu. adulterio.* Secundo obstat *§. quod autem instit. de cap. dimin.* vbi ius naturale, hoc est, cognatio tollitur per ius ciuale, hoc est, maximam vel medium capitis diminutionem contra legem iura sanguinis. *ff. de reg. iuris.* Respond. Effectus iuris naturalis impeditur & mutatur, hoc est, ius succedendi, non ipsa cognatio, quæ maner, quam solutionem glossa secundum Angelum putat verissimam in *§.* sed *iura naturalia instit. de iur. N.G. & C.* Et effectus ille sæpe impeditur ob publicam utilitatem ut de pupillis, furiosis, minoribus 25. annis, ante dictū est, in *3. themate.* Et hæc solutio confirmatur in *§. vlt. in fin. instit. de legit. agnat. tutela.* vbi dicitur ciuilis ratio ciuilia iura corrumpere potest, naturalia non vtique, vbi Theophilus ἐπάρτως, id est, nō omnino, quasi facile quid detrahi iuri naturali per ius ciuale possit, id quod definitio iuris ciuilis tradita. *in l. ius ciuale. ff. de iust. & iur. ostendit,* vbi definitur ius ciuale, quando aliquid iuri naturali additum vel detrahitur, ut spurius naturaliter non minus est filius quam quis legitimus. Ius tamen ciuale illum ab hereditate paterna adeo excludit ut ne cognatus quidem iure ciuili dicatur, *l. non facile 4. §. cognationis subiecta. ff. de grad. & affin.* Tertio usucapio quæ iuris ciuilis est videtur tollere ea quæ sunt iuris naturalis, quia natura æquum est neminem cū alterius iactura locupletiorem fieri. *l. iure natura. ff. de reg. iur.* Respond. Patientia hic pro alie-

I N S T I T U T I O N .

19

alienatione est l. alienationis. ff. de verb. signif. Et loco facti est consensus. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Et scientia ac consentienti non sit iniuria. cap. scientia. de reg. iur. in 6. & bona fides tantum praestat possidenti, quantum veritas. l. bona fides. ff. de reg. iur. Quod ergo lege permittente sit, pœnam non meretur. l. Gracius. C. ad l. iul. de adult. &c.

Secunda thematis parti, qua affirmatur, tacito consensu populi per desuetudinem posse legem mutari valde obstat l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. quæ lex est Constantini Imp. vbi rescribit Proculo cuidam in hunc modum. Consuetudinis ususve longævi non vilis est autoritas, verum non usque adeo sui validura momento, ut aut rationem vincat aut legem. Ecce Imperatorem dicentem consuetudinem non vincere legem quod ramen hie asseritur. Respond. hoc thema nostrum delatum est ex §. sed naturalia. Institut. de iur. N. G. & C. qui §. desumptus est ex l. de quibus. §. fin. ff. de ll. Et Dd. mirifice variant in hisce textibus conciliandis, ac fere tot sunt solutiones, quot Interpp. capita. In primis autem probatur Accursii solutio, in dict. l. de quib. in verbo. A B R O G E T V R vbi dicit. Si consuetudo est generalis, vincit legem generalem ubique. Si est specialis alicuius regionis vel prouinciae, tollit ibi tantum legem, vbi viget, non ubique. l. venditor. 12. §. si constat. ff. communia prædiar. Quam solutionem probat Bart in d. l. de quibus. Et hec inconveniens hisce textibus non est, quia d. l. de quibus & §. sed naturalia. loquitur de generali consuetudine, ut est feudorum, ut omnes Dd. dict. l. de quib. in princ. accipiunt, qua lex tollitur. Lex autem & C. quæ sit longa consuetudo. loquitur de speciali consuetudine, quæ legem generalem non tollit. Et verisimile est Proculum, ad quem Constantinus illam legem rescripsit, fuisse alicuius certi loci seu prouinciae præsidem, qui Imperatorem in facti quadam specie consuluit, & illius prouinciae consuetudo legi generali derogare non potuit. Insto. Sed oppono d. l. de quibus in princ. ff. de ll. vbi dicitur, primo loco inquirendam esse ll. scriptam, & si ea non adsit, debere custodiri id quod moribus & consuetudine est introductum. Ergo consuetudo legem non vincit. Resp. Lcx illa dicit, in quibus causis legibus non vitium, ut consuetudines feudales quemadmodum glossa explicat, & tum consuetudo loci attenditur, si nec illa adsit consuetudo, quæ in simili facta est, obseruanda venit, & denique consuetudo, quæ Romæ obseruatur atque ita disponitur in l. l. §. sed et si quæ. C. de vet. iur. encl.

Thema 11. Omne ius versatur circa personas, res & actiones.]
Obstat huic themati. l. rei appellatio. ff. de verb. signif. vbi dicitur rei appellatiōnem continere omnia quæ in patrimonio & extra patrimonium nostrum sunt. Sunt autem in potestate dominica, & sic in patrimonio nostro ser-

ui & sic persona & in patria potestate filiifam. Ergo & persona continentur sub rebus. Deinde l. rei appellatione ff. eod. vbi dicitur : Rei appellatione & causæ, & iura continentur. Personarum autem causa ius constitutum est, l. 2. ff. de statu hominum. Et ius continet dominium obligationem & actiones, quæ iura sunt. Ergo & actiones sub rebus continentur. Resp. Ita quidem dicitur, seruos res esse, & quidem improprie in eo casu, vt quando quis omnes res suas legavit, is & seruos & omnia sua bona & actiones legasse videatur. l. omnia. ff. de legat. 1. Sed ita late hic Imp. vocabulo rei non vtitur dum loquitur de iuris obiectis, & ostendit, nullam omnino iuris ciuilis partem esse, nullum contractum, nullum negotium, nullum iudicium, in quo tractando hæc tria simul non incident, vt tradit Duaren. lib. 1. disput. animaduers. cap. 55. Res igitur generalissime hæc tria complectitur, sed in distinctioni & propria significatione tantum res, præter personas & actiones continet. Demum valde obstat. l. vlt. ff. de ll. vbi dicitur rotum ius versari circa acquisitionem, circa conseruationem & circa imminutionem, Resp. Vlp. ibi de rebus cunctis loquitur secundum ibi propositam ab Vlp. materiam, quia lex vlt. est desumpta ex lib. 2. institutionum Vlpian. vbi de rebus agitur. Ergo secundum materiam subiectam ibi de rebus agit, id quod Welenbee. in tit. de ll. num. 6. indicat.

Thesmia 12. Summa personarum diuisio est, omnes homines esse liberos aut seruos.] Contra hoc: Quod dicitur summam esse hæc diuisione, pugnat. l. hominis appellatione 152. ff. de verb. signif. In qua prima & secunda personarum diuisio in masculos & foeminas deducitur. Resp. Hoc magis confirmat nostram diuisione. Nāquoties de iure personarū agitur appellatione liberorū hominū regulariter veniunt masculi & foeminæ, & dupliciter homo consideratur, aut in sexu, aut in statu, cōditione seu iure personarū. Quod ad sexum attinet, dubium non est primam esse diuisionem, à natura sumtam, in masculos & foeminas d. l. hominis. Sed quia ICti sexum, hoc est, naturam non ita inspiciunt, sed magis medici & physici, idcirco quo ad ius personarum & statū, prima est diuisio in liberos & seruos. Insto. Resp: primo, liberorum hominū appellatione venire masculos & foeminas, huic oppono omnia iura & leges quæ foeminā ab omnibus officiis ciuilib. vel publicis repellunt, vt sunt l. foenia. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de postulando. Respond. Regulariter appellatione hominis veniunt & foeminæ, sèpius autem non veniunt, quoties scilicet, iusta causa puta pudor vel imbecillitas sexus eas excusat. Insto. Dicis sexus infirmitatem considerari. Ergo adhuc male dicitur, naturam non considerari à ICtis. Respond. Hoc fit ratione iuris, eiusque intuitu ac contemplatione non potest esse tutrix. Nam tutelam gerere non possunt, cum sit ius.

ius & officium virile & masculotum. l. tutla. & l. vlt. ff. de tutel. Insto. Obstat valde lex si quis. §. qui abortio: u. ff. de p:is. vbi distinguitur inter hominem & foemina, cum tamen dicatis, hominis appellatione contineri & foemina. Resp. Ibi queritur de iure, distinguunt ibi inter mulierem, quæ poculum accepit amatorium, dum inde periret homo, hoc est, partus in ventre, qui iam habuit animam, alias dici homo non posset, id est, ultimò supplicio afficiuntur, qui dant poculum, & hoc ut dixi est quæstio iuris, & mulier recte dicitur homo respectu naturæ. Insto: Sed adhuc obstat l. in multis. ff. de statu hominum. vbi dicitur, in multis iuris articulis deterior est conditio foeminarum quam masculorum. Resp. Quo ad ius scil. si enim naturam species est una ratio, nec sit hic personarum distinctio; sed ratio conditionis ex personarum qualitate describitur, idque propriè sexus fragilitatem & consilii imbecillitatem in foeminis est statutum. Insto. Sed monstra etiam & portentosa considerantur in iure. Ergo adhuc thema non subsistit. Resp. Eatenus illorum sit mentio, quatenus de iure eorum queritur & de conditione, hoc est, num sint liberi, num iusti, & inter liberos cœlantur, ut & de posthumis habetur l. qui in vetero. ff. de statu homin. Nā hic in consequentiā, non primario aspicitur. Insto. Sed refertis in themate duas tantum species, tertia additur in l. queritur ff. de statu hominum. Ergo imperfēcta est diuisio. Resp. Hermaphroditus utriusque sexus est particeps, & vel seruus vel liber esse potest, & queritur hic magis de eius conditione & iure secundum sexum, qui in eo præualet. Nam si est masculus ad testamentum dicendum admittitur. l. repetundarum 15. §. fin. ff. de testibus. Et sic hæc diuisio non est à natura, sed ex iure gentium. Insto. Sed diuisio sufficiens ex eo non videtur, ut notat glossa hic, quod non comprehendit statu liberos ascriptitos, censitos, & colos. Resp. Imo omnes plane comprehendit, quia statu liberum, in medio tempore seruum esse hercdis, nemo est, qui ignorare debet, ut Vlp. loquitur in l. statu liberum. 9. & l. 29. in princ. ff. de statu liberis. Sunt autem statu liberi, quibus in diem, tempus vel conditionem, statuta & destinata libertas est data l. i. in princ. ff. de statu liberis. Insto. Sed huic responsioni directo contraria est l. vlt. ff. si ex noxa. causa agatur, vbi dicitur, quod statu liber sit: Liber ergo seruus non est, ut fuit responsum. Resp. Ibi duntaxat queritur, an qui statu liberum sibi promisit, sibi se, & promissione satisfecisse videatur, si liberum siterit, & respondetur in eadem causa sibi, quamvis liber sifatur, quod implicitus casus libertatis fuerit. d. l. vlt. hoc est, cum videri conditioni satisfecisse quamvis liberum sifatur, quia facere non potuit, quo minus statu liber ad libertatem perueniat, quæ statuto tempore vel conditione existente, illi vel omnibus in iuris competit, l. statu libri, in prin. & l. statu liberos. §. si quis beredi.

heredi. ff. de statu liberis. Si a iliter censiti seu tributarij & censibus obnoxij serui sunt, quia eorum peculium pertinet ad dominum. l. 19. & 21. C. de agricultis & censitis, lib. II. Coloni serui non sunt, sed liberi l. I. C. de prediis Tamianis, lib. II. Asscriptitios, qui certis prediis agricolandi causa sunt ascripti, toto vita tempore seruos esse, Cuiac. ad Rubric. tit. C. de agricol. & censit. multis legibus probat. Primo ex l. pen. §. vlt. C. de agricol. & censit. lib. II. ubi dicitur, nemini licet ascriptitium vel colonum alienum, &c. quorum scilicet hic liber est, ille seruus: deinde subiicitur in eadem l. penult. Admonente domino vel ipsius ascriptitii, vel terrae, &c. Dominus terra ad colonum refert. Ergo Dominus coloni non est. Asscriptitus autem dominum habet: Ergo & seruus. Secundo ostendit id l. II. in verbis: *Dominus vel fundo.* C. eod. Nam domino asscriptitus colonus fundi redditur. Wescib in §. fin. Institut. de iure personarum. in fine existimat asscriptitios esse liberos, idque probat ex l. iubemus. §. seruos. C. de Episcop. & Cleric. Authent. Asscriptitus. C. de Episcop. & Cleric. Glosa affirmat in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. II. hanc sententiam esse veriorem ascriptitios esse liberos, quo ad extraneos: seruos autem, quo ad Dominos.

Thema 13. Definitiones libertatis & seruitutis à Iustin. propositæ veræ sunt.] Contra obiicitur sic: Quæ definitionibus conueniunt, etiam inter se conueniunt: Sed libertas & seruitus videntur definitionibus conuenire. Ut enim liber sua naturali facultate facere potest quod liber, nisi quid vi aut iure prohibeatur. Ergo inter se libertas & seruitus conuenire videntur, & per consequens suis definitionibus non debent distingui. Respond. Definitiones libertatis & seruitutis inter se, tum genere toto, tum origine distant. Est enim libertas naturalis facultas: Seruitus constitutio iuris gentium: Nam iure naturæ omnes homines liberi nascebantur. Iure gentium vero seruitus libertatem inualit. l. manumissiones. ff. de instit. & iur. §. I. Institut. de libertinus. Deinde distant suis formis: Nam libertas est naturalis facultas, hoc est, potestas ab ipsa natura tributa, faciendi quod vellis, nisi quid vi aut iure prohibeatur. Sed inquis: Serui etiam facere possunt id, in quo vi aut iure non prohibitur. Respond: Id nego. Non enim faciunt aliquid naturali facultate, quia dum serui alieno dominio sunt subiecti, naturalem illam facultatem agendi quod liber, amiserunt, ut ipsa libertatem, caput & omnem statum suum, §. seruus. Institut. de capit. diminut. Adeo ut velle non credantur, cum pareant imperio alieno l. velle non creditur. ff. de regul. iur. Liberi autem homines cum vi prohibentur, nec libertatem amittunt, nec facultatem naturalem. l. conficiuntur. ff. de iure Codicill. Et si iure

iure prohibentur legum serui sunt, ut liberi esse possint. Cicero in parado-
xii. Sola igitur libertas est facultatis naturalis, quia liberi tributa est potes-
tas omnia agendi, quae pro sua facultate naturali volunt & possunt, vide
Conanum lib.2. Commentar.iuris, cap.1. num. 3. Insto. Omnis seruitus non
est iuris gentium: sed ea duntaxat, quae fit nativitate vel captiuitate, non ea,
quae fit venditione sui ipsius ad pretium participandum, *S. serui. Institut. de*
sue person. Ergo seruitus non est constitutio iuris gentium, Respond. Ori-
gine prima est iuris gentium: & eo Iustin. noster & Iurisconsulti respiciunt
in definiendo. Nam à principaliori fit denominatio. *I. quaritur ff. de statu ho-*
minum. Deinde ius civile accessit, & alias etiam carcas seruituti addidit,
quod proprium eius est. *I. ius civile ff. de iustit. & iure.* Insto. Serui aliquan-
do sine dominio sunt, vt glossa affirmat *hic in verbo Dominio:* Ergo falsum
est quod dicitur in definitione seruitutis, *dominio alieno.* Glossa id probat per
I. §. 1. ff. de rerum diuis. vbi res hereditaria, & sic serui hereditarij, antequam
aliquis heres existat, nullius in bonis sunt *in l. si vsumfructum ff. de liberali cau-*
sa, vbi si liberi hominis vsumfructum ribi vendidero, & cessero, seruus is ef-
ficitur, sed dominium ita demum fiet meum, si bona fide vendiderim, a-
lioqui sine domino est. Item *l. fin. ff. pro derelicto.* & *l. quod seruus ff. de stipulatio-*
ne seruorum, vbi quod seruus pro derelicto habitus stipulatus est, nullius
momenti est, quod si ab alio apprehensus est stipulationem ei acquirere po-
terit. Ex quibus legibus dicendum videtur, seruos alieno dominio non
semper subiici, vt Iustin. voluit. Sed respondeo *ad l. 1. ff. de rerum diuisione:*
inter hereditarium seruum & eum qui pro derelicto habitus est, plurimum
interest, quoniam ille hereditatis iure retinetur, nec potest derelictus vide-
ri, qui vniuerso hereditatis iure retinetur. *dicit l. quod seruus.* ideoq; heredita-
tem iacentem habet, & hereditati acquirit. Seruus vero pro derelicto ha-
bitus voluntate domini, non potest videri ad vsum eius pertinere, nece ei ac-
quirere à quo derelictus est, *dicit l. quod seruus. in fine.* Ideoque si hic ab alio
apprehensus sit, ei acquireret, si à nullo apprehendetur liber fiet, & sibi ac-
quires. *§. qua ratione.* *Institut. de rerum diuis.* & ibi Dd. Ad *l. si vsumfructum,*
quod attinet loquitur illa de eo, qui bona fide liberum hominem pro ser-
uo possidet, & vendit eius vsumfructum. Nam dum vsumfructum vendit,
proprietatem retinet, in malæ fidei possessore venditio liberi hominis non
valet, ideoque ait: eum ex hoc casu sine domino fore, hoc est, sui iuris &
liberum fieri, quod ad proprietatem attinet. Reuera etiam is seruus sine
domino non est, & eiusmodi casus proponitur in *l. 1. in princ. C. communia.*
de manuiss.

Thema 14. Serui à seruando dicuntur.] ICtis non est infrequens, ex ipso rei effectū potius quam origine vocabula deducere, vt sit in testamento, mutuo, &c. Sed obstat *l. non aliter ff. de adopt. vbi seruus publicus, hoc est, tabellio non potest dici à seruando, sed potius à seruendo.* Resp. In illa *l. non dicitur quod seruus publicus à seruendo dicatur, dcinde à prima seruorum assuuatione ita dicuntur serui, & nostrum thema procedit ita, quando reuera sunt serui, non agimus de tabellionibus, hoc est, personis publicis.* §. cum autem *Instit. de adopt.* qui liberi nunc sunt, olim sanc ante Arcadium & Honorium Imp. tabulariatus per seruos administrabatur, id dicti Principes sustulerunt dum dicunt nulli seruorum patescere aditum ad hoc officium *l. 3. C. de tabul. lib. 10.*

Thema 15. In seruorum conditione nulla est differentia: in liberis multæ.] Seruorum vna omniū est cōditio, quia omnes sunt simul in potestate dominorum siue ex post facto sint serui nati, siue facti. Sed multum refert an quis sit liber factus, an natus ita. Deinde vt inquit Theoph. in *Instit. §. vlt. de iure personar.* nullus plus seruus est quam alias. Sed obstat *l. vlt. §. fin. ff. de adilit. edict.* vbi sunt veterani & nouitii serui. Et veterani serui non spatio seruendi sed genere aestimandi sunt, genere, hoc est, natuitate. Ergo Veteranus nascitur: nouitius non nascitur, & per consequens non est vna conditio. Genus hic explicatur pro genere officiorum. Dicitur enī veteranus à caufa, hoc est, officio quod habet: Nam officiorum gradus multi esse possunt, in quibus magna est differentia. Sic non obstat *l. si quid. 15. §. 1. ff. de vsufruct.* vbi sunt Atrienses, quia ibi etiam de officiis agitur, quemadmodum etiam in *§. pen.* *Instit. de iniur.* Deinde obstat Vlp. tit. 22. de testamentis in fine, vbi seruus publicus habet testamenti factiōnēm, alii non item. §. testes. *Instit. de testamentis ordin.* Resp. In eo seruus publicus conditionis est melioris, quia ratione officij hoc sibi habet indulsum. Insto. Sed Wesenb. in §. vlt. *Instit. de iure person.* affirmat, hunc versiculum ab Imp. ex Caio vel alio quopiam ICto sine iudicio esse desumptum, cuius tempore forte vna fuit conditio, cum causa sit triplex, idq; probat per *l. 3. C. de infant. exponend.* Sed resp. ad illam legem, ibi loqui Imperatorem de seruis qui sunt in dominiis, de quibus etiam nos loquimur, & illi sunt leuissimæ conditionis. De conditione colonia & ascriptitia hiç non loquitur, quia ascriptitij ideo tantum dici possunt, quod cum terra cui addicuntur, vendi possint, hoc saltem respectu imaginem seruorum habent, quamvis serui non sint: Deinde coloni sunt liberi, vt ante in 12. themate dictum est.

Thema 16. Ingenuus est is, qui statim, vt natus est, liber est.]
Hoc

Hoc thema ita intelligitur, quando quis liber est natus. Ergo non obstat *totus tit. ff. & C. de natal. restit.* quia qui per Principem restituuntur plenissimam ingenuitatem consequuntur, nec sunt, ut ingenui, sicuti hi, qui ius annulorum aureorum consequuntur. *l. 5. ff. de iure annul. aureor.* l. 1. C. *ad l. Vizeliam.* Insto. Sed ingenuus etiam is est, de quo sententia lata est, *l. ingenuus. ff. de statu hominum.* Respond. Is etiam non nascitur, sed fit hoc propter authoritatem rei iudicatae, id quod tum etiam procedit, si quis iurat se libertum non esse, *l. eum qui. §. si libertus. ff. de iure iur.* quia iuriandum maiorem habet authoritatem, quam res iudicata, *l. 2. ff. de iure iur.*

Thema 17. Mater tria tempora habet ad ingenuitatem partu dandam: Pater saltem conceptionis.] Huic themati obstat *l. eius qui. 9. ff. ad municipalem*, vbi aditionis tempus saltem spectatur. Resp. Illa lex no loquitur de materia seruili, & de libertate danda, cum libertatis ibi nulla fiat mentio sed de conditione, hoc est, statu eius, qui ex illegitimo matrimonio inter liberos homines nascitur. Nam si iustum patrem non habet, matris cōditio inspicitur. *l. cum legitime. 29. l. lex natura. ff. de stat. hominum.* vbi dicitur vulgo conceptos matris sequi conditionem, non patris, & ita loquitur etiam *d. l. eius*, quia patrem monstrare non possunt. *l. vulgo questris. 23. ff. de statu homin.* Et nullā aliā originē nisi matris habent. *l. 1. in fin. ff. ad municip.* Secundo obstat *l. 3. ff. quibus ad lib. procla. non lic.* vbi liberi earū quae se precii participandi gratia venire passae sunt, licet sint concepti liberi, nihilominus serui nascuntur. Respond. Id in odium matris, quae sc̄ lucri gratia venire passa est, introducūtum est. Hotom. *lib. 4. obs. c. 3.*

Thema 18. Libertini sunt qui ex iusta seruitute sunt manumis si, & libertini ac liberti hic nihil differunt.] Definitioni libertinoru obstat *l. circa. 14. ff. de probat.* Vnde apparet libertum à seruo nihil differre, & ideo libertinitatem à seruitute definitione male distingui. Dicitur enim ibi nihil interest seruum suum quis an libertum contendat. Resp. Non dicit quod libertus & seruus unum idemque sint, sed in onere probandi nihil eos differre. Nam vt seruus qui proclamat in libertatem, docere id debet. *l. si filius. in fin. 8. ff. de probat.* ita quoque libertus qui proclamat in ingenuitatcm, idque glossa ibidem ostendit. Deinde obstat *l. sicut proponis. 2. C. de municipib. lib. 10.* vbi dicitur quod libertini habeant nativam libertatem. Resp. dicitur ibi, quod eorum, qui iis libertatem præstiterunt, conditionem sequantur, qui ex causa fideicōmissi manumituntur, hoc est, eiusdem siant status & dignitatis. Nec tamē dicitur, quod libertini sint nati, sed potius per manumissi. libertini effecti, & ex seruitute manumissi. Sed dicitis libertos & libertinos

esse hic. Cui oppono Laurent. Vallam lib. 4. Elegant. cap. i. vbi affirmat libertinos respicere statum ipsum & ingenuos, quibus opponuntur, libertos relativa respicere patronum. Ergo est differentia. Respond. Imo ex definitione libertinorum hoc satis patet. Respiciunt enim ibi patronum cum manumissionis in ea fiat mentio, quae respicit semper patronum. Sed opponitur valde lex vlt. ff. de iure liber. vbi filius libertinus non potest dici filius liberus, id quod notat Cuiac. lib. 3. ob. c. 37. vnde concludit, quod nota sit differentia inter libertinum filium & libertum. Resp. Notandum est in illa lege, quod libertinus ibi pro eo accipitur qui in servitute susceptus est postea simul cum patre manumissus est, bier respectu patris, quo ad Grammaticā differentiam, non est liberus sed libertinus, hoc est, conditionis & status eius, quia parens cum non manumisit. Respectu manumissoris est liberus. Sed hoc discrimen est in illo loco obseruari videatur, tamen in hac materia confunditur, nec loquitur illa lex de nostra materia.

Thema 19. Manumissio est de manumissio, hoc est, datio libertatis.] Hæc definitio non videtur plena, quia manumittuntur etiam liberti homines, §. praterca. Instit. quib. mod. ius patr. potest. solu. §. i. Instit. de fiduc. tutel. Resp. Manumitti, cum liberum quam serui in libris nostris dicuntur l. 28. ff. de adopt. l. 2. ff. de offic. proconsul. Et Rubric si a parentibus quis manumissus, &c. nec mirum eum in imaginariam quandam seruitutem, liberi in emancipationis solennitate deducantur, distinguantur & manumittantur. Et pater dicat hæc verba: Hunc ego filium à manu mitto. Et pater dicatur manumissor. Proprie autem manumissio est de seruis; emancipatio de liberis dicitur, ut exprefse docet l. 1. §. alienatio. ff. quando actio de pecul. annal. est: vbi ait Vlp. Alienatio & manumissio ad seruos pertinet non ad filios: Emancipatio vero ad solum filium.

Thema 20. Libertinorum triplici statu sublato, omnes ciues Romani ex Constitut. Iustin. sunt effecti.] Hoc thema desumum est ex §. vlt. Instit. de libertin. Aduersatur autem valde l. in orbe. 17. ff. de statu hominum, vbi dicitur: In orbe Romano qui sunt ex constitutione D. Antonini, ciues Romani sunt effecti: Ergo non ex constitutione Iustin. Respond. d. l. in orbe. tantum de ingenuis loquitur, non de libertinis, de quibus thema agit: & certum est, Antoninum Bassianum Seueri filium concessisse omnibus ingenuis in toto cib. Romano ius ciuitatis Romanæ; vt eos vi possent: Iustin. vero illud contulisse libertinis. §. vltim. Instit. de libertin. l. vniuers. Cod. de lat. libert. tollend. & hæc solutio non est diuinatoria, sed ex Nov. 78. §. facimus, vbi dicitur quod Antoninus Pius primum ius Quiritum seu Romanæ ciuitati-

ciuitatis dederit omnibus ingenuis, eo ICtus in d.l.in orbe ff.de statu hominum recipit. Cuiac. ad d.Nov.78.in fin.& lib.4.obs.c.5. Welenb.in paratit ff de statu hominum.num.5. & Institut. §. libertinorum, de libertinis, in fine. Nec est recipienda lectio vetustiorum exemplariorum qui habent: in urbe Romana, quia illa pugnat cum ff.Florentinis, alias sic conciliarentur, ut d.l. in orbe loquatur de iis-libertis qui in urbe Romana tantum versantur, quod postea Iustin.ad omnes libertos retulit. Sed hanc glossæ solutionem Cuiac.reiicit in d.Nov.78.

Thema 21. Qui in fraudem creditorū manumittit, nihil agit.] Obstat l.sic cum fideicomissa 16.§.fin.ff.già quibus manumissi liber. non fiant, vbi si voluntate patris filius manumiserit, siue pater siue filius sciat patrem soluendo non esse, libertas nihilominus impeditur, cum tamen si filius ne sciat patrem soluendo non esse, fraudis consilium non habeat, & propterea libertas rata esse debere videatur. Respond. Vtq; casu manumissio fit in fraudem creditorum. Nam dum patris voluntate filius manumittit, & pater scit se soluendo non esse, licet filius ignoret, tamen pater per filium in fraudem manumississe videtur, si vero filius scit patrem soluendo non esse, licet pater ignoret, tamen in fraudem manumissio fit à filio, ideoque utroque casu libertas merito impeditur.

Thema 22. In fraude creditorum manumittit, qui consilio & ipsa re, hoc est, euentu id. fraudat creditores.] Opponitur lex si eundem fideicomissa. §.vlt ff. qui già quibus manumissi liberi non fiant, vbi libertas tantum ex consilio & voluntate impeditur eorum, qui sciant se soluendo non esse, & euentus non sequitur. Resp. Euentus est scutus, sed non apparet, & si de fideicomissaria libertate accipiens est ille §. ut principaliter d.l. 16. saltem euentus inspici debet l. 4. §. si in fraudem ff. de fideicomissi. libertatibus. Idem affirmatur in l.t.C. qui manumitti non possunt, vbi animus fraudandi & euentus requiruntur in directis libertatibus, in fideicommissariis saltem euentus. Lylt.C. qui manumitti non possunt.

Thema 23. Causa semel approbata siue vera sit siue falsa, non retractatur.] Hoc thema ita intelligitur, si ex iusta seruitute quis fuerit manumissus, quia libertas semel data revocari nequit, l.liberos.39.C.de lib.caus. Sed obstat l.vnde 79 ff. pro soc. vbi manifesta iniquitas corrigi, & sic retractari potest. Resp. Loquitur illa lex de sententia arbitroris, ut præcedens l.76.in fin. ostendit, à cuius sententia potest appellari. Hic autem est speciale in manumissione. Huic solutioni obstat l.27. §.fieri ff. de recept. arbit. vbi à sententia arbitri non potest appellari. R. id cōcedo. Ab arbitroris in sententia potest appellari,

non ab arbitri: nam sibi imputent compromittentes, quod non alium elegerint, alias etiam litium finis non esset. Deinde obstat l.7. §. minor. ff. qui & a quibus manumiss. liberi non fiant. vbi seruus alij datus manumittitur, & tamen manumissio non valet. Resp. Quamvis rubrica velit seruum hunc esse manumissum, tamen quia non additur in textu, dicimus in dubio, eum manumissum non esse. Deinde iusta causa non fuit, quæ tamen in hoc themate requiritur. Tertio obstat l.9. in pr. ff. qui & à quib. manumiss. liber. non fiant. Resp. Metus adest iustus. Huic solutioni obstat lex 9. §. idem Pomponius. ff. quod. met. causa. Resp. Ibi libertas non reuocatur, quia per metum erat manumissus, qui hic est iniustus, ibi iustus. Cuiac. ad d.l. 9. ff. quod metus caus. Denique obicitur l. Paulus. ff. de verb. sign. vbi falsum testamentum est nullum. Ergo & hic falsa manumissionis caussa est nulla, & per consequens retractanda. Resp. Diuersa hac magis sunt cum d.l. Paulus in manumissionis casu non loquatur, de quo thema nostrum accipiendum est.

Thema 24. Quod serui acquirunt statim Dominis, acquirunt suis.] Hoc thema satis probatur in §. 1. *Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur.* §. item. *vobis. Instit. per quas person. cuiq. acquir.* Sed multa huic assertioni videntur obstat, quæ ordine sunt refutanda. Primum opponitur §. de iis autem infr. per quas person. cuiq. acquir. vbi dicitur serui in quibus habemus vi sum fruct. i. ex re nostra & operis suis acquirunt nobis, q. vero extra eas causas sunt cōsecuti id ad dominum proprietatis pertinet. Ergo non omnia dominis suis acquirunt. Resp. Certum est si serui vel seruae fuerint in vi sum fructum dati vel date, nihil præter operas & ministeria datū intelligitur l.3. ff. de oper. seruor. Hereditas enim vel alia, quæ ad dominum proprietatis spe. Etant fructuario non acquiruntur, nec partus ancillæ ad vi sum fructuarium pertinet, §. in pecudum fructu. *Instit. de rer. diuis.* Quæ autem operis suis seruus acquirit, vi sum fructuario quæruntur, & nihilominus hic cuiq; pro iure suo acquiritur, vi sum fructuario, quo ad vi sum fructum: Proprietario, quo ad proprietatem, & ea quæ proprietatem sequuntur. Insto. Interdum in pendentī est, quod serui acquirunt: Ergo non statim acquiritur domino, id quod probatur ex l. sed et si. 25. § 1. ff. de vi sum fr. l. seruus. 43. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. Porre casum, Seruus fructarius emit seruum, & per traditionem eum accepit, nec dum precium numeravit, sed tamen pro eo satisfecit, pura dato fideiūsso, hic in pendentī est dominium, illudq; dominiū declarabit numeratio. Resp. Seruus cum sibi non acquirat, nec quicquam proprium habere possit, aut vi sum fructuario aut proprietario acquirit. Si ergo ex peculio quod ad vi sum fructuarium pertinet soluerit, intelligitur homo emitus retro vi sum fructuarii fuisse; Cum vero ex eo peculio, quod proprietarium sequitur, soluerit, proprietariū fuisse videtur. d.l. seruus. 43. §. fin. ff. de acquir..

acquir.rer.dom. Ideo est in penden*t* i dominium, quod demonstrabitur & declarabitur numeratione & solutione pecuniæ. Insto. Sed si factum est in stipulationem deduc*tum*, persona stipulantis saltem cōtinetur, veluti si seruus stipulatur, vt sibi ire, agere liceat, ipse tantum prohiberi non debet, non etiā dominus eius, quia facti stipulatio personā stipulantis non egreditur §. sed cū factū instit. de stipul. seruor. Ergo domino hoc casu nil acq*uir*itur sed soli seruo quod tantū in stipulatione cōtine*t*ur. Resp. Stricta hoc ratione procedit, non ex æquitate. Secundō licet non principaliter Domino stipule*t*ur, tamen secundario & in consequentiam, quia etiā saltem eat vel agat seruus: tamen vtilitas eundi vel agendi transit in domini emolumentum. Insto. Sed seruus suos nummos habet, & illis etiam sibi libertatem adipisci potest. *I. 4. in pr. ff. de manumis.* Respond. Est solutio in d. *I. 4. §. 1.* vbi dicitur, quod suos nūmos seruus habere non possit, sed conniuentibus oculis domini, credendum es*se*, suis nummis cum redemitum, puta si ex peculio quod ad venditorem pertinet, idque fauore libertatis, siue ex aduentitio lucro, siue ex amici beneficio vel liberalitate amici vel i promittente vel delegante vel in se recipiente amico debitum, sit liberatus. Insto. Sed adhuc non omne acquirit domino quia saltem iustam possessionem acquirit. *I. quod seruus 24. ff. de acquir. poss.* Resp. id quod iniuste acquirit, non videtur possideri, nec videtur possessionem adeptus; qui ita nactus est, vt eam retinere non possit. *I. non videtur. 22 ff. de acquir. poss.* cum nullius sit momenti. Agimus autem nos de iusta acquisitione, cum nemo ex alieno damno lucrum sentiat. *I. iure natura. ff. de reg. iur.* Insto. Sed nulli acquiritur id quod probatur *I. si seruus. ff. de acquir. rer. dom.* Respond. hocideo fit, quia ego non possideo & quia liber homo bona sive seruit. Ergo sibi acquirit liber homo per traditionem sibi factam fide bona; Et agitur ibi de acquisitione naturali potius quam ciuiili, alias si ex re ciuis; à quo possidetur res sit comparata, ei acquiritur. Nam quod ex re alterius est, possessio*n* non acquirit. *I. seruus 43. in princip. ff. de acquir. rer. dom.* Insto. Sed seruus publicus cum stipulatur rem pupilli saluam fore Reipubl. non acquirit sed pupillo. *I. i. §. exigere. ff. de magistratib. consuend.* Respond. vt tutela publicum munus est. *§. 1. instit. de excusat. tutor. vel curat.* Reipubl. munus nō est *I. 6. ff. de excusat. tutor.* Ita seruus publicus nō est Reipublicæ seruus, sed omnium ac singulorum utilitate introductus. Nam aut per liberos homines exceptis procuratoribus, tutoribus & curatoribus, nulla ex causa alicui acquiriri posset. *§. ex his itaque: institut. per q. person. cuiq. acquir.* *§. si quis alii. instit. de inutil. stipulat.* Et tamen saepe euenerit vt pro absentiis aut pro pupillis aut Reipubl. nomine stipulari aut transigere oportet, itaque contractibus in actibus publica fide conscribendis seruum.

publicum adhibuerunt, hoc est, omnia & angulosum communem, ut pro omnibus & singulis stipulari & acquirere possit. l.2. ff. rem pupilli saluare fore. l. non est aliter. 18. ff. de adopt. In isto. Deniq; opponitur §. dominus vers. sin autem instit. d. noxal. a. l. vbi dicitur seruum iure. damnnum resarcire qualita pecunia, si aliquid quæsiuit, habet aliquid pro se, nec omnia domino acquirit. Respond. Verum est ex tit. i. institution. am. per quas person. cuique acquir. statim ipso momento id quod seruus acquirit ad dominum tranire, sed intellige hic pecuniam qualitam, hoc est, per alium quendam quam ipse seruus mutuo rogare potest, promittendo se redditurum, quando fuerit manumissus, atque ita damnum resarcire potest. Alioqui si nulla est spes libertatis nihil potest mutuo sumere, quia in personam serui non cadit obligatio. l. in personam. ff. de reg. iur. Et hoc etiam Alciatus indicat dum dicit: nati ex iusta hic seruum esse Domini, hoc est, in spe, quod etiam in d. §. dominus indicatur his verbis: Auxilio pratorum iuncto domino manumitteretur. Ergo est in conditione manumissionis.

Thema 25. Qui alieno iuri sunt subiecti, aut sunt in potestate parentum ut liberi: aut dominorum ut serui.] Contra obiici solet, quod vxores sint etiam in potestate maritorum, quibus se committere debent. l. hac lege C. de pact. conuent. Dicuntur etiam in officio & seruitio maritorum esse. l. sicut patronus 48. ff. de operis libert. Adeo. ut etiam maritus vxorem cogere possit, ut operetur. l. sed si cui 23. ff. de usufruct. & vxor sub viri est potestate. Genes. 3. Et vxor non habet potestatem sui corporis sed maritus l. Corinth. 7. Imo mulier subiecta dicitur esse marito ut Domino c. mulierem 33. quast. 5. Vnde scilicet qui videtur mulieres etiam in potestatem maritorum transire, & tertium genus potestatis esse maritorum in vxores. Deinde iure ciuili veteri legimus apud Plinium, vxorem imperfectam a marito: propterea quod via bibisset è dolio. Respond. Triplex olim erat genus matrimoniorum, prium varra consecrabatur. Secundum siebat per coemtionem, hoc est, imaginariam venditionem: Tertium vnu habebatur: & soluuntur contraria ex iure ciuili allata, tripli hoc genere adhibito. Primum non diu in vnu fuit: Duo reliqua diu manserunt, & matrimonio contracto per coemtionem mulier patris potestatem exhibat; & transibat in potestatem mariti, eique filiat loco erat. Hodiis tamen per coemtionem nuptiae non sicut, & vxores non transfeunt in potestatem mariti sed manent in potestate patris ut expresse dicitur, in d. l. si vxor. C. de condit. insertis & in l. patri. ff. ad l. l. l. de adult. & in instituit. ad SC. Tertii. insine princ. in verbis: In potestate parentis sit: cum tamen esset trium liberorum mater, quia matrimonium non est modus soluendæ patriæ potestatis. tot. tit. instit. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. Deinde ante allata argumen-

ea de mutuis matrimonii officiis & obsequiis intelliguntur, ut constat ex c. 2.
Genes. & 1. Corinth. 7. & iure mariti cogi potest vxor, non autem potest acerbe
tractari vel verberari. Nouel. 117. §. si quis vero uxorem. Insto. Prebo tamen ad-
huc ex l. pronunciatio. §. familiae. vers. iure enim proprio. ff. de verb. signif. In fami-
lia esse patrem fam. matrem fam. & filios fam. Et deinde in §. pater autem dici,
pater fam. vocatur, qui est in domo dominus, si est dominus æq; habet po-
testatem in vxorem, quæ etiæ est in domo, quam in liberos & seruos. Resp.
Potestas varie accipitur. l. potestatis ff. de verb. signif. Hic significat caput fami-
liae & sic Imperium. Est enim quasi Rector in domo ut est Rector in schola.
& quamvis dominus seu maritus tale habeat imperium id est imperium in
totam domum & etiam in vxorem. Nihilominus tamen ea in sui patris ma-
nent potestate, id quod ante legibus est ostensum expressis. Insto. Sed po-
testatem tutores & curatores habent etiam in pupillos & adultos, ut defini-
tio tutelæ ostendit. Ergo tertium genus in iis ponendum. Resp. Potesta-
tis verbum plura significat ut ex d.l. potestatis fuit probatum; Hic potestatis ver-
bum significat imperium, hoc est, defensionem quam habent tutores & cu-
ratores in personas & bona pupilli vel adulti, non significat dominicam vel
patriam potestatem. His enim nihil acquiritur, dum saltem sint constituti
defensores; ius defensionis hic adest non acquisitionis. Imo sunt iuris sui
quamvis in defensione, impuberis enim in tutela esse, iure naturali

conueniens est, ut is qui per se & ætatis non est, alterius tu-

tela regatur. §. impuberis institut. de At-

til. tutoye.



LIBER PRIMVS INSTITUTIONVM IVSTI- NIANI IMPERATORIS.

DISPUTATIO I.

De iustitia & iure, item de iure naturali, gen-
tium & ciuili.

Thesis 1. Qui iuri operam dare vult, primum nosse debet, unde nomen iuris descendat. Vlpian.in lib.1.in pr. ff. de iustit. & iur. Welenb. in paratit. ff. de iustit. & iur. nu. 14.

2. Est autem ius secundum Vlpianum à iustitia appellatum, sicut effectum ex causa efficiente. Vlpian.lib.1.in princip. ff. de iustit. & iur.

3. Iustitia est constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens. §.1.instit.de iustit. & iur.l.10. ff. cod. Welenb. in paratit. ff. co l. tit. num. 2.

4. Ex hac tanquam fonte riuiulus vberrimus defluit iurisprudentia, quæ est diuinarum atque humana rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. §.1.instit.de iustit. & iur.l.10. §.fin. ff. eod. tit. Eodem fere sensu à Celso ius definitur, ars æqui & boni. l.1.in pr. ff. de iustit & iur. Coras. lib.2. Miscellan. c. 18.

5. Iustitia est vniuersalis & particularis, quæ rursus est vel distributiua vel commutatiua secundum philosophos. Mynsing. hoc loco, in princ. nu. 7.

6. Ius est bipartitum, publicum & priuatum. §.huius studii. 4.institut.hoc tit. & l.1. §.2. ff. eod. tit.

7. Publicum ius, & quod ad statum rei Romanæ spectat, & in sacris, in sa-
cerdotibus atque in magistratibus consistit. l.1. §.2. ff. de iustit. & iur.

8. Priuatum est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet. §.fin.instit.hoc tit. l.1. §.2. ff. eod tit. Estq; triplex, naturale, gentium & ciuile. §.fin.iustitut.hoc tit. d. l.1. §.3. ff. eod tit.

9. Ius naturale est, quod homini cum bestiis commune est, sed in homine tamen cum ratione coniuncta. in princ.instit.de iur.natur.gent. & ciuil.

10 Ius gentium est, quod naturalis ratio, vsu & necessitate humana exigit, inter omnes gentes constituit. §. 2. institut. de iur. natur. gent. & ciuil.

11 Cuius generis sunt bella, captiuitates, seruitutes & obligationes propter modum omnes. §. 2. instit. hoc tit. ex Vlp & Hermog. l. 4. & 5. ff. hoc tit. praeter stipulationem & donationem propter nuptias, quae sunt obligationes iuris ciuilis. Vlpian. l. 5. ff. de pact.

12 Ius ciuale est, quod proprium est cuiusque populi aut ciuitatis, ut Romanum aut Atheniense. §. sed. ius quidem. institut. de iur. natur. gent. & ciuil l. 9. ff. de iustit. & iur.

13 Distribuitur porro ius ciuale in scriptum & non scriptum. l. ius ciuale. 6. §. fin. ff. hoc tit. §. constat autem. institut. de iur. natur. gent. & ciuil.

14 Scriptum ius est, quod scripto sancit, quod vult, aut iubendo aut verando. l. 10. 32. 13. 35. & seqq. ff. de legib. Cicero lib. 1. de legib. Plato lib. 8. de republ.

15 Huius iuris species sunt sex: lex, plebiscitum, Senatus consultum, Principum placita, magistratum edicta, responsa prudetum. §. constat autem. institut. cum §§. 6. seqq. institut. de iur. natur. gent. & ciuil. toto tit. ff. & Cod. de legib.

16 Ius non scriptum est, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobavit: & mos siue consuetudo dicitur. §. sine scripto. institut. hoc tit. l. 32. & seqq. ff. de legib.

Corollarium: Summus in liberorum studia à parente viuo utiliter facti, an in diuisione hereditatis, mortuo parente, conferantur, an non? Schneidw. in §. quedam. nu. 24. institut. de action. Nicol. Reusner. lib. 2. consultat. quest. 8. nu. 14. Hartman. Pistor. in question. iuris. quest. 19. lib. 1.

DISPUTATIONIS I.

De iustitia & iure, item de iure naturali, gentium & ciuili,
objectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 *Iustitia est mater omnis iuris.*
- 2 *Ius effectum iustitia quomodo dicatur.*
- 3 *Iustitia unde dicatur.*
- 4 *Iustitia an reste definitur constans & perpetua voluntas iuste agendi, & quomodo id accipendum.*
- 5 *Ius ciuale cum sit mutabile, quomodo iustitiam retinere possit.*
- 6 *Voluntatis vocabulum cur in definitione iustitia positum sit.*
- 7 *Vsucpcionum materia an pugnet cum iustitia.*
- 8 *Vsura an pugnent cum iustitia.*
- 9 *Vsura quotuplices, & quatenus permisae sint.*
- 10 *Acceptio personarum an siat in iudicis.*
- 11 *Transfigere super adulterium an, & quare licet.*

12. *Ius quomodo sit concessus.*
 13. *Contractus propter dolum quando rescindatur.*
 14. *Iudex debet sequi legem etiam si dura sit.*
 15. *Iuris praecepta tria quid requirant.*
 16. *Ius quomodo artis boni & aequi definitur.*
 17. *Ars & scientia à IC confunduntur.*
 18. *Ius an recte duplex constituatur.*
 19. *Iustinianus in institutionibus de quo iure agat.*
 20. *Iudicia publica ad coercitationem priuatorum spectant.*
 21. *Ius publicum an ex praeceptis naturalibus gentium & ciuilium collectum sit.*
 22. *Ius quomodo dicatur cadere in animantia bruta.*
 23. *In iuriam quomodo bruta animalia faciant.*
 24. *Coniunctio maris & feminæ cuius iuris sit.*
 25. *Bella sunt ex iure gentium.*
 26. *Ius gentium rationis, & ratiocinationis quid introducerit.*
 27. *Ius gentium duplex esse.*
 28. *Ius naturale an sit immutabile.*
 29. *Scriptura non est de substantia iuris scripti.*
 30. *Ius scriptum cur in scriptura consistat.*
 31. *Iuris scripti an recte dicantur & esse species.*
 32. *Iuris scripti species quomodo introductæ.*
 33. *Actus duo ad consuetudinem probandam sufficiunt.*
 34. *Consuetudini quo tempore prescribatur.*
 35. *Summus in liberorum studiis à parente vivo & illico facti, an mortuo parente, in divisione hereditatis conferenda sint.*
 36. *Summus in studiis ex illico facti non conferri.*
 37. *Patris affectio maior esse praesumitur in eum filium, qui adhuc in potestate est.*
 38. *Summus studiorum causa dati inter quasi castrenia peculia referuntur.*
 39. *Studioorum magna sunt priuilegia quia per eos totus illuminatur mundus.*
 40. *Mater non potest reperere alementa qua filio suo præstiterit.*
 41. *Filius qui summus male collocat, compello potest ad collationem.*
 42. *Militia aliud est quam peculium castrense.*
 43. *Summus in studiis facti post patri obitum, conferuntur.*



ERITO Imp. Iustin. volens in Institut. totius iuris primis elementis agere potissimum de iure Roman. priuato, primo loco tractat de iustitia. Quippe iustitia mater est omnis iuris, ut obligatio est mater actionum. Accurs. in l. 1. in verbis iustitia. ff. de iusti. & iur. Theoph. in titul. inst. de obligat. in princ. Hoc considerans Iustin. in Nov. 69. Et omnes obedient. dicit unam esse omnium virtutum perfectissimam, quæ iura omnibus distribuat, ex causa cognominata iustitia. Notanda sunt illa verba; ex causa, quæ ita sunt accipienda quasi dicat, ex eo q. est causa omnis iuris dicitur iustitia. Vel ita illa verba sunt accipienda quasi dicat ex causa, hoc est, ex causa finali iustitia, quæ in d. Nov. procedit, cognominatur iustitia. Non autem hoc vult Iustin. iustiam deduci à iure idcirco nec virut præpositione à, sed præpositione ex, tacite inuenias se in dict. Nov. de ety-

de etymologia agere non velle, quamuis tamen non defint, qui arbitrantur Iustin. respexisse ad aliam iuris significationem, quatenus scilicet, ius denotat notitias naturales in mente positas, & nos ad iustitiam colendam exuscitantes; Et ideo Iustin. dicere iustitia ex causa, id est, ex iure, quatenus scilicet, naturales notitias significat, esse cognominata, quæ tamen explicatio videtur alienior à graui Iustin. proposito, in d. Nov. cum nec verisimile sit eum ad ius in mente positum respexisse, quia alias mentis & affectuum ratio in iure non usque adeo attenditur. *I. cogitationis ff. de panis.* Nos autem hic ius pro subiecta materia artem dicimus, qua ut riuulus ex iustitia fonte vberrimo promonauit, & quatenus est ars recte a iustitia deducitur ab Vlp. in d.l.r.h.tir. num. ad similitudinem ordinis naturæ, quo effectus est posterior sua causa. Iustitia enim est virtus, ius ars boni & æqui est effectu iusticia, cù ex iusticie cultura existat. Ius autem quatenus significat naturales notitias, prius est iustitia, & ideo catenus inspecto naturæ ordine recte dicimus † iustitiam à iuste dici vel à genituio iusti addita syllaba TIA ut vult Welenbec. *in parasit. ff. num. 3. de iustit. & iur.* Est igitur summe notandum, ius, puta naturales inclinationes esse naturæ priores iustitia, quia illis inclinationibus quasi rapimur ad iustitiae exercitium. Deinde ex iustitia culta ius, puta artem, ut effectus nascitur, & sic Iustin. & Vlpian. rectissime inuicem conciliantur. Nec aduersatur ratio Grammatica, quod composita deducantur à simplicibus quod hic inuertitur, quia ICti & Impp. sepositis rationibus grammaticis, rerum magis naturam intuentur & sequuntur, id quod in mutuo similiter ita fieri videmus. *I. 2. §. appellata. ff. de reb. cred. §. i. insit. quasi modore contrahit obligatio.*

Ad Thes. 3. & 5.] Agimus hic pro subiecta materia de iustitia ciuili vel politica particulari, quæ duplex est commutativa & distributiva ut ex ethicis constat, non de diuina ut Accurs. hic putat. De illa enim in sacris libris agitut. Sed obiicitur. Iustitia non est constans & perpetua voluntas definienda, cum voluntas sæpe contra iustitiam agat ut experientia testatur. Respond. Si iustitia absolute consideratur in sua existentia vel substantia, dicendum est, eam † esse perpetuam & constantem voluntatem iuste agendi, ut & aliae virtutes per se constantes sunt: Si consideratur relatiue respectu hominis, qui debuit iustitiam colere, dicimus sæpe fieri, ut quis affectuum vitio à iustitiae tramite abducatur.

Distinguendum igitur proprium officium & substantia iustitiae ab vnu, qui aliunde accidentaliter accedit, quam solutionē nobis præbet Paulus ICtus in l. pen. ff. de iustit. & iur. vbi dicit ius etiam dicitur, quando prætor iniuste decernit, relatione scil. facta, nō ad id quod prætor fecit, sed quod facere eum oportuit. Secundo obiicitur. Ius ciuile est mutabile, §. sed naturalia. *inst. de iur. nat. genr. & civ.* Ergo nec iustitia ut causa iutis est cōstantis & immutabilis. Resp. ius ciuile sæpe mutatur pro vtilitate & circumstantiis locutum, temporum & similiūm, retinet tamen iustitiam, ex qua ius oretur est, & summa in eo æquitas versatur, quæ alias summa iniquitas fieret, si idem ius in omnib. personis & in omnib. locis seruaretur. Vna ciuitas aliud ius, altera etiē aliud requirit, cuius exempla multa in toto nostro iure extant. Tertio obiicitur. Nec proximum nec remotum genus hic exprimitur, sed assimilatur aliud magis peregrinum. Ergo definitio iustitiae falsa. Resp. in hac definitione duo illa adiuncta verba, *constans & perpetua*, exprimunt habitum, quæ est constans & perpetua voluntas. Sapienter autem retentum est vocabulum *voluntas*, ut scil. indicetur in iustitia, ut etiam in omni virtute, requiri voluntatem ad iuste agendum, que si semper recte rationi obsequitur, sensim transit in habitum & fit inde constans voluntas, & male poneretur tantū vocabulū voluntas nisi duo illa vocabula habitū importatia eiuslene

ei essent coniuncta. Et tantum de genere definitionis iustitiae. Sequitur de differentia eiusdem, cui multa ex toto nostro iure opponi possunt, quæ tamē ex suis locis & materiis facile poslunt ad iustitiae normam reduci; Omnia enim in se habent rationem æquitatis, & non sine evidenti causa sunt cōstituta. Primum obiicitur tota materia † vſucaptionum, quæ videtur pugnare cum iustitia, cum suum aliqui auferat, & faciat aliquem locupletari cū alterius damno, quod iuri naturæ est contrarium. *iure naturæ ff. de reg. iur. Resp.* Tres sunt præcipua rationes, quare vſucaptionum materia putetur æquissima, & bono publico introducta, vt loquitur ICtus in l.s. ff. de vſurpas. & vſucap. Primo vt sit finis litigii. Secundo. Ne dominia rerum sint in incerto. *§. i. iuris de vſucap.* Tertio. Vt domini in suis rebus custodiendis reddantur alacriores, de quibus in materia vſucaptionum latius dicemus. Quod autem in Nouel. 9. dicitur vſucaptionem esse impium præsidium, id in fauorem rerum Ecclesiasticarum est constitutum, quæ tam breui tempore non præscribuntur, nec fraudulenter facile alienantur. Secundo obiicitur † vſurarum materia, quæ suum cuique auferre videtur. Resp. Vſuræ iure ciuili permittuntur *toto tis. ff. & C. de vſuris.* Et quamvis aliqui Impp. fuerunt, qui earum cursum prohibuerent; tamen alii eas in forum redixerunt, considerantes humanam societatem sine iis facile conseruari non posse, & forte tentari potest, Imperatores mere lucrosas, & tantum propter officium mutationis dandas vſuras non approbasse, sed potius semper velle compensatorias, hoc est, in quibus respectus fiat ad aliquam vtilitatem, quam forte ex ea pecunia sensissemus, si mutuam eam non dediſsemus, de quarum æquitate latius videatur Dn. Borchold. *in tract. de Vſur. cap. 1.* Vſuræ enim triplices sunt, † lucratoria, recompensatoria, & permutatoria, quarum prior species simpliciter censetur illicita & damnata tam sacrae scripturæ autoritate, quam aliis politicis constitutionibus: Permissæ tamen & licite censentur duas posteriores species, tam iure ciuili politico, quam in re diuino & canonico, de qua re vide Wel. in l. 5. Cod. de ast. emt. Tertio obiicitur, quod in iudicio cius † non si facienda personarum acceptio. *cap. in iudiciis de reg. iur. in 6.* id quod tamen fieri videtur in l.s. §. vſt. ff. ad l. Cornel. de sciar. l.s. C. eodem. Et alias ſæpe in iure occurrit, grauius puniri sapientes, quam furiosos, seruos quam dominos, adultos quam pupillos, & in inferioris homines gradus, atrocius animaduerteri, quā in homines maioris conditionis. Respond. In hisce ſimilibus militat Summa æquitas & iustitia particula-ris distributiua, futiosis ob furorem ignoscitur. *l. congruit 13. §. fin. ff. de offic. præfid.* Pupillis præpter imbecillitatem iudicii. *l. i. C. de falsa moneta.* Cum hominibus superioris conditionis ideo clementius agitur, quia quantum alius inferioris gradus in vita vel poena pecuniaria amittit, tantum diutor in fama, & secundum hoc d. l. sunt intelligenda & si quæ ſimiles. Quarto obiicitur quod licet † transfigere super adulterium. *l. transfigere 18. C. de transact.* per quam transactionem videtur dari anſa ſceleribus, cum tamen interſit Recipubl. delicta non manere imputata. Respond. Id ideo est receptum ab Impp. quia quilibet quoquo modo potest redimere ſuum fanguinem. *l. i. ff. de bonis eorū qui ante &c.* Quamvis tamen nihilominus id ſenatus ex nobili officio poſſit punire, ſi forte notorium fiat. Translatio enim inter duos vel plures plerunq; in priuatis ædibus fieri ſollet. Quinto obiicitur *l. in cauſa. 16. §. idem Pomponius. ff. de minoribus. l. idem si pralio. 22. §. fin. ff. locati.* vbi in pretio emtionis, vendit, locat, conductionis naturaliter licet *22. fe circumuenire.* Ergo † dolus & machionatio est licita, q; tamen eſt contra iudicium. Resp. Dolus eſt duplex. Malus & bonus. M. Ius dolus eſt machinatione fraudulenta alterius decipiendi cauſa instituta. *l. i. §. dolū ff. de dolo malo.* q; à contractib. debet abeſſe, quosq; reddit nullos. *l. 7. in pr. ff. de dolo malo.* Bonus dolus eſt, q; fit in recipia ſine omni animo fraudandi

Hic naturaliter est concessus, hoc est, iure gentium propter usum commerciorum & contractuum bona fide initorum, nec tam facile dirimendorum. Exempli gratia: Aliquis preciosum equum mihi vendit precio exiguiori. Ego do premium. Venditor ignorat equum pluris posse vendi, ego similiter ignoro, hic dolus in ipsa re, id est, equo consistit. Si tamen ultra dimidiam partem iusti precij est lasus, presumitur dolus & tunc condatur contractus 13 l. 2. & l. 8. C. de rescindere vendit. Eodem modo responderi solet ad §. præterea. Institut. de verum diuis. quia quod per alluvionem accedit agro meo, iure gentium sit meum, cem ut in texu dicitur, non intelligat quis, quantum quoque momento accedat, hoc est, animum lucrandi quis non habeat. Nec huc pertinet illud D. Pauli ex 1. ad Thessal. 4. Neminem debere fratrem in negotio circumuenire: Id enim spectat ad iustitiam diuinam, & prohibet animum fraudandi, id quod verbum πλεονελεῖν, quasi plus habere apud Paulum satis indicat. Sexto opponitur l. prospexit ff. qui & à quib. manū. vbi dicitur durum esse, sed tamen ita legem esse scriptam: Ergo durities, quæ contra legem est approbat. Respond. Index debet sequi legem scriptam & licet dura sit, hoc est, licet faueat non ad 14 eo libertati, ut in d.l. prospexit. Solius enim Principis est inter aquitatem & rigorem iuris, interpretationem interponere. l. Titus. C. de legis. Sepimo denique obiicitur definitioni iustitiae, quod sit angustior, cum non contineat in se priora duo iuris præcepta, sed tantum tertium. Respond. Differentia definitionis iustitiae εἰ πλάτει, hoc est, late ce-
cipienda est ut tria præcepta suo ambitu contineat, qui enim honeste viuit, neminem offendit malo exemplo, is suum cuique tribuit, & similiter qui neminem laedit. At tertium præceptum multo strictius accipitur, ut contineat saltem in se ea, quæ extra duo priora relinquentur. Et quidem primum præceptum & requirit honestatem in verbis, gestibus, 15 operibus. Secundum prohibet lassitudinem aliorum & sui ipsius corporis vel famæ. Tertium omnia ea, quæ extra hæc relinquentur, puta contractus, negociationes, &c. complectitur, & sic facile reliqua contraria reconciliantur.

Ad Thesin. 4.] Ius ars boni & æqui est, ut refert Vlp. ICtus ex Ccello in l. 1. ff. de ius-
fit. & iur. Illud sub hac definitione Iurisprudentia ab eodem Vlpian. aliter definitur in l.
10. §. 8. l. ff. de iusfit. & iur. Et in d. l. 1. Vlpian. saltem refert Celsi definitionem concisam,
nec forte prolixiorum dare vult in libris Institutionum, vnde illa lex est desumpta, ut inscrip-
tio indicat. In libris enim Institut. omnia leui via sunt proponenda, ut Imp. suadet
in §. his igitur. Institut. de iusfit. & iur. Post tamen in lib. 1. regulariter, prolixiore iuris de-
finitionem tradere voluit sub nomine Iurisprudentia, quæ tamen idem vult, quod breuis
illa Celsi. Nam & t per artem boni, intelligit ius publicum. Per artem æqui, ius priuatū. 16
Ita per illa verba: *notitia rerum dissimilatorum*, ius publicum: Per illa verba: *notitia rerum
humanarum*, ius priuatū intelligitur, quorum utrumque scientiam iusti atque iniusti
in se continet. Hoc etiam animaduertens Iustin. Rubricam tit. de iusfit. & iur. voluit con-
cipi, cum tamen ius non definiat, sed Iurisprudentiam quod forte argumentum magnū
suppediat, ius & Iurisprudentiam vnum idemque esse, id quod etiam Wesenb. in paratit.
rum. 14. §. additur. de iusfit. & iur. placet. Non igitur valet argumentum, quod obiicitur,
definitions diuersas & definita diuersa vnum idemque esse non posse, cum iam defin-
itiones hæc explicatae sint eadem, quamvis in diuersis libris etiam ab Vlpia, sint propositæ.
Non obstat quod obiicitur, scientiam, notitiam & artem plurimum differere. Scientia e-
ciam & notitia θεωρία respiciunt. Ars praxin; quia hæc à ICto Vlp. in d.l. 1. ff. eod. & con-
funduntur, id quod inde apparet, dicit ICtos profiteri notitiam boni & æqui, et in
tamen artem profitcantur: Et quod ante ex Ccello, artem boni & æqui appellauit, statim
in illa

in illa ipsa lege, notitiam iusti atque iniusti appellat, quamvis Philosophi hæc distinguant. Denique non obstat, quod dicunt, finita cum infinitis confundi; Scientia enim est infinita; Ars certis præceptis finita, quia ut ante dixi, hæc confunduntur à ICto Cuicac.

lib. 1. obser. c. 28.

- 18 *Ad Thesin 6. & 7.]* Ius † duplex statuimus, cum Imp. Cui assertioni obiicitur *l. 6. inter. 23. in princ. C. de Sacro/anc. Ecc. leſ.* Et Quintil. *lib. 2. orat. Instit.* vbi triplex ius constituitur, diuinum vel sacram, publicum & priuatum. Respond. Ius diuinum vel sacram pertinet ad ius publicum. Ius enim publicum vel in saeris, vt pote sacerdotibus, vel in Magistratibus consistit, teste Vlpian. *in d. l. 1. §. huīus. Institut. de iūs. & imp. Iustin.* 19 omisso iure publico, in Institut. de iure † priuato potissimum agit. Cui obiicitur *§. nullius, de rerum diuīstione. §. 1. de inūilibus stipulationib⁹. vbi fit mentio rerum publicatum & sacrarum. Ergo de publico iure hic agit.* Resp. Res sacrae per se ad ius publicum pertinent, sed quia in diuisionem rerum priuatarum non veniunt, nec vendi aut distrahi possunt, ideo earum interdum in Institut. fit mentio. Eodem modo non obstat *tot. iur. de public. iudic.* Quia publica † iudicia ad coercitationē priuatorum spectant, & omnibus priuatis utile est delicta puniri, quamvis à publica pendeant authoritate. *l. 3. ff. qui testamento facere possunt.* Nec alicui priuato permisum, iuri publico testandi quid derogare. *l. testandi. 13. C. de testamentis.* Potissimum tamen testamentum priuatorum utilitatem concernit: Eodem modo tutela publicum munus dicitur. *§. 2. de excusat. tutor. vel curator.* scilicet authoritate, quamvis præcipue utilitate sit munus priuatum. Sic sèpe Reipubl. quid utile est. *§. sed & maior. de his qui sūs. &c. §. 1. de & sūcap.* quod tamen priuatis maxime est utile; manet ergo verum Iustinian. de iure priuato in Institutionibus agere.

- 20 *Ad Thesin 8.]* Valde Rodolph. Agticol. *lib. 2. Instit. Dialec. accusat Iustin. & Vlp.* quod affirmat ius duntaxat priuatum ex hisce tribus iuribus esse collectum. Quasi vero ius publicum inde non sit collectum, cum unius inclusio sit alterius exclusio, sed nos affirmamus Imp. id necesse non habuisse exprimere de iure publico, cum de eo iure in Institut. nihil vellet tractare, alias certum est, ius etiam publicum ex hisce tribus iuribus esse collectum, & ad publicam utilitatem Romanæ ciuitatis esse translatum, quemadmodum ius priuatum collectum, ad utilitatem ciuium Romanorum est deductum: atq; ita Vlpian. *in d. l. 1. est quoque intelligendus,* quamvis nec is id exprimat cum nec in libris Institut. unde illa lex est desumpta, de iure publico esset acturus. Alii tamen volunt ius publicum non esse collectum ex † præceptis naturalibus gentium & ciuilibus, quia Romani potius haberunt Imperium in alios populos, quam alii populi in Romanos, sed haec ratio est insufficiens, quia hoc non est factum ratione Imperii & dominationis: sed quia viderunt Romani id æquum esse & iustum, quod aliæ ciuitates haberent, & dignum quod ad publicam utilitatem traheretur. Videatur de hisce glossa in *§. fin. de iūs.* & *iur.*

- 21 *Ad Thesin 9.]* Denisinitur hic ius à Iustin. quatenus est commune hominiibus cum animantibus omnibus, & respectu huius iuris, homo non ut homo, sed ut animal consideratur. Non autem proprie iustribuitur animantibus brutis, quia animam rationalem sedem iuris non habent, & ideo *σίκη ὡν ἐστιν ἐν αὐτοῖς,* ut Hesiod. loquitur, sed *κατεχόντως* † dicimus ius cadere in animantia bruta, quatenus scil. consideramus naturæ admonitionem, impulsu & motu, quo omnia animaæ ad quid agendum rapiuntur. Videmus enim simulachra quædam esse in bestiis ad similitudinem hominum, & sane nos ab ani-

ab animantibus brutis discimus, quid sit ius naturale. Cic. lib. 1. Offic. in principe. quamvis tam
en in hominum temperamentum aliquid rationibus adhibetur. Cessat igitur criminatio
Vallæ lib. 1. Elegant. c. 48. vbi hanc definitionem putat ridiculam, cum ius non cadat in
bruta, quia appetitus solus consideratur coeundi, se defendendi, &c. seposita quasi ra-
tione, nec infrequens est ICtis populariter & crasso more rem explicare. Denique
non obstat. § pauperies. si quadrup. paupers. sec. dic. in l. 1. § pauperies ff. cod. vbi dicitur iniu-
riam non cadere in bestias. Ergo non ius. Quia hoc de vera & rationabili est intelligentia
dum, alias † improprie in iuriam faciunt respectu naturalis impulsus se defendendi. Se- 23
cundo non obstat. §. Et. 1. de iur. natur. gent. & civil. & l. 2 ff. de statu hominum. vbi dici-
tur, hominum gratia ius esse constitutum. Ergo non bestiatum. Respond. Imperat. iu-
ris naturalis hic ideo facit mentionem, vt ostendat, quomodo homines ad similitudinem
animantium brutorum quid agant, id est, coeant, vel se defendant. Alias enim fera-
rum sit mentio in §. fera. de rerum diuis. & in tit. ff. & Institus. si quadrupes. &c. & in
tit. ad legem Aquilam. scilicet quatenus in dominium nostrum perueniant, & quatenus
oblationem animalis petimus restitutionem & damni nostri refusionem. Tertio non
obstar, quod matrimonium non sit iuris gentium. §. 1. & rot. situ. de nupt. Ergo & con-
iunctio naturalis. Respond. Quia diuerso respectu † coniunctio maris & feminæ di- 24
versi est iuris. Quo ad primam institutionem, est iuris diuini, quo ad naturales inclina-
tiones, quæ ad coeundum in omnibus pariter conspiciuntur animantibus, dicimus eam
esse ex iure naturali, quo ad coalensum, ex iure gentium: id quod Imper. Iustin. in §. 1. de
ius. natur. gent. & civil. indicat. Quando dicit de coniunctione quam Nos, scilicet homi-
nes vel gentes, matrimonium appellamus, quod alias est coniunctio tantum, quo ad ius
naturali, quo ad solemnitates est iuris ciuilis. d. §. 1. de nupt. quo ad benedictionem in tem-
plo iuris Canonici. Quarto non obstar, bella esse defensiones, & tamen non esse ex iure
naturali, sed gentium. Respond. Bella geruntur ab hominibus tantum, suntque † ex iu- 25
re gentium, quod necessitas introduxit, quia alias potentioribus nemo resistere potuit.
Defensio autem in iure naturali ex ipsa naturæ admonitione deducitur, & ita defensio
pro varietate iurius est varia. Iure naturali omnibus animalibus est tributa tam brutis,
quam hominibus. Iure gentium soli homini tributa, quando vim vi licite repellit, iure
gentium ratiocinationis homini tributa, quando bellis propulsat iniuriam. Sed l. 3. ff. do-
sus & tur. ad soles homines spectat, quod ratio dicit. l. ostendit, quod etiam Aristoteles
lib. 1. Politic. affirmat, c. 3. seruitutem ex natura trahere originem, id de imbecillitate ho-
minis, quem alieno consilio regi oportet, est accipendum. Denique l. omnes populi. g.
non obstar, & l. penult. ff. de ius. & iur. vbi ius saltem in ius gentium & ciuile diuiditur o-
missio iure naturali, quod tamen Vlp. in l. 1. eiusdem tie. agnoscit. Quia Caius & Paulus in
l. 1. ius hominibus inter se commune tantum diuidunt, ICtus Vlp. ius etiam commune
hominibus cum bestiis diuidit.

Ad Thes. 10 & seq.] Ius gentium dicitur quasi ius hominum, non omnium animan-
tium, in quo iure dominatur ratio. Est autem generaliter loquendo ius gentium: quo
gentes humanæ vntuntur, & huic definitioni conuenit tam ius gentium rationis, quam
aus gentium ratiocinationis, sed ius gentium rationis † sola ratio principaliter intro- 26
duxit. Ius autem gentium ratiocinationis principaliter introduxit vñus & necessitas,
in consequentiam rationabilis, qua homines omnia agunt & perficiunt, & quamvis
huc accommodari possent illæ locutiones, ius primænum & secundarium, tamen
quia sunt odiosæ & Plutonis familia dignæ, vt loquitur Corasius lib. 5. Miscellan cap.
Glor. vitare eas possumus, cum habeamus ex legibus, quomodo hæc res sit explicanda.

Et quidem pro intellectu l.1.2.3.4. & 5. ff. de iustit. & iur. tenendum est in §. fin. d.l.1. proposi-
ni ius gent. eodem modo quo nos desinimus in thes. 10 Deinde in d.l.2. duo proponuntur
exempla iuris gent. quod naturalis ratio principaliter inter homines constituit. Tertium
exemplum proponitur in d.l.3. eamque legem tantum de hominibus esse intelligendam
tota ipsa lex indicat, quæ hominem tantum incitationem facit. Nec habet locum senten-
tia eorum, qui dicunt d.l.1. disiunctum debere legi, & vim atque iniuriam, putantes, vo-
cabulum *vñ*, referri ad ius naturale, quod natura omnia animalia docuit; Vocabulum ve-
ro iniuria ad solos homines: id enim ordo non patitur & ipsa lex. Ergo coniunctum hæc
duo ad homines referimus, non negantes animauta bruta eriam vim propulsare, quan-
do se defendunt, id quod in thes. 9. affirmamus. Deinde in d.l.4. & 5. ff. de iustit. & iur. pro-
ponuntur exempla iuris gentium, quod necessitas introduxit, & hoc ostendit. Ictus satis
in d.l.4. in pr. vbi habet sic: *M. anumissiones quoque ex iure gent. sunt.* Nota particulam, quo-
que, qui a indicatur, & aliud esse ius gent. quo homines videntur, quod tamen non sit idem
cum eo iure gentium, cuius exempla in d.l.1. & d.l.3. proponuntur. Ergo ipse Ictus fa-
tis euidenter in ll. distinguit inter ius gent. rationis & ratiocinationis. Et Imp. Iustin. in §.
ius autem gent. de iur. natur. gent. & ciuil. postquam dixerat de iure gent. rationis, quod
naturalis ratio inter omnes homines constituit. Ita dicit: *Ius autem gentium:* Nota par-
27. *A V T E M* aduersatiuam, qua ostendit se aduersam † speciem superiori subtili-
tate, scil. ius gent. ratiocinationis. Conveniunt enim species cum toto, quia utraq; species
ad homines pertinet, sed inter se species hæc dissident.

28. *Ad Thefin 12.*] Affirmatur ibi ius naturale esse † immutabile, cui obstat l.6. in pr.
ff. de iust. & iur. vbi dicitur quod interdum ius ciuale mutet ius naturale. Sic obstat §.
quod autem Institut. de cap. diminut. vbi cognatio, quæ iuris est naturalis per ius ciuale, hoc
est, maximam vel medianam capacis diminutionem tollit, cum tamen certum sit iura san-
guinis nullo iure ciuali dirimi posse. *Iura sanguinis* ff. de regul. iur. Respond. ex Aristote-
le lib. 5. Ethic. c. 10. Ius naturale in sua idea, in suo esse, vel in sua existentia, vel genere
absolute esse immutabile, & nulla ratione tolli: sed relatiue scil. relatum ad certas species,
ad certa loca, ad certas materias, ex euidenti ratione saepè mutari, non autem tolli, vel vt
vulgata est solutio, effectus iuris naturalis tantum impeditur: ius autem naturale non tol-
litur, quemadmodum videmus radios solares objectis nubibus saepè impediti non tamen
tollit: & sic omnibus contrariis vna solutione satisficeri putamus, quam solutionem etiam
suppeditat Imp. Iustin. in §. & l. de legit. agnat. tutela. vbi dicit: *Civilia iura ciuilis ratio po-*
test corrumpere, naturalis non estique. Notandæ sunt voces, N O N V T I Q U E, quæ ali-
quæ mutationem concedunt iuris naturalis, quas Theophil. explicat per verba:
v πάντως hoc est, non omnino, quasi tamen interdum mutetur, hoc est, effectus iuris na-
turalis impediatur.

29. *Ad Thefin 13. & 14.*] Scriptura de substantia iuris scripti † non est, sed consensus
& quidem expressus & tacitus consensus, est de substantia iuris non scripti. l. sed & ca. 35.
ff. de legib. Quamuis in §. & non meleganter. de iure natur. gent. & ciuil. memoria opponatur
scriptura, tunc inde statim argui non debet scripturam de substantia iuris scripti esse,
30. cum certum sit potissimum ius scriptum in scriptura consistere † diuturnitatis gratia, vn-
de ita appellatur argumento l.3. 4.5. de legib.

31. *Ad Thefin 15.*] Affirmatur ibi † sex esse iuris scripti species. Cui valde obstat l. pen.
ff. de legib. vbi dicitur omne ius aut consensus facit, aut necessitas constituit, aut firmavit
consuetudo. Ergo iuris scripti duas latenter sunt species & non sex, scil. consensus & nec-
essitas.

sitas. Respon. ICtus Modestin. in d.l.penul. totum ius scriptum & non scriptum diuidit, & quidem affirmat scriptum ius aut consensum facere aut necessitatem constitueret. Sed omnes species iuris scripti complectuntur, quod ita explicandum, † legem consensus populi rogari facit, l.2. ff. de orig. sur. §. lex. de iur. nat. gent. & civil. Similiter consensus plebis fecit plebiscitum, d.l.2. §. plebiscitum. de sur. nat. gent. & civil. Necessitas constituit SCta, d.l.2. §. deinde ff. de orig. sur. §. SCrum. de iur. nat. gent. & civil. vbi necessitat. causa additur. Deinde prætorum edicta aucta iam ciuitate, de certis rebus, utilitatem ciuitatis Roman. decernentibus, sunt apposita, quibus prætores ius ciuile adiuuerunt, suppleuerunt & cor- rexerunt. I.us autem. §. fin. ff. de instit. & iur. §. 1. de bonor posse. Eigo prætorum quoque edicta necessitas introduxit. Deinde quia melius erat per unum quam per plures imperium administrari. argumento l.3. §. appareat ff. de administr. & periculo tut. Necesse fuit suadente in Principem Imperium est translatum, § sed & quod Principis de iur. nat. gent. & civil. Denique quia Principes ex necessitate indigebant consiliariis, adh̄ebant prudentes, quorum consilio vienerunt, & regna sua administrarent, inde sunt natae respona prudenter, atque ita Iustin. cum Modestin. conuenient. Deinde obicitur l. ius autem ciuile. 7. in princ. ff. de instit. & iur. vbi saltem quinque species referuntur. Resp. Cuiac. lib 4. obser. c.16. in princ. affirmat in §. seq. eiusdem legis, textam addi speciem, scilicet ius prætorum: namque ideo sciungi a prioribus vt rectius describatur & definitur. Et tum dicē potest in princ. d.l. 7. vocem iuris ciuilis accipi, vt prætorium ius ab eo separetur, sicuti aliae seceruntur in §. 1. Institut. de oblig. vbi obligationes aliae sunt ciuiles aliae prætoriae. Item in §. sed ista. Institut. de act. vbi actiones sunt ciuiles & prætoriae. Porro obicitur, L.i. fin ff. ex quib. causis maiores, &c. vbi quinque species referuntur. Resp. Responsa prudentium omittuntur, sed sub decretis Principium ea continet dicimus, cum Constitutiones Principium à prudentibus sint scriptæ.

Ad Thesin 16. & vlt.] Questio magna est de consuetudine, quod actus ad eam confirmandam requirantur, deinde quod annis consuerudini prescribatur. Actus in dubio ad minimum † duo sufficiunt, argumento l. & ibi 12. ff. de testibus. Cum etiam pluralis numerus duorum numero sit contentus, cap. pluralis. de regul. iur. in 6. Et hic pluritas actuum indefinita requiritur. l. 1. C. qua sit long. consuetudo. l. 3. C. de adscic. priuat. Vnde iudicis arbitrio relinquitur, vt is pro facti qualitate actus etiam plures ex: gat, cum questio facti sit, quæ iudicis arbitrio relinquitur l. mora. 32. ff. de furis. Deinde legitimū tempus, ad prescriptionem requiritur, & quidem † longum tempus, vt in rubrica d. tit. 34. C. qua sit long. consuetudo, & titul. ff. de legib. SC. & long. consuetud. l. sed & 35. ff. de legib. Et longum tempus decem annis concludi hic videtur. §. 1. Institut. de & sucap. tot. tit. C. de longi temporis prescript. 10. vel 20. annor. & cum consuetudo res immobilis sit l. 2. C. deservit. & inter præfentes fiat, decem anni sufficere videntur. Porro dicitur diuturnum tempus ad consuetudinem requiri l. diurna. 33. ff. de ll. Et inueteratum d.l. de quis- bue. §. inueterat. ff. de ll. Vnde rectius videtur dicendum indefinitum tempus esse reliquā iudicii estimandum, quod iam anni ad consuetudinem sufficiant, pro facti qualitate, & causarum diversitate, cum similiter questio facti sit non definita, & iudicis arbitrio re- linquenda. d. l. mora. Recte ergo dicimus tempus prescriptionis consuetudinis iudicis arbitrio committi, & vel 10. vel 20. annorum spatio terminari posse, pro causarum diversitate.

Ad Corollarium.] Vide etiam Schneidvvin. in Institut. sit. de act. §. quadam. num. 24. item Nicol. Reusnerum lib. 2. Consultat. quest. 8. num. 14. Et Chilian. in præf. cap. 133. Qua- f

stio: An sumtus in liberoru studia à patre viuo utiliter facti in divisione hereditatis mortis tuo parente t conferantur an non? Respond. Controversum hoc est, aliqui sunt in ea sententia, quod veniant in collationem sumtus, si eos credendi animo pater dederit, & in rationes vel Registrum retulit, qua in sententia est Schneidv. in §. item si inter. In iste de oblig. que quasi ex contrah. nasc. conanturque illam sententiam probare ex l. que pater. §. ff. sumil. hercund. vbi dicitur, quæ pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo pater misisse fuerit probatus, sed pietate debita dutus, compensari id æquitas non patitur, hoc est, iustitia, quæ ius artem æqui & boni producit, non patitur id fieri. Hic claris verbis affirmatur ab Vlp. credendi animum esse inspicendum. Sequitur igitur, si credendi animo sicut sumtus illos venire in collatione. Id similiter videtur velle Iustin. Imper. in Nov. 18. de triente & semiss. c. 6. vbi affirmat, nisi expresse designauerit, ne veniat in collationem ea, quæ data sunt, collationem locum habere. Sed hac sententia non obstante, verius est dicere sumtus in studia utiliter factos non 46 t conferri, quamvis id pater forte in rationes retulisset. Eaque ratio Ethica summa est, quia iustitia vult parentes alere liberos, id sit si sumtus necessarios ad liberorum studia præbeant, quam rationem ex Ethica ius ciuile assamit in d. l. que pater. §. ff. famili. hercund. quæ sane lex hanc sententiam plus quam priorem probat. Loquitur enim de filio emancipato: nos in posteriori sententia de iis, qui adhuc in potestate parentum existunt, cum & emancipatio nunc non adeo expresse attendatur. Et fauore studiorum recte dicimus à contraria sensu ex d. l. que pater. Si suus sit filius, quamvis credendi animo pater mitiat, æquitatem tamen postulare, ne illa in computationem veniant quæ mitrit. In eum enim qui adhuc est in potestate præsumitur t maiorem esse affectio patris, quam in eum qui est emancipatus, cum emancipatus mutet familiam, minimam capitis diminutionem patiente, §. minima. Institut. de capit. dimin. Item cum emancipatus filius de iure ciuilis filius non sit, legis successione non gaudeat, nec suus heres sit. §. emancipatus Institut. de heredit. que ab intell. defer. §. emancipatos. Institut. de exheret. liber. Quamvis vnde LIBERI. Possessio bonorum ex æquitate pectoris ius tribuatur, vt d. locis videre est. Si ergo probari potest credendi animo id esse datum filio emancipato, facilius præsumitur, id patrem egisse, vt repeteret pecuniam. Si autem filius adhuc esset in potestate, præsumtio illa facile locum habere non potest, sed semper statuendum est, patrem ex singulari studiorum amore & pietate debita ei id donasse, quamvis de eo registrum fecerit. Hoc enim non repetendi animo utiliter insuma præsumitur fecisse, sed illa annotatione ad maiorem diligentiam filium excitandi. Mortuo igitur patre quamvis exter registrum: tamen remissum id omne dicimus, nec in collationem quicquam venire, modo tamen utiliter sit impensum, quia paterni nominis pietas pro liberis consilium capit. l. sec. ea. 22. §. ibi. ff. ad legem Iuliam de adulter. & natura debetur liberis parentum hereditas, & sic illa fauore studiorum suppeditata. l. nam & is. in princip. ff. de inoffic. testamento. l. 7. in princip. ff. de bon. damnat.

Deinde probatur hoc per l. 1. §. nec. c. i. strense. cum sequent. ff. de collat. vbi dicitur castrense vel quasi castrense peculium non venire in collationem, & inter t quasi castrensis sumtus studiorum causa dati referuntur. Idem probatur etiam per l. 1. C. de peric. succes. parent. lib. 10. vbi onus erogationis ad honores promissæ à patre filio est communice cum heredibus. Cui accedit quod pater filium tetetur alere, alias videtur eum necare, l. necare & ff. de agnoscend. & alend. liber. Alit autem qui largitur gratis sumtus ad studia. Nam mercedes praceptorum, vt alia studiorum necessaria, alimēntis continentur l. ius 3. §. antec. ff. & b. pupilli educari vel commorari debent.

Porro & hoc etiam venit considerandum, quod tamen studiorum alias magna sint pri.³³ uilegia, dum per eos totus illuminatur mundus, ideoque eorum quilibet miseretur, qui studiorum gratia peregrinantur. Merito igitur pater liberorum miseretur, ut Imper. Frideric. in Angel habuit. C. ne filius pro patre. elegantissime rescripsit. Merito & hoc gaudet beneficio filius ne ad collationem virgatur filius patre mortuo ex annotatis quibusdam sumbris a patre, modo tamen eos utiliter locauit. Porro etiam tamen mater non potest ⁴⁰ repetere alimenta, que pietate cogente filio suo praestitit. l. Nefennius Apollinaris. 34 ff. de negot. gest. & probatus etiam per l. Ultim. ff. de pess. heredit. vbi pater tecit arrogationem in honorem filii, & filius eam retinet. Sic in l. frater a fratre. 38. §. quasitum est. ff. de condit. indebiti, dicitur: Si pater filio crediderit quid, isque emancipatus soluat, non repetie pater. Ergo si nou repetit eo casu quando filius est emancipatus, non repetit etiam in hoc casu fauore studiorum, praeferit cum hic filium in potestate existentem intelligamus.

Denique odia sunt restringenda & fauores ampliandi. cap. odia. de regul. iur. in 6. Et studiorum est filium reddere pecuniam parti, vel eam venire in collationem. Fauorabile autem est filius eam pecuniam in studiorum utilitatem versam lucrari. Similiter nulla licet patrem & filium esse potest l. lis nulls. ff. de iudic. Et sic manet verum sumptus utiliter collatos in studia filii in collationem non venire, idque Chilianus König in practic. sua cap. 133. num. 5. Simpliciter affirmat, & Wesenb. in titul. de collat. des. Et in titul. famili. heredit. cunctum.

In causa autem quando filius non est diligens, & tamen male collocat sumptus, si forte est ⁴¹ helius, scrtator, & studia non curat, compelli potest ad collationem, cum eo casu studiorum nomine non mereatur. Ad contraria etiam facile est respondere, Obstat huic sententiae dict. l. qua pater. § 50 ff. famili. heredit. cunctum. Respond. Illa de emancipato filio loquitur non de suo qui adhuc est in potestate, de quo nos loquimur, ut ante satis dictum fuit.

Secundo obiicitur d. l. lis nulls. ff. de iudic. vbi castrense peculium excipitur. Ergo & quasi castrense excipitur, cum neutrum in collationem veniat. d. l. l. §. nec castrense. ff. de collat. Respond. In casu nostro sola pietatis ratio studiorum causa id operatur, quia ibi forte non militat.

Tertio obiicitur d. Nov. 18. cap. 6. vbi dicitur, quod si semper designauerit non fieri designationem, procedere semper collationem. Respond. Loquitur illa Nov. in eo casu, quando quid donatum est filio forte a patre simpliciter, non ob causam studiorum. Et hanc solutionem gl. habet in d. l. qua pater. 50. in verb. comprobatus. quam sequitur Pacius ad d. l. qua pater. vbi affirmat eam solutionem plurimum consensu esse approbatam.

Quarto obiicitur, quod filius renecatur conferre militiam l. illud penult. in princip. C. de collat. cum tamen alio in loco, ut ante dictum est ex l. l. §. nec castrense, cum sequens. ff. de collat. dicatur castrensis & quasi castrensis non conferri. Si igitur nouo iure confertur castrensis, & per consequens quasi castrensis conferuntur. Respond. Olim emebatur dignitas l. Ultim. Cod. de pignoribus. sed ex Cuiac. lib. 3. obser. cap. 30. distinguendum inter dignitates & militiam. Pecunia data filio pro consequendo honore & dignitate non confertur, pro militia adipiscenda confertur. Et militia tamen aliud est quam peculium castrense. Nam in l. Ultim. Cod. de collat. inquit Iustinianus Imperator, quod castrense peculium non confertur. Et in dict. l. l. §. nec castrense. in l. penult. C. de collat. idem dicit militiam conferri: Ergo sibi non est contrarius Iustin. in coniunctis duabus legibus, sed in dict. l. illud quod superest deducto onere tantum in militia conferre putat. Denique obiicitur l. c. si filium. 15. ff. de maneribus & honoribus. vbi onus ad coheredes

non pertinet. Resp. Ibi impedit quid in honorem post mortem patris, illud venit in collationem, quod supra posuimus, viuo patre, notat gl. in d.l. qua pater. in verb. comprobatus. & tantum de hac quæstione, de qua consule & Hartman. Pistor. lib. i. quæst. sur. quæst. 19. per 43 tot. Summus tamen in honesto literarum otio versanti † post patris obitum ex communibus suppeditati bonis conferuntur, cum fratres fratri ad cepta studia absoluenda sumtus suppeditare non cogantur. Sichard. ad l. si famil. 14. C. famili. hercisc. Schneidvv. ad §. quadam. n. 54. Instit. de aet. Alias alimentorum nomine non tenetur ad collationem. l. qui pater. 50. ff. famili. hercisc. l. alimenta. II. l. si paterno. 15. C. de negot. gest. Quod idem in libris à parte filio traditis obtinet. argum. l. i. C. de castr. pecul. Erudite Menoch. de arbitri. iudic. quæst. lib. 2. casu 131. Iacob. Toming. in illestr. quæst. c. 32. per tot. Item quæ collata sunt in honorem Doctoralium. l. i. §. sed & id. de collat. honor. Costal. in l. qua pater. ff. famili. hercisc. Cuiac. obso. lib. 1.

DISPUTATIO II.

Ex tit. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. lib. i. Institutionum desumpta,
de iure personarum, &c.

CONTINVATIO.

Subiecta totius iuris ciuilis tria sunt: Personæ, res & actiones. *in princ. Institut. de iur. person.*

Thesis 1. Ius personarum est conditio siue status, quo quisq; hominum vel libertatis vel seruitutis ius sibi asserit. tot. tit. ff. de statu homin.

2 Summa personarum diuisio est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut serui. *in princ. Institut. de iur. person. l. 3. ff. de statu homin.*

3 Libertas est naturalis facultas libere viuendi secundum leges iuris naturalis, gentium & ciuilis: Seruitus vero est constitutio iuris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam subiicitur. l. 4. ff. de statu homin. §. 1. & 2. *Institut. de iur. person.*

4 Serui à seruando dicti, aut nascuntur ex ancillis, aut fiunt: & quidem aut iure gentium ex captiuitate, vel iure ciuali per venditionem sui ipsius. §. 4. *Instit. hoc tit. l. 5. ff. cod. tit.*

5 Conditio tamen omnium seruorum vna & eadem est, licet variae sint functiones, quia omnes simul sunt in potestate domino rū, siue facti sunt serui, siue nati. §. fin. *Instit. h. tit. l. 4. §. 1. & l. 5. §. 1. ff. de statu homin.*

6 Liberi aut sunt ingenui aut libertini. §. fin. *Instit. de iur. person.* Ingenui sunt, qui statim vt nati sunt liberi sunt. *in pr. Institut. de ingen. l. 5. §. 2. ff. de stat. hom.*

7 Libertini sunt, qui ex iusta seruitute à domino manumissi sunt: hinc differunt inter se liberi & libertini. l. 6. ff. de stat. hom. *in prin. Institut. de libertin.*

8 Manumissio est de manu datio, vel est datio libertatis, quæ iure gent. secundario est introducta. *in princ. Institut. de libertin. l. 4. ff. de iustit. & iur.*

53
3 Libertinorum tria sunt genera: Romani Latini & Dedititii. §. fin. institut. de libertin.

10 Facultas manumittendi non omnibus est concessa: is enim, qui in fraudem creditorum manumittit, prohibetur, nisi quis herede carens, seruum suum sine vel cum libertate institueret heredem testamento, licet soluendo non sit. §. 1. & 2. institut. quib. ex caus. manumitt. non licet.

11 In fraudem vero creditorum manumittit, qui vel tempore manumissionis soluendo non est, vel datus libertatis us datus est soluendo, animusque fraudandi habet. §. 3. & 4. institut. hoc tit.

12 Denique minoribus manumissio interdicta erat per legem Aeliam Sentiam, quod tamen à Iustiniano correclum est, ut is, qui 18. annum attigerit, manumittere possit. §. pen. & vlt. instit. d. tit.

13 Vnde personæ quædam sunt sui iuris, quædam alieni iuris: & personæ alicui iuris aut sunt in dominica potestate, ut serui: aut in potestate parentum, ut filii. §. 1. institut. de his qui sunt sui vel alien. iur. §. 1. institut. de patr. potest.

14 Dominica potestas est ius, quod dominus habet in seruos suos, iure gentium initio introductum: postea vero iure ciuili à Iustiniano informatum. §. fin. institut. de his qui sunt sui vel alien. iur.

15 Hinc demum quæritur: An hi qui ad ecclesiæ & asyla confugiunt, propter perpetrata sceleria inde extrahi debeant, nec ne: Mynsing. in §. fin. nu. 1. & 2. institut. hoc tit.

DISPUTATIONIS II.

De iure personarum, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1** Iuris totius obiecta quot sint.
- 2** Rei vocabulū quid significet.
- 3** Persona an sint obiectum iuris.
- 4** Personarum divisio summa & prima qua sit.
- 5** Masculorum & feminarum cur in iure & legibus interdum mentio fiat.
- 6** Hermaphroditus an sit liber vel seruus.
- 7** Statu liber, quomodo seruus sit & quando liber.
- 8** Asscriptiū & coloni, an liberi sint an vero serui.
- 9** Censu tantum serui sunt.
- 10** Libertas & seruitus quid sint.
- 11** Libertas & seruitus quomodo differant.
- 22** Serui similes sunt mortuis.
- 13** Seruitus quomodo dicatur esse ex iure gentium.
- 14** Serui an semper sint alterius domino subiecti.

- 15 Liberi hominis nulla est estimatio.
- 16 Serui an recte à seruando dicantur.
- 17 Emulo liberi hominis an Valeat.
- 18 Seruorum omnium eadem est conditio.
- 19 Seruus Veteranus cur sic dicatur.
- 20 Serum publicus cur possit facere testamentum, quod alii serui non posse.
- 21 Ingenii qui sunt.
- 22 Libertatem partui quid communicet.
- 23 Liberti & libertini quomodo differant.
- 24 Liberti & libertini qui sunt.
- 25 Manumissio seruis, emancipatio liberis hominibus competit.
- 26 Libertini an ex iust. constitutione sunt ciues Romani facti.
- 27 Libertini ipsa manumissione fuisse ingenii.
- 28 Manumissio in fraudem creditorum facta, de iure nulla est.
- 29 Libertas quadruplices sit.
- 30 Vxor an sit in potestate marisis.
- 31 Matrimoniorum tria genera apud Romanos.
- 32 Mariti dominium non in atrocitate, sed in pietate conservare debet.
- 33 Vxor etiam post matrimonium manet in potestate patris.
- 34 Scelus perpetrantes ad asyla frustra configuntur.

BIECTA. totius iuris tria sunt: † Persona; Res & actiones. Circa quæ totum versatur ius nostrum, & illorum methodica explicatione totus institutionum liber absolvitur; in quo de personis primo loco agitur; deinde de rebus: tertio loco de actionibus. Personis enim ius redditur, & ius redditur de rebus. Et deinde ius redditur per actiones. Sed obiicitur l. rei appellatio & l. rei appellatione. ff. de Verb signif. in quibus ll. dicitur, rei appellatione omnia illa venire, quæ sunt in patrimonio & extra patrimonium nostrum, similiter rei appellatione venire corpora & iura. Ergo & personæ quæ corpora sunt §. 1. de rebus corpor. & incorp. Et actiones, quæ in natura sunt, §. 2. de act. Sub rei vocabulo continentur, & per consequens male personæ & actiones exprimuntur, cum rei vocabulum sufficeret. Resp. Vocabulum rei latissime acceptum omnia, quæ in bonis & extra bona sunt continet, quo sensu d. leges accipiendæ sunt. Strictius tamen acceptum tantum res illas continet, quæ extra personas & actiones relinquuntur, ut hoc loco. Deinde obiicitur lex vlt. ff. de ll. vbi dicitur, totum ius versari circa acquisitionem, conservationem & diminutionem. Resp. Vlp. (vt ostendit inscriptio) ibi tantum de rebus agit, non de personis vel actionibus, idcirco duntaxat referit quomodo res acquirantur, cōseruentur & minuantur, de quo Weseabecc. in parat. ff. de ll. num. 6. agit. Denique obiicitur personas esse 3 circumstantias. Ergo non obiectum † iuris. Resp. apud Logicos inter circumstantias referruntur, apud ICtos inter obiecta iuris.

* Ad Thes. 2.] Affirmat Imp. Justin. † suam personarum divisionem esse, quod homines sint liberi aut serui, quam divisionem Theophilus πρώτῳ vocat, id est, primam. Sed obiicitur quod summa diuisio sit in mares & foeminas, cum illa ex natura oriatur. Resp. Concedo duplickey ita homines considerari in sexu & statu seu conditione. Quod ad sexum attinet prima & summa certe est personarum diuisio in masculos & foeminas, quam tamen physici magis tractant & explicant. Alias quoad conditionem & statum foemina est diuisio in liberos & seruos, quo factum, ut rubrica sit. ff. sit, de statu hominum con-

concepta. Obiicitur contra datam solutionem *I. femin. 2. ff. de reg. iur. & l. in multis ff. de statu hominum*, vbi etiam Iust. facit mentionem illius divisionis hominum in mares & feminas. Ergo etiam summa est, quoad statum ipsum. Respond. Multæ sunt aliae l.i. in toto nostro iure in quibus sit mentio masculorum & feminarum, quibus una haec solutione satisficeri solet, dicendo scil. sape fieri mentionem feminarum & masculorum idque non explicandæ vel proponendæ illius divisionis gratia, sed respectu iuris, in quo inter se dissidet sape masculus & femina. Femina enim ab omnibus ciuiilibus & publicis negotiis arctetur *d.l. femin. l. 1. ff. de postulando*. non autem masculi, id quod d.l. in multis satis ostendit dicens: In multis iuriis articulis deteriorem esse conditionem feminarum quam masculorum. Eigo iuriis contemplatione masculorum & feminarum sit mentio.

Sed obiicitur quod diuisio fit imperfecta, cum non contineat Hermaphroditos & statu liberos. Respond. Hermaphroditus † si ex libera persona nascitur, liber est, si ex seruilli, seruus est, ergo sub diuisione continetur. Deinde statu liber medio tempore nondum impleta conditione vel tempore, in quo libertas ei promissa est, *ff. de statu liberis*. seruus † est, id quod neminem ignorare dicit Vlp. in l. 9. ff. de stat. lib. Quando autem conditio impletus & tempus venit, decernitur ei libertas. Ergo tum fit liber. Diverso ergo tempore vel liber vel seruus est, & sub diuisione nostra recte continetur. Contra datam solutionem obiicitur *l. 6. ff. si ex noscali causa agatur* vbi dicitur, quod statu liber semper fit liber. Ergo non est seruus. Respond. Aliud ibi proponitur an scilicet is qui sistere debuit in iudicio statu liberum, si sistat plane liberum, liberetur? Et respondeatur eum permissioni satisfacie propter implicitum casum libertatis quia spe liber est conditione existente vel tempore adueniente, in quo destinata ei est libertas. Denique obiicitur censitos, & colonos & ascriptitos non contineri sub hac diuisione, unde sufficiens non est. Respond. Cuiacius in rubrica *Cod. de Agricol. & censiti*, multis probat † colonos esse liberos, ascriptitos vero seruos. Wesenbec, *in §. fin. Inst. de iure person. in fine*, refert Angeli sententiam putantis ascriptitos & colonos magis esse liberos, terræ tamen esse seruos, cui seruunt *l. litibus. 19. C. de Agricol. & censit. lib. 11.* Censiti † vero tantum serui sunt, quia eorum peculum ad dominum spectat, *d. l. 19. & 21.* Hæ igitur personæ omnes vel ad seruos vel ad liberos pertinent.

Ad Thes. 3.] Veræ sunt definitiones libertatis & seruitutis à Iustin. hic propositæ. Sed obiicitur quæ definitionibus conueniunt, etiam inter se conueniunt. Libertas & seruitus definitionibus videntur conuenire. (Vt enim liber sua naturali facultate facere potest quod ei liber, nisi quid iure prohibeatur: ita idem potest seruus, nisi etiam vi aut iure prohibeatur.) Ergo conueniunt inter se libertas & seruitus, & per consequens suis definitionibus non debent distinguiri. Resp. Definitiones libertatis & seruitutis primo toto genere inter se differunt. Estenim † libertas naturalis facultas ex iure gent. q; naturalis ratio *introdixit*: Seruitus est cōstitutio iurisgent. quod necessitas introduxit & iuri naturali est contrariū. Vt enim bella sunt contra naturā, hoc est, contra ius naturale: ita & seruitutes, quæ ex iis descendunt *§. ius autē gent. inst. de iur. natur. gent.* & cib. & seruitus *Inst. de iure personarū*. Secundo † differunt origine, prior enim fuit libertas, cum sit ex natura, posterior multo seruitus, cum primum fuerit ignota, & postea tamen libertatem ex necessitate quadam contra naturam inuasit, referente Iustin. *in §. 1. de libert.* Tertio differunt forma, nā libertas est naturalis facultas faciendi quod velis, nisi quid vi aut iure prohibeatur, id q; facere nō possunt serui naturali facultate, quia dū sunt alieno iuri subjecti facul.

56
48 D I S P U T A T I O N . I V R I S . C I V I L .

facultatem agendi quod volunt, amiserunt, cū velle non credatur, qui alieno obsequuntur imperio. *I. velle de reg. iur.* Deinde semper iure prohibentur quid facere eam caput non habeant. Ergo † mortuis sunt similes *I. seruitutum ff. de reg. iur.* §. *seruus. de cap. diminut.* Liberi autem non semper prohibentur quid facere, sed incertum in certis casibus, & cum libertatem retinent, quamvis casu & actu ille effectus iuris impediatur, ut supra dictum fuit. Obiicitur rursus omnia seruitus non esse ex iure gentium, cū etiam sit ex iure ciuium, id quod sequenti thesi dicitur. Resp. Origine inspecta, † seruitus est ex iure gentium, quod necessitas introduxit, quamvis ex post facto iure ciuiili sit constitutum, ut is sit seruus, qui libertatem venalem habet partcipandi pretii gratia, de quo infra seq. thesis agitur. Obiicitur *I. 4* vtterius, quod serui non semper † alterius dominio sunt subiecti, id quod probo per *I. 1. §. 1. ff. de rer. divis.* vbi res hereditatis, & sic serui hereditarii antequam alius heres existat, nullius sunt in bonis, vnde nec in dominio, quod contra definitionem seruitutis est. Resp. Illi serui interim sunt serui hereditatis iacentis, quia singitur plena cui acquiritur quaeque quid amittat, interim tamen serui nihilominus sunt. Si ergo adita fuerit hereditas, tulus verum & non facta dominum habent. Obiicitur denique *I. §. 8. vsumfructu. 23. in pr. ff. de liberali causa.* vbi dicitur quod seruus sit sine domino. Ergo seruus non semper est in alterius dominio. Respond. Loquitur illa lex de eo qui bona fide liberum hominem pro seruo possidet, & vendit eius vsumfructum. Nam duni vsumfructum vendidit, proprietatem serui perstatu retinet. In malorum autem fidei possessorum venditio liberi hominis non valeret, ideoque affirmat ibi Paulus seruum eo casu esse sine dominio, hoc est, liberum esse, *I. 5* cum alias † liberi hominis nulla sit estimatio *I. libertum ff. de reg. sur.* quod tamen in eo qui bona fide, ut seruum liberum possidet, procedit.

Ad Thes. 4.] Serui à seruando dicuntur. Cui obiicitur, quod serui publici, de quibus agitur, in *I. non alterius ff. de adopt.* à seruendo potius sunt appellandi, cum forte in bellis nunquam fuerint, & per consequens ipsi non competit etymologia. Respond. Origine inspecta, omnes serui possunt dici à seruando, quamvis ex post facto in multis ceteris illa ratio etymologica, vnde & serui publici, hoc est, tabelliones possunt à seruando dici, quia olim tabellionatum administrabant, quamvis is hodie liberis tantum hominibus ex Arcadiis & Hororii constitutione pateat. *I. 3. C. de tabell. lib. 10.* Vnde etiam serui qui nascuntur, à seruando dici possunt, quia respicimus ad id, vnde primum coepit seruitus, scilicet ad asservationem, quia omnibus temporibus occidere visum fuit inhumanum. Barthol. in *I. laqueum ff. de acquir. rer. dom.* Et in potestate hostium est vel occidere vel seruare & in captiuitatem abducere, si occiduntur, perirent operæ, si asservantur, operæ etiam custodiuntur, ita inter hæc duo humanius fuit asservare non autem occidere.

I. 6 Vtterius obiicitur quod liberi hominis nulla sit estimatio vel pretium d. *I. liberum s. ff. de reg. iur.* Et ideo liberi hominis vera rationem fieri non posse, cum venditio pretium requirat §. *pretium de emt.* Et videntur. Resp. Emptio nulla est si a scientie sit, hoc est, si aliquis sciit eum qui venditur esse liberum, & simulare se seruum, alias si sit ab ignorantia, valet, & sic hæc venditio accipitur, quia difficulter liber homo à seruo potest dignosciri. *I. liberis 4. cum seq. ff. de contrah. emt.* Et hoc primo in tali venditione requiritur. Secundo requiritur ut sit participandi gratia, ut hic, vnde non obstat *I. 2. in princ. ff. §. 6. in gen.* quis esse dic, quia ibi vere redit pretium *gloss. ibid. & in liber homo. de statu hominum.* Tertio requiritur ut venditus sciatur se esse liberum, & tamen patiatur se abripi in seruitutem propter avaritiam, vnde merito pro abiectionissimo habetur. *I. quisquis. §. apud Verbum. C. de postul.* Et hi quamvis adhuc minores sint 25. annis, forte 22. annorum non testificuntur per *I. 7. §. 6. quis Verus sed quis ff. de liber. caus.* Idque odio illius turpissime seruitutis, nec etiam in pristinam

nata libertatem proclamate possunt, quia si inanummittuntur, fiunt libertini non liberti, cum libertate se turpiter abdicant. *I. liber homo 21. ff. de stat. hominum.* Talem autem venditionem nunc Nou. Leonis Imp. 39. effe & ualiter sublatam dicimus, hoc casu, idque in odiū seruitur per c. odia de reg. iur. in 6. Quamvis tamen aliis iuris nostri dispositionib. Nouellis Leonis Imp. non facile derogetur, cum ex nondum sint pro Authenticis agnita.

Ad Thes. 5.] Omniū † seruorum vna est conditio, quia omnes simul sunt in potestate ¹⁸ Dominioū, sive facti sunt serui, sive nati, sed multum refert an quis sit natus, aut factus liber. Deinde ut inquit Theoph. in §. Vlt. de iure person. nullus plus seruus est quam alius. Sed obiicitur l. Vlt. §. fin ff. de adiis. edit. vbi dicitur: Alios esse seruos veterans, alios nouitios, & veterans non spatio seruendi sed genere esse estimandos. Si genere, hoc est, natuitate sunt estimandi, sequitur veterans nasci, nouitios non nasci, & per consequens non est eadem conditio. Respond. Genus hic non sumitur pro natuitate sed pro genere officiorum. Dicitur enim † veteranus à causa & officio quod habet. ¹⁹ Nam in officio differentiae & gradus sunt inter seruos, non in conditione. Et sic accipitur l. sed si quid. 15. §. 1. ff. de C. & fruct. Sic accipitur etiam §. pana. ff. de iniur. vbi serui alii sunt actores, alii medii aucti, alii nitissimi & cōpediti. Deinde non obstat Vlp. in frag. tit. 22. de testamentio in fine. vbi seruus publicus habet testamenti factioñ quā reliqui serui non habent. §. sextes. de ord. testamentis. Quia seruus publicus ratione † officii publici in eo est melioris conditionis, ratione status non preualet, quod possit facere testamentū. Deniq; obiicitur, §. Vlt. inst. de iure personarum, vnde lex est desumpta, esse muratum per l. fancinus. 3. C. de infant. ex poſt. lib. & seruis id quod ibidem Welenb. affirmat. Eumq; §. forte ex Caio vel alio ICto esse sine iudicio desumptum, cuius tempore vna forte conditio fuit. Sed respondeo. Concedo illam legem facere mentionem trium. I. dominii, hoc est, seruorum, qui sunt in dominio. II. Conditionis ascriptitia. III. Conditionis colonaria. Secundum primum, scil. dominium intelligimus nos d. §. Vlt. hoc est, intelligimus seruos, qui sunt in dominio, secundum l. potestatis. de Verb. signif. De conditione colonaria & ascriptitia d. §. Vlt. & thesis accipi non possunt quia illi serui veri non sunt, sed liberi potius, quamvis tamen respecta terræ, cui seruiunt, imaginem quandam seruorum referant ut ad thes. 1. supra dictum est.

Ad Thes. 6.] Ingenui sunt, † qui statim ut nati sunt liberi sunt. Et dum de natis libe- ²¹ ris seu ingenuis hac definitio accipitur: non obstat tot. tit ff. & C. de natal. refit. Quia hi ex post facto principis indulgentia vel beneficio plenissimam ingenuitatem consequuntur. Hinc etiam non obstat l. ingenuum 25. ff. de stat. hominum. Id enim sit propter autoritatem rei iudicata, quæ pro veritate accipitur. I. res iudicata ff. de reg. iur. quæ ex d. Lingennum est desumpta & sunt potius exceptiones de regula. Deinde obiicitur matrem tria habere tempora, quibus partui dat libertatem. I. 2. §. proinde ff. de decurion. I. 7. §. 1. ff. de senator. vbi conceptionis tempus attenditur in patre. Ergo multo magis in matre. Respond. Patris qualitas in honoribus consideratur ex tempore conceptionis, id quod in mere liberiis hominibus procedit, qui ex legitimo matrimonio nascuntur, de quo tamen dubitatur inter ICtos in d. l. §. 1. in fine ff. de senator. Si autem liberi homines ex illegitimo matrimonio existunt, tum æditionis tempus duntaxat spectatur, & ita accipenda est l. eius quij. ff. ad nuncipalem. I. is cxi. 18. quando dies legass cadit. I. qui mortui. ff. de Verb signif. Nam ex illegitimo matrimonio procreati homines, & quidem liberi primū demonstrare non possunt. I. Vulgo quesitis 23. ff. de statu hominum. Et nullam aliam originem nisi matris habet l. 1. in fin ff. ad nuncipalem. quæ semper est certa l. 5. ff. de in ius. Cœcando. vt ante est dictū. Et hanc distinctionem ap: c ostendit Vlp. in frag tit. 5. §. Vlt. vbi dicit: in his qui

58 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

qui iure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spectatur. In his a. qui non legitime nascuntur additionis tempus, id quod etiam in L. imperator. 18. ff. de statu hominum affirmatur, & Caius lib. 2. insit. tit. 4 dicit eam esse regulam iuris. Thesis autem procedit in eo casu, quando de conditione queritur, & mater vel tempore conceptionis vel gestationis vel additionis fuit libera. Hoc enim libertatem tamen partui communicat idque favore libertatis. Iustin. §. 1. de ingenuis Marcianni sententiam ut & quiorem secutus approbat, de quo Hotoman. lib. 4. obj. c. 3 videatur.

Ad Thes. 7.] Laurent. Valla lib. 4. elegant. c. 1. affirmat pudendum esse maxime, ICtus & Grammaticos differentiam inter libertos & libertinos ignorare & quidem hoc modo distinguendum putat, libertinum respicere ipsum statum & ingenuos, quibus opponuntur. Libertos relatiue respicere patronum, a quo libertatem acceperunt. Sed ut Valla pro more suo criminetur, certum est hoc discrimen hic à Iustin. confundi. in titul. de libertinis. Quos enim in pr. tit. §. libertinorum, appellat libertines hos §. fin. vocat libertos. Sic quos in d. §. libertinorum Iustin. vocat libertinos hos Vlpian. in fragm. tit. 1. in pr. vocat libertos, vbi eandem habet distinctionem & verba. Sunt ergo libetti & libertini in iure nostro illi, qui ex iusta seruitute sunt manumissi, quamvis Grammatici recte inter haec distinguant. Deinde contra definitionem libertinorum obiicitur L. circa ff. de probat, vbi dicitur seruum & libertinum non differre, & ideo definitionibus conuenire. Dicitur enim ibi. Nihil interest seruum suum quis an liberum contendat. Resp. non dicit ICtus, quod seruus & libertinus unum idemque sint, sed affirmat in onere probandi nihil eos differre. Ut enim seruus qui proclamat in libertatem docere id prius. debet L. si filius in fin. 8. de probat. Ita quoque libertus qui proclamat in ingenuitatem prius id doceat, idque gles. ibidem ostendit, & quae in uno conuenient, quo ad probationem, male sibi per omnia definitionibus conuenient, unde id male inseritur.

Ad Thes. 8.] Hic Iustin. ex l. c. proponit definitionem manumissionis, quae non videtur subsistere, ex eo, quod etiam liberi homines manumittuntur. §. preserea insit. quomodo ius patr. potest. solu. §. 1. insit. fiduc. autelsa. Resp. Manumitti tam liberi quam serui in libris nostris dicuntur. l. 28. ff. de adopt. l. 2. ff. de offic. procons. Et rubr. si a parente quis manumissus fuerit. Nec mirum cum in imaginariam quandam seruitutem liberi in emancipationis solemnitate deducantur, distractantur & manumittantur, & pater dicitur manumissor. Proprie autem manumissio tamen de seruis, emancipatio liberis hominibus est potestate dimissis attribuitur, & docet expresse ICtus in l. 1. §. alienatio. ff. quando actio de pecul. vbi Vlp. sit. Alienatio autem & manumissio ad seruos pertinet, non ad filios, emancipatio vero solum ad filiam, &c.

Ad Thes. 9.] Iustin. Imp. in §. 8. lib. libertini insit. de libert. libertinos in triplicem statuta distinguit & affirmat eos omnes, ex suis constitutis, quae sunt in l. l. C. de libert. latin. & in l. l. C. de dedit. libert. tollenda. ciues Romanos esse factos, cum qua Iustin. assertione admodum pugnat L. in orbe. 17. ff. de statu hominum, vbi dicitur: In orbe Romano qui sunt ex constitutione Diuini Antonini ciues Romani sunt effecti. Ergo tamen non ex constitutione Iustin. vt ante est relatū. Resp. In hac l. solueda sufficit iphius Imp. Iustini. auctoritas & solutio, in Nou. 78. Et liberti de ceter. §. facimus. vbi affirmat Antoninum Pium, id est, Basiliandum seu Pii filium, primum ius Quiritum vel Romanorum deditis omnibus ingenuis, qui essent in toto orbe Romano: etiam iis qui in provinciis ius ciuitatis Romanæ habebant. Antoninus ius ciuitatis Romanæ corcessit: & eo respicit d. l. in orbe. ff. de statu hominum. Iustin. vero omnibus libertis ius ciuitatis Romanæ dedit, eosque ciues Romanos esse voluit. Et sic Antoninus ingenuis, Iustinus libertis ius ciuitatis Romanæ attribuit. Vide can-

etandem solutionem apud Cuiac. lib. 4. obs. 5. & apud Wosenbec. in parat. ff. num. 5. Item in §. libertini, institut. de liberis. Hinc glossa solutio in d. l. i. non subsistit, quæ putat legi debere in urbe Romana habitantibus ius ciuitatis dedit, Iustin. omnibus libertis in toto orbe Romano: Sed ff. Florentinae legunt in orbe, & d. Nou. id non patitur. Deinde abiicitur l. quadam. 41. in fin. ff. famili. hercif. vbi dicitur nullam esse diuisionem libertorum. Ergo non est triplex status. Respond. d. l. ibi pro subiecta materia dicit, libertos eo casu non venire in diuisionem hereditatis, de statu ibi non agit. Altera pars thesis affirmat ex d. Nou. 78 ipsa manumissione hodie tibi libertinos fieri ingenuos, id quod in d. Nou. cap. 2. §. 6. t. indicatur. vbi dicitur quod liberti ita facti sunt quasi sicut nati, & habent ingenuitatem ipsa manumissione, ex constitut. Iustin. nec opus est ad id impetracione aureorum annulorum, qua ut ingenui, hoc est, qui ingenui non vere erant ingenui l. 2. ff. de iure au- mul. aureo: & imaginem saltem non statuta ingenuitatis habebant l. i. C. ad l. Visell. Nec opus est natalium restituzione, quia ingenuitatem & libertatem accipiebant, in qua ab initio omnes homines fuerunt l. 2. ff. de natal. restitut. id quod Rubr. d. Nou. satis ostendit, vt liberti de cætero aureo anno non indigent, & vt pristinis natalibus restituantur. Saluum autem manet ius patronatus, hoc est, liberti nihilominus debent honorem manumissori & patrono licet reuera fiant ingenui d. Nou. 78. c. 2. §. 6. t. in Verbis: debitum be- norem manumissori reddant. Nec obstat Vlp. in fragm. tit. 1. §. bodie vbi dicit: bodie ipso iure Latinos libertos esse, vnde videbatur dicendum id non esse ex constit. Iustin. cum Iu- stin. longe post Vlp. vixerit. Respond. Vlp. ibi loquitur de Latinis & dicit, quod liberti sint, h. e. liberti sint & libertatem sint consecuti ipso iure, hoc est, lege Julia volente & approbante talem libertinitatem. Ius autem ingenuitatis ante Iustin. non habuerint, id quod ipsis Iustin. contulit.

Ad Thes. 10. & 11. Qui in fraudem creditorum manumittit nihil agit, hoc est, ma-
numissio ipso iure est nulla, cum fiat contra legem Ael. Sent. & quod sit contra ll. ipso iure nullum est cap. qua contra d. reg. iur. in 6. & inutile est l. 5. C. de liber. Deinde dicitur animus & membra requiri, ut quis in fraudem creditorum manumississe dicatur. Huic obiicitur l. 5. cum fideicommissa. 16. §. 6. t. qui Et à quib. manumiss. liber. vbi dicitur, si filius voluntate patris manumittit, & pater scit se soluendo non esse; filius autem id ignorat, vel etiam scit, libertatem nihilominus impediri, id quod indicat illa verba: siue pater sciat siue filius sciat: Ergo quando pater scit, filius potest ignorare patrem soluendo non esse, & tamen manumittit, nec tenet manumissio, vnde videtur dicendum, quod tunc eventus inspiciatur, & non animus, cum filius ignoret patrem non esse soluendo, & tamen manumittat. Resp. Sufficit si pater sciat se non esse soluendo, quamvis filius id ignorat, metimur que manumissio em in fraudem non ex persona filii sed ex persona patris, in cuius filius est potestate, & cuius voluntate manumittit. Deinde obiicitur l. 6. t. C. qui manumitt. non possum, vbi dicitur euentum tantum debere inspici & non animum. Respond. Libertas test duplex directa & fideicommissaria. Directa quæ datur directo, ex testamento & di- rectis verbis, ut quando testator dicit: Volo, iubeo seruum esse liberum. Fideicommissa- ria datur precarii verbis, quando testator hoc modo heredem precatur ut seruum ma- numittat: Rogo ut seruum illum manumittas: Et d. directa thesis nostra, & §. in fra- dem. institut. quib. ex causis manumitt. non licet, est accipienda, id quod in l. 1. C. qui manumitt. non possunt, clare ostenditur d. l. 6. t. de fideicommissaria tantum accipitur & ratio- nem diuersitas glossa in d. l. 6. t. annotat. Nec obstat l. fraudis 79. ff. de reg. iur. vbi dicitur semper in iure ciuili requiri euentum & animum in fraudis interpretatione. Quia illa lex ad directas libertates pertinet non ad fideicommissarias ut Faber. in d. l. fraudis, indicat.

52 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Ad Thes. 12.] Hæc thesis ita intelligitur, si ex iusta causa quis manumissus fuerit. Sed obiicitur *l. unde 79. ff. pro sœcio.* vbi iniqüitas potest corrigi & sic retractari, id quod falsum est. Deinde obiicitur *l. Paulus. ff. de Verb. signif.* vbi falsum testamentum est nullum. Ergo & hic causa manumissionis fallax est nulla, & per consequens retractanda. Resp. à diuersis non sit illatio. *l. P. apianus exuli. ff. de minoribus,* & hi textus sunt diuersi à thesi nostra quæ loquitur de manumissionis causa, licet falso prætextu fiat, tamen fauore libertatis valer. Cum pro libertate multa contra regulas in iure ciuili sint recepta. *g. 5. l. insit. de donat.* At in d.l. 79. falsa sententia & iniqua arbitratoris, hoc est, amicabilis cōpositoris corrigitur per appellationem, quamvis arbitri sententia siue vera siue falsa sit standum *l. 27. §. pari. ff. de recept. arbit. sent.* In d.l. *Paulus.* testamentum falsum est nullum, id quod verum est, debet enim testamentum esse iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri vult. *l. 1. ff. qui testamenta fac. possunt.* Deinde obiicitur *l. si quis 7. §. minor. ff. qui Es. à quib. manumiss.* vbi seruus manumittitur nec est iusta causa manumissionis. Deciditur igitur negandum eum esse liberum. Resp. in fraudem *l. alie sent.* id factum est, ynde non valet nec ibi ex iusta causa est manumissus, quæ hic requiritur.

Ad Thes. 13.] Affirmatur eos qui alieno iuri sunt subiecti, aut esse in potestate parentum, aut in potestate dominorum. Sed obstat quod etiam vxores sint in potestate maritorum, quia maritis se committere dicuntur. *l. hac lege 8. C. de past. conuenit.* Et dicuntur esse in officio maritorum. *l. sicut. 4. ff. de libert. operis.* Deinde id loca sacra ostendunt, *Genes. 3.* vbi Deus ipse dicit, sub viri potestate debere esse vxorem, sic *1. Corinth. 7.* vxor non habet potestatem sui corporis sed maritus. Item *c. muliere 33. q. 5.* vbi dicitur mulier sit subiecta viro. Respond. olim apud Rom. triplex genus matrimoniorum fuit: Vnum farre consecrabatur: Alterum siebat per coemtionem. Tertium habebatur vnu. Farre consecrabant cum nuptiis simul edebant panem feruum & aquam *Vlp. in frag. titul. 9.* Per coemtionem siebat quādo alter alterum quasi emebat. Vnu habecatur, hoc est, vnu capionis interrupcione *l. 2. ff. de usurpat. & usucap.* & quidem matrimonio contracto farre & per coemtionem vxor exhibat ex potestate patris, & transibat in manum mariti. *Vlp. in frag. d. tit. 9. & 21. 23.* Sed quia haec genera matrimoniorum non diu fuerunt in vnu, dictius dd. II. accipiendoas de reverentia, quam vxor marito debet, cum sit dominus familiae maritus & quasi domus caput. *l. pronuntiatio. de Verb. signif.* Potestas autem talis non attribuitur marito in vxorem, quemlibet pater in filium, dominus in seruum & iure diuino etiam maritus caput est vxoris, D. Paulo attestante, *ad Ephes. 3. Gen. 3.* sed illa prærogativa & prædominatio non in atrocitye consistat sed in picrate. Cum in *Nouel. 17.* si licet matri, &c. prohibeat maritus durius & acerbius tractare vxorem. Et illa potestas siue prioritatis à II. data, non est potestas civilis, de qua hic agimus, sed duntaxat imperium d. *l. pronuntiatio. §. familia.* Et ita potestatis verbū plura significat *l. potestatis ff. de Verb. signif.* Est enim rector & caput familia ut Rector est schola, qui habet imperium scholæ tantum autem sibi datum, non potestatem talem ciuilem, qualem hic requirimus, quæ olim ius viri & necis habebat *§. l. insit. de his qui sui vel alie. l. 5. l. C. de patr. potest.* Hodie Rectori scholæ modica castigatio est concessa iure scholæ non vi potestatis. *l. 5. §. 5. cū seq. ff. ad l. Aquil.* Sic tutores & curatores potestatem talem non habent, qualem hic requirimus *§. 1. insit. de tutel. §. 1. insit. de curat.* Sed imperium tutelam, defensionem sibi tantum concessam habent, vnde ab his omnibus male infertur contra diuisionem hanc, quæ manet. Et hodie etiam post matrimonium vxor respectu huius potestatis manet in potestate patris sui, nec transit in potestatē mariti, id quod expresse dicitur in *l. si vxore s. C. de condit. inserit. l. nec ea 22. §. patria ff. ad l. l. l. de adulst.* vbi pater vi patriæ potestatis, quæ adhuc habet, potest

potes*t* impune interficere filiam in adulterio de p*re*l*icit*am & quidem in d*e*mo g*en*ci*m*. Deinde id exp*re*s*te* probatur in §.1. *Instit.* ad SC. *Tertull.* v*b*i mater trium liberorum & sic in matrimonio existens in potestate sui parentis est. Deinde matrimonium n*ō* est modus tollend*x* patri*æ* potestatis, *tot. sis. Instit.* quomodo patr*æ* potestas solu*m*. Sic discipuli manent in potestate parentum suorum. Et pupilli ac minores manent fui iuri*s*, *tot. sis. ff. Cr. Instit.* de tutor*æ* & curat*or*.

Ad Thesin 14.] De hac thesi*ei*usq*;* pluribus contrariis dicemus commodius in suo loco in tit*o* per quas person*æ* nob*is* acquir*er*et.

Ad Thesin 15. Cr. vlt.] Qui ad Asyla confingunt*;* inde abstrahi non debent*;* nisi t*er*celus vel delicta perpetrauerint*;* Nam delicta impunita non maneat*l. i. s. Vulneratus.* 34 81. *ff. ad l. Aquil.* Et eatenus etiam ius Canonicum exauditur*;* & conuenit id quod apparet in c. *inter alia, extr. de Sacrosant*æ* Ecclesi*s*.* v*b*i dic*it*ur*;* quod quis non sit violenter abstrahend*us* ab Ecclesia*;* quamuis gravia melefic*ia* perpetrav*er*it*;* scilicet à Magistratu politico*;* Sed Restorem Ecclesi*æ* membra & vitam eius debere ostendere*;* & si quid fecit ini*que* cum puniri*;* Puniter ergo a*qua*re iure Canonic*o* ac iure Ci*u*ili*æ*.

D I S P V T A T I O III.

Ex tit*o*.9.& 10.lib.i. *Institut.* desumpta, de patria potestate,
& de nuptiis.

C O N T I N V A T I O.

Præmissa materia seruitutum, à foro nostro nunc remota*;* progrediamur modo ad ius patri*æ* potestatis*;* quod parentes in liberos suos habent.

Thesis 1. Ius vero patri*æ* potestatis tantum est ciu*u*um Romanorum*;* nec non alii eo iure fiuuntur*;* *§. ius autrem. Institut.* de patr*æ* potestat*æ*.

2 Omnesque qui ex patre eiusque masculis omnibus descendantibus procreantur*;* in potestate ipsius sunt*;* *§. fin. Instit.* de patr*æ* potest*æ*. Qui vero ex patris filia nascuntur*;* in eius potestate non sunt*;* sed in eorum patris potestate*;* *§. fin. Instit.* hoc tit*o*.

3 Causæ acquirendi patriam potestatem sunt nuptiæ*;* legitimatio & adoptio*..*

4 Sponsalia sunt mentio & repromissio de futuris nuptiis intra contrahentes facta*l. i. ff. de sponsalib. can. nostrates. caus. 30. quast. 5.*

5 Hæc à spondendo dicta sunt*;* vnde nomen sponsi & sponsæ natum*;* quorum alia dicuntur de futuro*;* alia de præsenti*l. 2. & 3. ff. de sponsal. c. pen. extra de sponsal.* *l. nuptias. ff. de regul. iur..*

6 Nuptiæ sunt viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem continens*;* *§. i. Instit.* de nupt*æ* *l. i. ff. de ritu nupt.*

7 Nuptiæ à nubendo dictæ*;* quod noua nupta pudoris gratia se obnubaret & velaret*;* *Genes. cap. 24.*

8 Iustas autem nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum legum pracepta coeunt: masculi quidem puberes, foeminae vero viri potentes. *in princ. Institut. de nuptiis.*

9 De consensu parentum non minor dubitatio est: nos parentum consensum, in quorum potestate sunt liberi, praeceps in nuptiis de necessitate requiri concludimus. *in princ. Institut. de nupt. Mynsing. hic num. 7. & 8.*

10 Sic quoque cum nihil consensui tam contrarium sit, quam error, teste Vlpiano, matrimonium errore initum de iure impediri, & retractari. *l. si per errorem. 15. de iurisdict. l. 8. & 9. C. de iur. & fact. ignor.*

11 An nudus consensus contrahentium in matrimonio necessario requiratur, necne?

12 Nuptiae inter ascendentibus & descendebus in infinitum prohibentur, & si tales personae inter se coeunt, nefarias & incestas nuptias se inuicem contrahunt: inter collaterales vero quarto gradu de iure Canonico, quod magis sic obseruamus, & inter plures uno eodemque tempore. §. 2. *Instit. hoc tit. l. 53. & l. fin. eod. l. 17. eod. tit.*

13 Illicitae nuptiae sunt coniunctio maris & foeminae, quae fit natura, leviter canone repugnante. *Auth. incestu. 6. C. de incest. & inutil. nupt.*

14 Incestae sunt, quae inter personas sanguineas iunctas, repugnante natura in gradibus prohibitis contrahuntur. *l. ab incestis. Cod. de incestos. nuptiis.*

15 Nefaria dicuntur, qui in linea ascendentibus & descendebus sunt inter eas personas, quae parentum & liberorum rationem inter se habent. *l. fin. ff. de ritu nupt.*

16 Inutiles sunt, quae contrahuntur inter personas ratione consanguinitatis vel affinitatis in gradibus a iure Civili & Canonico prohibitur. §. si vxor. *Institut. hoc tit.*

17 Duorum autem fratrum vel sororum, vel fratri & sororis liberi matrimonio coniungi possunt. §. *duorum. Institut. de nupt.*

18 Et haec in linea recta adeo vera sunt, ut quamuis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse cœperint, matrimonio iungi non possint, etiam dissoluta adoptione. §. ergo. *Instit. h. tit.*

19 Frater cum frattis sui coniuge matrimonium contrahere non potest. *l. 5. C. de incest. nupt.*

20 Nemini quoque duas vxores simul ac semel uno eodemque tempore habere licet. *l. 1. ff. de his qui nat. infam. §. affinitatis. cum duob. §§. seqq. Institut. de nuptiis.*

21 Diuortium est legitima mariti ac vxoris separatio apud competen-

tem iudicem, cum cause cognitione & sufficiente eius probatione facta. Causæ soluendi matrimonium secundum ius Ciuite & Canonicum sunt mulæcæ, variae ac interdum leuissimæ. l. 2. ff. de diuort. & repud. l. 19. ff. de verbor. & rer. signific.

Corollarium: Diuortio per adulterium iam facto, quare potest,anne etiam sonti & rex personæ ad secunda vota transire liceat?

D I S P U T A T I O N I S III.

De patria potestate & de nuptiis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A .

- 1 *Patria potestas quid sit.*
- 2 *Mater an liberos in potestate habeat.*
- 3 *Patria potestas quoctuplex sit.*
- 4 *Patria potestatis causa quo sint.*
- 5 *Adoptio est similitudo naturæ.*
- 6 *Sponsalia sunt spes nuptiarum.*
- 7 *Sponsalia à Canonis in recte distinguuntur in sponsalia de praesens, & de futuro.*
- 8 *Sponsalia sunt pacta non contractus.*
- 9 *Nuptia qualis sunt coniunctio.*
- 10 *Concubinatus iure ciuili est concessus & permisus.*
- 11 *Lupanaria cur in quibusdam ciuitatibus tolerantur.*
- 12 *Concubinatus non incidit in definitionem nuptiarum.*
- 13 *Nuptiarum definitio non competit consubuenio.*
- 14 *Nuptiarum seu matrimonij individualitas, quomodo & qua ratione intelligatur.*
- 15 *Iuris naturalis effectus cur interdum impediatur.*
- 16 *Matrimonium mutuo dissensu non dissoluitur.*
- 17 *Matrimonium contrahentes legitimam debent habere statu.*
- 18 *Consensus parentum cur in nuptiis requiratur.*
- 19 *Consensus parentum an sit necessarius in nuptiis.*
- 20 *Matrimoniorum libertas non impeditur consensu parentum.*
- 21 *Matri consensus an necessarius in nuptiis.*
- 22 *Consensus curatorum, cognatorum & affinium in nuptiis non requiritur.*
- 23 *Matrimonium an sit spirituale.*
- 24 *Matrimonium an solo contrahentium consensu iuri c. Canonico fieri possit.*
- 25 *Filius & pater quomodo dicantur esse una persona.*
- 26 *Consensus patris quo casu ad matrimonia non sit necessarius.*
- 27 *Consensus avi an sit necessarius adnuptias.*

64
DISPUTATION. IURIS CIVIL.

- 28 Matrimonium inter inuitos non contrahitur.
- 29 Deductio in domum mariti excluditur à substantialibus matrimonij.
- 30 Deductio in templum omitti in nuptiis non potest.
- 31 Nuptiarum vocabulum dupliciter accipitur.
- 32 Nuptias consensu facit non concubitus.
- 33 Sponsi vel sponsa nullus est luctus.
- 34 Donatio inter virum & uxorem non valeret.
- 35 Scriptura ad nuptias non est necessaria.
- 36 Consensu sponsalitius quomodo differat à consensu matrimonij.
- 37 Error in contrahendo matrimonio quotplex, & an matrimonium saluere possit.
- 38 Nuptia inter ascendentis & descendentes sunt prohibita in infinitum.
- 39 Collateralium nuptia sunt prohibita.
- 40 Fratrum vel sororum liberi possunt matrimonio iungi.
- 41 Collaterales intra quartum gradum iure Canonico coniungi matrimonio non possunt.
- 42 Matrimonium in adoptione, in ascendentibus & descendantibus esse non potest.
- 43 Collateralium in adoptione an valeant matrimonia.
- 44 Vxorem fratris ducere in matrimonium nemo potest.
- 45 Vxores duas eodem tempore habere non licet.
- 46 Bigami & ultimo supplicio puniuntur.
- 47 Matrimonium quomodo hodie soluatur.
- 48 Vxor tenetur expectare maritum in captivitate vel expeditione servitatem, quandiu de eius morte nihil certi constat.
- 49 Matrimonium solvitur impotentia.
- 50 Adulterio solvitur matrimonium.
- 51 Diuizio per adulterium facta, an persona rea rursus contrahere matrimonium possit.

Absoluta materia sterili seruitutum, quæ nunc à foro nostro excessit, cum inter Christianos seruitures non reperiantur, Alciat, in l. hostes, ff. de verb. signif. pregradimus ad materiam patriæ potestatis. In patria autem potestate sunt filii filiaeque & liberorum filii, hoc est, nepotes & nepotes ex filio non ex filia, ut in thes 1. dicitur, quia illi qui ex filia nascuntur, sunt in patris sui potestate, vel aui paterni, ut in thes 2. dicitur. Eandem recte definite licet quo sit ius, hoc est, potestas, quam parentes in filios & filias, filiorumque liberos habent non filiarum, § ius autem de patr. potest. & quandiu avus vivit, nepotes & nepotes ex filio haberet in potestate, filius non habet in potestate eos, quia qui in alterius potestate est, alios in sua potestate habere non potest, l. si enieret. 21 ff. ad l. Iuliam de adult. Si avus moritur nepotes in patris sui recidunt potestatem. §. 1. Institut. q. in ius patr. potest soluere. Sed obiicitur contra 2. thesin, matres habere liberos in potestate, cum parentibus debeatetur obedientia. l. Veluti. 2. ff. de instit. & iur. Et parentum appellatione veniunt pater & mater. Respond. Patria potestas potest esse duplex, Civilis, de qua hic agimus, huius respectu liberos in potestate non habet mater, unde etiam in §. 6. de patr. potestat. dicitur. Qui ex te & vxore tua nascitur, in tua est potestate, non dicit in vxoris tute est potestate: Altera est naturalis, de qua d. l. Veluti, est accipienda: Iure enim naturali & quum est parentibus obedire.

- 4 Ad Thes. 3.] Tres sunt & causæ patriæ potestat. Nuptiæ, legitimatio & adoptio. cui assertio-

assertioni obiicitur *l. i. in princ. ff. de adopt.* vbi dicitur filiosfamil. non solum natura, sed etiam adoptiones faciunt: Ergo natura & adoptio faciunt filios & nō legitimatio & nuptiae. Respond. Naturam dum dicit *I Cetus Modestin.* respicit ad *ll. de statu hominum.* & ad *l. 6. de his qui sui.* &c. In legib. de statu hominum agitur de Natiuitate, quæ sit legitime per nuptias, vel illegitime extra nuptias. Et in *d. l. 6.* dicitur quod filiusfamil. si qui ex viro & vxore eius nascitur. Dum igitur in ipsis tit. 2. agitur de liberis natis, vel ex legitimo patrimonio vel extra matrimonium, vno casu veræ sunt nuptiae, quæ legitimos efficiunt liberos natura, id est, natiuitate, *§. 1. de nupt.* Altero casu non sunt nuptiae nec legitimis liberi, qui etiā sunt natura, hoc est, natiuitate liberi effecti, sed tamen hos oportet per legitimationem legitimos reddere. Planum ergo est sub particula *N A T U R A.* nuptias & legitimationem comprehendendi. Tertia causa *in d. l. 1.* nimurum adoptio exprimitur, quæ non sit natura, qui enim naturaliter filium non generavit, filium facit lege, hoc est, adoptione, quam leg's approbant. Adoptio t' enim similitudo naturæ est: *Caius lib. i. §. Institut. tit. 5. in princip. de adopt.* Et huic etiam non obstat *l. pronunciatio. §. familia. Versic. iure. ff. de Verb. sign.* vbi dicitur: natura aut iure subiectas esse personas, quia ibi agitur de domino familia, qui filios & filias sibi habet subiectas natura, hoc est, ratione natiuitatis. Vxorem & totam familiam sibi subiectam habet iure, hoc est, imperio, quod leges diuinæ & humanæ ipsi dederunt, ut in *disput. 2.* dictum fuit.

Ad Thesin 4. & 5.] Sponsalia sunt mentio & promissio futurarum nuptiarum. *l. i. ff. de sponsalib.* Spes enim t' nuptiarum sunt sponsalia. *l. si puella. 6. de sponsal.* *l. si vxor. 3. §. 6.* diuī. *ff. ad legem Iuliam de adulto.* & nudus consensus ad ea constituenda sufficit *l. sufficit.* *4. ff. de sponsal.* Et quia definitio sponsaliorum dicit, quod sponsalia sint promissio futura nuptiarum, & luresconsulti in dictis legib. dicunt quod sint ipses nuptiarum: sequitur sponsalia non esse ipsas nuptias, & falsam t' esse distinctionem Canonistarum, qua distingunt sponsalia in sponsalia de praesenti, & sponsalia de futuro, cum saltem sint sponsalia de futuro non de praesenti, quæ ipse sunt nuptiae. Habent Canonistæ illam distinctionem *ex cap. penulti. & ultim. extr. de sponsal.* & *matrim.* quam tamen recte reicit Costalius in *d. l. 1. ff. de sponsal.* Et Lutherus in *trattat. de causis matrim.* & Borcholt, in *tratt. de gradibus.* Imo ipsi secum merito pugnant Canonistæ, cum c. nostrar. 30. quest. 5. definitionem luresconsulti Florentini in *dict. l. r. ff. de sponsal.* expresse iisdem verbis ponat & approbet, scilicet quod sponsalia sint federa & promissio nuptiarum futurarum. Ne igitur ipsum ius Canonicum secum pugnet, dicimus nulla esse sponsalia nisi de futuro, quæ t' pacta sunt, non contractus. Cuiac. *ad tit. ff. & Cod. de nupt. 1.* sicut sunt *§. nuptia.*

Ad Thesin 6.] Proponitur hic definitio nuptiarum, paulo aliis verbis proponitur in *l. i. ff. de ritu nuptiar.* quam d. Borcholt, in *trattat. de gradibus* explicauit. Coniunctionem autem dum dicimus, intelligimus cum Iustin. t' animorum & corporum coniunctionem initam sub destinatione indiuuidua vitæ consuetudinis. Sed obiicitur huic definitioni. Primo, eam esse angustiorem suo definitio cum ad nuptias consensus requireatur, qui tamen in definitione non sit expressus. Respond. Intelligimus hic talem coniunctionem, quæ sit iusta, legitima, & legibus approbata, & quamvis vocabulum *IUSTA* vel *LEGITIMA* non addatur, tamen hoc subintelligitur. Omnis enim coniunctio talis legitima & legibus concessa est. Si iusta est coniunctio, etiam sine consensu contrahentium & eorum, in quorum sunt potestate, fieri non potest, cum hoc fieri civilis & naturalis suadeat ratio. *§. i. de nupt.* & sicut in definitione testamenti, quæ est in *l. i. ff. qui testa. fac-* possunt,

possunt, non sit mutatio heredum institutionis, quæ tamen potissimum pars est & caput ac
 fundamentum testamenti, §. ante heredes. infra de legat. Nec ex hereditationis, & tamen, per
 vocabulum *iusta*, quod rei ponitur, illa satis exprimantur. Ita hic non opus est exprimi cō-
 sensum, cum hic de nuptiis instit. agamus, ut Imp. indicat in pr. tit. de nupt. in Verbis: *iustas*
nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum ille precepta coeunt. Secundo obicitur,
 quod hæc definitio conueniat concubinatu, qui tamen legitima coniunctio nō ha-
 betur. Resp. Ad concubinatum quod attinet, sciendum est eum † iure ciuili esse cōcessum
 & permisum tot. tit. ff. & C. de concub. Et quidem concessus est non vt legitima cōiunctio
 sed respectu maioris mali evitandi & præcauēdi sub quadam dissimulatione, quemadmo-
 dum in lupanaribus videtur est, quæ † tolerantur in ciuitatibus quibusdam, raptus, ince-
 stus, adulterij, & aliorum scelerum grauium, auertendorū gratia, cum boni Magistratus
 sit quoquo modo illis obuiam ire, quamvis tamen vere Theologice loquendo, non siant
 mala vt eueniant bona. Sed vt excusari solent vſura, ita & lupanaria & etiam concubina-
 tus excusari possunt. Vt enim vſura recipiuntur ab Imp. propter humanam societatem
 rectius conseruandam, & s. d. f. Ita maioris mali evitandi gratia custoditur concubinatu,
 id quod etiam in exp. haccratione. 31. quaest. x. dicitur. Concubinatum permisum es-
 fe à noalentibus, quia malæ hominum intentes ad plenum prohiberi non possunt, nec ta-
 men esse præceptum concubinatum, & eo respectu dicitur in Nov. 18. de trient. & semiss.
 § consideremus. cum honeste viuere, qui vnam tantum concubinam habet, modo sit maior
 viginti quinque annis. Hinc dicitur in d. l. ff. de concub. honestius esse patrono libe-
 tam concubinam, quam matrem. famil. habete, quia scilicet olim non potuit liberta in
 uxorem duci. Ergo saltem potest haberi in concubinatu-potius quam materfamil. Paul.
 lib. 2. sentent. tit. 19. §. fin. Hinc sit legitimari posse filios naturales ex concubina procrea-
 tors, non ex incesto coitu, qui spuriū dicuntur, §. si aduersus. cum §. fin. de nupt. Coras. lib.
 Miscellan. 1. c. 3. num. 5 cum seq. Concubinatus igitur illegitimus est per se, vnde cum sim-
 pliciter ius diuinum non agnoscat, cum Genes. 3. dicatur. Erunt duo in carnem vnam
 scilicet legitimo modo coniuncti. Legitimus est, quo ad malum maius concubinatu e-
 uitatur, quæ ratio mouit Imp. vt eum concederent, vicitque etiam Iuris Canonici in eo
 11. authoritas. Et quamvis iure ciuili concubinatus sit legitimus, † non tamen sequitur
 concubinatum in definitionem nuptiarum incidere, est quidem legitima coniunctio,
 hoc est, legibus concessa maioris mali præcauendi gratia, non tamen est animorum con-
 iunctio perpetua, nec maris & feminæ est coniunctio, cum appellations hæ extra ma-
 trimonium non militent, nec individua vita est consuetudo, cum non coniungantur in
 concubinatu animo & affectione perpetua & individua vita societatis. Quotiesnam
 liber vna expulsa alteram reducere possunt, id quod fecus est in matrimonio, vbi dissolu-
 tio non ita conceditur, cum contemplatio publicæ utilitatis id non permittat, Paul. lib. 2.
 sentent. tit. 19. §. 1. Quod autem differunt legitimis & naturales liberi, ac per consequens
 matrimonium & concubinatus in aliis in sequen. disputat. dicetur. Tertio non est, quod
 12. quis cogitet † contubernio etiam conuenire hanc definitionem, cum hic agamus de iu-
 stis nuptiis, quas inter se ciues Romani contrahunt. §. 1. de nupt. At serui ciues Romani
 non sunt, cum iure ciuili pro nullis habeantur. I. quod artinet. de reg. sur. Et illa coniunctio
 inter seruos alias dicitur contubernium. I. 3. C. de incestuof. nupt. Paul. lib. 2. sentent.
 tit. 19. §. inter seruos. & seruis nullæ erant leges positæ. Quarto obicitur nuptias non con-
 tinere individuam vitæ consuetudinem, cum solvi possint, vt in thesi 28. dicirur. Quod autem
 soluitur est diuiduum non individuum. Respond. Pro solutione notandum est, quod
 matrimonium initio eo voto & animo contrahatur, vt sit individua societas. Hoc autem

verum, hic animus perpetua cohabitationis saepe tollitur & impeditur, dum multa ex accidente praeter opinionem interuenire possunt, quia lege iubente dissolutionem suadent, & quod lege permittente sit, poenam non meretur. *I. Gracchus 4 C.ad l. Inl. de adult.* Metimus igitur nupciarum indiuiduitatem t̄ ex initio nupciarum, quod perpetuitatē respicit,¹⁴ licet certis modis matrimonium solui possit. Quinto obiicitur contra datam solutionē. Matrimoniiū esse iuris gen̄. seu naturalis: Sed ius naturale est immutabile. Ergo quoq; matrimonium est immutabile. Resp. ante in *disput. i. ad thes.* ii. generalis solutio est data ad tales obiectiones, quod scil. t̄ effectus iuris naturalis impediatur interdū propter certas circūstantias, cui solutioni hic addendum, q̄ raro siant dissolutiones & frequentib. indiuiduitatibus matrimoniorū parum detrahant. Quæ autem raro fiunt, iura ciuilia non attendunt, *I. 3. 4. 5. ff. de II.* quamvis Rom. tempore frequentia fueriat diuertia, id quod *ex I. 2. ff. de diuort. & repud.* constat. Sexto obiicitur contra solutionē datam. *I. nihil tam naturale est. ff. de reg. iur.* vbi dicitur nihil tam naturale est quam dissolui quid eo modo, quo est colligatum. Ergo & dissolui potest ex levissima causa matrimoniiū, scil. solo dissensu, cum consensu sit colligatum. *I. nuptias de reg. iur.* Resp. Illa regula militat in contractib. aliis non in matrimonio. Nam matrimonium quidem nudo consensu cōtrahitur, vt emtio, locatio, mandatum, societas. tot. sit. *Instit. de oblig. qua consensu contrah.* sed tamen non dissoluitur matrimonium mutuo t̄ dissensu, cum diuinum praeceptum adsit: quos Deus¹⁵ coniunxit homo ne separet, *Matth. 19.* & contemplatio publicæ utilitatis id non permittat, *Paul. lib. 2 sent. tot. sit. de nupt. §. 1.*

Ad Theſin 7. & 8.] Contrahentes matrimonium secundum II. præcepta cocant, requiritur igitur ut habeant t̄ legitimam ætatem, masculi annos¹⁶. fœminæ duodecim complectos. Cui primo obiiciuntur *c. attestations 10. extr. de sponsal. & marit.* & *c. puberes 3. extra. de sponsal. impub.* vbi dicitur ex habitu corporis de pubertate iudicari debere, non ex annis, & malitiā s̄æpe supplere ætatem, id quod consuetudo etiam approbat. Respond. Verum est de iure Canonico id ita obtinere. Nos tamen Iustin. sequimur, qui dicit ex annis debere æstimari pubertatem, *§. 1. de nupt. ex I. 4. ff. de ritu nupt.* Cum & antiquis impudicum sit visum, & indignum Iustin. temporis castitate, ex inspectione habitudinis corporis de pubertate iudicare, *§. 1. infra. quibus mod. tutel. fin.* Sæpe tamen sit, ut iudex honesto modo ex qualitate corporis vel capititis, forte ex lanugine prima barbae in iudicio pubertatem deprehendere possit. Atque ita *I. minor. 32. in princ. ff. de minor. 25. ann.* est acceptienda.

Secundo obiicitur, quod etiam iure ciibili anni non attenduntur in nuptiis, id quod probatur per *I. Sancimus. 24. C. de nupt.* vbi ætas nec in masculis nec in fœminis requiriatur, cum ibi dicitur, non esse tempus inspicendum, in quo nupciarum ætas fœminis post duodecimum annum accesserit. Respond. Inciuile est, nisi tota lege perspecta, ex paucis verbis velle iudicare. *I. inciuile est. ff. de legib.* Casus igitur *d. I. Sancimus*, pro solutione est, ibi aliquis alicui promisit aliquid puta centum, si nupcias celebravit. Quæritur quando tempus vel conditio illa sit impleta, & pecunia peti possit. Et respondetur non eam impletam, nisi festivitas nupciarum adsit, hoc est, ipse ætus nupciarum, vel deductio in dominum mariti, nec sufficere ætatem adesse legitimam ætu nupciarum deficiente. Quamvis enim adsit legitima ætas, nec tamen nupciarum ætus solennis sit celebratus, centum non dantur nec peti possunt. Non autem negatur alias legitimam ætatem, scilicet in masculis quatuordecim, in fœminis duodecim annos non requiri, sed hoc in casu eam non sufficere, cum & ætus nupciarum simul requiratur.

Tertio obiicitur sponsalia septimo anno celebrari posse, *I. in sponsalibus. 14. ff. de sponsal.* Ergo

Sal. Ergo in nuptiis etiam septem anni sufficiunt, cum consensu nudo fiant sponsalia & nuptiae. *Resp.* Conveniunt quidem in eo, quod nudo consenserint, sed non in eo quod obiicitur, cum id leges velint. Denique obiicitur *No. 100. de tempore non solut. pecun. sup. dot. §. gener. liser. & vers. nouimus.*, ubi dicitur, non minus 15. annorum ad nuptias procedere, qui utiliter citius contrahant nuptias. Ergo in masculis 14. anni non sufficiunt sed 15. *Respond.* Loquitur illa *Nouella nobiscum*, & per 15. annum intelligit 15. annum inchoatum, & 14. completum.

Ad Thes. 9. & 10.] Affirmamus in hac thesi, parentum consensum, in quorum liberis sunt potestate, tamen praeceps in nuptiis de necessitate requiri, quia etiam dicit Iustin. in §. 1. de nupt. naturalis & Ciuilis ratio id suaderet. Naturalis ratio suadet obedire parentib. *I. Veluti. 2. ff. de iustit. & iur.* Ciuilis ratio, quia sunt in potestate patris liberi, quae iuris ciuilis Rom. est. §. 1. de patr. potest. Iuris Canonici interpp. & gloss. in c. sufficiat. 27. q. 2. in verbo SOLVS, in fine, volunt de honestate saltem requiri consensum parentum non de iuris necessitate quasi omitti posset, si hoc filiis contrahentibus nuptias placeret. Et sic ex quarto praecepto, quod necessitate in omnibus imponit, fieret libertas adhibendi vel omittendi consensum parentum, id quod dictum est impium, cum & ipsumius Canonicum in cap. non omnis. 32. quest. 2. religiose dicat, consensum paternum requiri, nec sine eo nuptias esse legitimas. Sed quod contentus paternus in nuptiis liberorum non sit necessarius probat Iohannes de Rebert: item Anton. Guibertus, qui habet sex argumenta, *tib. 1. quest. iuris memorabil. c. 12.* quae Dn. Borcholt, in tractat. de gradibus refutavit. Primum, consensus non est necessarius, quia definitio nuptiarum eius non facit mentionem, quod argumentum antedat *Thef. 6.* est refutatum. Secundum, quod impedit consensus libertatem matrimonii, cum tamen matrimonia debent esse libera, *I. Titia. 13. 4. in prin. ff. de Verb. oblig.* *Resp.* Matrimoniorum libertas propter consensum non impeditur. Præcedit enim voluntas contrahentium libera, consensus parentum accedit, quorum pietas pro liberis consilium capit, *I. nec ea. 22. §. pen. ff. ad l. l. l. de adult.* Si autem pater omnino violenter cogerer filium nolentem ducere vxorem, impeditur libertas matrimoniorum, & eo calu recte dicimus, id fieri non debere, cum libertas matrimonii impediatur. *d. l. Titia.* Et sic accipitur *I. non cogitur. 21. ff. de ritu nupt.* cum qua lege omnino consentit. *c. cum locum. 14. extra. de spons.* ibi enim violentus est metus & coactio summa contraria consensui. *tot. tit. ff. quod met. causa.* cu[m] tamen matrimonii consensu nudo ac solo contrahatur, ut in thes. 11. dicimus, & coactiones habeant difficiles exitus. *c. requisuit. 17. in fi. extr. de sponsal.* cum facile condemnatur id quod quis dicit, per iustum timore sibi placere, *d. c. cum locum. c. praesens. 20. q. 3.* Tertium, quod filius fam. in causis publicis habeatur pro patrefam, per *I. filius fa. ff. de his qui suis, &c.* Et iuris est publici matrimonii *I. in Verb. publice interest dotes seruari. ff. solut. matr. que est modus per.* Ergo non opus est adhibere consensum patris, cum sit hoc loco filius fam. vice patrifam. *Resp.* Per publicas causas intelliguntur publica officia, in quibus filius fam. est loco patrifam, quale matrimonio non est, male ergo hoc infertur. Quartum: eadem reuerentia ex 4. præcepto debetur matri quam patri. At matris consensus iure ciuili non est necessarius. Ergo nec patris. *Resp.* Matris consensus respectu iuris naturalis est necessarius, ut antea est dictum. Ius autem ciuile ea in parte recessit a iure naturali, quod eius proprium est *I. ius naturale. 7. in pr. ff. de iustit. & iur. eiusq; effectu & hic impeditur, nec sustulit.* Ciuii igitur ratione respectu patr. pot. matris consensus non requiritur, respectu autem naturalis reuerentiae, de qua hic non agimus, utriusque assensus requiratur. Sed obiicitur contra datam solutionem & thesin, quod matris cōlensus etiam iure ciuili requiratur, per *I. in coniunctione. 20. C. de nupt.* *Resp.* Communis est solutio quod de necessitate iuris ciuilis non requiratur cōlensus matris,

68

sed de honestate tantum: Wesenb. in parat. ff. de ritu nupt. num. 3. cum liberos in potestate non habeat. Si autem patris auxilio destituitur filia, rectius dicimus hoc easu etiam de necessitate ex constitut. Imp. matris consensum requiri. d. l. in coniunctione. cum & naturale sit parentibus obedire. Veluti 2. ff. de iust. & iur. Et nou tantum quod licet sed etiam quod honestum est semper in coniunctionibus sit spectandum l. semper in conuentiis. ff. de reg. iur. Curatoris autem cognatorum & affuum consensus non requiritur. 22. l. in copulandis 8. C. de nupt. Si autem inter cutatorem, matrem & propinquos de eligendo marito non conuenit, forte si adhibito omnium illorum consensu à filia, quod in matre fieri de necessitate hoc casu mortuo patre debet, in reliquis ex honestate, mater alium eligit: tutor alium & propinqui alium, ad praesidem prouinciae vel magistratum est recurrentum, vt is imploratus suum officium interponat & optimum eligat l. i. C. de nupt. Quintum: In spiritualibus consensus non exigitur c. Gle. de iudic. in 6. At matrimonium est spirituale c. debitum extra de bigamis non ordinand. Ergo consensus parentum in eo non requiritur. Respond. Etiamsi t̄ interdum dicatur spirituale, tamen in iure ciuili contractibus annumeratur, & à compilatoribus ff. nuptiarum materia contractibus subiungitur, vnde iuris ciuilis potius est. Sextum & vltimum. Filius fam. sine consensu parentum potest ingredi monasterium. Ergo etiam matrimonium, quod spirituale est, sine consensu parentum contrahere potest. Resp. Matrimonium & monasterii ingressus plurimum differunt, quamvis in aliquibus conueniant, de quib. Euerd. in Topic. Et hæc sunt 6. argumenta Guiberti, quibus alia sunt immixta:

Nunc ad Pontificum decreta accedamus, & quidem ad d. c. cum locum 14. extra de sponsal. ante est responsum. ad c. sufficiat. 27. quæst. 2. q. attinet, vbi dicitur, t̄ solū consensum 24 contrahentiū requiri in nuptiis additur ibi, requiri consensum contrahentiū secundū ll. hoc est, secundū iura ciuilia, quæ contrahentiū consensui cōiungunt cōsensum parentum. §. 1. de nupt. id quod etiam gloss. in d. c. sufficiat in verbo: Solus ostendit, vbi affirmat per particulam Solus non excludi parentum consensum sed alias solennitates. Deinde non obstat c. cum causa 6. extra de raptorib. loquitur enim in eo casu, quando cōsensu solo contrahentiū nuptiæ sint contractæ, non tamen adhibito consensu parentū, ea matrimonia iam contracta propter publicæ virilitatis contemplationem non soluntur, id quod cum Paulo lib. 2. sent. tis. 19. §. 1. consentit, & cum l. consensu 8. in princ. C. de repud. vbi dicitur: Solutionem matrimonii esse difficultorem, idque imperare fauorem liberorum. Consensu etiam non adhibito, propterea exhereditatio locum non habet, cum ea causa inter 14. causas exhereditationum non referatur. Novel. 14. Et cum de appellatione. §. aliud. Septimo obiicitur quod filius & pater sint vna persona l. Vlt. C. anfin. de impuber. & alio subiicitur. Vnde si filius consentit, pater etiam videretur consentire & contra. Respond. ad antecedens in d. l. & l. dico, quod FERE sint eadem persona, vt particula limitatiua FERE ostendit. Non enim possunt per omnia esse vna eademq; persona filius & pater naturaliter loquedo: Sunt enim duo corpora, duo individua, & separatos habent animos. Sed quod ad t̄ certos casus ciuilis acquisitionis, qualis est etiam in d. l. Vlt. pro vna persona filius & pater habentur. Octauo obiicitur, quod si pater est furiosus, filius eius consensum adhibere necesse non habeat, §. 1. de nupt. l. g. in pr. ff. de ritu nupt. Vnde videtur dicendum, quod consensus patris non sit necessarius. Resp. Patris consensus hoc casu non est necessarius eum pater sit furiosus, nullaque sit eius voluntas. l. furiosi. ff. de reg. iur. vt nec tum, quando forte pater non vult dotare filiam iam plena ætatis, cui etiam optima nubendi offertur occasio, tunc enim filia abique patris voluntate potest nubere, ne causa maioris mali illa res sit. Cogitiam potest pater officio magistratus eam dotare diff.

Non. 114. c. aliud. §. si alicui versus vero. Sic nec obstat filius sum. 25. ff. de ritu nupt. vbi filius fam. non tenetur accommodare consensum patris, quia id speciale est in eo qui per emancipationem ex patris potestate exiit. §. præterea. infra. quo modo pat. pot. solv. quamvis filia emancipata propter sexus fragilitatem patris consensum adhibere tenetur l. vii. dñia 18. C. de nupt. Eodem modo nec præses prouincia filio vxorem ducenti consentire potest l. qui in provincia 57. in pr. ff. de ritu nupt. ne sua potestate facile abutatur, quamvis filia consentire possit. l. si quis officium 28. §. sin ff. de ritu nupt. Nono obiicitur, consensus pat. 27. reatis necessarium est. Ergo non aui. Respond. Aui paterni t'consensus est necessarius, cum nepotes in eius viui potestate sint. §. l. infra. quo modo. pat. pot. solvi. isque parentum appellatione continetur, ut nepotes appellatione liberorum l. liberorum ff. de verb. signif. Nec tamen excluditur patris consensus, licet eo viuo in eius potestate non sint liberi. Sed contra datam solutionem obiicitur l. oratione 16. §. nepote. ff. de ritu nupt. Vbi si nepos vxorem ducit, filius consentire debet. Si neptis nubis voluntas aui sufficit, & non requiritur voluntas filii. Resp. Aui voluntas sufficit si neptis nubis, nec est necessarium adhibere tum filii voluntatem cum filio tum in iusto heres non agnoscat. Nec enim qui ex nepote nascitur heres suus est futurus, cum nec in potestate aui materni sit. §. & l. sup. de pat. pot. §. suis infra. de hered. qua ab intest. deseruntur. §. sui. infra. de hered. qualit. & differentia. In nepote autem aliud est statutum, si enim is dicit vxorem, & filius consentire viuo aui debet, ne & i in iusto suus heres agnoscat, quod heri non debet. §. sed si quis infra. de adopt. Si autem neptis vult, potest etiam sui patris consensum accommodate, id quod vocabulum S V F F I C I T ostendit in d. l. oratione §. nepote. quasi se velit. Sed contra dat. solut. oppono. l. 3. ff. de ritu nupt. vbi pure idem proponitur calus in nepote, & tamen dicitur, quod sola aui voluntas hoc casu sit perquirenda, & non sui patris voluntas. Resp. Gloss. in d. l. 3. quam sequitur Hotom. in illustr. quæst. 9. Et Cuiac. in votis priorib. pag. 14. affirmat, in d. l. 3. nepotem duxisse consobrinam & sic cognatam, quæ dum est ex familia, sufficit aui voluntas, quia non præsumitur hoc casu filio in iusto heredem agnoscere sed volenti, quamvis eius consensus non adhibeat: ind. v. l. oratione §. nepote, nepotem duxisse extraneam, vbi plumbatio voluntatis facilis non est, unde filii quoq; consensus erit per quirendus, alias pugna esset istarum l. magna, quæ in uno codemq; autore Paulo I Cto non facile est inducenda. Decimo. Nihil obstat historia Tobias, quia voluntate Dei & Angeli duxit Tobias iunior filiam Gabeli, id quod etiam euentus & redditus ostendit. Cum enim à parentibus Tobias iunior rediens cum uxore conspicitur, magnū ibi gaudiū oritur rex historia constat. Unde decimo obiicitur contra id, quod in thes. dicitur, præcedere debere parentum consensum in nuptiis non sequi. l. nec filium 12. in fin. C. de nupt. vbi dicitur consensum parentum debere accedere. Ergo ratificatione ex post facto sequi potest consensus parentum. Resp. verbum præcedere hic pro præcedere accipitur; vtique enim quod præcedit, accedit. Et qui nō contradicit, fauore matrimoniū tacite consentire videtur l. s. C. de nuptiis.

Ad Thes. 11.] In h. thes. affirmatur nudum consensum contrahentium requiri in nuptiis. Cui opponitur l. si patre cogente. 22. ff. de ritu nupt. vbi dicitur quod coactus teneatur aliquis aliquid accere, cum tamen coactio consensui sit contraria. Resp. Elegans est illa lex & loquitur in eo casu, quando filius reverentia & metu reverentiali paterno ductus, dicit aliquā, q̄ quidem non duceret, si esset sui iuris. Fin. a. ob reverentiam paternā mirabilis tēperatio & cōmixtio noluntatis & voluntatis ita ut vbi ante fuit noluntas respectu eius quā dicit, fiat voluntas respectu reverentiae paternæ, vnde dicitur in textu: Maluisse videtur. 2. 8. Matrimonium enim inter t' iuitos non contrahitur, vt ante est dictū. Et sic noluntas & voluntas in gradib. remissis in codē poslunt hancē subiecto. Et hasce actiones Aristoteles

lib. 3. Ethicorum c. i. vocat mixtas, vbi quis diuerso respectu vult & non vult, & tamē magis
 vult, veluti cum quis potius date vult latroni pecunia: iuramento promissam, quā amittet
 se vitā. Dn. Phil. Mel. tamen in Ethicis sub tit. de iuramentis dicit huiusmodi actiones magis
 esse voluntarias q̄ mixtas. Est quidē noluntas quo ad pecunia:, quae tamen sit voluntas p-
 portione habita ad vitā, q̄ omnib. bonis est præstantior & clarior. Et alias coacta volūtas
 est volūtas. l. se multis. §. pen. ff. quod metu causa. Porro in eadē thesi affirmatur solū & nudū
 consensum contrahentiu requiri ad nuptias, vnde sequitur deductionem in domū mariti,
 excludi à substancialib. matrimonii. Cettū n. est ex l. se donationū. 2. 2. C. de nupt. cā omitti
 posse, ac nihilominus nuptias suā habere firmitatē. Deinde vt alii contraetus veluti emtio,
 venditio &c. nudo consensu contrahuntur tot. sit. inf. de oblig. qua cons. contrah. Et tamen
 post contractū emt. vendit. quo ad eius perfectionē & absolutionē requiritur preciū & me-
 retur. §. preciū. inf. de emt. & vendit. Ita matrimoniu solo consensu cōtrahentiu cōtrahitur
 & cōstituit, q̄uis deductio in domū mariti, vt sequela ad absolutionē & testificationē pu-
 blicā initi cōtractus accedere postea poslit, in cuius locū tamē hodie successit ex iure diu-
 no & Canonico † deductio in tēplū q̄ omitti nō debet, & in thes. seq. affirmatur. Et sic sentit
 Cuiac. in parat. C. & ff. de nupt. Dn. Borch. illā sententiā in publica disputatione nouissime
 de nuptiis habira, est amplexus: quāvis Azo in summa sua aurea de nupt. & Hotom. lib. 4.
 obf. c. 26. contrariū sentiant, deductionē scil. in domū mariti esse de substātia matrimonii,
 eamq; esse solā notā qua nuptiā à sponsalib. distinguantur vt olim Dn. Borcholt. cum il-
 lis sensit & in tract. degradib. Pro hac igitur re firmando affirmamus cum Cuiac. in parat.
 C. de nupt. † dupliciter accipi vocabulum nuptiarum. Primo pro consensu vel vinculo illo,
 quo contrahentes nuptias, colligantur, ac ille consensus solus & nudus constituit nupti-
 as, quāvis deductio vt sequela ad absolutionē tendens fequi poscit. Secundo vocabulum
 nuptiarū accipitur pro solennitate festiuitate vel pompa nuptiarum solemni, qua deduc-
 tio in domū mariti olim siebat, hodie deductio in templū. His præcognitis nunc facile
 est respondere ad cōtraria. Et quidē l. obiicitur lex cui fuerit 15. ff. de cōdst. & demonstr. vbi
 requiritur de necessitate in domū mariti deductio. Resp. ex l. 2. & sancimus. C. de nupt. hoc
 modo. Si quis pacto vel stipulatione se aliquid facturum puta opus aliquod, vel daturum
 puta 100. sub hac conditione promisit: Si nuptias celebraret vel nuberet. Quæritur quādo
 ista conditio sit impleta. Et opus, vel 100. peti possint? Resp. d. l. sancimus, non aliter con-
 ditionem hanc esse impletam, & opus vel 100. aliter peti non posse, nisi deductio solen-
 nis sit facta in domū mariti. Illa enim deductio certissimum est argumentum in omni-
 um oculos incurrens consensum præcessisse & nuptias iam esse omnino perfectas. Erin
 tali casu accipitur d. l. cui fuerit. Nam verbum N V B E R E vel nuptias celebrare hoc loco
 in secundo significatu exauditur quam tamen deductiōnem præcessit consensus, qui so-
 lus nuptias alias constituit, nec aliter est impleta conditio pacti, nisi solennis nuptiarum
 pompa sit habita, alias indebitum petitur, inde tamen non efficitur ad nuptias necessario
 requiri deductiōnem, quamuis hæc pacta sub deductiōne facienda semper tacite exaudi-
 antur. Nec obstat ratio in d. l. cui fuerit quæ hæc est: Nuptias enim consensus facit non
 concubitus, ex qua nata est l. nuptias. ff. de reg. sur. Hæc enim ratio excludit saltem con-
 cubitus, non autem deductiōnem in domū, quæ quidem alias sequela est matrimonii
 & velut accidentis quoddam, quæ tamen in casu d. l. cui fuerit, est necessaria, respectu pacti
 vel stipulationis, non respectu nuptiarum, quæ solo consensu cōtrahuntur, vt ante dictū
 est. Consensus autem ideo sit mentio, quia procedit in omnib. nuptiis, & sic etiam in d. l.
 cui fuerit processit, quāvis etiā secundū d. l. sancimus, debuit sequi deductiō in domū ma-
 giti, q̄ p̄ter hasce stipulationes & pacta nō est necessaria, cū omitti possit, d. l. a. donationum.
 Secun-

Secundo obiicitur *l. mulierem s. ff. de ritu nupt.* Resp. eadem solutio potest applicari.
Fuit enim adiecto pacto in literis illa conditio: promitto me illud tibi daturum si nuptias
mecum celebraueris, hic quidem consensus adest, quo solo nuptiae constituuntur. Sed
respectu pacti in literis facti etiam deductio requiritur solennis, alias ille cui quid promit-
titur indebitum peteret.

Tertio obiicitur *l. denique 6. ff. de ritu nupiarum.* Resp. illa lex magis sententia nostram
confirmat, ibi enim quis absentem ducit vxorem, & quidem adest consensus ante per li-
teras declaratus, qui sufficit ad constitutionem matrimonii sed ad consumationem accel-
erat etiam nupiarum festivitas pro declaratione illius consensus adhibita. Perit autem
maritus iuxta Tyberim a cena, queritur an sit lugendus maritus. Et deciditur quod ab
vxore sit lugendus quia vxor est, dum primum adfuit consensus, & etiam fuit secuta de-
ductio, alias sponsi vel sponsorum nullus est luctus. *l. & exores. ff. de his qui non infam.*

Quarto obiicitur *l. cum his status 32. §. similiter ff. de donat. inter vir. & exor.* Resp. Illa
lex etiam nostram confirmat sententiam, quamvis enim seorsim habitent maritus & vxor,
honorem tamen habent matrimonio, & ideo donationes non valent *l. 1. ff. de donat. inter*
vir. & exor. postea subiicit rationem huius rei Vlp. Non enim coitus, inquit, matrimo-
nium facit sed maritalis affectio, & sane licet non indulgent concubitu, tamen mari-
talis adest affectio qua sola nuptias constituit, quamvis eam etiam sequatur deductio in
domum mariti, quae per consensum non excluditur. Quinto valde obiicitur *l. cum in te*
8. c. de donat. ante nupt. vbi talis proponitur casus: Aliquis in die nupiarum dedit 100.
mulieri, & cum dubitaretur, an a sposo vel marito essent data, videndum inquit Imp.
Aurelianus, an in domo mulieris sint data, an vero in domo mariti. Si in domo mulie-
ris accipientis 100. est facta donatio ante nupt. est donatio & valet: si in domo datus 100.
34 est facta, reuocari potest donatio nec valet, vxor enim fuit, & inter virum & vxoret donatio-
nes non valent *d.l. 1. ff. de donat. inter vir. & exor.* Ex hoc casu videtur dicendum metiri ali-
quæ debere nuptias ex deductione, & non aliter esse perfectas nuptias nisi deductio accesso-
rit. Respond. Dubium fuisse hoc casu (quod illa verba ostendunt in ambiguum potest
venire,) an donatio sit facta ante donationem solennem, an post, & nihil certi de eo hoc
casu constitisse, vnde decidit Imp. si in domo mulieris sit facta donatio videri eam fa-
ctam ante nuptias, hoc est, ante sollemnem deductionem in dubio & reuocari non posse
omnino cum illo casu valeat. Vxor non nondum fuisse presumitur. Obiicitur porro contra
datā solut. *ad d.l. 6. l. seia. ff. de donat. inter vir. & exor.* vbi aliquis dat in sua domo, & tamen
dicitur non posse donationem reuocari cum tamen certum sit donationem inter virum
& vxorem non valere. Respond. Hoc sunt vicini ædificiis & censentur domus *l. Virba-*
na. ff. de verb. signif. Et non repetitur hic donatio, quia certum est ante deductionem in
domū mariti donationem factam esse, & ideo etiam donatio valer. In *d.l. in te. 6.* dubium
fuit, utrum deductio esset facta an non, ideo aliud statuitur in dubio, & sciendum est
donationem valere antequam facta est solennis deductio, licet consensus adsit, qui dun-
taxat matrimonium constituit, ut supra est dictum. Nec tamen sequitur ad nuptias, quæ
solo consensu constituuntur, requiri deductionem, licet ut sequela sequatur. Sed contra
hanc datā solut. obiicitur principium *d.l. seia. ff. de donat. int. vir. & exor.* Vbi sibi quasi
contrarius est Scœuola ICtus, cum dicat matrimonium censeri contractum, si consensus
possit demonstrari, non attenta deductione in domum mariti, quam tamen maxime in
donatione simplici facta attendit & respicit in *d. 9. 1. eiusdem l.* Resp. Illud principium no-
bis non obstat quia vbi sit donatio antequam deducatur in domum & antequam tabu-
la configatur, queritur an donatio valeat? Et deciditur à ICto Scœuola, non atten-
dendum

dendum esse tempus, hoc est, nihil referre an donatio sit facta, antequam in domum mariti ducatur, an antequam tabulae consignentur, & affirmat ICtus non valere donationem nisi ante contractum matrimonium fiat, id quod & ante dictum est. Nam in eo conueniunt deductio in domum & tabulae consignatio, quia & haec plerique post contractum matrimonium sunt, quando autem ICtus dicit matrimonium consensu intelligi contrahi, non excludit deductionem in domum, sed magis eam includit quia solus consensus quidem nupicias constituit, sed coniunctus cum deductione donationes irritas facit, & maxime per solum consensum hoc loco vult remouere scripturam quae omnino ad nuptias non est necessaria l.4. in fin. ff. de pignor. Et hypothec. id quod etiam Hotom. in d. obs. 26. lib. 4. affirmat, vbi dum statuit de substantia matrimonii esse deductionem in domum, aliter d.l. eum in te. 6. C. de donat. ante nupt. & d.l. pen. ff. de donat. inter vir. & vir. per corr. b. die nem conciliat, quae hic optime potest & debet vitari cum sit odiola secundum c. odia. de reg. sur. in 6. Sed opponitur hic etiam matrimonia & sponsalia vnu ideinque esse, cum virumque nudo & solo consensu constituantur Resp. Consensu nudo vtrumq; sit, sed quo ad consensum est differentia in tempore & intentione. Ante sponsalia namque a de consensu sponsalitius 36 in sponsalia principaliter & per consequentiā in nuptias, celebratis sponsalibus expirat ille consensus sponsalitius & principaliter accipit suas vires maritalis consensus, hoc est, consenso in nuptias. Et tantum de deductione in domum mariti. Denique obiicitur contra hanc thesin, errorem consensui esse contrarium, cum errantis nulla sit voluntas. l. sed hoc 20. ff. de aqua & aqua pluvia arcenda. Sed matrimonium errore contractum non solvitur c.l. causa. 29. quast. 1. Ergo matrimonium potest contrahi absque consensu. Resp. De errore tractatur in d.c. 1. vbi t̄ quadruplex error constituitur, primus error fortunae est, quando quis 37 putat se ducere diuitem, cum veniat pauper, hic error matrimonii non solvit. Secundus error est qualitatis, quando quis putat se ducere virginem incorruptam, cum tamē violata veniat, & hic error de iure Canonico matrimonium non solvit. d.c. 1 in fin cui tamen consuetudo nostrorum ecclesiarum repugnat, quae permittit diuortium hoc casu ad instantiam mariti, si omnino notorum est eam esse corruptam ab alio sine mariti praescientia, et si reconciliatio prius tentanda, locum habere non potest, & ita dictum fuit Witeberga à Confessoribus ann. 152. Et dominus Luthetus in lib. de causis matrimonialib. idem sentit. Ac si licet ab emptionis contractu argumentari ad matrimonium, valet emto mulieris corruptae pro iniuiolata emta. l. alioquin. ii. ff. de contrahend: emt. Quoniamvis stricta ratione non valeat. l. ex emto. 11. §. si quis Virginem ff. de act. emt. Affirmat igitur Dn. Wesenb. in parat. de ritu. nupt. n. 8. iniustum esse hoc calu maritum cogi iniustum retinere vxorem, quamuis in honorem matrimonii, quod non facile debet solvi publica utilitatis gratia, vt est ante dictum, diligenter admoneri debebat maritus ad redintegrationem, cum eiusmodi matrimonia sape sint felicia. Tertius error est personae, quando quis ducit Caianum cum putat esse Titiam. Quartus error est conditionis, quando quis purat se ducere liberam cum tamen sit serua, & his duobus erroribus matrimonium iure Canonico solvitur, sed si tale quid contingeret hodie, facile diuortium non permetteretur prasertim propter errorem nominis, idque in honorem matrimonii, alias propter diuersam religionem separatio fieri posset; nisi vt vxor & maritus candem religionem prosterentur, id quod iudicio Ecclesie relinquendum est.

Ad Thes. 12. & 13.] Inter ascendentes & descendentes in nuptiis in infinitum sunt prohibita, & si tales personae inter se coeunt nefarias vel incestas nupicias inter se contrahunt, inter quas hoc loco non distinguitur id quod tamen Accurs. in Nov. 12. de irrefar. nupt. putauit. Vnde sit ut inter collaterales contracta nuptia, &c.

66 D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

alias sunt prohibita; incesta dicatur. l. si adulterium; 8. §. i. ff. ad l. iul. de adult. vbi collat. rales dicuntur t̄ incestas nuptias contrahere, quamvis ordinaria incestus poena non afficiantur. Vide Cuiac in Nou. de incest. & nefar. nupt. licet Welsenb. affirmet m̄ § inter eas de nupt. proprie incestas nuptias esse inter ascendentēs & descendētes proprias prohibitiōes quā extendit in infinitum, cum tamen in collateribus similis obteruatio non sit, d. §. ergo. cum §. seq. de nupt.

- 40 Ad Thes. 14. 15. 16. 17.] Duorum fratrum vel sororum vel fratri & sororis liberos, posse coniungi lustin. Imp. in §. duorum de nupt. affirmat, quamvis Theophilus græcus interpres legat negatiue hoc modo & s̄ uar̄as ovāt̄e &c., hoc est, non possunt coniungi. Vbi tamen Curtius Latinus Theophilii interpres contra fidem Graci exemplaris omisit negatiuum. Sed autoritas Theophilii huic textui nihil derogat. Similiter nihil obstat autoritas Caii I Ctū lib. 1. inst. 11. 4. §. fratri quia illi 2. libri institutionum Caii dubiae sunt autoritatis & suspecte & forte ab alio quodam sine iudicio consarcinati, ut refert Cuiac. add §. duorum. & Welz in § sed ius quidem cruce, supr. de iur. nat. gent. &c. Probat autem huius d. §. duorum sententia per lCtū Paulūm in l. 3. ff. de iuris nuptiar. Et post Paulum lCtū per constitutionem Arcadii & Honori in l. celebrandus 19. C. de nupt. qui filii sunt Theodosii Magni, qui ante quidem eas nuptias prohibuerat. l. 3. C. Theod. de incest. nupt. quam constitutionem p̄stea filii abrogarunt per d. l. celebrandus, & notandum est in d. l. celebrandis consobrinorum appellationem generaliter accipi pro consobrinis patrilibus & amitinis. Confirmat etiam hanc sententiam l. 2. C. de iusti. & subist lbi cum mater filium habens, eandem instituit heredem sub ea conditione: Si sororis sue hoc est; materterae sux filio, hoc est, consobrino jungetur matrimonio, queritur an conditioni huic filia cogitare patere i. & affirmat Anton. Imp. iurpes nuptias non esse si filia consobrino nubat. Præcetera quamvis ex serie §. duorum videatur dicendum eum flagitate negationem potius quam affirmationem cum particula A v t e m quasi opponatur precedenti § inter eos vbi dicitur, quod coniungi quadam persona possint, scil. tu & filia, quam pater tuus adoptauit, cum nec naturali nec ciuili iure tibi coniungatur. Nam subinbiicit in hoc §. duorum quod duorum fratrum vel sororum liberi coniungi possint, vnde otiose particula autem usurpatur, tamen resp. illa particulam autem respicere ad id, quod in pr. d. § inter eos dicitur, inter fratrem & lororem nuptias omnino esse prohibitas, inter fratrum vel sororum liberos vero nuptias esse concessas, vt lustin. hic affirmat. Iure autem t̄ Canonico non licet intra quartū gradum inclusive inter collaterales matrimonium contrahi c. non debet 8. § prohibito quoque extra de consang. & affinit. cum tamen de iure Canonico duorum fratrum vel sororum vel fratri & sororis liberi secundo gradu inter se distent. Vnde & prohibito in iis locum habet. Ratio autem prohibitionis h̄ec est; quod 4. sint humores in corpore humano; Ergo usque ad 4. gradum si prohibito in matrimonio, quā ratio dum inepta & ridicula est, magistratus autoritas hac in re plurimum potest, qui etiam eiusmodi matrimonia hoc tempore concedere potest, si ei integrum videbitur. Ereadē ratione, dicimus & in thes. 18. prohibitionem locum habere eam de iure Canonico frater & soror sint in 1. gradu: de iure ciuili in 2. gradu. Sic locum habet h̄c prohibito in thes. 19. fratris enim & sororis filia coniungitur mihi iure Canonico secundo gradu, iure ciuili autem tertio gradu iure Canonico; iure ciuili quarto gradu. Sunt enim à me ad neptem fratri 4. generationes, & ideo 4. gradus. §. fratri de nupt. Sic proneptis fravis vel sororis mihi iungitur quarto gradu iure Canonico; iure ciuili quinto gradu,

Vnde nec illam iure Canonicō ex d. regula ducere possum. Sed vt ante dictum, apparet hāc rationem Canonistarum ridiculam esse de prohibitione quaternaria, quia nec abneptem fratris vel sororis ducere possum, quamvis ultra 4. gradum iure Canonicō & ciuili mihi iungatur, idque velle videtur d. §.fratris & L.sororis 39. s. p. r. ff. de iur. nupt. Et ratio hāc est, quia mihi liberorum loco sunt omnes qui ex fratre vel sorore mea nascuntur in infinitum vnde illa prohibitio in infinitum extenditur. Sic omnes qui parentum loco sunt in linea collateralē ducere non possum in infinitum, quamvis ultra quartum gradum sint. l. per adoptionem 17. §. 6. ff. cod. id quod etiam in thes. 20. affirmatur. Admodum igitur-hac in parte ratio ista Canonistarum claudicat, referente etiam Wesenb. in d. §.fratris de nuptis.

Ad Thes. 18.] Ratione ciuilis cognitionis, quae contrahitut ciuili ratione per adoptionem est, prohibitio talis, vt etiā dissoluta adoptione eos, qui parentum vel liberorum loco mihi sunt, ducere non possum, quia durat illa reuerentia inter patrem & filiam vel matrem & filium, quae quidem non ex sanguine descendit, sed ex illa ciuili adoptatione. Adoptione enim imitatur naturam. §. minorem infra de adopt. Et quidem hoc ira le obtinet, in ascendentibus & descendantibus. In f. collateralibus est differentia, quia dissoluta adoptione eam quae mihi soror fuit ante per adoptionem facta, ducere possum, cum iam vinculum ciuile, quod impedithebat nuprias constante adoptione, morte patris naturalis vel emancipatione sit disruptum, & ego iam respectu sororis emancipat, & ante adoptatæ extraneus intelligat. Sed obicitur lex quincentiam 42 §. 1. ff. de ritu nupt. Vbi dicitur me adoptiui mei patris matrem, vxorem ducere non posse, dum constat adoptio, soluta ea posse me illam in vxorem ducere, quae tamen in inquieret loco est, soluta etiam adoptione. Respond. Dum constat adoptio, matrem patris adoptiui mei materteram vel amitam, materteram magnam vel amitam magnam in vxorem ducere non possum: Si soluitur per emancipationem adoptio, mater patris adoptiui & reliqua personæ loco extranearum mihi sunt, ideo eas ducere possum soluta adoptione, atque ita d. l. q. uin etiam: §. 1. est exaudienda. Sed in l. per adoptionem 17. §. 1. ff. de ritu nupt. Adoptione non fuit soluta, & ideo ibi amitam & materteram ducere prohibetur. Patris autem adoptiui vxorem etiam post emancipationem in vxorem ducere non licet filio adoptato. *L. adoptiui 14 in pr. ff. de ritu nupt.* Idque maior reuerentia non minis materni vel nouerçæ, quae etiam post emancipationem remanet ei que debetur, operatur, quae reuerentia non ita militat in matre patris adoptiui ceterisque personis de quibus dicitur, quae nullo ciuili vinculo mihi sunt iunctæ.

Ad Thes. 19.] Fratris coniugem ducendi licentiam penitus submouent Impp. Valent. Theodos. & Arcad. in l. 5. C. de incest. nupt. quod consentit cum Leuistic cap. 18. vbi dicitur f. vxorem fratris sui nullus accipiat. Et Leuistic 20. cap. dicitur, qui fratris vxorem accepit, rem facit illicitam, id quod etiam moribus nostris ita obseruari videmus. Et ceterus thesis nostra cum iuris diuini & ciuilis textibus congruit. Ceterum obicitur cap. 25. Deuteronomij. vbi Moles ex mandato Dei prescribit vi frater demortui fratris vxorem ducat. Respond. illa lex est Mosaicæ & fuit concessa tum eo casu, quando frater sine semine decessit, hoc enim casu licuit ex lege Mosaicæ fratrem fratris demortui vxorem ducere & ei semē suscitare; & haec ratione eius familiæ & demū adificare. Eandē hāc l. Mosaicā obiciunt Saducæi Christo Matth. 22. Septem nimirum fratres unam habuisse vxorem eo casu, quando frater primus & reliqui sine semine decesserunt. Et Christus approbare videtur illam l. Mosaicā. Cui tamē nunc in nouo testamēto alligati nō sumus cū una

sum politia Mosaica desierit) quamuis Saducæis non directo ad quæstiōnem respondeat, sed dicat eos fratres fore ut Angelos Dei in nouissimo die, qua response eti videtur Christus approbare illam legem Mosaicam tum adhuc inter Iudeos stante politia ex mandato Dei frequentatam: tamen magis vult retundere Saducorum falsam opinionem, quæ negabant resurrectionem mortuorum. Manet igitur verum, fratrem fratri vxorem ducere non potuisse iure Mosaiico, nisi frater sine semine decesserit, quæ lex Mosaicæ dum hodie cessat, abdita Mosaicæ disciplina & politia, merito frater hodie vxorem fratri nulla ratione ducet, unde & Ioannes Baptista. Matth. 14. grauiter inerepat Herodem, quod cum Philippi fratri vxore rem habeat, quamvis Iosephus & alii dicant Philippum fratrem tum adhuc fuisse in viuis, & ideo merito fuisse reprehensum Herodem, quod tamen ex d. Matth. loco minime appetet.

45. *Ad Thes. 2.0.*] Duas t' vxores eodem tempore habere non licet, id quod ius ciuile Canonicum & diuinum approbat, & quidem iure ciuili tempore. ff. is qui duas habebat vxores notatus fuit infarnia. L. 1 ff. de his quis not. insam. Diuinum etiam ius dicit Genes. 2. Erunt duo in carnem vnam. Ergo non plures. Sed obiicitur Patriarchas plures habuisse vxores, cui respondat pontifex in cap. gaudemus §. qui. Vero extra de diuortiis. vbi affirmit patres excusari ab adulterio sicut Iacob. à mendacio. Genes. 27. Et Israelita à furto. Exod. 12. excusantur quia id fecerunt intuitu promissionis, in semine tuo benedicentur 46 omnes gentes. Hodie ex Caroli V. Constitutione vltimo t' supplicio bigami affectiuntur, quam sequitur Elector Saxonie cap. 20. p. 4. constitutione: Non zweschächter Ehe.

Ad Thes. 21.] Olim apud Rom. frequentia fuerunt diuertia & causæ soluendi matrimonium etiam leuissimæ, vt constat ex l. 1. ff. de diuort. & repud. Hodie t' soluitur matrimonium morte naturali. l. 1. ff. de diuort: non autem morte ciuili, puta maxima vel media cap. diminutione. Maxima cap. diminutione, hoc est, si quis seruus pœnae sit, tū enim matrimonium nouo iure non soluitur. d. Nou. 22. de nupt. c. quod autem. quamvis tamen eoscasu matrimonium dissoluatur quando quis ingratuus libertus existit, & ob id in seruitatem redigitur d. Nou. 22. c. 9. Welenb. ff. de diuort. n. 4. Sed quia nunc omnino nec libertos nec seruos nostra artas agnoscit, ille casus recte omitti potest. Quando autem quis simpliciter in seruitutem redigitur, captiuitate non statim hodie soluitur matrimonium ut olim. d. l. 1. ff. de diuort. quia ex Iustin. constitutione totum quinquennium est expectandum d. 84. Nov. 22. c. sed etiam. quamvis ex Auth. hodie C. de repud. mulier teneatur expectare t' matrimonium in captiuitate vel' expeditione versantem quanticunque etiam annis absuerit, licet literas vel nuncium ab eo non acceperit. Si literas de morte mariti accepit vel nuncium certum id deponentem, ad secundas nuptias potest transire, & si tum forte post falsam relationem maritus redierit, eam recipere potest iuxta dispositionem d. Auth. hodie id quod etiam de iure Canonico ita obtinet, c. in presentia. extra de sponsal. & matrim. Media quoque cap. diminutione scil. deportatione matrimonium similiter olim non solebatur l. 1. C. de repud. Cui ramen obstat l. si quis s. ff. solut. matrim quemadmodū dos pot. vbi dicitur solui matrimonium captiuitate vel deportatione Resp. Hoc fieri propter mulieris affectionem, quia non vult vxor casum illū mariti tristem ferre, vnde matrimonium soluitur, quæ solutio in d. l. 1. C. de repud. habetur, vbi & Pacius id annotauit. Veli iuxta Cuic. in d. Nov. 22 pag. 156. iure ciuili summo vel stricto solui matrimonium & ita accipi d. l. si quis. iure autē gent. q̄ in nuptiis cōsideratur nō solui matrimonium secundū d. l. 1. Nov. 2. iure deportatio nō soluit matrimonium. d. Nov. 22. c. 13. Secūdo soluitur matrimonium.

impotentia, † quando alteruter coniugum est impotens, cum finis coniugii deficiat, hoc est, procreatio liberorum, & libido alias expleri non possit. Expectandum vero est ad probandam impotentiam triennium ex Iustin. constit. d Nov. 22. c. 6. Sterilitas autem matrimonium quidem olim soluit. L. & tricus. 60. c. m. seq. ff. de donat. inter vir. & Exor. hodie vero non, ex Nov. 117 c. 8. Cuiac. in d. Nov. 22. Tertio soluitur matrimonium † adulterio. Matth. 19. vbi est vox πορνείας, cuius vsus late patet, & alia etiam includit, scil. nimiam sauitiam, insidias, & capitis inimicitias, quae sunt à Magistratu & stimanda. Wesenb. tit. de diuort. & Repud. num. 9. Borch. in tract. de grad. secundum l. consensu. 8. §. 1. C. de repud. In primis autem Magistratus in omni modo soluendi matrimonium de iure civili concessio diligenter coniuges ad redintegrationem admoneat, quia propter regulā diuinam; Quos Deus coniunxit, homo ne separet. Marci 10. cap. quos Deus 33. quasi. 2. vt cuncti fieri potest, tentanda est recōciliatio, quę tamen si obtineri non potest, exploratis prius circumstantiis permittendum est diuortium.

Ad Corollarium.] Facto iam diuortio per adulterium, quæsi potest † anne etiam sponi & rea persona licet ad secunda vota transire? Et dubitate batur ex eo quod l. Corinth. 7. dicatur mulierem quæ à viro discedit manere debere innuptam, vel viro suo reconciliari. Sed ille locus ita intelligitur, quando ex iniusta causa aliqua à viro discedit non ex fornicatione. Vult igitur Paulus ministris & peccata talis coercere mulierem, ut reconcilietur marito, ideo addit: aut maneat innupta. A contrario autem sensu nostra sententia inde confirmatur hoc modo, si ex iusta causa discedit, hoc est, propter fornicationem, ut in nostro casu, non maneat innupta, hoc est, transeat ad secunda vota rea persona. Deinde sententia Corollarii potest colligi ex Matth. cap. 19. quando dicit: vir uxorem non dimittat, scilicet ex iniusta causa; ex iusta causa scilicet ex fornicatione dimittat. Qui dimissam ex iniusta causa ducit, macchatur. Ergo qui dimissam ex iusta causa ducit non macchatur: vnde sane appetit ex iusta causa dimissam in uxorem rursus ab alio duci posse. Tertio evitari potest maius malum, id est, vaga libido, si etiam personæ sponsi ad secunda vota transire conceditur, quæ tamen ab Ecclesia iudicentur. Wesenb. num. 8. de diuort. De insonti persona non dubitatur: quia ad secunda vota transcurat, cum nihil peccauit, & ideo peccatum non patiatur secundum l. cum par. delictum. §. Ultim. ff. de regul. sur.

DISPUTATIO IV.

Ex §. fin. tit. 10. & tit. 11. & 12. lib. 1. Institution. desumpta, de legitimatione, adoptionibus, & quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

CONTINVATIO.

Non tantum natura, nempe iustiis nuptiis patria potestas acquiritur: sed & legitimatione, quæ iuri est beneficium, constitutur. §. fin. Instit. de nupt. l. 10. & seq. C. de natural. liber.

Thesis 1. Legitimatio est aetius legitimus, quod is, qui natus ex illegiti-

mo matrimonio, fit legitimus. l. vlt. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. Welenbi. in §. vlt. num. 4. Instit. de nupt.

2 Species legitimationis sunt: oblatio curiae, rescriptum Principis, & per subsequens matrimonium. §. fin. Instit. de nupt. vbi Schneidvv. Borcholt. & Mynsing. §. 2. Instit. de heredit. qua ab intest. defer.

3 Oblatio curiae est, cum filius naturalis illegitime natus, datur Imperatori vel ciuitati, ut illi seruiens, efficiatur legitimus. l. si quis. C. de natur. liber. §. fin. Instit. de nupt.

4 Rescriptum Principis est priuilegium, quo Imperator vel alius eius nomine natum extra matrimonium naturali ingenuitati restituit, vt in posterum pro legitimo habeatur. Est enim de re Imperatoris legitimare, non tantum naturales, sed etiam incestuosos aut liberos ex illico coitum natos. l. qui in prouincia. 57. §. 1. ff. de ritu nuptiar. Bartol. in l. 2. ff. de verborum obligat.

5 Subsequens matrimonium est, cum quis ducit concubinam suam, etiam in extremitate articulo constitutus. d. §. fin. Instit. de nupt. l. §. 6. & 10. C. de nat. liber.

6 Liberi enim antea nati, ob honorem matrimonii subsequentis, etiam si nulla insuper copula carnalis accesserit, fiunt legitimi, & quo ad omnia legitimantur. c. tanta est vis. extr. qui filii sunt legitimi.

7 Tertia patriae potestatis causa est adoptio, quæ est actus legitimus, per quem quis fit filius, qui natura filius non erat: eiusque species sunt adoptio specifica & arrogatio. in princip. Institut. de adopt. l. 1. & 4. ff. eod. titul. vbi Zasius.

8 Adoptio specifica est, quæ fit Imperio Magistratus in eo, qui alienæ potestatis est, & fit vel ab extraneo, aut ab ascendentē: Mynsing. in princ. Institut. de adopt. num. 8.

9 Adoptatus ab extraneo manet in potestate parentis naturalis, & adoptanti ab intestato tantum succedit: adoptatus vero à persona suæ familiæ in ascendentē linea transit in potestatem patris adoptiui. l. cum in adoptiuis. §. si vero. & §. sed ne articulum. C. eod. titul.

10 Arrogatio est adoptio, quæ fit principali rescripto aut Imperatoria authoritate in eo, qui sui iuris est. Mynsing. in princ. Institut. h. titul. num. 7.

11 Filius familias si extraneæ personæ in adoptionem datur, is iura patris naturalis non amittit. l. 10. C. de adopt.

12 Hic Magistratus sua approbatione adoptare potest, apud quem est legis actio. l. 1. C. de adopt.

13 Arrogationis effectus est, cum arrogatus nec emancipari nec exhēdari potest sine iusta causa, nisi quarta pars (qua dicitur quarta Diui Pij Antonini) ipsi relinquatur. *I. Papinianus. 8. §. si quis. 15. ff. de inoffit. testam. Nov. 18. cap. 1. in fin.*

14 Et hanc quartam emancipatione facta, statim consequi videtur filius conditione ex lege: Exhēdatus vero filius post mortem arrogatoris etiam familie herciscundae iudicio agere potest. *I. 2. C. de adopt. I. 1. §. 21. de collat. I. 2. §. 1. famil. hercisc.*

15 Volens aliquem adoptare, debet eum, quem adoptare cupit, plena pubertate præcedere. *§. minorem. Institut. de adopt.*

16 Differunt hoc loco inter se castrati & spadones: Castrati dicuntur, quibus testes naturaliter desunt, & ad generandum natura sunt impotentes, nec adoptare possunt. *§. sed & illud. Institut. h. tit.*

17 Spadones sunt, quibus virilitas violenter est detracta, quodque fit per accidens, & hi adoptare possunt. *§. sed & illud. vbi Mynsing. num. 1. & 2. Institut. hoc tit.*

18 Sicut dominica potestas manumissione heredis institutione & adoptione soluitur. *tot. tit. de libert. in §. 1. Institut. de hered. instit. §. fin. de adopt.* ita patria potestas quoq; variis modis dissoluitur: vnde primo non immerito quæritur, an dignitas Doctoratus & militia armata liberent filium familias à patria potestate? *§. filius familias. vbi Port. & Mynsing. num. 7. in fin. hoc tit. Bart. in l. §. maritus. C. de patr. potest.*

19 Secundo patriam potestatem dissoluit captiuitas ex iusto bello contingens: licet ea non tam tollat, quam in suspensiō eam teneat. *§. si ab hostibus. Institut. hoc tit.*

20 Tertio emancipatione filius famili. è sacris paternis eximitur. *§. præterea. hoc tit.* Est enim emancipatio patriæ potestatis per actum iuris solennem dissolutio. *Wesenb. in para. it. circa fin. de adopt.*

21 Ad extreum patria potestas soluitur, si pater filium quem in potestate habebat, auo vel proavo naturali in adoptionem dederit. *§. sed & si pater. hoc tit. l. pen. C de adopt.*

22 Illud quoque libet addere, quod neque naturales liberi, neque adoptati uillo pene modo possunt cogere parentes, de potestate sua eos dimittere. *§. fin. hoc tit.*

Corollarium: Apposite hic quæritur: utrum adoptione is, qui ignobilis est, nobilis fiat? Nos negatiuam sententiam cum Cuiac. in consult. 56. & Welenb. in consil. 44. num. 5. defendere conabimur.

DISPUTATIONIS IV.

De legitimatione, adoptionibus, & quibus modis ius patriæ
potestatis solvatur, obiectiones &
resolutiones.

- S V. M M A R I A.
- 1 Legitimatio est actus civilis, quo quis naturalibus restituitur.
 - 2 Legitimatio quo modis fiat.
 - 3 Legitimatio per adoptionem hodie est sublatra.
 - 4 Legitimatio per subsequens matrimonium quomodo intelligatur.
 - 5 Vxor & concubina quomodo distinguantur.
 - 6 Liberi ex illico costa proceasi, beneficio legitimationis non gaudere.
 - 7 Instrumenta dotalia an requirantur ad legitimationem.
 - 8 Legitimatio per oblationem curia quid sit.
 - 9 Adoptio an sit actus legitimatus.
 - 10 Servus se adoptetur non quidem sit filius, sed sit tamen liber.
 - 11 Adoptionis definitio quomodo differat à definitione legitimationis.
 - 12 Adoptionem qui Magistratus confirmare possit.
 - 13 Adoptionis quo sint species.
 - 14 Arrogatio magistratus autoritate opus habet.
 - 15 Filius familias se per extraneum adoptetur, iure patris naturalis non dissoluuntur.
 - 16 Adoptionis magna est fragilitas.
 - 17 Pater adoptivus moriens, se filium arrogatum exheredit, inbetur ei quartam partem minimum suorum bonorum relinquens.
 - 18 Adoptare qui vult debet ostendere, unius procedere eum quem adoptare constituit.
 - 19 Spadones cur possint adoptare, cum tamen castrati ad non possint.
 - 20 Leonis Imperatoris autoritas non sufficit ad aliorum Imperatorum textus approbatos emendandos.
 - 21 Militia & dignitas olim non soluit patriam potestatem.
 - 22 Dignitas qualibet nouissimo iure patriam potestatem soluit.
 - 23 Capitulare apud hostes, an solvatur patria potestas.
 - 24 Patria potestas solvitur emancipatione, item in naturalibus quam in adoptivis.
 - 25 Adoptione quomodo patria potestas tollatur.
 - 26 Nobilitas ex adoptione non tribuitur, & quare.
 - 27 Filius adoptivus in feodus patri non succedit.
 - 28 Mulier cui dicatur nobilitari genere mariti.
 - 29 Adoptione augetur dignitas quam quis natura habet.

D 121 A
Explicata prima causa patriæ potestatis, scil. nuptiis. Nunc de 2. & 3. causa patriæ potestatis similiter breuiter erit agendum. Legitimatio f est actus ciuilis, hoc est, à iure ciuilii introductus vel formatus. Non igitur hoc pertinent adoptiones, quæ in sacris literis leguntur, vt quādo filia Pharaonis dicitur adoptasse Moysen. Actus enim ciuilis, hoc est, solennitates ciuiles adhibitæ non fuerunt. Nam Moses innatans aquis saltē est educatus & con-

& conseruatus & sic loco filij habitus à filia Pharaonis. Legitimatione vero quis natalibus restituitur, qui legitimus filius non fuit, & singitur l. potestate & subtilitate filius, qui reuera filius non est. Hac tribus † modis fieri afferatur in thes 2. Cui obiicitur. §. Elimi. de 2 nupt. §. i. insr. de hered. qua ab intest. defer. vbi tantum duo modi, scil. per obligationem curia, & per sublequens matrimonium referuntur. Resp. Ex l. non est nouum. ff. de ll. vnam l. ad aliam esse referendam, quod si & hic fieri, constabit vnum modum ex No 89. quibus mod. naturales effi. sui. c. illud. adhuc esse his duobus annumerandum, quando scil. Princeps suo rescripto aliquem filium esse legitimum rescribit, qui reuera non est legitimus. Deinde obiicitur contra datam solut. plures esse modos quam tres legitimationis, idque probatur per No 117. Et licet matris vel aria, Et. c. ad hoc autem, Et Autb. si quis liberos. C. de naturalibus liberis. vbi quartus modus proponitur, scil. quando quis in Instrumento scribit tribus testibus fide dignis filium naturalem, quem ex ea cum qua matrimoniu ē esse potuit, suscepit, suum legitimū esse filium: tum enim per solam nominationem suorum vel sui filii legitimatio procedit. Respond. Verum est ab aliquibus quartum istum modū constitui. Verum hic modus ad legitimationem per subsequens matrimonium recte refiri potest. Finguntur enim propter illam ipsam nominationem contraria ante nuptię, & sic liberi legitimati, finguntur que legitima vxor, idq; etiam inde appetat, quod dicti cum posuisse cum ea habere matrimonium. Fingitur ergo & presumitur iuris subtilitate interuenisse matrimonium, & omnia matrimonij legitima, vnde dicendum, hunc modum ad legitimationem per subsequens matrimonium non incōmode referri posse, & per consequens saluam nostram thesin manere. Tertio obiicitur adhuc nihilominus quartū modū esse constituendum, qui fit per adoptionem, id quod constat ex l. imbecus. 6. C. de natural. liber. Resp. olim quidem ille modus ex Anastasiī constitutione fuit vñstitus, sed illam Anastasiī constit. abrogauit Iustin. in l. legem Anastasiū. 7. C. de naturalib. liberis. vbi tota lege perspecta in Ger. imposterum, tolluntur † legitimationes per adoptionem vel arrogationem. Idem repetit Iustin. in No 74. q. m. natur. les effi. sui. c. & nos. vbi dicit Iustin. olim quidem modum improbabilem non fuisse legitimationis per adoptionem, sed tamen à patre suo sublatum, cuius constitutionem ipse Iustin. quoq; amplectitur. Denique obiicitur, adhuc 2. modos esse consituendos, vnum qui fiat per subsequens matrimoniu, alterū qui fiat per Magistratum. Princeps n. magistratus est, sicut magistratus ciuitati vel municipales magistratus sunt. Resp. Negari non potest vtrumq; magistratū esse, sed quia iurisdictionum amplitudine plurimum inter se differunt, merito & hi 2. modi per oblationē scil. curia & per rescriptum Principis, hoc est, Imperatoris fuerunt distinguendi, cum plus virium & autoritatis habeat legitimatio per rescriptum Principis, qui etiam merū habet Imperium & iurisdictionem simplicem. §. sed & quod Principi. supr. de iur. nat. gent. & ciuil. quam legitimatio per oblationem curia facta à magistratibus provincialibus, qui rātum simplicem iurisdictionem seu notationem habent. l. notationem. ff. de Gerb. sign.

Ad Thes. 3. 4. 5. 6.] Omnim fauorabilior † est modus per subsequens matrimoniu, 4 q; tamen ita intelligitur, si quis ex coitu non adeo damnabili, nec tamen legitimo in totū, filiū p̄crauerit, eamq; ipsam postea in matrimoniu duxerit, ex qua ei natus est filius, quo factō, filius sit legitimus. Si enim affectus & consentius procedit maritalis, qui ante nō adfuit, per subsequens matrimonium legitimatio dicitur fieri. Solo enim † delectu seu affectu, mulier & concubina distinguuntur Paul. lib. 2. sent. tit. 20. de concubin. Sed in concubinatu est concubinarius affectus, non animus perpetuae cohabitationis & indiuidua societas, vt est in matrimonio. l. 1. ff. de rit. nupt. §. i. supr. de pat. pot. Si vero subsequitur affectio maritalis, finguntur ii, qui ante nati sunt, legitime etiam concepti & nati, idq; vis & favor matrimonij

tr̄monij operatur, c. tanta. 6. in pr. extr. qui filij sint legit. Requiritur autem ut talis sit persona, quae dicitur, cum qua matrimoniu contrahi potuit, d. §. i. infi. de hered. qua ab intest. defer. Vnde apparet, secus esse in liberis, qui ex illico & nefando coitu procreantur, beneficio n. legitimatis non gaudent. l. 6. 1. 10. C. de naturalib. liber. Imo nec alimenta iure ciuili consequuntur, d. Nov. 89. quib. m. naturales effi. c. §. i. quae tamen alimenta Canonica sequitate iis subministrantur et cum haberet, in fin. infi. de eo qui duxit in matrimonio. Sed dubitatur anne etiam dotalia instrumenta ad legitimatis requirantur, & sic sentit Iustin. in d. §. §. i. de nupt. Et d. §. i. infi. de hered. qua ab intest. defer. l. cum quis. 10. cu seq. C. de natural. liber. Alij tamen contrarium audient affirmare dotalia instrumenta ad legitimatis non esse necessaria, idq; probant per Nov. 74. q. m. natural. effi. §. illud quoq;. Et per l. nuptias. ff. de reg. iur. Sed illi duo textus de nuptiis intelliguntur, cum quib. legitimatis actus non concurrat nec legitimatis sit opus. Alias certum est nuptias solo ac nudo consensu celebrari absq; instrumentis, l. 4. in fin. de pign. & hypothec. Male igitur eo à Dd. torquentur hi text. Deinde nihil facit pro hac sententia l. laudabile. 4. §. quotiescunq;. C. de aduocatis diversi. ibi namq; de nuptiis sine legitimatis loquitur Imp. Anastasius, non enim in iis requiruntur dotalia instrumenta de necessitate, ut iam est dictum. Hic autem una cu affectu & maritali consensu requiruntur dotalia instrumenta & probationes, ideo quia forte aliqui facile lis super legitimatis moueri posset, si dum eam allegaret nec probare posset plurimum eius fama detraheretur. Metu igitur controuersiq; super legitimatis forte futurae Imp. dotalia instrumenta hoc casu requisuerunt, quibus consensus maritalis qui ante non adfuit recte doceri & probari posset. Nec obstant in d. l. laudabile, hæc verba: vel liberis extantibus. Quia vt additur, extant, id est, procreati sunt ex illo coniugio non extra coniugium vel nondum sunt procreati ex hoc coniugio. Deinde loquitur illa lex de eo quod sufficiat parentem profiteri apud acta vel fisci patronum, liberos legitime esse natos. Tertio nihil eam sententiam probat Nov. 117. Et licet matr. vel auia. cap. 2. Loquitur enim de eo casu, quando per solam nominationem suorum sunt legitimi, & ibi instrumentum sit tribus testibus confirmatum, vnde sanc apparet satis legitimatis vere esse factam, singiq; ibi veras esse nuptias, legitimamque vxorem vt ante est dictum. Quarto non facit pro eorum sententia, quod matrimonium vñque ad extreum vitæ spiritum re- Et contra hanc, l. hoc genus. 105. de confit. Et demonstr. vnde videtur dicendum instrumenta non esse necessaria, quia nihilominus instrumenta ab aliis pro legitimatis patri morituro fieri possunt. Deniq; nec ius Canonicum omnino recidere instrumenta dotalia ad legitimatis per subsequens matrimonium ll. ciuilib. requisita probari potest, cum d. cap. santa. 6. extr. qui filij sint legit. in pr. nihil de istis ponat instrumentis, vnde dici potest tacite ius Canonicum etiam ll. ciuiles hac in parte sequi, quemadmodum etiam sequitur eas in consensu parentum adhibendo, vt in præced. disput. ex c. sufficiat. 27. q. 2. dictum fuit. Manet igitur vera sententia d. §. §. i. infi. de hered. qua ab intest. defer. licet Cuiac. opinetur etiam absq; instrumentis dotalibus posse matrimonium perfici si subest causa legitimatis lib. 43. obs. 4. id quod etiam refert Wesenb. & Myns. in d. §. §. i. de nupt. Secundus modus legitimatis sit per oblationem curiat & quando ordini curialium, hoc est, Magistratibus, ciuitatum filius à patre offertur, vel quando seipsum offert filius secundū dispositionem, d. Nov. 89. q. m. natur. effi. c. si quis auctm. Et huic legitimatis magistratus formā addit, cuius interuentus tu est necessarius, vt in legitimatis p. rescriptū principis, qui tertius modus est, cui Imperatoris authoritas, interuentus & approbatio formā addit.

Ad Thesis 7.] Nunc post legitimatis adoptione erit agendum, q; definiti potest
9 factus legit. is per l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & per l. post mortē. 25. ff. de adopt. in verbis:
ciujmodi

eiusmodi solennitatem. Sed obiicitur primo, quod non sit actus legitimus adoptio, cum inter actus legitimos non numeretur in d.l. *actus legitimus de reg. iur.* Resp. In illa lege qui-
dem non sit mentio adoptionis, sed saltem emancipationis & quorundam aliorum: sed quia
nec adoptio diem recipit; non n.morib. nostris conuenit temporaliter habere filium. *I. q̄sīz.*
34. ff. de adopt. sequitur eam esse actum legitimū qui diem non recipiunt, d.l. *actus legitimus.* Hotom. *illust. q̄sīz. 32.* Theoph. in tit. *de adopt.* §. 1. vbi definit adoptionem actum legiti-
mum. Deinde obiicitur seruum posse adoptari qui tamen iure ciuili pro mullo habetur,
vnde nec cum es legitimus actus celebrari potest. Male igitur genus adhuc ponitur. Resp.
Etsi seruus iure ciuili, & legitimus hic pro nullo habeatur, *I. quod attinet. ff. de reg. sur.* ta-
men si est traductoratus & filius nominatus, non quidem fit filius, sed fauore libertatis fit tam-
en liber, d.g. Et. Et hic casus specialis est ad definitionē non referendus, cū seruus talis
liber quidem fiat, sed non filius. Tertio obiicitur, adoptionē esse cōmentum, *I. fideicomis-.*
sum. 76. ff. de cond. & demonst. Vnde actus ciuilis dici non potest. Resp. Ibi falso p̄tenditur,
adoption & ideo cōmentū dicitur non q̄ alias res sit illicita. Quarto obiicitur adoptionis
definitionē coincidere cum definitione legitimationis, vnde falsa videatur, cū formā non
habeat. Resp. Differt tr̄re uera plurimū adoptionis definitio à definitione legitimationis. *I. g.*
Legitimatio n. i. qui iam est filius, sed non iure fit legitimus filius: In adoptione vero is
qui iam non est filius, fit lege filius, cum adoptio saltem sit natura similitudo. Caius lib. I.
Instit. tit. 1. de adopt. in pr. & imitetur naturam. §. minorem. h. 11. Quod autem imitatur na-
turam, non idem est cum natura, *I. I. b. tit.* Deinde in legitimatione est pater naturalis: in
adoptione est pater adoptiuus, quem non natura sed lex fecit, *I. 10. C. de adopt.* Deniq̄ obii-
citur adoptionē actum legitimū definiri nō posse, cum patria potestas definiatur, *I. 10. nō*
Actus. §. ius autē, supr. de pat. pot. & l. patre furioso. 8. in verb. ius potestatis. ff. de his quis sī. &c.
Vnde & adoptio ius definiri debet, quia ex adoptione cōstituitur patria potestas, & effectū
non est praestantius sua causa. Resp. Etsi adoptio patr. potest causa est, vt & legitimatio &
nuptia, nō tamen statim retinent idem genus, sed ex sua cuiusq; natura & proprietate ge-
nera sibi asciscunt. Hoc iam genere appugnatō latissimū appareat adoptiones, quarum in sacris
literis & alias sit mentio, huc non pertinere, cum hic de peculiari & ciuili adoptione aga-
tur, quæ suis solennitatisibus sicut peracta, quæ illis tribui non possunt, ut in pr. huius dispu-
tuit indicatum. Wefenb. in paratit *ff. de adopt. n. 1.*

Ad Theb. 8. 9. & 12.] Is magistratus tr̄ adoptare potest. h. c. adoptionē confirmare, *12*
administrate, & formam ei addere, sua approbatione. apud quē est legis actio. Nec nouum
sit ita vocabulum Adoptare usurpari. Alias dicitur in l. 1. C. de adopt. apud cum adoptare
licere, apud quem est legis actio. Sic in l. 4. ff. de adopt. dicitur, magistratum apud le posse
adoptare, cum habeat legis actionem. Adoptionis autem duas sunt tr̄ species: Adoptio in
specie ita dicta, & Arrogatio. Illa fit Imperio magistratus. Hac autoritate Imperatoris, q̄
olim per populū Roman. siebat. Sed quia populus omne Imperium in Imperatore trans-
futur. *§. sed & qui Principi. supr. de I.N.G. & C. Arrogationis* hanc potestatem vna ei contu-
lit Mysl. & alij hic. Et quia arrogatur is, quis est iuris, tr̄ maioris magistratus autoritate, *14*
scil. Principis opus est: cum alias sufficiat magistratus autoritas, cuius iurisdictio multo est
angustior & strictior, quando adoptantur ij, qui sunt in aliena potestate. Sed contra defi-
nitionē Arrogationis, in qua dicimus, cā per Imperatore fieri, obiicitur l. 2. C. de adopt. vbi
dicitur, q̄ arrogatio impuberis possit fieri per prætorem vel præsidem prouinciarum. Ergo nō
per Imperatorem. Resp. Verum est dici in d.l. 2. arrogationē per p̄torē vel præsidem posse
confirmari, quod tamen ita intelligitur, vt ibid. versic. finalis indicat, si imperata prius est
a Princeps approbatio Arrogationis, qua imperata, potest per prætorem intimari, id est,
affigī

affigi post imperiale rescriptum, & potest id mandare execucioni præses vel prætor. Et hæc confirmatio vel executio præsidis æque valet ac si olim per populum facta arrogatio fuisset, apud quem ius arrogandi fuit ante Imperatorem. Et hoc est quod in d.l.6.C. de adoptione, dicitur. Adoptiones eorum, qui sui sunt iuris nec in regia vrbe, id est Romæ, nec in prouinciis fieri posse, nisi principali rescripto præcedente, id quod etiam in l.7.C.cod. reperitur.

15 *Ad Thesin 10. & 11.*] Filius familij, si extraneæ personæ datur in adoptionem † iura patris naturalis minime dissoluuntur, & hoc est ex constit. Iustin. in l.10.C. de adopt. cuius rei rationem reddit elegantem ibidem Imp. quia, inquir, nemo patiatur iura patris realis nexus diuino copulata ludibrio defraudari, cum tanta sit † fragilitas adoptionis ut possit in ipso die & filius fieri & per emancipationem extraneus inuicniti. Et hoc casu vere filius manet adoptatus respectu patris naturalis per l.iure sanguinis ff. de reg. iur. Si vero non extraneæ personæ sed ubi sanguine iunctæ filius in adoptionem datur, tum iura patris naturalis soluuntur, & vere sit filius fam. respectu adoptantis, secundum d. l.10.C. de adopt. Sed obiicitur lex adoptiuum patrem. 9. in principiis ff. de ius vocando. vbi dicitur, patrem adoptiuum iure potestaris. magis quam præcepto prætotis in ius vocari non posse. Ergo filius fam. siue extraneæ siue cognate personæ in adoptionem detur, iura patris naturalis dissoluuntur. Resp. Respicit illa l. ad ius antiquum ante Iustinianum enim constitutionem, si quis extraneæ etiam personæ in adoptionem dabatur in familiam eius adoptatus transfiabar, & soluebatur patris naturalis potestas, quod ex constit. Iustin. est mutatum. Et ita quoq; l. quinetiam. 55. §.1. ff. de ritu nupt. in verb. si in familia eius sint, est exaudienda, & si quae sunt similes.

17 *Ad Thesin 13 & 14.*] Si moriens pater adoptiuus filium arrogatum † exheredat, vel sine causa emancipat, iubetur ei ex constitut. Diui Pij Antonini quartam partem suorum bonorum omnium ei relinquette, præter bona quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & hæc est omnium bonorum arrogantis quarta pars, quæ ab intestato filio arrogato. debetur, id quod ita expresse affirmatur in l.6t. ff. si quid in fraud. patron. Alias ex testamento obueniens dicitur quarta quartæ, hoc est, quarta pars legitimæ portionis, quamvis hic Mynsing putet, non esse omnium bonorum quartam, sed quartam legitimæ portionis, quod probari non potest, Cuiac. in Nov. 18. in pr. Quæritur tamen an hæc quarta sit aucta per d. Nov. 18. de tridente & semif. Et quamvis idem Mynsing videatur similiter hoc velle, tamen vetius est eam auctam non esse, idque omnino appetat ex d. Nov. 18. §.1. in fin. vbi dicitur, hoc obseruetur in omnibus personis, in quibus ab initio antiqua quartæ ratio de inofficio, lege decreta est, hoc est, qui legibus peimittentibus habent inofficioi testamenti querelam. Sed illam querelam non habet filius arrogatus, cum habeat quartam ex constitut. Diui Pij: ut expresse affirmatur in l. Papinianus. §. si qui impubes. ff. de inoffic. testamento. Ergo quarta in filio emancipato non est aucta in d. Nov. 18..

18 *Ad Thesin 15.*] Qui aliquem vult adoptare, debet † plena pubertate, id est, 18. annis præcedere eum quem adoptare vult, alias pro monstro est maiorem esse filium quam patrem, cum tamen naturam imitetur adoptio. §. minorem. de adopt. Cui oppono, quod anno 14. celebrati possunt nuptiæ §.1. supr. de nupt. Ergo & potest fieri adoptio eo anno. Respond. Aliud est in nuptiis, q; ia ibi naturam non ita consideramus ut in adoptione, in qua etiam maius iuris licium requiritur. Deinde obiicitur quod decimo septimo anno completo aduocaturam quis administrare possit, & sic in publico versari. Ergo & 17. annum pater aliquem adoptare potest. Respond. verum est in l.1. ff. de postulando. & in l. 6t. supr.

Supr. ex quib. causis manumittit non licet in aduocatis 17. annos etatis requiri, qui & hic sufficere possint modo tot annis adoptatum adeptans praecedat & tum 18. anni pro inchoatis sunt accipiendi. & 17. pro completis. Deinde obiicitur l. mela. 14. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat. vbi in pubertate non tam inchoatus quam completus 18. annus inspicitur. Resp. ille §. agit de alimentis, quæ malculis vique ad annum 18. feminis usque ad 14. annum sunt decernenda & intelligitur de inchoata pubertate, favore pueritæ, & intuitu pietatis & alimentorum.

Ad Thes. 16. & 17.] Spadonum vocem hic specialiter accipimus, & castrato opponimus, alias castratus cuiam spado dicitur in lata & generali significatione l. si serua 39. §. fin. ff. de iure dot. l. spadonum ff. de verb. sign. intelligimus autem talem hic spadonem, in quo membris corporis integris spes est generatiovis, sublate virtus quod per accidentem accessit, acutu quidem generare non potest, potentia tamen potest, unde & potest adoptare propter spem procreandæ sobolis. Castratus autem qui & Eunuchus dicitur rot. iii. C. de Eunuchis. adoptare non potest, quia in eo nulla est spes procreandæ sobolis, est impotens ad generandum, cum absit necessaria pars corporis & motus bous habeatur. l. 7. ff. de adulit. edict. Et sic apparet adoptionem imitari naturam; si quis enim generare non potest nec adoptare potest, & fictio legis in adoptione non porrigit ad ea, quæ secundū naturā sunt impossibilia. Myns. hic. Nec refragatur huic assertione autoritas Leonis Imperatoris in No 6. 26. vbi corrigit Iustinianum & dicit etiam natura inhabiles ad generandum adoptare posse, quando icil. iniuria hominum, nō proprio corum factō iis virilia sint excepta, non inquam refragatur, quia eius authoritas hoc in casu vt & in aliis multis nō est tanta, quæ nobis textus iuris civilis approbatos mutet, cum eiusdem Nouellæ nondum sint probatae & pro authenticis receptae, nec attendit Leo Imp. hoc quod dictum est ad optionem imitari naturam, id quod tamen Iustin. maxime considerat. Sic & thes. 17. vult sublatam Leo per Nou. suam 27. vbi disponit quascunque matres posse adoptare, ut & Rubrica d. Nou. indicat, quia vt dixi, eius authoritas & non sufficit ad textus aliorum Impp. approbatos emendandos.

Ad Thes. 18.] Militia & dignitas olim & non soluit patriā potestatem, unde l. filius. 21. fam. 35. ff. de ritu nupt. vbi dicitur, filium fam. militem matrimonium sine voluntate patris non contrahere ad antiquum ius pertinet; alias enim vt emancipatus, sine consensu patris uxorem ducere posset, iuxta l. filius. 25. ff. de ritu nupt. Sed obiicitur in publicis non attendi patriā potestatem etiam iure antiquo. ff. id quod probatur per l. filius fam. ff. de his qui sui. Et per l. 14. in pr. ff. ad S. C. Trebell. Ergo falsum est iure antiquo Consulatus dignitate, & sic publico munere non fuisse solutam patriā potest. Respond. Olim Cōiuncta esse potuerunt in vna persona, & esse in patr. pot. & sustinere munus publicum. Dignitas enim consularis vel alia quacumque patr. potestatis nihil detraxit. Sed novo iure certa dignitates à patr. pot. liberant. l. & l. C. de decisionib. lib. 10. Nouissimo Nouellarem iure & qualibet dignitas patr. potestatis nexibus filium eximit Nou. & i. pot. totum. Prasertim vero in c. 1. §. generale. Vbi dicit Iustin. Sancimus vt omnis dignitas, & omne cingulum liberet à potestate, unde propter generalitatem asserimus & declaratus dignitatem patr. pot. solvere, quod controversum esse inter Dd. Myns hic in fine, affirmat.

Ad Thes. 19.] Patria potestas se luitur, si quis ab hostibus captus est nec reuersus: alias in suspenso est patr. potestas. Hoc thema ita intelligendum est, patriam potestatē strieto iure quidem solui statim atque pater capitur ab hostibus. Statim enim fit seruus & liberos in potestate habere desinit. l. si serua. 16. ff. de interrogator. act. Si igitur moritius k. 3. pater

- pater apud hostes, metumur patriæ potestatis solutionem vi legis Corneliae non ex morte
 sed ex prima captiuitate; qua fuit † soluta partia potestas etiam ante mortem subsecutam. At quia redire poterat ex captiuitate pater adhuc viuus ex æquitate dicitur in suspeso esse semper patriæ potestatis ius propter ius postliminii. Et sic contrario huic facile potest occurri.
- 24 Ad Thes. 20.] Emancipatione † soluitur patria potestas non tantum in parentibus naturalibus, sed etiam in adoptiis constituta. Nam & adoptui parentes possunt emancipare liberos suos per adoptionem in patriā suam potestat. redactos. l. 9. Cod. de adopt. id quod similiter eleganter ostenditur in l. 4. ff. si tabula testamenti null. extab. Et §. minus ergo insit. de heredit. qua ab int̄est. defer.
- Ad Thes. 21.] Adoptione, constituitur, & tollitur patria pot. eo tamen casu tollitur
 quando pater filium in adoptionem cognato dederit, tū enim transit ex patris familia, quam nautat & filius fit cognati. Si autem extraneæ personæ in adoptionem filius datur, adoptione nō tollitur patria potest. idq; ex Iustin. constit. vt supr. ad thes. 10. Et ii. est dictū.
- Ad Thes. 22.] Ponitur particula P E N e limitativa propter 4. casus exceptos & relatios in gloss. §. fin. quib. mod. pat. pot. solu & à Wesenb. ibidem, quamuis l. non potest. 31. ff. de adopt. sine limitatione generaliter loquatur.
- 26 Ad Coroll.] Cognatū est huic materiæ corollarium, quo negatur adoptione tribuit nobilitatem, hoc est, non fieri ex plebeio & ignobili nobilem per adoptionem, eaque negotio probatur primo ex eo, quod nobilitas pertinet ad statum vel conditionem: Wesenb. conf. 44. n. 3. Et dignitas separatur à statu. §. quib. magis. infr. de cap. diminut. Et per adopt. status vel dignitas non mutatur, qui enim ciuis est non fit peregrinus per adoptionem l. 7. C. de adopt. Secundo adoptio non facit ex ingenuo libertinum, vel ex libertino ingenuum l. 8. ff. cod. Ergo nec ex ignobili facit nobilem, licet fauore libertatis ex seruo qui nominatus est suus, fiat liber per adoptionem. §. 8. de adopt. Tertio filius adoptiuus
 27 in feudis patri non succedit cap. 1. §. adoptiuus si de feudo defuncti in content. inter domin. Et basal. Ergo adoptiuus filius non est nobilis, alioquin succederet patri in feudis. Quarto. Nobilitas est à natura; ius vero naturale est immutabile. sed naturalia sup. de sur. nat. gent. cfr. Ergo adoptio nobilitatem non potest tollere nec inducere. Sed obiicitur primo contra hāc assertionem l. sciendum 32. ff. de ritu nupt. vbi dicitur libertinum ab ingenuo adoptatum omnia iura acquirere ingenuorum. Ergo falsum est libertinum adoptatum non fieri ingenuum. Resp. Verum libertinum adoptatum nancisci iura ingenuorum, hoc est, priuilegia illorum, nec tamen ingenuus sit. Differunt enim ingenuum esse, & ingenuorum iura consequi vt constat ex l. 2. C. de iure annul. aureor. Secundo obiicitur
 28 mulieres. C. de dignitatib. in qua disponitur mulierem † nobilitati genere mariti, si forte est plebeia. Resp. id speciale est vi illius constitutionis & fauore matrimonii, quamuis natura inspecta nobilis non, fiat sed fictione iuris nobilitetur, & priuilegiis mariti gaudeat. Tertio obiicitur l. in omni 13. ff. de adopt. vbi dicitur, patriam dignitatem quæ per adoptionē; Ergo etiam queritur nobilitas per adoptionem cum sit dignitas. Resp. Adoptio gentem, id est, familiam conferit non nobilitatem quæ est naturæ & generis sive status, & naturalia immutabilia sunt, cum & adoptio naturæ opponatur, in l. 1. in pr. ff. de adopt. Deinde illa lex magis confirmat nostram sententiam, nam dicitur patre adoptiuo mortuo quælibet dignitatem, hoc est, iura dignitatis, (quibus adoptiuus & que frui poterat quam naturalis filius viuo patre) finita potestate in patre adoptiuo consistente omnino tollita vt nullū maneat vestigium, cum personale quiddā sint & cū persona extinguantur.
 §. fin.

Simitur. *infr. de & sufructu.* Si autem genus nobilitatis quod ex natura est per adoptionem quæ situm fuisset, tolli non potuissest emancipatione vel morte superueniente. Quarto opponitur *l. per adoptionem. 35 ff. de adopt. vbi dicitur augeri dignitatem per adoptionem.* Resp. illa lex similiter nostram probat sententiam. Ea enim dignitas, quam quis natura habet, augetur adoptione, quia iura dignitatis patris adoptiui simul consequitur quæ tam non à natura veniunt ut ea quæ ante habuit, sed per adoptionem, ciuili modo, & tandem etiā finita illa potestate patris adoptiui euaneantur. Sic & minuitur dignitas per adoptionem, q̄ quis à patre suo habet, quia manet eadem dignitas etiā post ademptionem.

DISPUTATIO V.

Ex tit. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. lib. 1. institut. de Tutelis:
Qui testamento tutor, &c.

CONTINVATIO.

Haec tenus dictum est de personis alieno iure subiectis: nunc rerum series postulat, ut quæ personæ sui iuris sint, differamus. *in princ. institut. de tutel.*

Thesis 1. Sui iuris personæ vel in tutela, vel in cura sunt, aut neutro iure tenentur. *§. 1. institut. de tutel.*

2 Tutela est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per se ipse defendere nequit, iure ciuili data ac permissa. *§. institut. de tutel.*

3 Ea est vel legitima, vel dativa: & dativa alia testamentaria, alia Attiliana. *§. 1. institut. hoc tit. l. 1. ff. eod.*

4 Tutela testamentaria est, quæ datur à parentibus liberis impuberibus quos in potestate habent. *§. permisum. institut. hoc tit. l. in princ. ff. de testament. tutel.*

5 Tutores in testamento dare possunt parentes & omnes ascendentēs, in quorum potestate sunt liberi.

6 Emancipatis tutores à parentibus non dantur; sed nec matri dandorum vel constitendorum testamento ius erit. *§. fin. institut. de tutel. l. 1. §. 1. ff. de confirm. tutor.*

7 Quamvis vtroq; hoc casu, id quod deficit repleri à consulari potestate constitutiones cōcesserint & secundum mentem confirmari tutores. *l. 1. §. 1. & l. 3. ff. de confirm. tutor. §. fin. institut. de tutel.*

8 Filiis familiæ recte dantur tutores testamento, si in tutelis patrum familiarium locum obtinent. *in princ. institut. qui testam. tutor. dar. poss. l. 9. ff. de his quæ sunt sui vel alien. iur.*

9 Sed & seruus proprius testamento cū libertate recte tutor dari potest, *in pr. qua testam. tutor. dar. poss. l. 10. §. fin. l. 28. §. 1. l. 23. §. 2. ff. de testam. tutel.* Seruus vero alienus pure inutiliter testamento datur tutor. *§. 1. institut. hoc tit. l. si hereditas. §. fin. ff. de testam. tutel.*

10 Minor 25. ann. tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum maior 25. annis fuerit factus. §. *furious.instit qui testam.tutor.dar.poss.*

11 Ad certum tempus vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante heredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur. §. *ad certum.institut. b.tit.l.8. & 11.ff.de testam.tutel.*

12 Certae autem rei vel causae tutor dari non potest, quia personæ, non causæ vel rei datur. §. *certa autem. dict. titul. l. 12. cum seqq. ff. de testam tutel.*

13 Testamentariæ tutela succedit legitima, quæ ex lege descendit. in pr. *instit.de legit.agnat.tutel.* Estque hæc agnatorum, patronorum, parentum ut fiduciaria.

14 Tutela vero non ad omnes agnatos simul pertinet, sed ad eos tantum, qui propiore gradu sunt. §. *quod autem dictum. institut.de capit.dimin.l. si plures. ff.de legit.tutel.*

15 Sed cum ius agnationis omnibus modis capitis diminutione plerunque petimi solent, operæ pretium sane erit, de ea aceruatissimam nonnulla verba facere. §. *sed agnationis.de legit. agna tutel.*

16 Capitis itaq; diminutio nihil aliud est, quam prioris status mutatio. §. *1.de cap.dimin.l.1.ff.cod.tit.* hæcq; est vel maxima, media & minima. §. *1. instit. dict.tit.l.fin. ff de cap:minut.*

17 Maxima capitis diminutio est, qua quis libertatem, ciuitatem & familiam simul amittit. §. *maxima.hoc tit.l.fin. ff.cod.* Media vero est, qua quis libertate retenta, ciuitatem & familiam amittit. §. *minor. eod.tit.* Minima deniq; est, qua manente libertate & ciuitate, familia tantum mutatur. §. *minima. hoc tit.d.l.fin. ff.eod.tit.*

18 Patronorum tutela dicitur, cum libertorum libertarumque tutelam patroni vel liberi eorum administrant. *d.tit.de legit.patron.tutel.l. 3. in princ. ff.de legit.tutel.*

19 Parentum tutela vocatur, cum parentes liberorum suorum, quos im- puberes emanciparunt, tutelam gerunt. *d.tit. de legit.parent.tutel.l.3. in fin. ff.de legit.tut.*

20 Fiduciaria seu fratum tutela est, cum parentibus, in quorum tutelam filii impuberis emancipati peruenierunt, mortuis, fratres, qui in sacris parentum permanserunt, fratum impuberum emancipatorum tutelam excipiunt. *d.tit.de fiduciar.tutel.*

21 Atriliana seu dativa tutela est actus legitimus, per quem datur tutor impuberi à magistratu ad petitionem matris vel proximorum consanguineorum, testamentariis vel legitimis tutoribus non extantibus. *in princ. tit.de Attilian.tutor.*

DISPV TATIONIS V.

De tutelis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Personae sui iuris quotuplices sint.
- 2 Patresfamilias qui sint.
- 3 Tutela an recte definitur quod sit vis & potestas.
- 4 Curatores quomodo differant a tutoribus.
- 5 Tutela cur non definitur quod sit actus legitimus.
- 6 Seruo an & quomodo dari tutor possit.
- 7 Pupilli in iustis tutores si dentur, an liberum caput retineant.
- 8 Tutela an recte dicatur esse ex iure ciuili.
- 9 Tutela vocabulum dupliciter accipitur.
- 10 Tutela quotuplex sit.
- 11 Actas legitima in tutoribus legitimis requiritur.
- 12 Tutor in testamento non sive datum & confirmationis potius testamentarium est quam datus.
- 13 Tutorum testamentariorum priuilegium quod sit.
- 14 Tutela fiduciaria an constitutas peculiares in speciem.
- 15 Mater si dederit tuteorem in testamento, cur inquisitione in eum opus sit.
- 16 Filius familiæ an possit alius testamento tutor dari.
- 17 Tutela non est modus rollenda patris potestatis.
- 18 Seruus proprius sine libertate tutor datum, an libertatem accepisse putandum sit.
- 19 Seruus tutor dari non potest.
- 20 Seruus alienus an possit tutor dari testamento.
- 21 Minor 25. annis si quis tutor in testamento decur, an datio ista valens.
- 22 Tutorum habenti an aliud tutor dari possit.
- 23 Tutor ad uniuersum patrimonium datur non ad rem certam.
- 24 Agnatiōis iuri perimitur plerumque capitis diminutione; iuri vero cognationis non item.
- 25 Emancipatione sit capitis diminutio.
- 26 Capitis diminutio an recte definitur, priorius statutus mutatio.
- 27 Capitis diminutio quo species habeat.
- 28 Capitis diminutio maxima, an etiam libertatem adimatur.
- 29 Capitis diminutio media non naturalem, sed tantum civilem libertatem adimit.

AD Thes. I.] Sui iuris personæ † aut in tutela & cura sunt, aut neutro iure tenentur.¹
Hæ sunt duæ tantum diuisionis partes non tres, vnam partem dant, qui in tutela &
& cura sunt: Alteram patrem, qui neutro iure tenentur, hoc est, patresfam. qui annum 25.
excesserunt. Reliqui patresfam. sui iuris existentes sunt aut sub tutela, aut sub cura. Iohan.
Ramus in tract. de tutel. 16. in pr. patresfam. autē sunt † qui suæ sunt potestatis siue puberes²
siue impuberes l. nam ciuium & ff. de his quis sui.

Ad Thes. 2.] In definitione tutelæ generis loco ponuntur voces V I S & P O T E S T A S.
Sed obiicitur nihil magis inimicū est tutela quam vis. Ergo male ita definitur. Resp. in-
telligitur hic vis non violenta sed vis † amicabilis, hoc est, potestas talis fauorabilis, quæ
non in atrocitate, sed pia defensione consistat, & alias vis pro virtute, pro iure vel pro po-
testate

potestate accipi solet, quæ tutoribus in pupilos à lège est concessa. Et sic vocabulum vis per vocabulum potestas explicatur, vnde otiose vocabulum potestas non additur, quæ duo vocabula alias in ll. coniunguntur, vnde nullius tanta sit autoritas, nec Theophilietiam qui hæc verba Seruui mutet vel tollat. Deinde obiicitur hanc definitionem conuenire curæ, vnde videbatur dicendum eam, non subsisterere, cum forma caret. Resp. Curatores.

¶ non tuerint personam pupilli principaliter l. in copulandis 8. C. de nupti. quemadmodum faciunt tutores, ut in definitione tutelæ exprimitur per illa verba Ad tuendum cum h.e. pupillū vel eius personam, sed bona & facultates minoris curatores defendunt principaliter, quāvis in consequentiā etiam personam minorū tecantur, & in eo maxima consistit tutelæ & curæ differentia. Deinde curatores iure non dantur testamento. §. 1. inf. de curator. Sed tutores rectissime testamēto dantur nec illa indigent confirmatione id quod illa verba ostendunt lute civili permitta permititur enim testamentaria l. 12. tab. §. permisum h.e.n. Datur autē legitima l. 12. tab. & dativa aliis ll. constitutur rot. tit. infi. de attil. testore. ¶ lute ff. de tutor. & curator. dat. ab his, &c. Vnde illa verba: I U R E C I V I L I , non tantum pro l. 12. tab. accipiuntur, sed etiam pro nonis constitutionibus & SCtis, quæ iuris civilis sunt sp̄cies vt sap. in tit. de iur. nat gent. & c. fuit visum, id quod Wel. hic notat, & tum 3. tutelæ speciebus omnib. illa verba conueniunt. Alias si illa verba accipiantur de ll. 12. tabul. tantum sequeretur datiuam tutelam excludi à definitione tutelæ hic proposita; id quod sentit Cuiac. in not. prior. hic. non enim illa datur ex l. 12. tab. sed ex l. Atrilia, Titia, Iulia. Tertio obiicitur tutelam esse definiendam potiusquam legitimū quam vim & potestatem, quemadmodum definitur adoptio per latus legitimī ff. de reg. iur. ybi dicitur tutoris dationem esse actum legitimū. Ergo & tutelam. Resp. Verū est tutoris datio est actus legitimus, id quod de legitimō & dativo tutore est; accipiendo non de testamētario. Testamentarius enim tutor potest sub cōditione dari. §. ad certā insr. qui test. tut. dār. poff. Alias datius sub conditione dati nō potest l. & §. 1. ff. de tutelis. vnde ncc illud genus omnibus tutelæ speciebus competeret, sed tantum datiuā & legitimā. Praterter datio tutoris quidē est actus legitimus, non autē tutela ipsa, q̄ munus publicū est & potestas à lege cōcessa. Quarto obiicitur, quod non libero capiti sed etiā seruili tutor detur p. l. si impuberi. 13. in prff. de curat. & tutor. dat. ab his. Cū tamen certum sit seruum iure ciuilis caput non habere. §. seruus. inf. de capit. dimin. l. quod attingit ff. de reg. iur. Resp. Verum est h̄bi dari tutori seruo, hoc autem sit propter instantem libertatem. Aliquis enim instituit heredem & cum per fideicommissum rogauit, vt seruum suum libertate donaret. Institutus heres s̄ nō vult adire hereditatem, seruus impubes cui libertas per fideicommissum est relicta adire magistratum potest, & hoc agere vt heres institutus etiam invitus cogatur adire hereditatem & sic seruo libertatem dāre; alias si heres non adiret hereditatem nulla reddetur datio libertatis, secundum l. si nemo. 19. ff. de test. tutel. Dum igitur certo speratur in seruo libertas per fideicommissum reliqua in testamento recte seruo tutori dari potest. Quinto obiicitur. l. vlt. §. sin autem in secunda astate C. de bonis qua liberis, vbi dicitur quod etiam filios a. n. possit dari tutor, qui tamen libertū caput non habet, cum sit in potestate patris & sui iuris. Resp. Specialis est casus, nā si filio est delata hereditas, quā filius adire veller, pater autē nollet adire, nec etiā filii b. n. a tueri, eorumq; curationem suscipere, potest filius nihilominus adire & petere à magistratu tutorum vel curatore hereditatis sibi dari, & hoc definitioni curæ & que obstat. Sexto obiicitur l. vlt. §. minores. C. de sent. pass. & restit. vbi traditur si filios a. n. impuberi, cuius pater est deportatus, tutor decur, & pater reuertatur & in integrum restituatur, quod cum filius a. n. in patris potest. reuersus, nihilominus tutori istum retineat, quāvis filius in potestate sit & liberū caput non habeat. Resp. in car. 4. d. l. vlt. §. minores, tutor ab initio recte patrificam. datur & sic liberō capiti nō filios a. n. cū.

per deportationem patris pat. pot. sit dissoluta. §. cum autem supr. quo modo pot. pot. solli-
Vnde nō mirum filium post restitucionem patris reueli tutorem retinere, quē ab initio
recte accepit præsertim. cum pater homo frugi. non sit, sed potius dilapidet bona filii.
Et sic hoc casu tutoris dationem ab initio metimus, quod filius ille ob deportationē pa-
tris factus est paterfam. quamvis ex post facto ob restitucionem in integrum & ursus sit fi-
lius fam. factus, cum in patris potestatem redierit. Septimo obiicitur quod imp̄. t̄fecta vi-
deatur definitio tutelæ ex eo, quod inuitis pupillis tutor detur. l. nec nō. ff. de tuto. & cu-
rat. dat. ab his. Vnde pupilli liberū caput habere non videtur, cum libertatē impediāt vis
vel coactio inuita. §. libertas sup. desur. person. l. Velle. ff. de reg. iur. Resp. Pupilli finitimi tu-
tores recte dantur, interim tamen liberum caput retinent, id est, sui iuris manent, & h. oc-
maxime sit commodo vtilitate & fauore pupillorum. Si enim sine tute vagarentur, &
quiduis pro libitu facerent facile in damnum ob infirmitatē iudicij incidere & bona sua
dilapidare possent. Magistratus igitur officium est, indemnitatipupillorum cōsolere, iis-
que etiam inuitis & reluctantibus tutores dare, à quibus & ipsi pupilli, & per consequē-
bona eorū conseruentur, si nec testamentarios nec legitimos tutores habeant. Puberes a.
inuiti ob maiorem intellectū curatores nō accipiunt, præterquā in litem ut infra dicetur.
Octauo contra illa vetha definitionis lute ciuii obiicitur. §. impuberes infr. de Attil. tutor
vbi dicitur quod ex iure naturali, id est, gentiū ho si, impuberis esse in tutela. Ergo nō ex
iure ciuiili. Resp. Iure naturali omnia pene iura sunt introducta vel primario vel secundario,
ita etiam tutela, sed incrementū & formā certasq; solennitates tutela accepit à iure ciui-
li, ab eoque tutelæ æquitas est recepta & approbata, nec sibi sunt contraria, aliquid esse ex
iure naturali & ciuiili, diuerso tamen modo, scil. vt quoad æquitatem aliquid sit iurisgen-
tium; quoad approbationem æquitatis, sit iuris ciuilis. §. Venditisa. infr. de rer. diuis. Non
obiicitur contra genus huius definitionis tutelæ q; potius sit quasi cōtractus definienda,
cū ex tutela administratione obligatio & actio nascatur. §. tutores. infr. de oblig. 4. q. ex con-
tract. na. c. Resp. Tutelæ vocabulū duplex accipitur. Primo, pro iure tutelæ, & sic id nos
hic accipimus; secundo pro gestatione & administratione, vt quando dico tutelam resti-
tuere, id est, tutelæ rationem reddere, & hoc respectu tutela etiam inter contractus refer-
tur in ff. & C. Cuiac. in ist. C. de testamentaria tutela.

Ad Thes. 3.] Triplicationem esse tutelā affirmamus testamentariā legitimam & dati-
uā, q; tres diuisionis species eo ipso ordine, p̄ponuntur in l. generaliter 52. in fine pr. C. de episc.
& cler. vbi dicitur quod omnes tutelæ sive testamētariae sive legitimæ sive datiuæ habeat
immunitatē. Precedit testamētaria legitimam, legitima datiuā, ideo quia prauisio homi-
nis in testamento facta tollit prauisio legis. l. fin. C. de pact. conuent. Deinde legitima p̄-
cedit datiuā quia si nō sunt testamentarii tutores, ipso iure sunt tutores agnati, idq; sum-
ma est introductū prouidentia, vt qui sperant successionē etiā onus tutelæ sustineant. l. r.
ff. de legit. tutel. Sed si nec testamento dati sunt tutores, nec agnati sunt, dantur in fauore
pupillorū tutores, à magistratu q; datiuā dicuntur. Sed obiicitur l. vlt. Vers. discret. C. de legit.
sustel. vbi dicitur tutelā aut legitimā aut datiuā scī. Ergo tres sunt species tutela: Resp. Illa.
cōstitutio Iustin. nihil obstat, quia saltē principaliter loquitur de legitimis & datiuis tu-
toribus. Minores enim 25. annis olim dati tutores se excusabant, hoc est, ipso iure qui-
dem eorum datio valebat, sed poterant se excusare. §. item maior. infr. de excusat tutor.
Vel curat. l. nec ille. 16. ff. de tutor. Vel curat. dat. ab his. hoc Iustin. in dist. l. vlt. tollit. & it.
d. §. item maior. ipse Iustin. refert & constituit ut in omnibus tutoribus t̄ legitimis & da-
tiuis iusta sit q̄tas. Id autem de testamentariis non opus erat de novo constituī, quia hi tu-
tores ipso iure non sunt nisi annū 25. excesserint, & ideo si dati fuerint minores 25. annis

tutores ipso iure non sunt nisi annum 25. excesserint, & ideo si dati fuerint minores 25. annis tutores, in testamento tum demum sunt tutores, quando legitimam aetatem habent, idque ante Iustin. semper ita obtinuit, § *furius de tutelis*. Vnde nec in d. §. stem maior. & in d. l. & l. testamentario rum meminir, & per consequens inde id p. tentatum fuit in fieri non potest, cum ibidem de perfecta tutela diuisione Iustin. non agat. Sed contra datam solutionem, qua dicimus in legitimis tutoribus legitimam aetatem requiri, ex consit. Iustin. in d. l. & l. obiiciuntur l. quo defuncto. & l. si reliquero & ff. de legit. tutela is ff. de tutelis. Vbi in legitima etia tutela Icti Modestinus, Paulus, & Caius requirunt legitimam aetatem, qui tamen diu ante Iustin. vixerunt. Ergo Iustin. in legitimis tutoribus hoc primum non constituit. Resp. Id à Triboniano illis legibus additum est Welenb. in d. §. *furius de his qui te-
sam tutor dari possunt*. Secundo contra diuisionem hanc obiicitur autoritas Vlp. in frag.
tit. 11. de tutelis, vbi saltem habet legitimos & datiuos tutores. Resp. etiam si ita quidem di-
uidat in princ. tutelam, tamen tandem etiam in §. dari agit de testamentariis, & per datiuos
tam Attilianos quam testamentarios intelligit. Et vox quidem dativa εν πλάτει accipi-
potest, tam de testamentaria quam dativa tutela proprie ita dicta. Sed in diuisione tamen
species he sunt distinguendae, quia alia est testamentaria proprie loquendo, quae descendit
ex testamento : alia dativa, quae est ex SCris & nouis ll. quae etiam & proprie dicitur dativa.
l. *datius. ff. rem pupilli salvam fore*, vbi testamentarius tutor à datiuo per particulam VEL
separatur, idq; indicant titulidiversi ff. Codicis & Institut. de testamentaria & legitima ac
tutela dativa. Terro obiicitur, quod quartaspecies sit constituenda tutela, scil. corū tu-
torū, quae confirmantur rot. s. ff. & Codicis de confirm. testore. Ergo 4. species tutelæ sunt
constituenda & non tres. Resp. Huc pro solutione afferendum est corolarium in quo af-
firmamus, tutorem in testamento non rite datum & confirmatum potius esse f. testa-
mentarium, quam datiuum ; Ergo ad testamentaria tutelam illa species recte re-
ferrur. Sed testamentarium eum potius esse vel testamentario similem probatur ex eo, q.
tal is datio vel constitutio tutoris propendat ex voluntate defuncti patris, cuius sit liber-
stylum & liberum arbitrium l. 1. C. de sacrosant. Eccles. Destinatus enim est ad. id tutor patris.
voluntate primū, quis non rite fiat illa destinatio, hoc est, ipso iure non valeat, facta filio-
emancipato, vnde etiam propter illud accedens virtuū necessaria est confirmatione ex l. 12. tab.
quae est: vi pater fam. super pecunia &c. Vlp. in frag. tit. 11. Secundo probatur illa sententia ex
ordine rubricarū, quia tituli ff. & C. de confirmingo tute subiunguntur statim titulo de
testamentaria tutela, & quasi pars vel sequela eius sunt, & praecedunt titulos de legitim. &
datiis tutoribus, vnde illi tutores magis sunt testamentarii q. datui. Et in hac sententia
est Barth. in l. 1. ff. de confirm. tutor. Ias. in rubr. instit. de act. Eberhard. in topic. in s. de ordi-
ne rubricarum. num. 11. Mynsing. in d. §. & l. de tutelis. Contrariam sententiam quod scil.
potius datius quam testamentarius tutor is, qui confirmatur, vult Gloss. in d. §. & l. Cuiac.
in tit. C. de confirm. tute, quamvis tamen dicat, quod testamento destinati tutores potius.
sint, & tacite videatur velle posse etiam eos quodammodo esse testamentarios, vnde cum
nostra sententia conuenire videtur. Sic illam sententiam defendit Iohan. Ramus in tract.
de tutelis in d. §. & l. de tutelis. Et mouetur hoc argumento, quod illa datio non valeret
nisi acciperet formam, quae dat esse rei à confirmatione, & regula vulgata sit: proper
quod vnumquodque tale est, &c. Sed illa ratione nō obstante potiore est voluntas ultima
defuncti, in cuius honorē magis videtur hic tutor testamentario esse similis, eiusq; præ-
rogativa viri, propterea q; præferri legitimo, cū & confirmatus tutor non satisdet. l. 2. in
fin. princ. ff. de confirm. tutor. & testamentariorum tutorum priuilegium sit ne satisda-
tionis ouere distingantur. §. 1. infra de satiation. tutor. Secundo probant hanc

senten-
12. l. fin. princ. ff. de confirm. tutor. & testamentariorum tutorum priuilegium sit ne satisda-
tionis ouere distingantur. §. 1. infra de satiation. tutor. Secundo probant hanc
senten-

Sententiam ex l. 3. §. fin. ff. de testam. tutela, vbi dicitur eos demum testamento datos accipere, hoc est, testamentarios tutores accipere debemus, qui iure dati sunt. Ergo nec confirmatus tutor, qui iure datus non est filio emancipato est testamentarius, sed potius datus. Respond. Non dicimus nos in corollario quod per omnia sit testamentarius tutor, qui testamento est datus & confirmatus: sed quod potius sit testamentarius, hoc est, similis sit testamentario magis quam datiuo, eiusque prærogativa gaudeat. Tertio affertur pro illa sententia Vlp. in fragm. tit. II. §. testamento quoque, vbi dicit, quod confirmati tutores datiui sint. Resp. Ibi verbum DATIVVS intelligit testamentarium, cum ibidem per totum testamentarij tutores vocentur datiui, cum testamento dentur, quamvis eadem voce & datiui proprie ita dicti veniant ut supra est dictum. Denique obiicitur, quod adhuc quarta species sit constituenda, scil. tutela fiduciaria, id quod in thes. 20. affirmamus. Ergo male tres tantum species ponuntur. Respond. Fiduciaria tutela moribus recepta quasi legitima est, vnde t̄ ad legitimam tutelam recte refertur: proprie quidem legitima dici non potest, cum nec ex verbis leg. 12. tab. nec per interpretationem sit introducta. Sed tamen quia à ll. & Imp. est recepta quasi legitima vel etiam legitima dici recte potest, vnde saluæ tres species tutelar manent. Et fiduciarij tutores dicuntur vicem legitiimi tutoris sustinere. l. 3. §. ultim. ff. de legitim. tutela. Fiduciariamautem tutelam filij impuberis emancipati, habet pater quæ contracta fiducia sit, quam etiam ad heredes masculos pater transmittit. Vnde similiter illa quoque dicitur fiduciaria, quando frater fratris vel sororis impuberum tutelam habet, & sic Thes. 20. §. 21. sunt accipienda.

Ad Thesin 6. & 7.] Pater non sive dat tutorem: filio emancipato, si tamen datus est confirmatur ex sententia præsidis sine inquisitione. Sed obiicitur, quod si, mater dedecit in testamento tutorem, tutor is confirmetur ex inquisitione: Ergo & inquisitione in patre opus est. Respond. Differentia ratio inter patrem & matrem hæc est, quia pater utpote masculus maioris est prudentia & constantia, & pro liberis pietas eius optimum capit consilium. l. 2. 2. §. fin. ad legem Iuliam de adult. Et præsumitur optimum tutorem elegisse, de cuius fide non est dubitandum, vnde nec inquisitione opus est: Ea autem ratio in matre cessat, cuius t̄ lubricum est iudicium propter sexus infirmitatem & civilium negotiorum ignorantiam. Vlp. in tit. II. de sutela. in princip. Vnde inquisitione in matre opus est. Sciendum autem est matrem tantum instituto filio dare testamento tutorem cum confirmatione per expressam l. pater. 4. ff. de testamentaria tutel. Cui sententia, quod scil. mater filio instituto tantum dare possit tutorem in testamento cum inquisitione confirmatum valde obstat l. 4. C. de legit. tutel. vbi plane contrarium diciter. Sed respondeatur tollendam esse omnino negationem, & tum planum fieri textum id quod est verum. Cuius in notis priorib. Rusarius & alij.

Ad Thesin 8.] Dari potest testamento t̄ tutor filius famili. cui obiicitur tale argumentum: Qui est in alterius potestate, alios in sua potestate habere non potest, l. sic ene- crier. 21. ff. ad leg. Iul. de adult. Sed filius famili est in patris sui potestate tot. tit. supr. de par. pot. Ergo filius famili, alios in sua potestate habere non potest, & per consequens non potest esse tutor. Illi enim potestatem habent in pupillis §. 1. b. tit. Resp. Non recte argumentum procedere à patria potestate ad potestatem quam tutores in pupilos habent, quæ pro-prie est Imperium, l. potestatis. ff. de Verb. signif. Et supra in 3. disputat. est explicatum. Et maior ratiorque propositio de patria potestate loquuntur, vnde plus in conciliatione interfertur quam in præmissis fuit, in quibus potestatis illius quam tutores habent non fuit fa-ctamentio, cum nec d. l. sic ene- crier, de illa potestate accipiatur, sed potius de patria pote- state:

•testate & filius fam. optime potest habere hanc potestatem ratione publici munera tuteleg
 §. i. inf. de excusat. tutor. cum in publicis causis pro patresam. habeatur, in quibus patria
 potestas non attenditur, l. filius fam. de his qui sui vel alien. Interim tamen dum filius fam.
 tuteleg potestatem habet, nihilominus in potestate patris sui manet, nec ei quid per illud
 publicum munus detraheretur, & foris habetur pro patre fa. respectu publici munera quo
 gerit non tamen revera est paterfamil. cum domi maneat in sui patris potestate. Vnde &
 filius fam. recte dicitur, dum tutelam gerit, alias esset paterfamil. Deinde tutela non est
 modus tollendae patr. potestatis tot. tit. supr. quib. mod. patr. potest. solu. Ergo in sui pa-
 tris manet potestate. Sed obiciunt contra datam solutionem: Filius fam. non posse fa-
 cere testamentum, ne quidem cum voluntate patris §. i. inf. quib. non est permis. fac. re-
 stamentum. cuius factio est publici iuris ut tutela l. 3. qui testamenta fac. possunt. Ergo nec
 tutelam filius fam. gerere potest. Respond. Hoc certum est filium fam. testamentum fac-
 te non posse etiam volente patre, idque propter l. 12. tabul. qua ira scripta est paterfamil.
 vti super pecunia, &c. Vlpian. in fragm. tit. II. Illa lex facit tantum mentionem paterfamil.
 non filii fam. Ergo filius fam. propter illam leg. 12. tabul. prohibetur testamentum facere.
 Deinde nemo suo arbitrio testandi habet facultatem, l. nemo. §. de legat. I. l. 13. C. de te-
 stamentis. Alias factus paterfamil. hoc est, sui iuris anno decimoquarto completo, testa-
 mentum facere potest, l. 5. ff. qui testamenta fac. possunt. §. per. supr. ex quib. causis manumis.
 non licet. De tutela autem nihil tale quid l. 12. tabul. est constitutum, vnde filius fam. recte
 tutor esse potest.

18 Affirmatur deinde in b. §. 8. seruum † proprium sine libertate datum tutorem tacite di-
 rectam libertatem accepisse videri, cui valde obiciuntur l. & si non a scripta in princ. C. de
 fideicommiss. libertat. l. se hereditas. 10. §. Ultim. in fin. de test. mentaria tutela. l. generaliter.
 24. §. si quis de fideicommiss. libertat. vbi dicitur quod fideicommissariam consequatur li-
 bertatem seruus proprius sine libertate tutor datus, cum tamen fideicommissa & directa
 libertas plurimum differant, vt supra in 2. disputatione fuit dictum. Respond. Certum
 est Iustin. affirmare seruum proprium sine libertate tutorem datum, directam liberta-
 tem. consequi, non ministerio heredis sed directo ab ipso testatore, idque in favorem pu-
 pillorum ne diu absque tutoro vagentur, & ipse seruus, etiam si non sit dictum, statim fit
 liber & tutor, cum † seruus tutor dari non possit. l. in seruile. ff. qui dari tutor. vel cuius.
 possunt. Sed ad dictas leges varie respondetur: Wesenbec. in Institut. hic, affirmat in d. l.
 et si non a scripta, esse casum specialem. Ioannes Ramus in tract. de tutelis pro con-
 ciliatione illarum legum affirmat, Iustinian. hic loqui in tali casu, quando solus pupillus
 heres exitit, & tunc directam competere libertatem fauore pupillorum quos indefensos
 non esse Reipubl. intetext. d. l. si hereditas. §. fin. Dictas autem leges esse in eo casu exau-
 diendas, quando pupillus solus non est heres, sed habet coheredes. Tunc enim fideicom-
 missaria libertas iuris præsumptione data potius intelligitur. Hanc Rami solutionem
 aliqui vocant diuinatoriam, ex eo quod pupillo instituto perindelibertas ex Senatuscon-
 sulto Dasuniano competit, atque si, vt oportet, is ex causa fideicommissi manumis sus esset
 Paul. lib. 4. sentent. tit. de fideicommiss. libertat. §. Ultim. & ibi Cuiac. Dicendum ergo vi-
 detur cum Cuiac. in notis prioribus hic, à cuius partibus etiam est Dominus Mynsing. Vid.
 §. 1. num. 4. qui testamento tutor. dari possint. olim quidem iure ff. & C. seruo proprio si-
 ne libertate tutori dato competuisse fideicommissariam libertatem duntaxat, sed postea
 Iustinian. constituisse vt eodem casu etiam libertas directa, seruo tutori dato, compe-
 tre posset: Ita quidem vt hodie in electione ipsius serui sit an directam vel fidei commis-
 satiam

faciam libertatem sibi concedi velit, idque colligitur ex l. penult. in princip. C. de necessariis seru. hered. insit. Deinde quod fideicommissaria libertas etiam possit competere argu-
mento est d. l. si non ascripta. Nam si eam fideicommissariam sublatam vellet Iustinian. & in eius locum directam tantum substitutam esse, non inseruisset illam legem Codici repetitæ prælectionis, quo nos nunc utimur, sed eam derrahi nec inseri curasset, id quod tamen non est factum. Sed contra datam solutionem, quod Iustinianus directam libertatem non primum constituerit in eo casu, probatur per l. quarto. 32. §. fin. de testa-
mentaria tutela. vbi datur fideicommissaria libertas seruo proprio ex sententia Pauli Iu-
risconsulti, qui diu ante Iustini vixit. Respond. Id sit idem in eo casu, quia testator ibi ser-
uum duplici nomine Lucium Erotem, quasi liberum appellauit, qui casus specialis dici-
potest, Cuiac. hic in notis:

Ad Thesin 9:] Affirmamus seruum & alienum puto inutiliter testamento dari tu-
ebrem, sed ita cum liber erit, ut litera eum tutorem testamento dari. Huic assertioni ex-
pressie restagatur d.l. & si non ascripta. 9. §. fin. C. de fideicommiss. libertas. Et d.l. si hereditas. §.
Ultim. Ver. quinto. de testamentaria tutela. vbi dicitur quod eo casu quando seruus a-
lienius pure datus est tutor tacite insit huius conditio, cum liber erit & omnino valeat,
cum tamen in thesi dicatur pure inutiliter eo modo dari tutorem. Respondent aliqui
Imperatorem loqui hic in summo iure vel in rigore iuris: dictas autem leges de æqui-
tate procedere. Alij. simpliciter ex dicta l. si hereditas, respondent, quod si pure datus est
seruus alienus tacite insit illa conditio: Si liber erit: hocque esse subintelligendum.
Quæ solutio sere in idem recidit. Sed contra datam solutionem obiicitur quod tutoris
datio sit a & us legitimus qui per conditionem adiecit amici uiatu. l. contractus ff. de reg. ins.
Respond. loqui illam legem de datius tutoribus, qui non possunt sub conditione dari,
l. mutos. §. r. ff. de tutelis. Sed testamentarii recte in diem vel conditionem dantur, ut in-
thesi ii. infra dicitur.

Ad Thesin 10. & 11.] Minor viginti quinque annis tutor & in testamento datus 2x
tutorum est, quando legitimam ætatem consequitur, & ipso iure datio non valet, nisi
legitimam ætas ad sit, quæ tacite inest dationi isti. Et quidem & supra dictum est in testa-
mento tutor datus minor viginti quinque annis, tum est tutor, quando ætatem habet
legitimam: Si autem minores viginti quinque annis legitimi & datiuū tutores erant o-
lim excusabantur, & ipso iure ipsorum datio valebat. Qui tamen hodie ad exemplum te-
stamentariorum tutorum tum tutores sunt, quando ad iustum ætatem peruerenterint. Si
autem minor viginti quinque annis tutor testamento est datus, interim alius tutor datur
qui personam pupilli defendit, donec alter, scilicet minor iste iustum ætatem consequatur.
idque probatur per l. non solum. 10. §. libertus ff. de excus. tutorum. vbi dicitur quod alter tu-
tor debet in eius locum creari & in Græco est ἔπιτρος, quod nomen est ordinis &
satis indicat secundum tutorum esse in eius locum dandum, donec legitimus tutor ma-
ior viginti quinque annis esse possit. Et quamvis in latino ponatur vox curator, ta-
men sciendum curatorem ibi pro tute poni, & verbum κηδεμων τutorem & cura-
torem significare.

Non igitur hoc afferenda est regula: habenti tutorem & tutor non datur, sed curator. 22
Interdum insit. de curator propter sequentes rationes, quia illa regula de legitimo tuto-
re intelligitur, nos hic de testamentario agimus. Deinde quia minor 25. annis datus te-
stamento tutor ipso iure non est tutor, nec habeatur pro tute, nisi legitima æ-
tas affuerit: Unde quasi prius tutor est is, qui ei substituitur; si autem legitimate
tutor.

tutor statim ab initio datur, in eius locum curator datur, non tutor, de quo agitur *in d. l. non solum. §. si libertus.* & cum recte illa regula locum habere potest. Sed obiicitur contra, quod cum detur sub conditione, & idem quod ante *ad thes. 9.* est respondendum. Deinde contra *thes. 11.* obiicitur, quod certae rei etiam tutor dari possit, idque probatur *per l. si tamen. 15. ff. de test. tutela.* vbi rei Africana vel Siriaticæ tutor dari potest. Resp. In praecedentibus tribus legib. *eiusdem tit.* proponitur eadem regula, quam nos *in thes. 11.* proponimus. Deinde subiicitur exceptio in re Africana vel Siriatica, idque ideo, quia *23* quædam vniuersitas per rem Africanam & Siriaticam intelligitur, & tutor † ad vniuersum patrimonium dari solet. §. *datus autem infra. de excusat. tutor.* non ad rem certam vt curator. §. *item inuiti. infra. de curator.* & datur tutor vniuersitati secundario vel in consequiam non principaliter, quia principaliter tutor datur personæ, quod particula *summum,* in definitione tutelæ supra explicata ostendit, quæ personam non res designat, quamvis tutor in consequiam etiam bonorum pupilli habeat inspectionem, eaq; etiam in iudicio actionibus defendat. Curator autem principaliter datur rebus secundario personæ: *nec enim minores 25. annis eius ætatis sunt, vt se suaq; bona admodum recte possint tueri.* §. *i. infra. de curator.*

24 Ad Thezin 15.] Agnationis † ius omnibus modis capitîs diminutione plerunque perimitur, non ita cognationis ius & generalitas vocabuli *Omnis,* accipit aliquam limitationem per particulam *plerumq;* idque propter *l. 4. C. de legit. tutela.* vbi dicitur quod frater emancipatus possit esse tutor germani sui vel sororis, & frater est agnatus fratri & sorori, nec tamen propter emancipationem definit esse tutor, cum † tamen emancipatione capitîs diminutio fiat. §. *minima. de cap. diminutione.* & notandum summe *in d. §. minima.* verbum *Veluti,* non ita ponit, quasi plura sint exempla minimæ capitîs diminutionis cum tamen saltem ob emancipationem contingat minimæ capitîs diminutio, id quod Cuiac. hic recte notat, vnde particula, *Veluti,* non exemplificatiue sed dispositiue ponitur, quamvis alias ita ponatur, vt facile plura exempla similia admittat. Cognationis autem ius non ita perimitur, hoc est, non ita omnibus modis plerunque, sed minima tantum, & interdum etiam media capitîs diminutione. *Weseln. hic.* Nec obstat quod ius cognationis sit naturale, vnde mutari non possit, cum naturalia sint immutabilia. §. *sed naturalia. supr. de iure natur. gent. & civil.* Et ciuili aliqua re, scil. capitîs diminutione non tollantur, quia effectus tantum impeditur iuris cognationis ciuili. capitîs diminutione, vt supr. *in dispus. 1.* satis fuit dictum.

26 Ad Thezin 16.] Capitîs diminutio definitur † prioris status mutatio. Cui opponitur tale argumentum: Definitio latior definitio est otiosa. Hæc talis est: Ergo viciosa. Minor probatur quod in omnes alias res cadat, earum statum mutari, hoc est, ipsarum rerum esse vel existentiam per corruptionem tolli. Respond. Verum quidem est de omnibus rebus aliis id dici posse, sed nos vocabulum *status,* non accipimus pro existentia, sed pro subiecta materia, tantum pro conditione vel personæ statu, qui in persona mutatur tribus modis, maxima, media vel minima capitîs diminutione. Ut enim homo naturaliter perit morte naturali, ita & ciuili morte perire videtur. §. *i. supr. quomod. patr. pos. solu.* Et hic status † tria illa complectitur, libertatem, ciuitatem, & familiam: Si amittitur libertas & ciuitas, patitur quis maximam capitîs diminutionem. Si amittitur cluitas tantum, retenta libertate, patitur quis medium capitîs diminutionem: Si amittitur familia, quod fit tantum per emancipationem, qua quis pro extraneo habetur respectu familie *l. quin etiam. 55. §. i. in fine. ff. de ritu nupt. §. præterea. supr. quib. mod. pat. pos. solu.* patitur quis minimam

nimam capitinis diminutionem. Deinde quod duæ tantum sint species capitinis diminutionis, probat l. i. §. si filius ff. de suis & legitimis, vbi dicitur esse magnam & minorem capitinis diminutionem: Ergo non sunt tres. Respond. Per minorem accipi minimam & medium: per magnam maximam, vel sub magna contineri medium, vnde tres species salutem manent.

Tertio obiicitur contra definitionem maximæ capitinis diminutionis, l. i. §. *capit. ff. ad S. C. Tertull.* vbi dicitur quod magna, hoc est, maxima capitinis diminutio tantum ciuitatem adimat: Ergo non tibi libertatem. Respond. Duaten. lib. i. annivers. *disput. c. 9.* affirmat, 28. magnam accipi hic pro media capitinis diminutione, ita ut vox MAGNA & medium & maximam capitinis diminutionem interdum denotet. alii dicunt quod vox MAGNA in d. l. i. accipiat pro maxima capitinis diminutione tantum, & dici eam ciuitatem adimere, nec tamen negari ibi, eam libertatem non adimere, quod ex aliis locis constat. Amitit enim maxima capitinis diminutio & libertatem & familiam, sufficit igitur, si vel vox LIBERTAS, vel vox CIVITAS tantum ponatur.

Quarto contra maximam capitinis diminutionem obiicitur l. si quis. 6. §. *irritum. ff. de iniustiori, &c.* vbi ciuitatem amittit qui patitur maximam capitinis diminutionem, hoc est, qui seruos fit: Ergo non libertatem. Respond. Amittit & ciuitatem & libertatem is, qui patitur maximam capitinis diminutionem, & hoc de libertate ciuili accipendum est, naturalem enim retinet. Vnde saepe tantum vocabulum CIVITATIS ponitur. Ita etiam Cuiac. & alij respondent ad difficultem nodum qui haeret in l. cognitionum. 5. §. *Ultim. ff. de Variis & extraordin. cognit.* quæ obstat maxima & media capitinis diminutionis, vbi dicitur magnam capitinis diminutionem esse cum libertas adimitur, & addit ibi Iurisconsultus Callistratus exemplum tale: veluti cum aqua & igni alicui interdictetur, ac decidit, quod tum magna fiat capitinis diminutio, cum tamen Iustinianus, affirmet tum medium capitinis diminutionem contingere. Respond. Variæ sunt solutiones ad d. l. §. Sed approbator est Accursij, Cuiacij in Nou. 21. Wesenbec. hic. & Duarenij in d. l. quæ talis est: verbum MAGNA hic accipi pro media capitinis diminutione, & libertas hic intelligitur non naturalis, sed tibi tantum ciuilis. Qui autem patitur maximam capitinis diminutio- nem & ciuilem & naturalem libertatem amittit. Iustinianus autem, quando dicit media capitinis diminutione libertatem non adimi intelligit naturalem, quam deportatus retinet: non enim penitus in seruituem redigitur, sed retinet libertatem naturalem, alia autem ciuilia facere non potest, puta testamentum condere. l. si quis. 6. §. eius ff. de iniuste rupio, &c. Ræwardus lib. 3. Variarum. cap. 5. vult corrigere textum in d. l. §. & pro Velutis cum, legere vel stigie cum. Sed si solutio superior retinetur potest optime vitari correccio cum odiosa sit, & ideo non facile admittenda. cap. odia. de reg. iur. in 6. Baro putat in d. l. §. agi tantum de minuenda existimatione, non de statu, cum status & dignitas differat q. quibus autem de capit. diminutione. In superiori autem solutione Accursij & aliorum acquiescere possumus cum sit probabilis.

Ad Thesin 20. & 21.] De hisce thesibus ante est actum.

DISPUTATION. IURIS CIVIL.
DISPUTATIO VI.

**'Ex tit. 21. 22. 23. & 24. lib. i. Institution. De autoritate
tutorum, &c. desumpta.**

Thesis 1. Post constitutos tutores, de ipsis quoque auctoritate dispendendum venit. Porro auctoritas tutorum nihil aliud est, quam consensus & approbatio eius, quod cum pupillo agitur. *in princ. Institut. de auctor. tutor. & ibi Mynsing. num. 2.*

2 Authoritatem illi solummodo interponunt tutores, quibus administratio est commissa. *l. 3. §. fin. ff. de administr. tutor.* Et pluribus datis tutoribus unius auctoritas sufficit. *l. 4. ff. de auctor. tutor. l. 5. in princip. Cod. de auctor. praestand.*

3 Ac tutoris quidem auctoritas in quibusdam causis necessaria pupillus est, in quibusdam non. *in princ. Institut. de auctor. tutor.*

4 Necessaria est, cum pupillus obligari debet. Etenim obligari ex nullo contractu sine tutoris auctoritate potest. *in princ. hoc tit. l. 9. ff. eod.*

5 Non necessaria est, si quid dari sibi vel remitti pupillus stipuletur. *in princ. d. tit. l. 9. in princ. ff. eod. l. 1. C. d. tit.*

6 Pupillus suam conditionem, nisi auctoritate tutoris, deteriorem facere nequit, hoc est, sine tutoris auctoritate promittere, dare vel mutuum accipere non potest. *in princ. d. tit. l. 8. in fin. princ. ff. de patr.*

7 Placuit tamen auctoritate tutoris non opus esse, quando pupillus suam conditionem facit meliorem. *in princ. vers. namq. placuit. hoc tit. l. 11. de acquir. ter. domin.*

8 Tutor autem statim in ipso negotio praesens deber auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit. *§. tutor autem. Institut. de auctor. tutor.* Post tempus vero, vel per epistolam aut per nuntium interposita auctoritas nihil agit. *§. tutor. d. tit. l. 9. §. 5. vers. post tempus ff. eod. tit.*

9 Tutor quoque pure auctor fieri debet, et si conditionalis contractus cum pupillo fuit: nam auctoritas non conditionaliter, sed pure interponenda est, ut conditionalis contractus confirmetur. *l. eti. 8. ff. de auctor. tutor.*

10 Si inter tutorem & pupillum iudicio agendum sit, nec cōtutor repetiatur. *l. 2. 4. ff. de testam. tut. curator ad litem dari solet, quo interueniente, iudicium peragitur; eoque finito, curator esse definit. §. fin. Institut. de auctor. tut.* Quod ius haudquaquam esse abrogatum, Nouellis Iustiniani Constitutionibus expresso iure sustinere potest. *Novell. 72. c. 2. auth. minoris. inde sumpta, C. qui dari tutor. vel curat. poss.*

11 Haec tenus cum dictum sit, quomodo tutela introducatur & exerceatur; scire nunc est opera & preium, quibus modis ea finiatur. Et primus qui dera expirat tutela pubertate, qua est in masculis annus 14. in foeminiis annus 12. completus ex Iustiniani Constitutione. in princ. Institut. quib. mod. tutel. fin. l. i. & fin. C. quand. tut. vel curat. esse definit. Vlpian. in fragment. tit. II. §. liberantur. 27.

12 Deinde finitututela morte vel pupillorum vel tutorum: quacunque item capitis diminutione pupillorum; tutorum vero maxima & media, non etiam minima capitis dimirutione, qua tantum legitima. agnatorum perit. §. I. §. simili. & §. sed & capit. Institut. quibus modis tutel. finiat.

13 His amplius, qui ad certum tempus vel ad certam conditionem dantur testamento tutores, tempore finito vel conditione existente deponunt tutelam. §. sed et si. §. preterea. Institut. hoc tit.

14 Denique definiti sunt tutores, qui vel remouentur à tutela ob id, quod suspecti visi sunt: vel qui se ex causa excusant. §. fin. Institut. hoc tit. l. I. 4. §. 4. f. de tutel.

15 Hoc amplius, finita pubertate tutela, res minorum curatoribus demandari iuris ordine confluuerunt: Etenim masculi puberes & foeminae viri potentes usque ad vigesimum quintum annum completum curatores accipiunt, propterea quod adhuc eius sint ætatis, ut sua negotia per se tueri nequeant. in princip. titul. de curator. l. I. & 3. §. minor. ff. de minor.

16 Cura est vis ac potestas ad bona minoris vel alterius, qui cura indigeret præcipue administrandam curandam personam. leg. 3. ff. de minorib.

17 Dantur curatores ab iisdem Magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur: datus autem confirmatur decreto prætoris vel præsidis. §. dantur autem. Institut. de curat. l. 2. & 6. ff. de confirmat. tutor.

18 Inuiti adolescentes curatorem non accipiunt, præterquam in item: Curator enim & ad certam causam dari potest. §. item inuiti. de curat. l. 7. ff. de tutor. & curat. dat. l. 3. §. pen. ff. de tutel.

19 Furiosi quoq; & prodigi, licet maiores 25. annis sint, tamen ex leg. 12. tabul. in curatione sunt agnatorum: sed hodie solent Romæ præfectus vrbi vel prætores, & in prouinciis præsides ex inquisitione iis curatores dare. §. furiosi Institut. hoc tit.

20 Sed & mente captis, surdis, mutis & his, qui perpetuo morbo labo-

rant, quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt. §. sed & mente captis. Instit. hoc tit. l. 60. ff. de re iudic.

21 Demum habenti tutorem, tutor recte non datur, sed curator. §. fin. Instit. hoc tit.

Corallarium: Pupillus an naturaliter ex contractu sine curatorum autoritate obligetur, intricatae questionis, & quidem si pupillus locupletior factus est, naturaliter eum obligari constat, adeo ut in pupillum ex rescripto Diuui Piis detur actio. l. 3. in princ. ff. commodati. l. 5. ff. de autor. tutor. Wesenbec. in §. pupillus. num. 2. Institut. de inutilib. stipulation. Corasius lib. 6. Miscellan. iur. cap. 22.

DISPUTATIONIS VI.

De autoritate tutorum, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Authoritas tutoris quid sit.
- 2 Authoritate tutoris cur opus habeat pupillus.
- 3 Pupillus quando suam conditionem meliorem facit, authoritate tutoris non est opus.
- 4 Hereditates & plurimum sunt periculosa in effectu.
- 5 Possessio bonorum duplex est, naturalis & civilis.
- 6 Authoritas praeatoris interdum supplet defectum tutoris.
- 7 Pupilli & furiosi comparatio non in omnibus valet.
- 8 Pupilles si damnum contrahit ex eo quod autoritate tutoris facit, tutor illud refasceret cogitur.
- 9 Pupillus an & quomodo sine autoritate tutoris obligetur.
- 10 Pupillus quare ex delicto obligari possit.
- 11 Pupillus ex contractu non obligatur sine autoritate tutoris.
- 12 Tutor tenet pupillo autoritatem accommodare.
- 13 Authoritas tutoris non semper praecedit actum vel tractatum negotij, sed etiam per seipsa negotio potest inseri ponit.
- 14 Correctio iudiciorum est, & ideo restringenda.
- 15 Litis si inter tutorem & pupillum existat, quid faciendum.
- 16 Tutela quot annis finitur.
- 17 Femina & cur citius adolescent quam mares.
- 18 Tutela an semper pubertate finitur.
- 19 Cura infamis & masculis eodem tempore cur finitur.
- 20 Cura quomodo definiriatur & a tutela differat.
- 21 Curator an testamento recte dari possit.
- 22 Tutor iniustis puberibus vel minoribus, non recte datur.
- 23 Furiosi & prodigi an ipso iure sint in agnatorum curatione, accedere saltem factio seu praecpto iudicis.
- 24 Tutorum habenti, tutor non datur sed curator.
- 25 Puberes sine curatoriis suis, obligari possunt, sed non bene sua annihilare.

Ad Thesin

AD Thes. 1.2.] Autoritas tutoris nihil est aliud t̄ quam approbatio eius, quod cum pupillo agitur forte à quodam, qui cū pupillo contrahit. Eaq; definitio colligitur satis ex l. 3. ff. eod. vbi dicitur autoritas valet, cum dicit tutor s̄e probare id quod cum pupillo agitur, caq; expressa debet esse non tacita, idq; colligitur ex d. l. 3. & quidem ex v. cib. bo dicit, quod verba expressa requirit. Deinde autoritas tutoris solemnitatis gratia adhibetur l. curasorem 19. ff. eod. Tertio constat id ex l. 1. §. n. utus. ff. de tutel. vbi dicitur, rurū rutorum dari non posse, quia non potest præbere autoritatem, cum loqui non possit, quo sit vt coactus autor esse possit, cum loqui possit l. etiam 16. ff. de autorit. tutor. Et hec totum ideo sit, quia t̄ pupillus, est loquitur, tamen quid loquatur non intelligit. l. 3. C. de in² integr. restit. l. 1. C. de fals. monet. Sed obiicitur l. obligari 9. §. vlt. ff. eod. Vbi est non audiat tutoris autoritatem is, qui cum pupillo contrahit, scriptis tamen hoc approbetur, recte negotium geritur. Vnde videatur dicendum, quod otiosa sint expressa verba, cum tamen illa expressio verborum potius ideo fiat, vt id extraneus exaudiatur. Resp. Autoritas non semper requirit presentiam pupilli & extranei, cum quo pupillus contrahit, sed sufficit si pupillo praesens tutor accommodet autoritatem, hoc est dicat, vt vēdat vel alio modo contrahat, idq; per literas significet tutor extraneo aut pupillo cōtrahenti. Literæ enim inserunt. tum. verbis, cura alias rerum nota sint..

Ad Thes. 3. & 7.] Affirmatur tum nō opus esse autoritate tutoris, quando suam conditionem pupillus facit t̄ meliorem. Huic obiicitur thes. 7. quæ continet talē casum, quod pupillus non possit adire hereditatem etiam lucrosam, quia tamen conditionem suam faceret meliorem. Resp. Cessante quidem causa cessat effectus. Verum hoc summatione in favorem pupillorū in casu adeūde alie vius extranei hereditatis (de quo d. thes. 7. est accipienda). est ita constitutum, vt quam uis hie editas lucrosa sit, tamen adiri non possit t̄ pupillo sine tutoris autoritate, & huius rei ratio summa est, quia vt plurimū hereditates sunt t̄ periculosā & damnosā in effectu, etiamsi in initio utiles & lucrosā appa- 4 reant. Sæpe enim latet as alienum, quod emergit adita hereditate, & tum semel adita hereditas repudiari non potest. §. extraneis. infr. de hered. qualit. & differentia. Et sæpe amplius homines de suis facultatibus sperant quam in iis est. §. infra fraudem supr. ex q. sib. causis manumitt. non licet. Et hereditas commoda & incommoda continet. l. hereditas. ff. de reg. iur. Deinde raro sit vt hereditates sint lucrosæ. Sæpius autem sunt damnosæ & suspectæ, & quæ rar. non attenduntur. l. ea qua raro. ff. de reg. iur. l. 3. 4. 5. ff. dell. Vnde ne spe parentis illa. facile in damnum pupillus incidat, hoc ita est constitutum. Sed contra datam solutionem obiicitur, quod 25. annis & sic etiam pupillus habeat beneficium restitutio- nis in integrum, si læsus est, sor. sit. ff. & C. de restit. minor. d. §. extraneis. infr. de hered. qualit. & differentia. Ergo potest pupillus adire hereditatem, quæ appetit lucrosa. Et si tum reuera lucrosa est in effectu magnum inde sentit emolumen. tum pupillus, si autem lucrosa non est sed damnosā, potest in integrum restitui. Respond. velissimum est pupillum hunc in integrum restitui posse, quia tamen multis laboribus hic pupillus inuolueretur, eique multæ turbæ obicerentur, antequam adiret sine tutoris au- toritate, & antequam beneficium restitutio- nis impetraret, facile aliquid damni pari posset, omnino debet abstinere ab hie editate adeunda etiam lucrosa, sine tutoris autoritate, ne scil. vllum damnum habeat, quæ verba in §. neque tamen. h. tit. & in d. l. obligari. §. em- phaticæ posita sunt notanda. Si tamen temere pupillus hereditatum damnosam sine tuo- ore adire maluerit, restitutio- nem haber. d. §. extraneis. Si autem cum tutoe damnosam he- reditatem adierit, damnū ei à tutoe est resarcendum tot. tit. ff. de tutel. & rationib. distr. h. Deinde obiicitur quod bonorum possessionem pupillus sine tutoris autoritate & que non

possit petere propter eandem rationem, cum scilicet commoda & incommoda contineat l. i. ff. de bonor posses. Cum tamen contrarium ex l. quamvis 32. in pr. ff. de acquir. vel omitt. poss. facile demonstretur, vbi dicitur pupillum sine tutoris autoritate retinere posse possessionem acquisitum. Resp. A diuersis non sit illatio; alia enim est possesio de quan. d. titul. s. de acquir. vel omitt. poss. agitur: illa namque duplex est tamen naturalis & ciuilis: Estque ius insistendi rei alienae animo domini l. i. ff. de acquir. poss. Si enim quid apprehendimus cuius proprietas ad nos non pertinet vel nec potest pertinere, id possessionem dicimus. l. questio de verb. signif. De tali possessione nequit quia in thes. 7. agitur. Illam enim potest retinere pupillus sine tutoris autoritate, cum ea suam conditionem simpliciter faciat meliorem & haec etiam in rebus singularibus consistat. Bonorum autem possessionis alia est, qua a praeatorie est inuenta & ineffectu fere idem est cum hereditate, qua iuris est ciuilis, cum praeator heredem non faciat. §. i. infra de bonor. poss. hanc pupillus sine tutoris autoritate petere non potest, qua longe ab ea diuersa est, & vniuersitatem non singulas res continet. Tertio obiicitur l. bonorum 7. c. qui admitti ad bon. poss. posse jure. & l. i. infra 18. in fine. C. de iure de liberand. vbi dicitur, quod pupillus etiam sine tutoris autoritate posse agnoscere bonorum possessionem, id quod tamen in thesi negatur. Resp. Singularis casus in d. ll. continetur, quo nempe pupillus sciente praeatore sine tutoris autoritate bonorum possessionem petuit, eandemque ex decreto praeatoris praecedente cause cognitione obtinuit, ac proinde mirum cuique videri non dicitur quod in ea facti specie ad petendam bonorum possessionis tutoris autoritas non requiratur, cum hoc casu praeatoris autoritas tutoris defectum suppleat, & ex certa sententia pupillo bonorum possessionem cedat. Quarto obiicitur d. l. obligari 9. in pr. ff. de auctor. tutor. vbi dicitur, quod pupillus ex omni contractu non obligetur sine tutoris autoritate. Ergo ex quasi contractu obligatur, scilicet ex additione hereditatis vel petitione bonorum possessionis §. heres. infra de oblig. q. ex quasi contractu nasc. Et per consequas sine tutoris autoritate pupillus adire potest hereditatem. Resp. Etiam si Ictus Caius in d. l. obligari in pr. de omni contractu id assisterat, tam postea specialiter additionem hereditatis excipit d. l. obligari. §. hereditatis. Quinto obiicitur l. in negotiis ff. dereg. iur. vbi dicitur: quod semper sit necessaria tutoris autoritas pupillo, & cu id in regula iuris dicatur, videtur generaliter id esse accipiendum. Resp. Illa regula est accienda in talibus casibus, quando pupillus damnum patitur. Nam non est nouum legem ad legem addi & quod vni legi decet id ex alia suppleat l. non est nouum ff. de ll. Sexto obiiciuntur res. infra. quib. non est permis. fac. testamentum. l. infans. 12. ff. ad l. Cornel. de siccari. quod in locis pupillus & furiosus comparatur sed furiosus nullum negotium omnino poterit contrahere. l. in negotiis ff. de reg. iur. Ergo nec pupillus id potest facere etiam tutore autore. Respond. Comparatio furiosi & pupilli in certis casibus procedit, puta in testamentis ordinandis & in criminalibus, cu rterq; nullum habeat consensum, sed illa comparatio non est pperua cu pupillus omnia alia agere possit tutore autore, furiosus a. nō, d. l. in negotiis.

Ad Thes. 4. 5. 6.] Pupillus suam conditionem non facit deteriorem nisi autoritate tutoris pura, non potest promittere dare vel mutuum accipere sine tutoris autoritate. Ibi enim vertitur magnum damnum, super est periculum, quod tum si affuerit redundantem in tutorem, qui autor fuit. Hic enim iudicio tutelae ad damnum resarcendum a pupillo conuenit l. i. in princ. ff. de tutel. Et rationibus distractis. Obiicitur vero l. i. ff. de nouat. & delegat. vbi dicitur, quod pupillus sine tutoris autoritate facere possit suam conditionem deteriorem; obligatur enim naturaliter, & obligari est periculoso & damnosum l. in causa 16. ff. de minor. 25. annis. Respond. ibi sane sine tutoris autoritate obligatur t ex eo, quod locupletior est factus ex alia re, quod ibi praecepit etiam est, dum id non exprimitur,

primitus, unde non tantum exceptio ei, ex eius bonis est factus locupletior pupillos, datur, sed etiam actio contra pupillum ex constitutione Divi Pii tribuitur l. i. in princ. l. pupillus s. in fin. pr. Et §. si ff. de autor. tutor. quia natura æquum est nemine cum alterius iactura fieri locupletiorem. l. iure natura ff. de reg. iur. quam rationem in hoc ipso casu adducit ICtus Pompon. in l. nam hoc natura. 14. ff. de condit. indeb. cum in l. precedentis §. fin. de pupillo qui pubes factus soluit quod mutuo accepit, nec repetit, ICtus dixerit. Et sic etiam accipienda est l. si pupillus 127. ff. de verb. oblig. vbi pupillus naturaliter obligatur id eo, quia eius fideiussor tenerur, qui & ciuili & naturali obligatione accedere potest. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. Et non expremum praesupponendum est, scilicet, cum locupletiorem ibi esse factum. Sic quoque accipienda est l. si pupillus. 21. ff. ad l. Falcid. Secundo obiicitur pupillum sine tutoris autoritate obligari posse ex delictis. l. impuberum. 23. ff. de fortis. l. pupillum in pr. ff. de reg. iuris. Ergo etiam ex contraria, quia argumentum à delictis ad contractus est in iure fortissimum l. omnem 26. ff. de iudicis. Respond. Argumentum non facile procedit, quia si pupillus tamen capax est, merito ex delicto obligatur, nec etas impunitatem meretur, modo sit capax criminis l. impunitas 7. C. de pan. sed ex contractibus non obligatur sine tutoris autoritate. l. 4. C. de autor præstand. Tertio obiicitur quod pupillus adhuc suam conditionem facere non possit deteriorem etiam cum tutoris autoritate, id quod probatur per l. i. in pr. & §. sed Et si non mortis ff. de tutel. & rationib. distractio. vbi dicitur, qd nec tute autore pupillus possit quid donare, quo conditio ipius redderetur deterior. Resp. Pupillum conditionem suam tute autore posse facere deteriorem in iis contractibus, ex quibus lucrum aliquod rursus speratur, qualis donatio non est, donare enim est perdere ut proinde donatio nunquam presumatur, quotiescumque alia interpretatio & conjectura capi possit l. eleganter 27. &. qui reprobos ff. de pignorat. act. l. si cum am. um. ff. de solut. cum non dilapidare ac perdere sed acquirere potius, ditariq; velle unusquisq; creditui l. cum indebito 25. Vers. qui non soluit. ff. de probationib. Quarto obiicitur l. marcellus 25. ff. de fideiussor. vbi dicitur pupillum sine tutoris autoritate obligari. Resp. Pupillus tamen contra eum non obligatur sine tutoris autoritate. Sed in d.l. marcellus, ex quasi contractu vel ex delicto obligatus est pupillus ut est furiosus & prodigus, & cum dicitur iure obligatus pupillus l. si à Rev. 70. §. si à furioso. ff. de fideiussor. Et dicitur ex re venite actio l. furiosus 46. ff. de oblig. & act. in qua l. similiter agitur de eo, quando ex rei intentu otitur obligatio, non ex partium conuentione, veluti si quis forte in fundum sibi cum pupillo communem impensas fecerit: Eas enim à pupillo communi diuidendo iudicio reperire potest. d.l. furiosus in fin. & l. si quis cum existimat 29. Vers. denique ff. communis diuidendo, quia ex quibus causis absentes & ignorantantes obligari possunt, ex iisdem etiam pupilli possunt, etiam sine tutorum vel curatorum autoritate l. si à furioso. 12. Vers. nā ex quib. ff. de reg. iuris. Et hoc casu ignorantes & absentes obligari possunt. l. si quis putans in prime ff. communis diuidendo. Quinto obiicitur l. cum illud aut illud. 16. §. fin. ff. quando dies legat. ced. vbi dicitur pupillum non obligari naturaliter, etiam si locupletior sit factus: ergo falsum est, quod in thef. 6. affirmatur pupillum eo casu naturaliter obligari, quando sit locupletior factus. Resp. Pandecta Floréting pro particula nec leguntur. Et tum d.l. cum illud sit planissima, id quod etiam in Pacii exemplaribus reperitur annotatum. Sed contra solut. affirms Robertus lib. 2. recept. iur. ciuil. lecit. c. 17. illam lectio negatiuam esse retinendam, idq; probat ex eo quod in d.l. cum illud. §. heres dicatur non dari in eum pupillum actionem, quia tamē ex rescripto Divi Pii datur, si pupillus locupletior est factus ut sup. est dictu. Resp. Papinianū quidē nouisse illa constitutionē D. Pii, sed ad eam s̄pē non respexisse, & potius veteris tantum iuris meminiisse, id quod

quod etiam accedit Sc̄auol. ICto in l. si pupillus. 127. ff. de verb. obl. vbi dū naturaliter obligatur pupillus ex eo, quod locupletior est factus (id enim pr̄supponendum est ibi ut supra est dictū) fideiussor etiam obligatur, qui & ciuili & naturali obligationi accedit. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. Et tantum dicitur quod nulla sit petitio eius, quod pupillus promisit, vbi simpliciter ad ius, quod ante constitutionem Diui Pii fuit, respicit, negligēta illa constitutione, nam ante eam in pupillum locupletiorem factum nulla actio dabatur recte. Ergo tollitur negatio, nec opus est dicere pupillū etiam non factū locupletiorem naturaliter obligari, id quod Robertus facit. Sexto obiicitur l. Stichum 95. §. adiutor. de solut. vbi similiter affirmat Papin. pupillū naturaliter obligari quamvis locupletior non sit factus. Sed quid ad illam l. sit respondendum prolixius explicat Dn. Borcholt. in tract. de reb. credit. c. 3.

Ad Thes. 8.] Affirmamus ibi tutorem in ipso statim negotio presentem debere actorem fieri quibus verbis solemnia tutelæ exprimuntur & tenetur tutor pupillo autoritatem accommodare vnaq; persona tutoris cum pupilli censetur, qui adhuc iudicio caret, & sufficit præsentia tutoris, modo pupillus id tantum exaudiatur, etiam si absit extraneus cōtrahens cum pupillo, cuius literis significari potest à tute. l. obligari. 9. §. etiam si non exaudiatur de autor. tutor. Et facere id debet tutor id ipso tractatu seu gestu negotii, vt textus est elegans in c. audit. 29. extra de elect. & elect. potest. Sed obiicitur q; ratihabitionē cōparatur mandato, quæ ex interuallo sequi potest l. semper. §. sed si quis. de reg. iur. c. ratihabitionē de reg iur. in t. Et opus non est in ipso negotio tractatu autotitatem accommodari. Resp. Textus illi 2. accipiendo etiam in tali casu, quando saltem confirmandi negotii gratia interuenit consensu seu autoritas quædam. Secus si solennitatis gratia autoritas requiriatur vt hoc in casu, quo præsens viua voce tutor fiat auctor, & conuenit cum hoc §. 1. supr. de nupt. vbi iussus parentum in quorum liberi sunt potestate in nuptiis præcedere debet. Vnde ibi: Ratihabitione utiq; sufficit quæ ex interuallo accedit, nihilominus enim nuptiæ ab illo consensu parentum contractæ dicunrus. Deinde obiicitur l. si quis mihi 15. §. iussum. de acquir. vel omittend. heredit. vbi dicitur iussum eius qui in potestate habet, non esse simile tutoris autoritati, qui interponitur perfecto negotio, sed præcedere debet. Respond. Vlp. ICtus in thes. 8. iussum comparat inter se iussum dominorū in quorū serui sunt potestate, in adeunda hereditate: Deinde autoritatem tutoris, & affirmat iussum illud semper debere præcedere actum aditionis, id quod etiam Imp. Iustia. affirms in §. item Cobiis infr. per q. person. nobis acquir. vbi affirmat seruum heredem institutum non aliter nisi domini iussu hereditatem adire posse, cum hereditas magis sit iuris quam facti, & iussus domini, personam serui adid qualificet, & totum hoc operetur. Autoritas autem tutoris ICto referente, etiam perfecto negotio fieri potest, quasi d. ICtus: Ne & semper præcedit actum vel tractatū negotii vt præcedere oportet iussum dominorū in adeunda à seruo hereditate. Quod autem ICtus dicit etiam perfecto negotio autoritatem interponi posse, id sic est intelligendum, in fine negotii vel perfecto iam omnino negotio inter pupillum & extraneum, eam debere interuenire, ita tamen ne alius extraneus actus interueniat, qui his verbis: Statim in ipso negotio, potissimum excluditur: per extraneum enim actū totum hoc negotium vitiat, temporis continentia amittitur & duo negotia efficiuntur, vbi vnam saltem requireretur. Similiter exempla habemus in testamentis, quæ vno contextu fieri debent. §. sed cum paulatim infr. de testamento ordinand. Et in stipulatione, quæ fiat nullo extraneo actu interueniente, nam ad interrogationem in continentia fiat responso.

Ad Thes. 9.] Correctio † odiosa est ideo restringenda per c. *odia. de reg. iur. in 6.* Et pro- 14
pterea nec in §. *de autorit. tutor.* leuitas corrigendi facile est admittenda, præsertim
eum & multi sint qui eā non admittant. Et certū est hunc §. cum *Nou. 72. §. 2.* optime pos-
se conciliari. Nam §. ille loquitur in eo casu, quando lis inter tutorem & pupillum orta
est, stante iam tutela, non quando tutela iam esse coepit. Si enim tum, quando quis tutor
fit, litem habet cum pupillo, vel eius debitor est, nouo iure, nemo tutor esse potest, d. *Nov.*
72. §. 1. id q̄ libenter largimur. Alias quando quis aliquandiu fuit tutor & tum litem cum
pupillo habuit, † curator in eius locum interea datur donec lis illa sit finita & tum desinit, 15
esse curator, id quod similiter ita in d. *Nou. 72. c. 2.* disponitur, quod verba illa ostendunt:
*Si quis iam curam gerens obligatum sibi effectum habeat minorem, hoc est, litem vel contro-
versiam cum pupillo habuerit, cura lis non tantum in iudicio sed etiam extra iudicium
lata significatio sit. l. litis nomen ff. de Verb. signif.* Nec obstat in d. §. 2. de cura tantū agi,
non etiam de tutela, quia ibi cura etiam pro tutela generaliter accipitur, quod sequentia
verba ostendunt: *fidelem ad impuberum & adolescentem curam*, vbi per impuberum cu-
ram intelligitur tutela. Nec obstat quod vel tutor vel curator detur aut d. §. indicat, cum
tamen d. §. *de autorit. tutor.* dicat curatorem in locum tutoris dati. Nam incertis casi-
bus tutor etiam datur vt infra dicetur. Et *authent. minoris. C. qui dare tut. Vel curat. potest.*
de tutore & curatore simul est intelligenda, quod rubrica eiusdem tit. ostendit.

Ad Thes. II. & 15.] Ex Iustin. constitutione 12. annis in foeminiis, in masculis 14. com-
pletis † tutela finitur, & secutus est hac in re Iustin. Proculianos, qui semper ad philosophos
accedunt, & ideo in masculis longiori, in foeminiis breviori tempore pubertatem con- 16
ciulerunt, quia foeminae citius adolescent & senescunt quam males, item in prole suscipi-
enda antecedunt, quod sint maritis † frigidiores. Sed obiicitur c. *puberes. 3. extra. de de-
sponsat. impuber.* vbi ex habitu corporis pubertas ostenditur & ex procreandi facultate. 17
Resp. aliud est starutum hac in patre in iure Canonico vt in 3. *disputat.* supra fuit dictum.
Secundo obstat Vlp. *in fragm. tit. II.* vbi dicit foeminas puberibus & impuberibus dari tu-
tores. Resp. ipse Vlp. ostendit in d. loco foeminas ideo tamdiu habere tutores, quod infir-
mum habeant iudicium & ciuilium negotiorum ignorationem, nunc autem amplius in
perpetua tutela non sunt, quia id Iustin. mutauit, & ciuile potius tempus statutum voluit
magis dignum castitate Iustinianei temporis. Tertio obiicitur §. *ad certum tempus supr.*
qui tutor. dari. possunt & i. pen. C. de in lit. tutor. dando. vbi dicitur non pubertate tutelam
finiri sed ante pubertatis annos. Resp. Tempus in thes. II. constitutum consideratur re-
spectu pupilli, qui nihilominus absoluere potest illos annos, licet tutor ad certum tem-
pus ipsi detur, vt diuersis textibus est expressum: Vel dicendum est regulariter finiri tute-
lam † pubertate, sed tamen inueniri certos casus speciales, quibus etiam ante puberta- 18
tis annos tutela finiatur, ad quos tum dicti textus essent referendi. Quarto obiicitur l.
*actus legitimi. ff. de reg. iur. vbi dicitur, actus legitimos, qualis est tutoris datio, non recipi-
re diem aut conditionem:* Ergo tutor non potest dari ad certum tempus. Respond. Tu-
tela respectu pupilli id tempus habet, quod habet thes. 2. Inde tamen non sequitur tuto-
rem ad certum tempus dari non posse, præsertim in testamento, in quo casu loquitur d.
§. *ad certum tempus.* cum libera debeat esse testatoris voluntas l. r. *Cod. de SS. Eccles.*
Quinto obiicitur thes. 16. vbi dicitur curam finiri 25. anno completo. Ergo &
totidem in tutela anni esse debent; Vel si variat ætas in masculis & foeminiis in tutela, 19
variet & in cura. Respond. Cura expirat in masculis & foeminiis † fine distinctione anno 25.
tamdiu enim vtrinque beneficium restitutionis durat, quia et si foeminae citius adole-
scunt ætate, respectu tutelæ vel pubertatis. Non tamen citius animo, prudentia & intel-

- ¶ 1. *Etu confirmantur, quam in aseuli. Welenb. in §. i. de curat. Excipiuntur tamen minores qui in negotiis distrahendis reputantur pro maioribus. His enim prudentia vel nequitia etatem supplet c. i. extra. de coniug. seruor. Vnde nec beneficium restitutionis habent, tot. tit. C. de his qui ven. ata. &c.*
20. *Ad Thes. 16.] Cura † eodem fere modo definiti potest quo tutela, quia est vis non violentia sed defensionalis vis ac potestas in capite libero scil. minore 25. annis sed in hoc est maxima differentia, quæ etiam hic in definit. exprimitur, quod bonis dentur curatores principaliter, secundario personis minorum, quam consequentiam etiam lusit. ostendit in pr. tit. de curat. dum etatis meminit.*
21. *Ad Thes. 17. & 18.] Curator f testamento non iure datur: datus tamen confirmatur à praefide vel prætore sine inquisitione l. s. filio. & ff. de confir. tutor. ideo autem curator testamento non datur, quia curator datus principaliter rebus adulti, de quibus pater disponere non potest nisi vsque ad puberratem l. 2. in pr. ff. de Culg. & pupill. subst. Et anno 14. accipit filius ius faciendi testamentū l. 5. ff. qui restam. sic possint. & venit in suam tuelam. §. i. infra. de pupill. subst. quod beneficium ei pater moriturus non potest auserre, cum nemo possit disponere in suo testamento nell. in eo locum habeant. l. nemo. 55. ff. de legat.*
22. *i. Inuitis igitur pubeliibus vel minoribus nec in testamento, nec alias tutor datur. Cui primo obiicitur quod inuitis pupillis tutor datus l. nec non 6. ff. de tutor. & curat. datis ab hī. Vnde & minorib. inuitis dari debet curator. Resp. Magna est diuei sitatis ratio, ut supra in definit, tutela fuit diuī, quia puberes maiorem habent consensum & perfectius iudicium, & rectius possunt regere sua bona quam pupilli, qui omnino iudicio carent. Deinde valde obiicitur l. r. in fin. ff. de minor. 25. annor. vbi dicitur: Minoribus 25. annis non debere committi rerum administrationem, quia nūis bene rem garentibus. Ergo siue ve-
llint siue nolint curatores accipiunt minores, quod etiam verbum DEbet ostendit, quod necessitatē videtur imp̄ > re. Respond. Welenbee hic putat ita respondendum esse, nō permitti debet minoribus vt liberant suarum rerum administrationem & potestate alienandi bona, ne ante iustum etatem beneficio restitutionis excludantur, & hoc casu, vbi timetur prodigalitas, possit à magistratu curatorem constitui. Aliorum autem solutio vt lohay. Rami in tract. de tutel. videtur concinnior vt dicamus d.l.i. ita esse exam-
diendam, quod minoribus 25. annis non debeat administratio committi, si scil. voluerint ipsi per se solos res suas curare, quod tamen est in eorum potestate secundum §. i. de curat. Si enim maluerint habere curatorem per quem res suas administrent, eumque à magistratu petant, illi petitioni potius obsequi magistratus debet, nec illis necessitatem res suas administrandi imponere; Et in tantum magistratus illis obsequi debet, quamvis bene res suas gerant. Sæpe enim sibi dissidere possunt minores, vnde merito curatores volentes pertunt minores, qui inuitis non datur:*

23. *Ad Thes. 19. & 20.] Conuenit hæc thesis cum l. sape 13. ff. de curat. furios. Sed nū
quæstio est hic, † anne hodie furiosi & prodigi ipso iure (l. scil. 12. tab. quæ talis fuit. Si furiosus existat agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. Mynsing. hic.) siocq̄ agnatorū curatione accedente saltē iudicis factio, i.e. cognitione vel præcepto: An vero hodie non ipso iure sed saltē ex præcepto præceptoris vel magistratus sint in curatione. Et quod hodie simpliciter a prætore datur furioso & prodigo honorarii vel dativi curatores non legitimi, vult Cuiac. quem sequitur Un. Borcholt. hic. Accursius au-rem & Welenbee. hic & Ioannes Ramus in d. tract. de tutel. affirmant, ipso iure agnatos iis esse curatores, sed saltē declaratione magistratus opus esse. Et huius sententia ration-*

nes sunt, quia ius, que ipso iure sunt, alias accedit magistratus / si dolo. C. dereliquid & ea iuris. l. prator 75 ff. de res vendet. Nec tamen praetore, que iuris sunt, mutat l. 1. ff. de furio. Deinde factum hominis ius, que ipso iure sunt nihilominus accedit potest vel cognitio magistratus, ut sit in compensatione l. 1. ff. de compensar. que tamen ipso iure sunt l. vlt. C. sed, que intentio videtur, probabilior, quamvis Mytilini. in d. § furiosi de curat. num. 7. veramque intentiam amplecti videtur.

Ad Thes. 21.] Habentem tutorum tutor non datur, sed curator. Hæc regula extat 24 in § interdum de curatore alias multus in textibus iuris exprimitur. l. idem 27. in pr. ff. de testam. tutela. l. sicer 4. C. in quib. casib. tutor & curat. &c. Et hæc regula potissimum in legitimo tutori locum habet, de quo in d. §. interdum agitur, ut Wesenb. ibi notat. Quia cum legitimatus tutor sit proximus heres, non debet ei iuvento in bonis administrandis, ad que habet spem successionis, aliis tutor subrogari, ne contumelia afficiatur. Deinde asserti posset forte ratio generalis omnibus tutoribus communis : quia tutela est ius in personam. §. certa autem res, sup que testamento tutor ac proinde diuisionem non accipiat, cura diuisionis sit exerum non per sonatum per sc. l. 2. ff. de verb. ob. Hæc tamen regula non est, sed multas habet exceptiones, quæ hic a Mytili. g. Wesenb. & Cuiac. videantur, eamque regulam fallentias habere expresse indicat in l. 4. C. in quib. casib. tutor. & curat. Alii tamen affirmant in omnibus locis, in quibus tutorum in locum tutoris dari dicatur, tutorum procuratore esse positum, idq; Angelum sentire Ioan. de Rebert. affirmat: sed periculorum esse dicere l. Ctos tam fuisse otiosos & temere ita vocabula ista confusisse, cum alias in hisce distinguendis diligentiores videantur, quamvis aliqui ex recentioribus assertim in locum eius tutoris qui Reipubl. causa abest curatorem dari. § item qui Recipubl. infra. de excusat. tutor. & curat. non tutorem, quod tamen in l. quasitum 12. ff. de tutel. & in l. 3. §. si quis. §. ff. de suspect. tutor. affirmat, sed dicunt in illis l. pro tutori curatorem esse ponendum. Habent autem pro se illi, qui dicunt legendum esse omnibus in locis pro tutori curatorem hanc rationem: Quod tutor non detur nisi ad vauesum patrimonium. §. datum. infra. de excusat. tutor. Et hic tamen sape detur tutor: Curatorem autem dari ad certam rem, §. l. de curgt. unde pro tute omniibus in locis sit legendum curatorem, quamvis dici possit etiam tutorem subrogatum ad vniuersum aequum patrimonium dari.

Ad Coroll.] Puberes sine curatoribus suis obligantur, quæ obligatio magis minorem personam spectat cum habeant iudicium & consensum, quamvis non firmissimum tamen firmorem quam pupilli, qui obligari omnino non possunt, nisi sint locupletiores facti ut sup. dict. Sed obicitur l. 3. C. de in integr. restitut. ubi dicitur: Si minor 25. an. curatorem hominis vendidit bona absque eius consensu, huic contractum non esse sequitur, dum. Resp. loquitur illa lex de rerum & bonorum alienatione non de obligatione personah: Quamvis tum minores habeant beneficium restitutioonis a praetore, quod statim est iis post lesionem paratum, quo etiam ad indemnitatem peruenient. Contractus enim qui ipso iure non est nullus, valet, sed tollitur per beneficium restitutoris in integris ut & actiones ipso iure valentes per exceptiones annihilantur. tot. tit. i. f. s. de except. ideo autem tenentur in alienatione consensum curatorum minores adhibere quia bonis curatores dantur, eorumque administratio ipsis conceditur l. sciendum 20 ff. de ritu.

unp. l. in copelandis. 8. C. de nuptiis.

DISPUTATIO VII.

Exit. 25. & 26. lib. i. institut. de excusatione tutorum.

CONTINVATIO.

Sicut satisdatio est communis tutoribus & curatoribus: ita quoque excusatio utrisque ex variis causis indulgetur. l. i. in princ. ff. de vacat. & excusat. tutor. muner.

Thesis 1. Excusatio est allegatio vacationis seu immunitatis à tutela vel curatione, quam aliquis ex priuilegio vel alia iusta causa habet. tot. tit. institut. de excusat. tutor.

2 Excusationis causæ sunt multæ ac variæ: Et primum excusatio valet ob multitudinem liberorum in potestate existentium vel emancipatorum. in princ. institut. de excusat. tutor. l. 2. §. remittit. & ibi Cuiacius. ff. eod. l. 1. C. qui numer. liber. se excus.

3 Ob rerum fiscalium administrationem: nam qui res fiscales administrant, tutela seu cura, quandiu administrant, se excusare possunt. §. item diuus. institut. de excusat. tutor. l. 4. ff. eod. l. 10. C. eod. tit.

4 Ob absentiam Reipublicæ non affectatam, nec sui commodi causa, sed coactam. argum. l. 36. ex quib. caus. maior. Quæ ante tutoris vel curatoris datum est exorta. l. 4. §. eorum. de excusat. tutor. l. 2. ff. eod. l. 1. & per tot. C. si tutor vel curas. Reipubl. caus.

5 Ob potestatem coniunctam cum dignitate, qualem ii. habent, qui in imperio magistratus sunt, vel honorem gerunt: verum hi vacant à suscipienda tutela, susceptam vero deserere nequeunt. §. & qui. institut. de excusat. tutor.

6 Ob tria onera tutelæ vel curæ non affectataæ, quæ præstant vacationem, quandiu administrantur: vt tamen plurim pupillorum tutela vel cura eorumdem bonorum pro vna computentur. §. item tua. hoc tit. l. 3. & 5. cod. l. vniqa. C. qui muner. tut. se excus.

7 Ob aduersam valetudinem, quæ rei facultatem adimit, ne quis suis quidem negotiis interesse poscit. §. item propter. hoc tit.

8 Ob litem, quæ cum pupillo vel adulto instituta, excusationem mereatur, & forte controversia sit de omnibus bonis vel tota hereditate. §. item propter. hoc tit. l. 21. in princ. ff. eod. quod iure nouissimo non esse correctum defendimus. Mynsing. in §. item propter. hoc tit. per Nou. 72. & autb. minoris, C. qui tutor. vel curat. dar. poss.

9 Ob paupertatem tutoris. §. sed & propter hoc tit. l. paupertas. 7 ff. eod. l. post 40. §. fin. l. 6. §. vlt. vbi Cuiac. ff. eod.

10 Ob literarum ignorantiam. §. similiter eos. b. tit. l. 10. in fine cum 2. ll. seqq. d. l. post. 40. in princ. eod.

11 Ob ætatem: nam maior 70. annis à tutela vel cura se excusare potest. §. item maior. hoc tit. l. 2. in princ. eod. l. ynica. C. qui etat. se excus. Minor vero 25. annis ne quidem volens ad tutela administrationem admittitur. §. item maior. vers. minores 25. annis. h. tit. l. fin. §. 4. C. de leg. hered.

12 Maritus curam bonorum receptitiorum vxoris sua recusare potest: verum hæc proprie non est excusatio, cum ne volens quidem admittatur. §. iidem rescriperunt. hoc tit. vbi Hottoman. Wcsenb. & Mynsing. l. 4. C. eod. l. 2. C. qui tutor. dar. poss.

13 Ob inimicitias capitales. l. item si propter. & §. inimicitia. hoc tit. l. 6. §. 17. eod. seu ob status controuersiam. §. item is qui. hoc tit. l. 6. §. pen. ff. eod.

14 Qui se excusare volunt, non appellant, sed intra 50. dies continuos, ex quo cognoverint se esse tutorem vel curatorem datos, se excusare debent. §. qui autem vult. hoc tit. l. 13. & l. 3. 8. eod.

15 Ob militiam seu huius priuilegii. §. idem & in milite. hoc tit. l. militia. C. qui tutor. dar. poss. l. 1. & 2. C. de excus. Veteran. l. 8. in princ. eod. item ob artium liberalium professionem. §. item Roma. d. tit. l. 6. §. 1. eod.

16 Ob onus tutelæ prius gestæ. §. qui tutelam. hoc tit. l. 20. C. eod. Quod tamen hodie iure nouissimo immutatum est, in Reformation. Politia August. Anno 1548. tit. de tutor. & curator. pupillor. §. 1.

17 Ad extreum si tutores seu curatores non recte administrerent, possunt suspecti crimine postulari, quod ex lege 12. tabularum descendit. in princ. Instit. de suspect. tutor.

18 Suspectus autem est, qui fraudulenter in rebus minotis versatur, aut sordide aut perniciose gerit: vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, & in priuatos usus transfert. §. suspectus autem. Instit. de suspect. tutor. Mynsing. ad rubric. huic titul. num. 2. & quos ibidem allegat. l. si curatores. ff. de priuilegi. credit.

19 Et datum est ius remouendi suspectos tutores Romæ prætori, & in prouinciis præfulibus earum, & legato proconsulis. §. datum est. h. tit. l. 1. §. 3. cum l. seq. eod. tit. hodie non male omnes ii de hoc crimine cognoscunt, qui tutores dare possunt. Aldobrand. in §. 1. hoc tit.

20 Omnes autem tutores, siue sint testamentarij, siue legitimi, siue dauii, vt suspecti remoueri possunt. §. ostendimus. hoc titul. l. 1. §. 5. eodem. l. 4. Cod. eod.

110

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

21 Quod adeo verum est, vt etiam patronus tanquam suspectus possit remoueri, dummodo famæ eius pareatur. §. ostendimus. hoc tit.

22 Tutor vel curator, vt suspectus à tutela seu curatione remoueri potest, qui pupillo alimenta non præstat. § si quis tutor. cum §. seq. hoc tit. l.3. §. i.4. ff. eod. tit.

23 Si quis demum suspectus postulatur, quo ad cognitionem finiatur, interdicitur ei administratio; sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaque; tutor vel curator decesserit, cognitio suspecti quoq; extinguitur. si quis autem. Instit. de suspect. tutor.

Corollarium: Questio inter interpretes exorta, vtrum tutor ob culparum suspectus factus & remotus, famosus fiat, de quanam culpa intelligenda? Wesenb. in §. suspectus autem. num. 2. & ibi Mynsing. Institut. de suspect. tutor. Dd. in l. impuberibus. 7. § si fraus. 1. ff. eod. tit.

DISPUTATIONIS VII.

De excusatione tutorum, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Excusatio tam tutoribus quam curatoribus indulgetur.
- 2 Liberorum multitudo excusat à tutela.
- 3 Cives Romani cur meliori iure & si sint, quam provinciales.
- 4 Munera patrimonialia, numero liberorum non excusantur.
- 5 Munera publica seu ciuilia quotuplicia sint.
- 6 Munera publica multum differunt ab honoribus.
- 7 Tutela non est munus publicum.
- 8 Tutela quaratione publicum, personale, & priuatum munus dicí possit.
- 9 Liberi quinq; an excusent à tutela.
- 10 Liberorum numerus an excusat ab honoribus.
- 11 Liberi qui & quales excusationem à tutela tribuant.
- 12 Liberi qui se acie oculubuerant, pro viuis habentur, & à tutela excusationem larguntur.
- 13 Bello amissum quid dicatur.
- 14 Filius captius ab hostibus, pro seruo atq; ita pro mortuo habetur.
- 15 Fisci administratio excusat à tutela.
- 16 Coloni Gasariorum cur à munceribus municipalibus liberantur, & quando à tutela excusentur.
- 17 Vestigalia quotuplicia sint, & an à tutela excusent.
- 18 Absentes Reipubl. causa an excusentur à tutela.
- 19 Poststas à suspecto tutela non excusat.
- 20 Lui inter sutorum & pupillum de tota hereditate exorta, excusat à tutela.
- 21 Tu:ela vel cura tria onera excusant.
- 22 Tutela affectata qua dicatur.

- 23 Valetudo & tuta excusat à tutela.
 24 Spadones à tutela onere non excusantur.
 25 Cactus an & quatenus à tutela excusetur.
 26 Literas qui nesciunt an à tutela omnino excusentur.
 27 Major annis 70. à tutela & cura excusatur.
 28 Maritus an possit exori sua curator dari.
 29 Sponsus sponsa sua curator dari non potest.
 30 Maritus iure Saxonico est legitimus exoris sua curator.
 31 Patrimonium Exoris est triplex.
 32 Tutores quomodo se excusent, & an omnes id facere possint, item quanto temporis
spacio.
 33 Tutores an appellare possint.
 34 Tutela & cura quomodo ab aliis muneribus mere publicis differant.
 35 Ius remouendi tutores suspectos datum est etiam legato proconsuli.
 36 Accusatio suspecti tutoris quasi publica est, & quare.
 37 Praes quando de suspecto tutori cognoscat.
 38 Tutores testamentarij an etiam remoueri possint.
 39 Iacmina suspectos tutores postulare possunt.
 40 Pupillo sit alimenta decernantur ad quem spectet.
 41 Excusatio tutorum extinguitur lite contestata, & tute mortuo, & quare.
 42 Culpa in tute suspecto qualiter consideretur.
 43 Tutor etiam ob latam culpmfam suscier fieri non debet.
 44 Culpa lata quomodo differat à dolo.
 45 Tutor qui inuentarium facere negligit, cur infamis fiat.
 46 Tutor cur interdum suspectus fiat, etiam antequam tutelam gerat.

VT satis datio est communis tutoribus & curatoribus quemadmodum superiori disputatione vidimus: Ita quoque † excusatio tam tutoribus quam curatoribus ex variis causis indulgetur, idque fieri & equitas postulat, qua omnis excusatio nititur, quemadmodum Vlp. affirmat in l. i. in princ. ff. de Cucan. & excusat. muner.

Ad Thesis 2.] Excusatio tener † ob multitudinem liberorum in potestate existentium vel emancipatorum. & merito id priuilegium habent, qui liberis ciuitatem replevit, & in Republ. conseruanda operam locant, cum matrimonium sit munus dignere & educare liberos. l. i. ff. solut. matrim. quemadmodum dos petat. Excusantur autem ii, qui Romæ tres liberos habent, in Italia quatuor, in prouinciis quinque. Huic assertioni obiicitur l. in orbe. 17. ff. de statu hominum, vbi dicitur ex Constitut. Antonini Imperatoris, omnes ciues Romanos esse effectos, qui sint in orbe Romano: cum igitur prouinciales & alij in orbe Romano sint, merito in iis quoque idem ius, quod Romæ statuitur, erit statuendum. Respond. Verum est quo ad personarum statum & conditionem omnes in orbe Romano existentes eodem iure cum ciuibis in vrbe Romana versantibus, vti ex Constitut. Antonini: quo ad alia tamen, puta priuilegia & alias res magnum inter eos discrimen est relictum, & meliore iure vbi sunt † ciues Romani ppter excellētiā, quam prouinciales. Secundo obiicitur l. i. C. de iis, qui num. libe. vel pauperat. excusat. mercuriū. lib. 10. vbi Alexand. Imp. generaliter prescribit numerum liberorum ab oneribus non excusat, unde falsum est quod dicimus, numerum liberorum excusat à tutela, quæ onus est, quemadmodum Iustian. Imperator. in §. item maior. Ver. idem & in milite

milite.h.tit.n. affirmat. Resp. in d.l.t. pro oneribus legendum est honoribus, quia numerus liberorum non excusat ab honoribus & muniberis his cohaerentibus. l.2. §. numerus. ff. de vacat. & excusat. muner. &c. Excusant autem quinque liberi superstites ab oneribus, hoc est, muniberis publicis seu ciuilibus, & praesertim à personalibus, id quod expresse dicit, l.5. C. de iis qui num. liber. excusat. meruerunt. l.3. §. quamvis & §. cura. & l.4. in princ. ff. de muner. & honor. quæ leges omnes de personalibus muniberis loquuntur, patrimonialia autem tamen munera publica vel ciuilia numero liberorum non excusantur, l.2. §. qua patrimoniorum. ff. de vacat. & excusat. muner. l.5. C. de muner. patrim. lib. 10. Et notandum est tamen munera publica seu ciuilia esse triplicia, personalia patrimoniorum & mixta, l.1. in princ. & l.munerum. 18. in princ. ff. de muner. & honoribus. Et haec onera dicuntur l.2. §. qua patrimoniorum. ff. de vacat. & excusat. muner. l.exactores. 10. C. de excusat. tutorum. Et haec munera publica seu ciuilia tamen plurimam ab honoribus distant, quia honor municipalis est administratio Reipubl. cum dignitatis gradu cum sumtu vel sine erogatione contingens. Munus autem publicum cum sumtu in Reipubl. administranda subimus sine titulo dignitatum l.honor. 14. in princ. & §. 1. ff. de muner. & honor. Mirum igitur non est aliud in honoribus publicis, & aliud in muniberis, quo ad liberorum numerum esse constitutum. Quod autem de oneribus vel muniberis publicis vel ciuilibus dictum est, ad tutelam facile trahi nou potest. Licet enim tutela onus sit, ut supra fuit probatum, tamen non est onus tamen seu munus publicum tale, qualia sunt cætera munera publica, de quibus iam aet. Illa enim definiuntur officia priuatorum hominum, ex quibus commendum ad singulos viuerosque ciues peruenit, hoc est, quæ principaliter ad tuendum & augendum Reipubl. & omnium ciuium bonorum spectant. l.pupillar. §. munus. ff. de verb. signif. Tutela autem non ad publicam spectat utilitatem, sed saltem ad commodum priuatorum eti in consequentiam publice profit, cum omnium intersit, pupillos non relinquendi defensos. l.2. §. si quis adilitate. h.tit.n. Et alias à publicis istis muniberis tutela separatur, l.10. C.de excusat. l.3. ff. de iure immunit. Sed obicitur contra datam solutionem, §.1. h.tit. vbi tutela vocatur munus publicum. Deinde d.l.1. §. aque. ff. de muner. & honor. vbi tutela & cura vocantur personalia munera, quæ publica sunt, & quinque liberos superstites ad excusationem requirunt, ut supra est dictum. Et l.6. §. tutela. ff. h.tit.n. vbi tutela dicitur ciuale munus, quod publicum est, d.l.1. in princ. ff. de muner. & honor. Ex quibus legib. appetit tutelam reuera publicum munus esse, & quinque liberos superstites ad excusationem requirere. Resp. Tutela tamen publicum munus est scilicet autoritate, quia pendet ex necessario decreto magistratus vel legum. l.nullus. C.de decurion. lib.10. l.si i. 31. in princ. ff. b. tit. quo respectu recte publicum & ciuale dici potest. Deinde personale dicitur in d.l.1. §. aque. ita tamen ut sit personale munus priuatum, non mere publicum, ut ibi gloss. notat & Welsenb. sequitur in parat. de munerib. & honorib. num. 4. & patet ex d.l. honor. §.1. de muner. & honor. & priuatum est respectu finis, publicum seu ciuale respectu authoritatis, quam tutela à l.vel magistratu habet, quemadmodum simile in testamentis videmus, quæ authoritate publica sunt, scil. quoad factionem eorumdem l.3. ff. qui testamento fac possunt: Utilitate tamen priuata sunt tot. tit. Institut. de ordin. testarentiis. Sed obstat ulterius l.semper. s. §. demonstratur ff. de iur. immunitat. vbi si liberorum numerus à muniberis excusat. Ergo fallum adhuc est tamen s. liberorum numerum à personalibus in muniberis excusare. Respond. Ille textus loquitur de omnibus muniberis mere publicis, etiam de iis quæ honoribus cohaerent, de quibus in dict. l.2. §. 1. ff. de vacat. & excusat. muner. agitur. Nam eti in personalibus sufficiant quinque ad excusationem, tam

men 16. multo magis sufficiunt & admittuntur, quia ei quod sufficit, plus admissi potest.
L oratione 16. §. i. ff. de ritu nupt. vbi si neptis nubar, voluntas & authoritas aui sufficit, nec tamen ideo minus filius admissi potest. Maxime autem propter realia vel patrimonialia munera totidem liberi requiruntur, cum in personalibus quinq; sufficiant. Patrimonialia vero numero liberorum nō excusat per expressam d. l. 5 *C. de mun. patrimon. lib. 10.* quæ lex generaliter loquitur, quasi videatur excludere etiam sedecim: Sed sciendum illum tex. indefinite loquēdo respicere ad personalia, in quibus quinque sufficiant, quasi dicat patrimonialia non habere excusationem tam exiguo numero liberorum. Sed plures in iis ad excusationem liberos requiri. Idque multis in locis Cuiac. placet, vt in l. 1. *C. de iis qui num.* *liber excusat.* & in notis hic, & maxime propter realia munera seu patrimonialia hoc est constitutum, quod in personalibus constitui necesse non fuit, siquidem illa quinq; liberis excusationem merentur. Hinc idem Cuiac. in l. 2. *de excusat.* & Wesenb. his saltem in realibus seu patrimonialibus 16. liberos excusare affirmant citra omnia pugnam, quia etiam personalia eundem numerum recipere possunt, cum plenisime excusari in omnib. muneribus. Sed aduersatur adhuc l. 5. quis. 24. *C. de decurion. lib. 10.* vbi decurio pater 12. liberorum habet excusationem. Resp. Decurionatus est honor & à muneric. publicis distinguitur in l. 2. §. 8. *l. 2. in fin. ff. de decurion.* Ab honoribus autem f numerus liberorum non excusat. 10 l. 2. §. 1. ff. de Vacat. & excus. muner. quæ tamen lex respicit ad numerum s. liberorum, qui in personalibus munericibus excusat. Non igitur in honoribus s. liberi sufficiunt ad excusationem, sed 12. requiruntur. Cuiac. tamen putat in d. l. 24. *C. de decurion. lib. 10.* pro 12. legendum 16. ita vt numerus decimus sextus sufficiat & honoribus & oneribus. Deinde obstat l. 1. *C. de legat. lib. 10.* vbi quis legationibus publicis, & sic munere personali liberatur, si tres habeat liberos incolumes: Ergo non requiruntur quinq;. Respond. cum I^{CTO} Callistrato in d. l. *tempor. §. 1. ff. de iure immunit.* varie nec abscise numerum liberorum ad excusationem munericum municipalium prodesse: Modo enim quinque sufficiunt, vt in personalibus, modo sexdecim, vt in personalibus & realibus, modo tres, vt in legationibus. A tutela igitur & cura exemplo horum munericum publicorum excusari quis potest, non tamen eodem modo, quia vt dictum est Romæ tres liberi excusant, in Italia quatuor, in prouinciis quinq;. §. i. b. tit. idque verum adhuc manet.

Tribuunt autem liberti remissionem tutelæ tam filiæ quam filij, & nepotes ex filio II masculo nati, masculi & feminæ, & quotcunque nepotes ex filio fuerint, iure representationis prō vno filio numerantur. l. 2. §. non solum. h. tit. n. & in locum patris sui succedunt, vt Imp. Iustin. hic affirmat. Deinde requiritur vt liberi ad excusationem perficiens sint viui & superstites d. l. 2. §. oporet. h. tit. & incolumes, d. l. 2. §. incolumes. ff. de Vacat. & excusat. muner. Cui opponitur, quod in ventre existentes pro natis & viuis habeantur, quoties de ipsorum commodo agitur, l. quis in Vtero est. 7. ff. de statu hominum. Respond. Modestinus dicit illos quidem lapius pro natis habeti, sed in munericibus hisce & in præsenti quæstione nihil prodesse, d. l. 2. §. qui autem, h. tit. Forte ideo quod hic pupillorum causa potior habeatur, & excusatio non admittatur propter illum, qui nondum natus sit. Præterea & hic commodum adeo magnum non versatur eius qui in ventre est, licet in consequentiam excusatio ci prodesset, si patri prodesset, non autem principaliter. Secundo obiicitur etiam, quod in acie amissi prosint, qui tamen mortui sunt. Respon. cum Iustin. hic, quod tales per gloriam in perpetuum vivant, qui in acie occubuerunt, & pro Republ. cederunt Sed oppono contra dat. solut. Sufficit in bello eos amissos esse, vt excusatio locū habeat, l. 8. l. in pr. ff. de Vacat. & excusat. muner. Gellius lib. 2. no. 11. Atticar. c. 15. Sed in bello id amissum dicimus, quod occasione belli amittimus, l. 1. §. ex incendio. ff. de incendio, rui-

- ma. ex-c.** Puta, si quis vulneratur in bello, vel morbus sibi contrahit & postea moritur, quando domum reddit: Ergo & tum filius ad excusationem prodest, quando occasione belli est interemptus, quamvis non in acie ipsa constitutus occubuerit. Respond. Etsi quidam per text. d. l. 1. § ex incendio iuncta d. l. & l. de vacat. & excusat. muner. id probant & sic illa phrasin: *in bello amitti*: explicit, tamen hoc in d. l. 1. procedit magis propter fauorem eorum, qui aliquid in incendio amittunt, & in eorum odium, qui aliquid in incendio rapiunt, quamvis hoc fiat in aliis rebus, quae adhuc conflagrationi non sunt subiectæ. Hic autem in fauorem pupillorum illi tolum prosunt ex communi sententia, qui in acie, hoc est, in lucta & expeditione, conflictu ipso occumbunt, non qui per causam bellii, puta, in oblidione, & non in acie parentibus abripiuntur. Et hanc explicationem Vlpia agnouit suo tempore ut constat ex l. bello amiss. 18. ff. b. sit. Et approbavit Iustin. in §. l. b. sit. n. Non igitur huc d. l. 1. §. ex incendio. facile trahi debet. Sed instari potest hac ratione: Vtraq; lex est Vlp. I. Cti. d. l. bello amiss. b. sit. & d. l. 1. qui tamen sibi contrarius non presumitur. Resp. Vlp. in d. l. 1. §. ex incendio, integrum proponit definitionem generaliter quidam in bello tamquam dicamus, scilicet quod per causam bellii amittitur, siue hoc fiat in acie siue alias occasione bellii, alio quoquis modo, & ita etiam in incendio amissum accipit, scilicet amissum quoquis modo, in ipso incendio vel occasione incendi, alio in loco, & vt dixi, in odium futurum hostiorum, id Vlp. in d. l. 1. §. 1. ita constituit: sed in d. l. bello amiss. in fauorem pupillorum non quosvis amissos qualibet bellii occasione ad excusationem prodesse vult, sed eos tantum, qui in acie ceciderunt cum sape plures in expeditionibus non per gloriam pro Repub. defendenda: sed per lucra & rapinas, & sic per summam ignominiam in bellis pereant. Strictius igitur bello amissi hic accipiuntur d. l. & l. ff. de vacat. & excusat. muner. superiori causa latius. Denique obicitur l. 2. C. de sis qui num. lib. excus. munerunt. vbi dicitur silium ab hostibus captum nedum reuersum ad excusationem munerum personalium patris non proficere, cum ramen viuat adhuc. Respon. Non sufficit liberos esse viuos sed esse ciues Romanos. Cuiac. ad d. l. 2. Nam serui pro † mortuis habent iure ciuilis. l. seruitutum. l. quod attinet. ff. de regul. iur. Et silius dum abest ab hostibus captus, ius patriæ potestatis amisit & seruus hostium est factus. § si ab hostibus. supr. quibus mod. ius patriæ potest. soluitur.
- 15** Ad Thesis 3.] Administratio † fisci seu rerum ad fisicum pertinentium excusat. l. administratio 41. in princ. ff. b. sit. Vnde in l. 6. §. gentium. b. sit. dicitur praesidatum Aliae Cappadocie excusare à tutela, sed quamdiu praesidatum durer, id quod in §. item dino. hoc sit. n. similiter adiicitur; quando enim nulla est administratio fisci nullum est priuilegium, cum cessante causa cesset effectus. l. generaliter. C. de Episcop. & Cleric. glossa in d. §. gentium. Non aliter autem excusantur conductores prædiorum, veitigalium fisci, quara si praesentes negotium exerceant, l. in honoribus. 8. §. non aliis. ff. de vacat. & excusat. muner. Sed obstat d. l. administrantes. 41. & l. & l. C. quitutor. Vel curat. dare possunt. vbi non res fisci administrans colonus, sed prædia Cæsaris propria & non fiscalia excusatur, quæ tamen duo diuersa sunt §. thesauros. infra. b. sit. l. 3. §. sin locis. ff. de iure fisci. tamen idem de rebus Cæsaris patrimonialibus est statutum, quod d. l. & l. C. quis dare tutor. Vel curat. possunt. ostendit, dum dicit, excusari colonum patrimoniale & alium scilicet fisci, & l. penult. §. coloni. ff. de iure immunis. vbi dicitur colonos Cæsaris à muneribus municipalibus liberari, & additur ratio, † vt scilicet sint idioniores prædiis fiscalibus colendis. Sed datæ solutioni vehementissime obstat l. coloni. 8. Cod. de excusat. vbi Alexander Imperator rescribit colonum administrantes, hoc est, prædia ad fisicum pertinentia, omnino non habere excusationem à tutela & aliis ciuilibus muneribus. Respond. Glossa in d. l. & l. C. quid

745

qui dare tutō. *Sed curator possunt*, talem affer solutionem. Colonum fiscalem, hoc est, colentem fundos fiscales non excusari à tutela & cura, d.l.coloni. patrimonialem excusati à tutela & cura, d.l.ultim. Cui tamen ut dictum est, d.l.ultim. repugnat, quæ alios ex iam colonos nos patrimoniales excusati affirmat. Et hac solutione recepta, d.l. administrantes. 41. quæ de Re Principum loquitur concideret. Inao corrueret d.l.6.§.ultim. ff. de iure fisci, vbi dicitur: quodcunque priuilegij fisco competit, hoc idem & Cæsaris ratio & Augustæ habere solet. Verior igitur est solatio in d.l.coloni. rerum fiscalium colonos non excusari omnino à tutela & cura: ita tamen si absque fraude fisci id fieri posse praeter animaduertetur, quam solutionem suppeditat nobis l. ult. §. 1. ff. ad municipalēm. vbi dicitur, colonos prædiorum fisci munericibus municipalibus fungi oportere modo id non fiat damno fisci. Nota quod-necessitas imponatur colonis prædiorum fisci recipiendi oblata à municipio munera, id quod verbum O P O R T E T indicat, & in d.l. coloni illa verba: *Coloni prædiorum ad fiscum pertinentium non habent excusationem*. Si autem fraus aliqua timebitur, non sunt onerandi coloni, tutela vel cura d.l.ultim. Cod. qui dare tutor. *Sed rursus obiicitur contra datam solutionem l. i. Cod. de condit. & procurat. rerum fiscalium*, lib. II. vbi dicitur: Colonos prædiorum fiscalium nec priuatis nec publicis negotiis se immiscere debere: Ergo nec tutela se omnino milceant. Resp. Loquitur ibi Imperator de aliis negotiis quaestuosis, quibus facile fraus fisco fieret. Deinde responderi potest, interdici ibi negotia publica & priuata quo ad damnum inde fisco orihi posset. Denique obiicitur l. 15. §. qui vestigalia. b. tit. vbi dicitur vestigalia à ciuitatibus accepta non excusare à cura. Respond. Duplicita sententia vestigalia: Alia sunt ciuitatum quæ non excusant à tutela & cura: Alia sunt fisci, quæ excusant, cum fisci posterior causa semper sit, ut pote publica quam ciuitatum, quæ priuatorum loco habentur. l. cum qui. 16. in fin. ff. de verb. sign.

Deinde in Thesis 3. affirmatur † absentes Reipublicæ causa excusari, cui opponitur d. 18. l. administrators. 41. §. eorum. ff. h. tit. vbi non absentes sed profecti Reipubl. causa excusantur. Respond. Partia esse absentem esse vel absentem sperari per l. penult. ff. de testamento militari. Excusantur autem ii tantum, qui antequam deferretur tutela vel cura abesse Reipublicæ causa cooperunt: Si semel receperunt tutelam vel curam & per unum arque alterum annum gesserunt, onus semel suscepimus recipiunt, quando redeunt, interim curator eorum loco datur, dict. §. item qui Reipubl. d. l. administrators. Tutorum autem habenti tutor non datur. §. interdum. supra, de curat. Et in omnem rem curat. dandus est in eius tutoris locum, qui Reipublicæ causa abest. l. in omnem. 15. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Sed obiicitur l. quaestum. 11. ff. de tutelis. l. 3. §. si quis abfusurus. ff. de suspect. tutor. *Sed curat. l. si tutor. 9. in princip. ff. de tutel. & rationibus distracti. vbi dicitur in locum tutoris absentis Reipublica causa, alium tutorum dari.* Respond. Communis est solutio in dictis legibus pro curatoribus, legi tutoribus, præsertim cum l. curatorem. 25. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. de curatore loquatur & sit. Pauli Iurisconsulti lex ex eodem lib. 10. responsuum, ex quo d. l. quaestum, est desumpta, quæ eadem tractat, scilicet si non reuertetur is, qui Reipubl. causa abest, in cura detinendum esse curatorem, usque ad tempus pubertatis. Idem etiam l. 2. C. in quibus casibus tutor. *Sed curat. habens. &c.* Cuiac. tamen in l. 8. in fine. ff. h. tit. putat verius esse interdum absentes Reipublicæ causa à cepta tutela omnimodo excusari, & ideo tutorem dari eorum loco, non curatorem, id quod etiam constat ex §. interdum, vbi dicitur, in locum tutorum, qui non in perpetuum excusantur, sed ad tempus curatorem dari: Ergo & in praesenti casu curator dandus est. Et tutor Reipublicæ causa, ab sens

absens omnino tutelam deponit, hoc est, amplius tutor non est, quando scil. quis trans mare Reipubl. causa abest, vel quando circa Principem est occupatus. *L. Verum. II. §. ex facto. ff. de minor. 25. anni. I. iuris heritos. 30. in pr. h. tit.* Obiicitur denique *L. Vlt. C. si tutor vel curat. Reipubl. causa aberit.* vbi generaliter dicitur certum esse eos qui Reipubl. causa abesse desierunt, ab omni noua tutela anno vacare debere. Respond. Tura anni vacatio datur, quando ij, qui desierunt Reipubl. causa abesse ad nouas tutelas vocantur, d. §. item Reipubl. h. titul. Nam pristinas resumere tenentur quando redeunt. *L. Titium. 45. ff. eod.*

19 *Ad Thesin 4. & 5.]* Qui potestatem aliquam habent se excusant, sed † susceptam tutelam non possunt desierere. *§. & qui potestatem. b. tit.* Potestatem seu Imperium habent maiores Magistratus, puta, Consules, Praetores, Praefides, reliqui notionem tantum habent, *L. potestatis. de Verb. sign. L. ait prator. 5. in pr. ff. de re iud.* Sed obiicitur *L. 15. §. si quis autem. ff. h. tit.* vbi dicitur Senatorum habere excusationem. & *L. 6. §. remittuntur. h. tit.* vbi dicitur remitti à tutela & cura Magistratus ciuitatum, qui potestatem non habent, *L. ea que. §. 1. ff. ad municipale.* Idemque in *L. non tantum. 17. §. sane. b. tit. nu.* dicitur. Respond. Magistratus vocabulum pro inferioribus magistratibus accipitur, sed tamen in dd. ll. pro superioribus Magistratibus ciuitatum ponitur, quorum Magistratum excusatio iure fieri potest. Si quis autem in municipio tutelam est administratur, excusationem à tutela nō habet, *L. propter Magistratum. 24. in princ. ff. h. tit.* Proponitur deinde in *Thes 4.* tutorem & curatorem propter litem, quam cum pupillo vel adulto habent, † excusari posse, si forte de omnibus bonis vel hereditate sit controversia, vel etiam de maxima parte. *§. item propter litem. b. tit. L. propter litem. 21. in princ. ff. eod. L. ff. & allegor. 16. C. eod.* Et si tum tutor nolit excusationem petere à tutela remouetur, & lis alias expeditur, *L. sup. p. illum 20. ff. cod.* Sed obiicitur *L. idem fies. 27. in princ. fine. ff. de testamentaria tutela.* vbi ICtus dicit iustum tutorem dandum esse sine litis praeiudicio, unde sequitur, propter litem tutorem vel curatorem dari omnino non posse. Resp. Lex illa non loquitur in tali casu, quando cum pupillo vel adulto litem habet tutor vel curator, sed loquitur in eo casu, quando patronus extet, legitimus tutor futurus ab intestato, & alius est scriptus in testamento tutor, queriturq; quisnam praeferendus sit, patronus ne an scriptus tutor, & putat ICtus eum praeferendum esse, qui scriptura continetur, eumq; à pretore esse dandum, vt sine illo litis praeiudicio iustus tutor, author pupillo ad illam litem fiat, hoc est, ne forte praeiudicium fiat ei, qui scriptus est, si legitimus tutor esset admittendus. Tunc enim testamentū non valeret, si is, qui scriptus est heres, quolibet modo heres non esset, §. i. in pr. de hered. qua ab intest. defer. Sequitur ergo illum casum à nostro esse diuersum, in quo lis est pupillo vel adulto cū tutorē vel curatore. Secundo obstat *L. 7. C. eod.* vbi dicitur generaliter neminem excusari à tutela vel cura, ideo quod sit debitor vel creditor eius, cui tutor vel curator est datus. Resp. Loquitur illa lex in eo casu, quando lis nō est de tota hereditate vel maxima eius parte. Tertio opponitur *No. 8. Et hi qui obligatas. &c. c. 1.* vbi dicitur. Nullum corū, qui obligatas habent res defuncti ipsiusque minorem eiusque res, ad curationem esse admittendum. Respond. Volunt aliqui correctionem hic inducere, vt Mynsing, sequens gloss. in dict. *L. propter litem. ff. eod.* Sed eam non esse admittendam plurimum Dd. authoritas suadet. Deinde optimo d. §. item propter litem conciliari potest cum d. *No. cap. 2. & auth. minoris. Cod. quis tutor. Vel curat. dar. possunt.* cum ibi dicitur, quod tutori vel curatori illi, cui defuerit hereditas alicuius defuncti, qui etiam habuit obligatum pupillum vel adultum, adiungendus sit aliis curator, eo tamen casu, quando obligatio illa inter pupillum & tutorē, adultum & curatorem coepit iam tutela est nata, & forte de re singulari

Singulari int̄ē pupillum & defunctum / cuius hereditas tota ad tutorem venir) est con-
trouersia, qualibet enim occasio non pr̄b̄t excusationem d. Nou. 72. cap. 3. Dum igit̄
curator aliusei tutori vel curatori adiungitur, excusati non potest d. § item propter li-
tem. Si autem non de re singulari, sed forte de tota hereditate aut maxima eius par-
te controuersia est, excusatio admittitur, quia res ea suspectam facit administrationem
d.l. propter litem. Et h̄c vt dixi, procedunt, si iam cœpta tutela ob rem aliquam singu-
larem obligatus pupillus tutori fiat. d. Nou. 72. cap. 2. in Verb. sed si quis tutelam gerens
vel curam. Ergo iam gerit, hoc est, cœpit administrare tutelam, alias si ante cœptam
tutelam est obligatus tutor pupillo vel curator adulto, omnino admitti ad tutelam vel
curam non debet. d. Nouel. 72.c. 1. Et sic concidit id quod dicitur in contrarium, totum
illum tit. Institut. de excusat. tutor. Vel curat. agere de talibus excusationibus tantum,
qua ab initio habent locum, non etiam postea, vbi iam suscep̄ta est tutela vel cura, cum
& in §. & qui potestatem h. sit. dicatur quod illi qui potestatem habent, se excusare possint,
sed tutelam suscep̄tam descrevere non possint. Quia in hoc casu, si ante suscep̄tam tute-
lam vel curam fuisse tutor vel curator obligatus pupillo vel adulto, omnino non valui-
set excusatio ipso iure; si post iam suscep̄tam tutelam oriatur talis obligatio, excusatio
locum habet, si lis sit de tota hereditate vel maxima eius parte. Nam sub initio tutelæ,
hoc est, quādo primum tutor cœpit administrare tutelam, nullam excusationem habuit,
quam postea ob interuenientem obligationem habere potest, si modo lis de tota here-
ditate sit; Quando autē potestatē aliquam habet quis, potest is se excusare, antequam
incipiat gerere tutelam. Sibi igit̄ imputet, qui dum posset habere excusationem, ca-
non vtitur, & sic in iure errat, qui error neminem excusat. t. ff. de iur. & factis ignor. Vnde
si suscep̄tam tutelam vel curam gerunt, beneficio excusationis renunciaſſe videntur, Et
ideo non amplius excusantur.

Ad Thes. 6.] Tria † onera tutelæ vel curæ non affectatae excusant. Nam si cura vel 21
tutelæ est affectata, id est, leuissima & tenuissima & pene nulla, non pr̄stare excusationem.
Et plerunque pr̄sumitur affectata, cum solemus affectare id quod † modicæ est rei, & 22
minus habet oneris l. Spadonem 15. §. est autem h. sit. num. Quamuis Curtius Graci Theo-
phili interpres in §. item tria h. sit. putet, opulentam tutelam vel curam esse affectatam, &
ideo numerum tutelarum non explore: Sed existimat Cuiac. in l. 2. ff. eod. per vocabulum
τύπτελεσάτλω, quo vtitur ibidem Theophilus tenuissimam significari tutelam & curam,
non opulentissimam: nec male, cum vocabulum τύπτελης significet tenuis quandoq; , nō
frugal. Sed obiicitur l. si is 31. §. caterum. ff. eod. vbi dicitur vnam tutelam pr̄stare ex-
cusationem. Ergo non tres. Respond. Quando est diffusa, negotiosa, operosa, vna tu-
telæ tribuit excusationem. Quando autem sit operosa, relinquitur arbitrio iudicis, vt
is existimet, an vna propter difficultatem pro tribus cedat d. l. 31. §. & l. Secundo opponi-
tur quod non referatur inter tria onera tutelæ ea, quæ breui finem est acceptura. l. 8. §. qua-
situm h. sit. l. Enic. C. qui num. tutor. Cum tamen in d. §. item tria, dicatur, tria onera ex-
cusare, quandiu tutela vel cura administretur. Respond. Si prior pupillorum ætas
prope pubertatem sit, ita vt saltem semestre tempus sit reliquum, tum excusatio non te-
net, nec à quarta delata quis excusari potest. l. non tantum 17. in princ. ff. eod. Et id volunt
sibi illa verba in d. l. Enic. vbi dicitur non defunditoria, id est, non transitoria, quasi tria on-
era non excusent à quarta, si vna tutela iam pene sit finita. Tertio opponitur l. si quis tu-
tor 40. in fin. pr. ff. de ritu nupt. vbi si quis tutor non est in vna tutela, sed tantum in dua-
bus se excusare potest numero 3. tutelarum. Ergo fallsum est, quandiu tutelæ admini-
strantur

Strantur. Respond. Verbum *administrantur* ita est accipendum, si periculum tunc
læ ad aliquem spectat, quamvis non administret. Periculum enim tutorem facit, & in
numerum, q. tutelarum computatur. Et hanc solutionem indicat etiam ICtus Paulus in
d.l. 31. s. i. fin. pr. ff. h. tit. vbi dicit, ei qui periculum sustinet cessationis, imputandam tu-
telam.

- ²³ *Ad Thes. 7.]* Valetudo etiam aduersa excusat. Sed obiicione l. Spadonem 15. in princ. ff.
cod. vbi dicitur, Spadonem non posse se excusare, qui tamen morbosus est ut affirmat
ICtus Paulus in l. 7. ff. de adiit. edito. Resp. Is spado, cui necessario corporis pars absit,
morbosus dicitur, scil. quo ad æditum edictum quia tum redhibitioni locus est, in quo
²⁴ casu lex illa loquitur. Is enim ad generandum est inhabilis. Sufficit autem talis ad tute-
lam, nec excusat, quia potest superesse rebus pupillaribus, easque consilio regere, i-
mo reetius pupillum regit, cum libidine non vexetur & alio rapiatur. Secundo obstat
quod cæcus sit morbosus & tamen pupillo autor esse possit. l. etiam u. ff. de autor. tutor.
Respond. d.l. etiam est ita accipienda, quando se cæcus non excusat, & commode suis re-
bus superest, tunc enim potest detineri in administratione tutela, ita tamen ut saltem
²⁵ eam regat consilio, quia à tutela facile exculantur cæci, & quo ad inuentarii confeßio-
nem & reddendarum rationum difficultatem, cum literas nec scribere nec legere possint.
l. & l. Cod. de iur. delib. Cum etiam post suscepitam tutelam alias cæci omnino tutelam
deponant l. suscep. am. post. 40. in princ. ff. h. tit. Acita quoq; accipendum est quod Iustin.
in §. similiter h. tit. dicit, eos excusari qui literas nesciunt hoc est, qui nec legere nec scribe-
re possunt. Duaren. lib. 1. anivers. diss. cap. 3. Sed opponitur l. 5. §. & l. Cod. ff. h. tit. vbi dicitur
non excusari à tutela & cura eos qui literas nesciunt, nisi sint imperiti negotiorum, cum
tamen Iustin. dicat eos excusari. Respond. Excusantur à tutela scilicet, non onera-
tur ipsi, qui rerum sint imperiti, nec tamen scribere vel legere possunt, inuentarii con-
ficiendo & rationibus reddendis, & aliis scripturam & lectaram requirentibus, & ita
²⁶ Iustin. esset intelligendus. Non & etiam omnino excusantur à tutela, hoc est, abeunt o-
mnino tutela, quia si sunt idonei ad procuranda negotia pupillaria, cæteris tutoribus,
qui legere & scribere possunt ut ministri adiungi possunt, ut eos consilio & experientia iu-
uent, quia sepe ii, qui literas norunt imperitiiores sunt in tutelis regendis, quam qui lite-
ras ignorent, id quod multorum exemplis probatur, qui callide in omnium rerum admi-
nistrazione versantur. Alias si omnino non habeant experientiam illiterati, sed forte im-
peritia & simplicitas eos indignos facit, excusari possunt. Alii putant in d.l. 6. §. & l. affir-
mari quidem illiteratos non excusari, nisi sint expertes negotiorum, sed à Diuō Pio id esse
mutatum in d. §. similiter hoc tit. eiusque sententiam Iustin. amplecti scil. eos, qui literas
nesciunt, excusari ideo quia nec scribere nec legere possunt, cum tamen inuentarii con-
festatione tutores opas habeant; & quidem eos in tantum excusari, ut quamvis imperiti li-
teratum, possint ad administrationem negotiorum sufficere, hoc est, quamvis sint reue-
ta vnu rerum instructi, tamen eos non esse admittendos ad tutelam.

- ²⁷ *Ad Thes. 11.]* Maior & annis 70. à tutela & cura se potest excusare ut etiam ab aliis
civilibus & publicis munericibus item maior. h. tit. l. 3. §. quamvis. de muner. & honoribus.
Non autem ab honoribus publicis. l. 2. §. numerus ff. de vacat. & excusat. muner. Et maior
70. annis est is qui egressus est 70. annum, non qui est ingressus, quia non videtur
maior esse 70. annis, qui annum agit 70. l. 3. de immixxit. iur. Ratio autem cur an-
ni 70. a munericibus excusat non autem ab honoribus hac est, quia munera
seu onera omnes detrectant, honorum omnes sumus cupientes. Sed opponitur l.
§. l.

Clt. C. qui at. ut prof. se excus. lib. ro. vbi dicitur, manifesti esse iuri's maiores ss. anni⁸ inuitos ad personalia munera vocari non posse, ergo 70. anni non requiruntur. Resp. ibi pro ss. annis legendum 70. idque textus satis ostendit. Nam cum in precedentibus dictum sit, maiores ss. annis exculari, concluditur sic: Ergo si septuagenario maior sis, tuerantur se notio praefidis, hoc est, si excusat. Vnde liquet 70. anni maiorem excusari à personalibus muniberibus non ss. annis maiorem. Sed solut. datae refragatur l. 2. §. fin. ff. de muner. & honor. vbi dicitur, maiores ss. annis ad decurionatus officium inuitos non reuocari. Respond. Decurionatus honor excipitur, id quod etiam l. non tantum 17. ff. de decurion. ostendit. Minores etiam 25. annis olim excusabantur, Iustiniani tamen constitutione, quæ est in l. & clt. C. de legit. tutor. minores prohibentur aspirare ad tutelam, adeo, vt ne excusatione opus sit d. §. item maior. Sed opponitur l. tutela 16. §. fin. ff. de tutel. l. 8. ff. de legit. tutor. vbi in legitimis tutoribus requiritur perfecta aetas. Ergo & hoc ex Iust. n. constitutione non fluit. Respond. Dicta Iustin. constitutio tantum spectat ad legitimam & datiuam tutelam, non ad testamentariam. Nam testamentarii tutoris datio non valet nisi perfecta sit aetas. §. furiosus. sup. qui testamento tutor. dar posse. Et ideo, quod in dd. II. additur de perfecta aetate à Triboniano ex Iustin. constitut. in d. l. & clt. est adiectum.

*Ad Thes. 12.] Affirmatur maritum vxori sua curatorem datum se excusare posse, licet se immisceat. Vnde dum se excusat, datio valere videtur. Sed obstat valde l. maritus 2. Cod. qui dar. tutor. Vel curat. posse. vbi dicitur, maritum et si rebus vxoris sua affectionem dedit, † curatorem ei dari non posse. Item l. Virum 14. ff. de curat. furioso & alius ex minor. dand. vbi dicitur, virum non oportere uxori mente capti curatorem dari. Ex quibus ll. apparet maritum uxori sua curatorem dari non posse. Respond. Certum est maritum uxoris sua etiam mente capti curatorem constitui non debere. dd. II. Quia tamen euenire de facto potest, vt sit a patre mulieris maritus in testamento curator constitutus, vel a magistratu datus, excusare tum matitus potest, hoc est, debet se excusare. Et particula PRO TEST intelligitur pro DEBET. Nam si se tum non excusat, est remouendus l. licet 17. C. de excusat. Et hanc solut. iuuat l. 1. §. & clt. ff. cod. vbi sponsus † sponsa curare esse non potest, & tamen dicitur cum excusare se posse si datus sit, quod verbum Σπολευτίσεται ostendit, quod deliberationem, quæ sit per excusationem, significat. Quamuis & prūsīs & prūsī maritum & vxorem denotare possint, vt ibidem Cuiac. no-
rat. gloss. tantum in §. pen. in Verb. excusatore b. tit. affirmat Iustin. improprie dici mari-
tum excusare se posse, cum nec volēs admittatur ad vxoris curam, ideo quia etiam si ma-
le ageret, tamen ei hoc a muliere remitti. Sed obiicitur adhuc l. amplissimi & §. I. C. de ex-
cusat. vbi dicitur, maritum Demetriae vxori, curatorem absensem & ignorantem con-
stitutum, securum esse tum, quando alius substituatur. Ergo si praesens est & scit illud, o-
mnino maritus tutor esse debet. Resp. Securus est scil. ne vitietur matrimonium, ne ei ma-
cula aspergatur ob affectionem domesticam quod ignominiam importaret. l. si tutor 9.
ff. de suspect. tutor. Vel curator. Maritus ergo datus uxori curator se excusare potest, si tamen
rebus receptiis datus sit, nō paraphernalibus nec dotalibus. Myns. & Wesenbeccius hic.
Iure Saxon. tamen † maritus uxoris legitimus curator est, Wesenbec. num. 3. ff. b. tit. Vxor 30
triplex patrimonium habet: 1. dotem. 2. bona parapherna quæ mulier ultra dotem affert.
3. bona recepticia, quæ dum mulier bona marito tradit, sibi retinet, quæ marito aliena.
et non licet, nec enim in potestate ea habet.*

- 32** *Ad Thes. 14.]* Tutores qui se excusare volunt † non appellant, sed se certo modo excusant qui in §. quia. b. tit. proponitur. Intelligentur autem datui & testamentarii tutores, qui dantur, ut ipse Iustin. dicit in d. §. explicat in verb. qualiter unque dati fuerint. Et constat ex l. scire 13. in princ. ff. eod. cum legitimi tutores ipso iure tutores existant. §. 1. supr. de legit. agnat. tutel. Quamvis tamen Theophilus omnes omnino hic tutores excusari posse arbitretur, quem Wesenbec. hic sequitur. Et hi se excusant intra 50. dies l. 6. C. eod. nam postea praescriptio currit l. testamento II. C. eod. Sed oppon. l. 4. in princ. ff. de excusat. tutor. l. pen. ff. de tutor. & curat. dat. ab his &c. l. eum in Gna 17. §. tutor. ff. de appellat. vbi dicitur tutorem appellare posse. Respond. Aliqui dicunt tutores appellare non possunt se à decreto nominationis, fauore pupillorum, ne sint interim indefensi, sed † bene à sententia reiecta appellationis, & ita ll. conciliandas putant. Sed tunc obstat l. 2. §. 3. C. si tutor vel curat fals. allegat. vbi dicitur eum, qui tecum administravit, amittere allegationes legitimas, & in hoc casu id fieret si à decreto nominationis res pupilli administrare deberet, donec de reiecta sententia prouocare posset. Verior ergo est sententia eorum, qui dicunt tutorem datum, si velit appellare posse, idque non solum à sententia reiecta appellationis, qua excusationibus non receptis tutela ei adjudicatur, sed etiam ab ipsa nominatione vel decreto. Vnde quod Iustin. dicit in d. §. qui autē tutores appellare non posse, ita est accipendum quasi necesse non habeant appellare, si id facere nolint, cum vnam saltem excusationem sine appellatione proponere possint, si hoc iis placuerit, idque ex Constat. Seueri & Antonini, l. tutores 18. C. eod. l. scire 15. in princ. ff. eod. quæ constitutio in tutorum fauorem est introducta, nec beneficium appellationis iis abscondit, dum præter appellationem nudam contestationem tutoribus indulget dd. ll. Vnde nec in corum odium contorqueri debet. l. quod fauore. C. de ll. Ex quo nunc relinquitur tutores nominatos nō tantum à sententia reiecta excusationis sed etiam ab ipsa nominatione & electione prouocare posse, si hoc ipsis placuerit. Sed oppon. l. si quis tutor. §. 1 ff. quando appellat vbi dicit Vlp. ratet omni prouocare non oportere. Respond. d. l. scire ex d. l. scire in princ. ff. b. tit. interpretationem accipere scil. vt non necesse habeat appellatione, vt ei necessitas non imponatur. Vnde quod postea in l. 1. si quis tutor. subiicitur: Ceterum frusta appellari, simili plane modo exponi debet, vt scilicet non idcirco frustra appellari dicatur, quod appellatio à tutela datione seu nominatione interponi non possit, interposita autem nihil operetur, sed quod ea non necessario interponatur, cum nulla allegatio sufficiat. Secundo oppon. l. pen. §. 8. l. de excusat. §. 9. acat. muner. l. 3. C. qui astate se excus. lib. 10. vbi dicitur, interponendum esse auxilium appellationis à nominatione facta in publicis muneribus, quale est tutela. §. 1. sup. b. tit. Ergo muda non excusat allegatio à tutela & cura. Resp. In eo differunt † tutela & cura ab aliis muneribus mere publicis, quod in iis excusatio per appellationem sit proponenda, antequam alicui iniungitur, quia aliter immunitatis suæ causas allegare non potest, quam si interpoluerit appellationem d. l. §. alia causa ff. quando appellat. Tertio oppon. l. 1. C. de iur. delib. vbi Theodosius Imp. prescribit, neminem post hac ius liberorum petere debet, quod simul h. l. omnibus concedimus. Ergo allegans numerum liberorum trium, &c. non auditur se excusans, cum alias lege sit datum cuiquam, & per consequens excusatio non dicitur fieri eo modo, quod hic generaliter à Iustin. proponitur. Respond. Imp. Theodos. non dicit de iure trium quinque vel 16. liberorum, in quo excusatio adhuc fieri dicitur, sed simpliciter & absolute dicit de iure liberorum, quasi & illi qui si liberos non habent in aliis casibus iure liberorum vi possint, vt si habeant in iuicem testamenti factionem. Vlp. in frag. tit. 16.

Ad Thes. 7.] Iust remouendi tutores suspectos datum est etiam legato proconsulis. 35
 Cognitio enim de suspectis tutorib. mandari potest, & in generali iurisdictione mandata continentur. *b. cognitio & ff. de officiis eius cui mandat. est iurisdiction.* Eisque mandata est iurisdiction à proconsule. *l. 6. & l. legati. 13. sup. de officiis proconsul.* Sed oppon. *l. solent. 16. in fine pr. ff. de officiis proconsul.* vbi dicitur, apud legatum proconsulis neminem accusari posse. Ergo nec de suspecti accusatione legatus cognoscere potest. Resp. Accusari nō potest apud legatum in mere criminalibus & publicis iudiciis, ita vt ipse legatus lententia ferat. *d. l. solent.* At recte ciuiles & criminales causas audire potest, hoc est, earum notioriem habet. *l. 1. c. de officiis proconsul.* Deinde suspecti accusatio quasi publica est, non in re publica & quasi publica est, *t*ideo quia cuius è populo patet in fauorem pupillorum, ne scil. damnum patientur, 36
 quæ ratio specialitatis exprimitur in dict. *l. cognitio in principiis.* Sed obiicitur adhuc valde *l. 1. §. suspecti. ff. ad SCtum Turpil.* vbi dicitur: Neminem alium de suspecti criminis accusatione posse pronunciare nisi solum praesidem. Ergo non legatus proconsulis. 37
 Resp. Alii sic soluunt, praesidem tum cognoscere de suspecti crimen, quando nullus existat alias, cui à prætore vel præside, vel ab alio magistratu maiori mandata sit talis iurisdiction. Eaque solutio satis colligitur ex *l. 1. §. an autem ff. de suspecti tutor. c. curat.* vbi additur; si ei mandatum sit, vel si mandata sit iurisdiction, officium totum iuris dicendi ad legatum transit. *Weserb. in parar. ff. n. 4. de respectu tutori.* responderet, *d. l. 1. §. suspecti.* ex causa procedere, quando solus prætes cognoscit. Is enim legatum non habet vt proconsul, & catenus *d. l. 1. §. suspecti* esse accipendam. Hunc autem §. procedere tum, quando Proconsul cognoscit, & etiam præses, tunc enim & proconsulis legatus eam iurisdictionem sibi mandatam habere potest. Gloss. & alii dicunt præsidis vocabulum in *d. l. 1. §. suspecti,* esse generale, & simul legatum proconsulis continere. *l. 1. ff. de officiis præsid.* Infirmiter autem est solutio Myosingeri putant hic num. 4. mandari posse legatum proconsulis cognitionem suspecti, si ciuiliter tantum de eo crimen agatur. *d. l. 1. ff. b. r. secus si criminaliter d. l. 1. §. suspecti. ad S. C. Turpil.* Hac, inquam, solutio infirmiter est, quia et si quidem legatus proconsulis de causa criminali cognoscere possit, tamen eam executioni mandare non potest, sed ad proconsulem remittetur *d. l. 1. c. de officiis proconsul.*

Ad Thes. 8. & 19.] Oppon. testamentarios tutores non faciunt dare ovm eorum fides à defuncto sit approbata. Ergo per illam præcedent. appellationem non remoueri debent ut suspecti. Resp. Approbata quidem est illorum fides à testatore, sed quia occasione rerum pupillarium facile corrumphi & fures fieri possunt, cum mens hominum sit auara & alieni cupida, remoueri etiam possunt, et si ab initio sint fideles habitu & electi. Deinde feciminae alias à ciuilibus & publicis negotiis ac officiis repulsa, suspectos postulant in fauorem pupillorum; Est enim quasi publica accusatio.

Ad Thes. 22.] Oppon. *l. 3. in pr. vbi pupilli educ. vel morari deb.* vbi scribitur, ius alimentorum decernendorū pupillis prætori competit, ac proinde dicendum videtur, si prætoris officiū est pupillis alimenta decernere, iniuste puniri tutorem, qui, vt alimenta decernantur, sui copiam non facit. Sed Resp. ad prætorem quidem spectare proprie, vt alimenta decernantur pupillis, vtq; modus eorū secundū vires patrimonii definitur, sed interim tamen tutorū officiū incumbere, ne pupilli alimenta p. prætorē decepi petant, vtque prætori modum patrimonii ostendant, atque ita pupillorum causam promoueant, si autem tutores sui copiam non faciunt, sed latitent nec alimenta decernant, suspecti fiunt *§. quis. tutor b. rit. l. 3. §. tutor. & l. 7. §. præterea ff. sed.*

Ad Thes. 23.] Lite contestata tutore que vel curatore mortuo extinguitur excusatio, 41
 quia

quia quasi publica est. §. consequens infr. b. iii. Sed obiicitur l. omnes 2. & de oblig. Et vbi dicitur quod omnes actiones penales aduersus heredes trahant post litem contestatam. Respond. Actionis verbum ibi ponitur pro actionibus ciuilibus, non pro accusationibus. ciuiiles enim penales actiones post litem contestatam aduersus heredes datur l. ex iudiciorum 20. in fine de accusat. l. s. C. ex edit. defuncti. l. p. penalium ff. de reg. sur. Ratio autem cur suspecti iudicium hac in parte publicarum occasionum naturam imitteret & reo mortuo etiam lice contestata extinguitur, haec est, quod tutore vel curatore mortuo tutela vel cura extinguitur §. similiter sup. quo modo tutel. finitur. l. nisi finita 4. in prime de curat. furios. &c. alius. &c. Etenim post finitam tutelam vel curam cognitio suspecti tutoris vel curatoris quamvis quidem cepta fuerit expirat l. post finitam 11. de suspecti tutor. vel curat. l. l. C. eod. quoniam videlicet finita tutela suspecti accusatione amplius opus non est, sed aduersus tutorem tutela actio sufficit d. l. i. C. de suspecti tutor.

- 42 Ad Coroll.] Controversia hic est de quanam t. culpa hic §. sit intelligendus, dum suspectum tutotem culpa damnatum & infamem fieri negatur, quia culpa est triplex, lata leuis & leuissima, ut alibi traditur. Aliqui volunt culpa ut generis appellatione absolute posita hic omnes species culpa contineri & tamen quouis modo tutorem remotum salua existimatione tutela abire, quia genus omnis species continet, nisi aliquae expressae sint exceptae l. in iure de reg. iur. Secundo vbi lex non distinguit ibi nec nobis erit distinguendum l. de pretio ff. de publica. in rem a. Tertio quia odiosa sunt restringenda no am- pliand i c o d i s de reg. sur. in 6. Et odiosum est tutorem t. ob culpam etiam latam fieri famosum; & haec sententia communis est Wesenb. hic quem & nos sequimur. Alii volunt per vocabulum culpa leuem tantum intelligi, idque in iure est frequens & docetur per l. Videamus 4 §. fin. d. l. in actionib. §. plane de in li. iuranda: vbi dicitur: ob dolum solum in litem iurari non ob culpam, vbi per culpam intelligitur culpa leuis. Nam ob latam culpam in litem iur. sur. l. 2. C. de in li. iurando. Respond. Id in illa materia ita expresse esse constitutum ut & in aliis materialib. l. contractus 24. ff. de reg. sur. Alias vbi textus non excipiunt latam culpam, à leui & leuissima non se iungatur sed iis potius includatur. Secundo confirmatur haec sententia per l. quod uera depositi. vbi dicitur latiorcē hoc est, latam culpam esse dolum, & per l. magna de verb. signif. vbi dicitur magnam culpam esse dolum, unde relinquitur latam culpam dolum esse, & infamiam interrogari tutori qui propter latam, culpam à tutela est remotus. Resp. Lata culpa comparatur quidem dolo vel dolis pars est. l. t. §. h. actio. in sin. si mens fals. mod. dixerit. Sed tamen toto genere a dolo distat, quia ad dolum requiritur animus fraudandi & callida machinatio l. i. de dolo malo, que in lata culpa non est, licet crasfa & lupina negligentia, hoc est, culpa lata pene dolus esse videatur & presumatur, cum quis non facit id quod omnes intelligunt. Tertio confirmatur haec sententia per l. §. t. C. de suspect. tutor. vbi dicitur suspendos tutores ex dolo, non etiam eos qui ob negligentiam remoti sunt, infames fieri; Nota quod l. Cus dicat non eos qui ob negligentiam, scil. leuem & leuissimam. Ergo ob latam culpam remoti infames fiūt. Resp. Negligentia nihil aliud est nisi culpa §. præterea Et is supr. quo modo re contraben. obligat. Ergo aque potest accipi de lata negligentia, hoc est, culpa lata, cum nec ibi textus distinguat. Quarto confirmatur sententia illa per l. 3. tutor. §. §. t. C. d. l. 4. §. §. t. C. per l. impuberibus. 7. §. si frans h. sit. vbi si ob segnitiam, ineptiam, simplicitatem quis remouetur, salua & integra existimatione, abit tutela & cura, secus si ob dolum, quibus superioribus verbis leuis non lata culpa denotatur. Resp. aque lata culpa intelligi potest quasi lata segnitia vel desidia, & quod in d. l. impuberib. §. si frans, dicitur: Et si frans non sit admissa sed lata est negligentia, tamen remoueri tutorem quasi suspectum, id ita intelligendum est, si sit remo-

23

remotus propter culpam, & saluam existimationem retineat: & notandum fraudem à
lata culpa separari. in d. l. impuberibus. Quinto confirmatur per l. vlt. § fin. C. arbitr. tutela.
vbi dicitur, tutor si neglexerit facere inuentarium, remouetur, penitus etiam subiectus de
perpetua macula infamiae notatur, ergo propter negligentiam in inuentario omisso fa
ctum, infamia quis sit. Resp. Quia negligit facere inuentarium, tamen fecisse videtur l. 45
tutor. 7 in pr. ff. de qdministr. & pericul. tutor. Et semper presumitur id dolo factum, cum
quilibet id scire tenet l. 9. ff. de tur. & fact. ignor. vel verius dicendum est, actionem tu
telæ, quæ famosa est, in famia hic importare nō actionem suspecti. Nam suspecti actio
ne agimus durante & pendente administratione tutelæ, & solum hoc ea actione intendi
mus, ut tutor remouetur. Postquam enim per remotionem abiit quis tutela, conuenit
potest actione tutelæ, quæ est famosa æque ac suspecti actio ob dolum l. 1. ff. de p. qui pot.
infam. Quæ ratio reddi petitur etius, quod non ex fide tutelæ est gestum, & eo resipicit d.
l. vlt. C. arbitr. tutelæ, quasi non ex lata culpa non facti inuentarii sed ex actione tutelæ po
stea intentata infamia fiat, id quod vocabulum posse ostendit. Deniq; obstat nostra sen
tentia §. suspectus b. 11. n. vbi dicitur: aliquem suspectum remoueri posse, antequam tu
telam gerat. Ergo nec propter negligentiam nec propter dolum aliquis potest suspectus
fici ex l. 2. 3. C. eod. Resp. Illud tum demum locum habere, si tutor vel curator actu quo
dani vel dissoluta negligentia delatum sibi tutelæ vel curse muraus recipere cunctatur. Et
sic intellegitur etiam l. 14. anima causa. 41. §. vlt. ff. eod. vbi dicitur eos, qui nihil gesserunt pos
se suspectos fieri. Verum ob ignorantiam vel negligentiam vel dolum posse eos conueniri
quasi aenite ad simplicem cessationem non possit quisquam suspectus accusari, sed tum
demum, si ex aliquo actu appareat eum hoc vel ignorantia vel negligentia, vel dolo fecisse,
idque etiam confirmatur per texū d. l. impuberib. 7. §. vlt. ff. eod. vbi Vlp. hoc docet: tum de
nunim tutorem in tutelæ administratione esse, quasi suspectum remoueri posse, si edi
to pratoris vocatus contumaciter se absenteret, nec sui copiam facere velit, 45
que ita re ipsa ostendit, se per fraudem & contumaciam delatum sibi
quibus cunctari.

Finis libri primi institutionis disputationis.



LIBER SECUNDVS
INSTITUTIONVM.
DISPV TATIO VIII.

Ex tit. 1. lib. 2. institution. de rerum diuisione
& qualitate.

CONTINUATIO.

Hactenus de personis actum est: sequuntur nunc res, quod est secundum iuris subiectum. *in princip. institut. de rer. diuis. Mynsing. in rubric. tit. 1. lib. 2. instit. h. tit.*

Thesis 1. Re*i* appellatio*n*e non tantum res ipsa, verū etiā causa*t*, fructus, iura & seruitutes rei debitae cōprehenduntur. *l. rei appellat. 23. ff. de verb. signif.*

2 Rerum quædam sunt in patrimonio nostro, quædam extra patrimonium nostrum. *in princ. instit. de rer. diuis.*

3 Porro res sunt aut. communes, aut publicæ, aut vniuersitatis, aut nullius, aut singulorum. *in princ. instit. hoc tit.*

4 Res communes sunt, quarum usus tam hominibus quam brutis animalibus æque inuicem communis, ac idem est, vt sunt Aer, aqua profluens, mare & littus maris. §. & quidem. *institut. de rer. diuis. & qualitat.*

5 Aqua profluens est de iure naturali communis omnibus.

6 Res publicæ sunt, quæ iure gentium æqualiter omnibus populis inter se, quo ad usum communes sunt, vt flumina, portus & ripæ. §. *flumina autem & §. riuarum quoque, instit. hoc tit.*

7 Flumina alia dicuntur esse perennia & publica, quæ perpetuo fluunt & sunt nauigabilia. §. *flumina. instit. hoc tit.*

8 Flumina & aqua profluens nihil inter se differunt.

9 Alia vero, quæ interdum exsiccantur, aut per catiales in agros priuatum ducuntur, & priuata. *Mynsing. hoc loco.*

10 Flumina, portas & ripæ, vt & pescationes ratione vniuersalis dominij inter regalia referuntur; verum quo ad particulare dominium sunt eorum, per quorum territoria manant.

11 Littus est terra mari propinqua, quæ à mari tangitur, cuius usus est publicus & iuris gentium: unde littus propriæ dicitur esse maris; ripa vero fluminis: nam littus maris est, quatenus hybernum fluctus maximus excurrit. §. littorum quoq;. & §. flumina. Institut. hoc tit.

12 Littus & ripa quo ad usum non differunt: quo vero ad proprietatem inter se differunt. Mynsing. in §. littorum. num 2. & 3. Instit. hoc tit.

13 Res nullius esse dicuntur, quarum dominium est extra commercium hominum, vt res diuini iuris, quæ sunt aut sacra, sanctæ aut religiosæ. §. nullius autem. Instit. hoc tit. Sacra res sunt, quæ rite per Pontifices Deo consecratae sunt. §. sacra res. Instit. hoc tit.

14 Veluti ædes sacra & donaria, quæ recte ad ministerium Dei dedicata sunt, quæ etiam per nostram constitutionem alienari & obligari prohibuimus excepta causa redēptionis captiuorum. §. sacra res. Instit. h. tit.

15 Verum si quis autoritate quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non esse, sed profanum. §. sanctæ. Instit. hoc tit.

16 Locus autem, in quo ædes sacrae sunt ædificatae, etiam diruto ædificio sacer adhuc manet, teste Papiniano. §. sacra. vers. locus. Instit. hoc tit.

17 Vnusquisque religiosum locum sua voluntate facit, dum mortuum infert in suum locum: in communem locum purum socio inuitito inferre non licet; in commune vero sepulchrum etiam cæteris inuitis licet inferre. §. religiosum. Instit. de rer. diuis.

18 Ususfructus si est alienus, proprietarius religiosum locum facere non potest, nisi consentiente usufructuario. §. religiosum. vers. item si alienus. hoc tit.

19 In alienum vero locum consentiente domino licet inferre: & licet postea ratum non habuerit, quam illatus est mortuus, tamen locus fit religiosus. d. §. religiosum. Instit. hoc tit.

20 An ad locum religiosum de iure Canonico requiratur aspersio aquæ benedictæ, & alia. Borcholt. & Mynsing. in §. religiosum. hoc tit.

21 Res sanctæ dicuntur, quæ sunt diuini iuris, nulliusque in bonis, ac poena capitinis sanctis, vt muri & portæ ciuitatum. §. sanctæ quoq;. hoc tit.

Corollarium: Muri in municipiis, oppidis, castris & villarum mœnibus a sancti sint; & horum violatores a poena ordinaria, an vero extraordinaria puniantur? Nos affirmatiuam cum Cassio & Sabino in l. 8. §. fin. ff. de rer. diuis. item cum gl. & Ang. in l. 1. in fin. ne quid in loc. publ. defendere conabimur.

De rerum diuisione & qualitate, obiectiones &
resolutiones.

S P M M A R I A.

- 1 Reis Vocabulum quomodo hic atcipiatur.
 2 Res an reste diuidantur quod sint in patrimonio vel extra patrimonium nostrum.
 3 Seruitutes quomodo in bonis esse intelligantur.
 4 Seruitus seruitutis esse non potest.
 5 Res extra patrimonium, & in patrimonio qua sint.
 6 Res publica continentur sub rebus & iuriis.
 7 Aqua profluens, & flumina quomodo differant.
 8 Flumen quo ad proprietatem omnibus non patet.
 9 Littera an recte dicantur communia.
 10 Flumina cum sint publica, cur non omnibus pro arbitrio ius est licet.
 11 Veneti quomodo mare Hadriaticum occuparint.
 12 Praescriptio in occupatione litteris quando non valeat.
 13 Vnu manigandi vel pescandi inducitur possessio alium excludent.
 14 Ripa quomodo publica dicantur.
 15 Flumina & pescationes quomodo publica sint, & tamen etiam iustor regalia refra-
rantur.
 16 Sacra res qua sint.
 17 Consecratio verum sacrarum, an fiet per Pontificem.
 18 Consecrationi olim Pontifices & Principes interfuerant.
 19 Locus sacer quomodo hodie consecretur.
 20 Res sacra per Constitutionem lusitanis, alienari & obligari non possunt.
 21 Aurum quo sine habeat Ecclesia.
 22 Res Sacra quando possit fieri prophana.
 23 Ius patronatus vendi & in aliud transferri potest.
 24 Decima an praescribi & possidere a laicis possint.
 25 Ecclesia an praescribi possit.
 26 Locus sacer, an sacer maneat diruto adiicio.
 27 Res sacra & religiosa differunt.
 28 Locus religiosus quomodo fiat.
 29 Dominus proprietatis non debet impedire & sustinueri, nec deteriorem eius conditio-
nem facere.
 30 Camisteria quomoda hodie constituantur.
 31 Aratra & statua cur portio ciuitatum affigantur.
 32 Porta non simpliciter sed quodammodo sancta sunt.
 33 Muros urbem transcendentia an & quanto capite puniantur.
 34 Capitis pena duplex est, ciuilis & naturale.
 35 Vallum qui transcedit eam & quando capite punigeret.



D Continuationem, & ad Thes. I.] Rei vocabulum latissimum est, corpora & iura continens l. rei appellatio de Verb. sig. Hoc Thema alias regulare est & generaliter ponitur. In hoc autem secundo obiecto non adeo late accipitur, sed ita ut actiones & personas non comprehendat, quamvis haec tria obiecta vslu sint coniuncta, cum nullum negotium, nullus contractus aut iudicium sit, in quo tractando haec non concurrant. Duaren. lib. I. annivers. disputat. cap. 55.

Ad Thesin 2.] Res sunt in patrimonio vel extra patrimonium nostrum. Cui obiicitur l. 1. ff. cod. vbi dicitur: Res divini aut humani iuris esse: Ergo mala est diuisio propensa. Resp. Illa diuisio codem recedit, quia sub rebus diuinis, iuris continentur res sacrae, sanctae & religiosae. Sub rebus humani iuris, continentur res naturali iure communes, publicae, vniuersitatis, & res singulorum: quamvis & res hereditariae nullius sint in bonis, antequam adcentur, licet sint humani iuris. Fingitur enim hereditas iacens persona, que sibi acquirit augetur & diminuitur. Secundo obiicitur l. 1. ff. de Eſu & Eſuſi. leg. vbi dicitur seruirutes nec in bonis, id est, in patrimonio, nec extra bona, hoc est, extra patrimonium esse: Ergo adhuc terria species diuisionis est constitueda, earum scil. rerum, quæ nec sint in bonis, nec extra bona. Vnde Clingius hic mouetur, tertium diuisionis membrum constitutere. Resp. Seruites non intelliguntur esse in bonis per se absolute, pro sua natura, sine subiecto, in quo haerent consideratae. Per se enim ver tangent, tradi & naturaliter possideri non possunt. l. seruua. 43. §. in corporales res. ff. de acquir. rer. dom. Sunt n. res incorporeae & iura prædiorum. §. incorporeae. vñf. de reb. corporalib. & incorporealib. nec sine p̄diis consistunt, l. 2. ff. de Eſuſi. & ideo nec in bonis nec extra bona esse intelliguntur. Ficta autem t̄ iuris interpretatione ratione seruū, quibus inherēt in bonis sunt, & pro iis amissis habemus actionem, l. rem in bonis. 52. ff. de acquir. rer. dom. Alier nō incommodē sic respondet in d. l. agi de eo, num seruitus seruitutis esse posse? Et responderet ICtus Paul. seruitutem t̄ seruitutis non posse constitui, puta vñlum fr. itineris, quia id neque in bonis neq; extra bona est, hoc est, nullum est, cum per terum naturam id fieri nō possit, & nullum producit esse clum. Nam non ENTIS nullæ sunt qualitates, l. eius qui ff. de reb. cred. Et hanc solutionem iuvat l. 33. §. Eli. in fin. ff. de seruitut. iust. pred. vbi dicitur: Seruitutis vñlum fructum constitui non posse: Clingium ergo errare bū dicimus.

Ad Thesin 3.] Prior diuisio specialius hic explicatur. Res enim t̄ communies publicæ vniuersitatis, & res nullius sunt extra patrimonium. Res aut̄ quæ singulorum sunt in patrimonio sunt, hoc est, in singulorū dominio. Sed obiicitur l. 2. in pr. ff. de rer. diuis. vbi a Martino ICto saltem quatuor referuntur huius diuisionis partes, non quinque, omituntur enim res publicæ. Respond. Martinum in hac l. tantum de quatuor partib. voluisse agere, & deinde specialiter de publicis in l. 4. §. fin. ff. de rer. diuis. quæ itidem est Martini ex 3 lib. Inſtit. vbi id particula aduersativa ostendit, Cuius ea est natura, vt id quod ponit debet separari ab eo, quod positum est quasi ei aduersetur. Inquit enim ICtus Martinus in d. l. 2. Res sunt communes, vniuersitatis, nullius & singulorum. Deinde in d. l. 4. §. fin. dicit hoc modo: Sed potius & flumina publica sunt. Alij dicunt sub rebus communibus d. l. 2. contineri res publicas, quia magnam habent inter se cognationem & vslu nihil differunt, sed tantum proprietate. Et alias promiscue & indistincte vsluprantur, l. prescriptio. 45. ff. de Eſuſi. Et Eſuſi. ap. vel dicendum est t̄ publicas res sub vniuersitatis rebus contineri, quæ abusus publica dicuntur, l. bona cinitatis. 15. ff. de Verb. sig.

Ad Thesin

Ad Thesin 4. cum aliquot seqq.] Affirmatur in Thesi quarta, aquam profluens
 tem naturali iure esse commune: Flumina autem esse publica in Thes 7. afflritur: cum
 tamen flumina & aqua profluens nihil differant. Respond. Differunt maxime: t̄ aqua
 profluens, vt quoddam iure naturali & communione, & flumina reponere publica: Nam aqua
 profluens iure naturali est communis omnibus, ita vt si quis haurit aquam profluente,
 eius dominium plenissime acquirat, quemadmodum acquisitum dominium acquirit: Quod e-
 nem ante nullius fuit, vt aqua profluens, primo occupanti conceditur. Flumina autem iu-
 re naturali primo occupanti non acquiruntur, cum sit proprietate populi Romani vel
 Imperij, non iure naturali nullius, vt mare, littora, aer, aqua profluens. Et ideo si quis ex-
 dificeret in flumine, etiam extra navigationis impedimentum, locus fluminis, in quo ex-
 dificatur, eius non fit, vt tum quando in mari quis exdificatur, sed exdificium acquiritur po-
 pulo vel Imperio. Quia id solo vel flumini cedit, & acquiritur, nisi id rite ac publice, hoc
 est, consensu populi vel Imperij fuit. Proprietate igitur sunt publica iuris ciuilis, quia
 sunt populi: Vslū sunt publica iuris gentium, quia quo ad vsum omnibus patent, vt & lit-
 tora, mare, & ripæ. Et hinc est quod Imperat. & ICtus in l. in tantum 6. in princ. ff. de rer.
 diuis. dicant: locum littoris vel in iris, in quo casa vel exdificium positum sit, primo occu-
 pant qui ad proprietatem acquiri: id quod de loco fluminis nullibi affirmatur, cum flu-
 men quo ad t̄ proprietatem omnibus neutiquam pateat. Ius tamen nauigandi & pisan-
 di omnibus communare est, in portu flaminibusque, dum tamen hoc sit absque deterio-
 ratione & incommodo fluminis, maris seu littoris. d.l. fluminum. 24. in princ. ff. de damno
 infest. l.3. §. 1. ff. ne quid in loco publico, &c. Subtilitate igitur intellectus & iuris interpre-
 tatione distinguantur flumen & aqua profluens, vt flumen sit publicum nomen, & pro-
 prietate distet ab aqua profluente: Aqua profluens sit vocabulum commune, & flumen a-
 qua concinat. Et sciendum communia iure naturali omnibus communiter patre quo
 ad vsum & proprietatem: publica tamen quo ad vsum, qui omnibus permisus est, non
 quo ad proprietatem, cum sint Imperij quo ad proprietatem, & dicantur publica iure ci-
 uili: quo ad vsum vero iuris gentium, quo ad proprietatem eorum, qui proprie ripas præ-
 dia possident. Res vniuersitatis sunt, quo ad vsum & proprietatem ciuium in ciuitate a-
 liqua consistentium, quæ publice abusus dicuntur, quia ciuitates priuatorum loco sunt.
 9. l. ciuitatum. ff. de verb. sign. Deinde affirmatur in Thesi littora esse t̄ communia. Cui ad-
 versatur d.l. fluminum. 24. in princ. ff. de damn. infest. vbi littora dicuntur esse publica. Er-
 go non sunt communia iure gentium. Respon. Dicitur fluminum publicorum esse com-
 munē, id est, publicum vsum, sicut & viarum publicarū vslū est cōmuni omnium ciuium
 in ciuitate consistentium, & sic etiam littorum (non publicorum, sed communū) com-
 munem esse vsum, quamvis saepe littora propter publicum vsum publica dicantur, l. quod
 in littore. 14. in princ. ff. de acquir. rerum. domin. id sit propter cognitionem & conuenien-
 tiā, quam in vslū habent. Sed obiectetur contra datam solutionem hoc modo: Si flumi-
 na publica sunt, ciuius pro arbitrio iis vti liceret: sed hoc non permittitur, quia non li-
 cer alicui exdificare vel aliquid pro arbitrio extruere, vel piscari in flumine, nisi permisus
 Magistratus, l. aduersus ff. ne quid in loco publico. Respond. Vslū fluminum est publicus,
 10. vt & maris & littoris maris, sed tamen ne inni permititur eo casu abuti, t̄ ne forte flumi-
 ni vel mari inde noceatur, eiusque vslū deterior fiat; pura si immisisse suis turbatur, ripæ
 deuastantur, veneno iniesto inficiantur, d.l. fluminum 24. in princ. ff. de damn. infest. Atq;
 ne damnum flumini fuit, nata sunt edicta prohibitoria. Ne quid in loco publico. rot. sit. ff.
 ne quid in loco publico. Item ne quid in flumine publico. Sed rursus obiectur littora non
 esse communia, nec publica etiam dici posse, cum sint populi Romani. l. 12. ff. ne quid in

loco publ. Respond. Illa lex loquitur de occupatis littoribus & praescriptis. Quatenus enim occupata sunt & usurpatur a populo Romano, sunt pop. Romani, alias nullius §. I. & §. equidem. h. sit. n. Sicuti Veneti occuparunt tamen mare Hadriaticum, & praescriptione illam occupationem iuuuerunt, vt pote ciuili remedio, quo rerum dominia transferuntur, & donec occupatum tenent, sibi vendicant, si deserunt, omnino rursus fit primi occupantis. l. traditionib. 20. C. de post. id quod Virgil. etiam indicat. Ib. 1. Aeneid. Hostiis prohibemut arenae, &c. Insto contra datam solutionem. Littora praescriptione longae possessionis obtineri non possunt, id quod expresse probatur in l. praescriptio. 45. ff. de usurpat. & usurcap. Resp. Ibi explicatio additur, quod prescriptio tamen valeat, & nullius sit momenti, si alius diruto prioris dominij edificio, rursus adificauit: Tunc enim aduersus priorem dominum, qui adificium in littore positum diruit, exceptione dominij tutus est: Dum autem prior Dominus occupatum littus tenet, a nomine eo in loco vbi adificauit, adificando aliquid tentari potest. II. Praescriptio etiam nullius est momenti quando quis in diuerticulo publici fluminis pluribus piscatus sit annis, & alter eum eodem iure vti, id est, piscari prohibeat. Sed posteriori calu d.l. praescriptio, obicitur, si quisq. 7. ff. de divers. tempor. praescript. vbi dicitur, praescriptionem valere, si quis in diuerticulo publici fluminis pluribus annis piscatus sit. Sed in casu d.l. praescriptio, is desinit piscari aliquamdiu, forte acquiescens prohibitioni alicuius. Nam quae metu facultatis sunt praescribuntur interueniente prohibitione, cum prohibentis insistentia & patientia eius, cui prohibetur quid. Alius igitur venit & piscationem occupauit, & possessionem eius qui deseruit piscationem, interpellavit ac interrupit. Dum igitur deseruit piscationis stationem, amplius se dominij exceptione tueri non potest: Vnde ei qui pluribus annis piscatus erat, amplius praescriptio non datur. At in d.l. si quisquam. 7. perpetuo quis piscatus erat, & fuit in continuo exercito piscandi, nec sicut suo iuri ab alio quoquis tempore praescribi. Nam qui prior est tempore potior est iure. Ex tamen vsu etiam nauigandi vel piscandi inducitur possessio alios excludens. Welenbec in parat. ff. de seruitut. num. 5. Et tam diu potest quis alium prohibere, donec ipse occupatum diuerticulum teneat. Vel ad d.l. si quisque, adiicienda est negatio, & tum omnia difficultatem tolli putat hic Welenbecius, & in ff. de seruitut. num. 5. pag. 112. fere in fine, quae tamen additio vitari potest. Deinde obicitur, ripas publicas esse l. 3. ff. de flumin. Ergo non sunt priuatorum. Respond. Ibi respectu versus dicuntur ripa publicae. Publicus enim iure gentium eorum est versus vt & lit. 14 torum. d. §. i parum. h. sit. proprietates tamen eorum sunt, qui prope eas praedia possident. Deinde obicitur flumina nunc, vt & piscationes, inter regalia referri, cap. vnicque sine regalia in vobis feudor. non igitur amplius publica sunt. Resp. Publica manent, id est, Imperij vel populi Romani, & versus omnibus patent. Sed tamen Imperator Roman. iure regalium ea 15 tenet, id est, superiorum in ea iurisdictionem habet, quam ei populus Romanus Imperij concessit, vt & in alias res, & ex illarum rerum redditibus, puta ex telonii nauim, vecturis & aliis suam tucatur Imperatoriam Maiestatem, & eo diligenter inspectiōnem & iurisdictionem in omnia exerceat. Bona tamen damnatorum & alia regalia pleno iure ad Imperium spectant, d. cap. vnicque sunt regal. nec omnia exemplavno eodemque modo accommodari possunt.

Ad Thesis 13.] Sacra res sunt, quae tamen rite per Pontifices Deo consecrata sunt. 16 Cui opponitur l. sacra loca. 9. §. i. ff. de rerum diuis. vbi affirmat Vlpianus, locum sacrum fieri posse, cum Princeps eum dedicauit, vel per eum cui dedicandi potestatem Princeps dedit vel fecit, quod similiter in l. Ultim. ff. Et in possess. legas. affirmatur: Ergo per Pontificem non sit tamen consecratio. Respond. Zabus in parat. ff. dererum diuis. hasce 17 leges

leges conciliare volens distinguit inter tempora, & d. l. *sacra loca*, & d. l. *ult. ff.* ut in possessio legar. Secundum tempora antiqua accipiendas est affirmat, quod illis temporibus ius religionis non fuerit penes Pontifices, sed penes seculares Principes. Iustinianum vero loqui de eo, quod posterioribus temporibus iuris erat & fieri solebat. Sed hanc conciliationem subsistere nemo facile dixerit, quia d.l. *sacra loca*. est Vlpiani ICri, & temporibus Vlp. religionis ius non solum apud Principes seculares fuisse, sed etiam apud ipsos Pontifices, constat ex eiusdem Vlpiani Responso in l. offa. 8. in princip. ff. de relig. & sumptib. funer. vbi Principis & Pontificis sit mentio. Reclius igitur sic respondet in loco sacro constituendo Pontificis & Principis autoritatem necessariam fuisse, licet Iustinian. Pontificum duxat ex mentione faciat, & Vlpian. in d. l. *sacra*. saltem faciat mentionem 18 Principis. Nam olim intererant ter consacratio*n* Pontifices & Principes, ut testatur Wensembe*n*. in parat. ff. de rerum diuis. num. 4. vbi definit res sacras, qua publice, id est, publica autoritate, & iussu populi olin à Consule, Dictatore, Imperatore, aut aliquo à summo Magistratu per solennia verba praeunte & praestante eam*n* Pontifice summo consecrantur. Et certum est Pontifices tempore Romanorum fuisse, per l. 2. q. deinde. de orig. iuris. Et haec solutio iuuatur per d. l. offa. 8. in princip. ff. de religios. & sumptib. sum. vbi Imperator & Pontifex coniunguntur. Hodie vero in Republica Christiana, ab An*t*istite, cuiusque loci diuino ter numine implorato sacer locus consecratur. Alij dicunt olim ante Imperatores penes solos Pontifices ius consecrandi locum sacrum fuisse, quia vt ex d. q. deinde. d. l. 2. ff. de orig. iur. constat, actionum formule impetrandas erant à collegio Pontificis: sed dum populus Romanus omne Imperium & potestatem in Pontificis transtulit, s. sed & Principi. Institut. de iure natural. gent. & ciuil. primum Caius Octavianus Augustum sumis*n*: sibi potestatem consecrandi locum sacrum. Sed prior solutio recineri potest. Nec admittendum est alios qui sequantur glossam, inter dedicate & consecrare distinguere. Quia illa solutio ex dict. l. *Ultim. ff.* ut in possess. legar. corru*n*, quia ibi eodem modo consecrare usurpatur, ut in d. q. *sacra*. verbum DEDICARE. Denique obiicitur l. penult. ff. de part. vbi dicitur dedicare aliquem posse locum sacrum pacto, id est, voluntate tantum, non auctoritate Principis vel Pontificis. Respond. Ille te*n*xtus loquitur de loco religioso, ut totus contextus indicat, & lex Ultim. Cod. de pais*n* inter emptorem & venditorem, quae illam legem sustulit, ut Pacius in dict. l. penult. refert.

20 Ad Thesin 14. 15. & 16.] Affirmamus per Iustiniani Constitutionem ter alienari & obligari non posse res sacras. Cui valde obstat. l. *Sancimus*. 12. Cod. de Sacrosanct. Eccles. vbi Iustinian. ipse affirmat, res sacras estimationem non recipere: Ergo aucte Iustinianum hoc obtinuit & falso vel frustra Iustinianu*m* asserbitur. Respond. Iustinianus à legibus antiquis id accepit, ut ipse facetus in dict. l. *Sancimus*. At Iustinianus tamen certis casibus illam alienationem à veteribus prohibitam concessit, & id ad prohibitam alienationem adiicit. Vnde hic recte ita dicitur: quae alienari non possunt ex Iustiniani Constitutione, excepta causa redemptionis captiuorum, & aliis causis: non quod obligatio ante fuisset prohibita, sed ut saltem casus exceptus ex Iustiniani Constitutione pendere rectius consiperetur. Nec tamen id ex antiquis legibus, sed etiam ex Constitutionibus Pontificis est, quae idem voluit tot. titul. extr. de rebus Ecclesiasticis non alienant. cap. semel D 50 o dedicatum, de regul. iuris. in 6. c. t. p. sine exceptione. 12. questione 2. vbi dicitur sine Cleri tractatu & consensu nemo alienet vel vendat res Ecclesie, nisi forte meliora faciat. Nec tantum excipit Iustinianus casum redemptionis cap*n*

captiuorum, sed etiam famis. Et præterea si Ecclesia habeat res mobiles superfluas, grauataque sit ære alieno, nec possit aliunde soluere, nisi res mobiles distrahere velet: Tum enim potius superfluas res mobiles, quam immobiles distrahere & alienare debet, authent. præterea. de sacrostant. Eccles. Aurum † autem Ecclesia habet non ut seruet, sed ut eroget & subueniat in necessitatibus, cap. anrum. 12. questione 2. Contra datam solutionem probò etiam res sacras aliis modis veteri iure obligari & alienari potuisse, & quidem per l. stipulantem. 83. § sacram. ff. Verborum obligat. vbi dicitur item sacram posse fieri prophanam. Respond. Potest res sacra fieri † prophana, puta, si locus sacra ab hostibus occupatur, tunc enim sit prophanus, §. item ea que ab hostibus, hoc sit. Item si rebus sacris redimuntur captivi. Quia anime hominum quibuscumq; rebus sunt pretiosiores, d. l. sanctimus. 12. C. de Sacrostant. Eccles. d. §. sacra. h. t. id quod tamen ex Iustinian. Constit. est.

Secundo probatur id, ex l. in modicis. 14. ff. de contrahab. emt. Vbi dicitur locum sacrum posse verandi. Ergo obligari, quia ex contractu emtionis oritur obligatio, sot. tit. infra de oblig. & tit. do empr. Et vendit. Respond. Wensembe. in §. thesauros h. tit. locum sacrum & religiosum ibi fuisse vniuersitatis, & ideo ab ea, non à priuato alienari potuisse, vel dicendum est ex isto textu specialiter, locum sacrum vel religiosum non vendi possenni manus partis emtioni accedat. Multa enim cum vniuersitate transeunt, & sic accessoria cum principali, quæ alias per se non transferrentur, l. quidam. ff. de rerum dinis. Sic tota Ecclesia cum ciuitate vel pago quodam vendi potest, & tunc nihil minus res sacra manet, manet quoque eadem conditio spiritualitatis, quæ ante fuit. Prohibitione autem alienationis tum locum habet, quando damnum inde Ecclesia sentit. Eodem modo ius † Patronatus vendi potest, Cod. cum secularum. extr. de iure Patron. quod tam
enim ius est spirituale, Ecclesiasticum & Deo dicatum, cap. si vero Et cap. consuluit. ext.
de iure Patronat. Potest etiam in alium transferri hoc ius cap. quoniam. extr. de iure
Patronat. & permutari, cap. nemini regum. 16. quest. Ultim. Id quod totum sit quando fundum haber annexum, & cum vniuersitate transit. Sed decimæ etiam sunt res sacrae &
Deo dicatae, cap. i. Et cap. prohibemus extra, de decimis. & tamen † praescribi & possideri
à Laicis possunt. d. cap. sua extr. de decimis. Resp. Duo sunt decimatarum genera, quædam
enimno praescribi possunt, d. cap. prohibemus. & sunt prophane ac feudales, quæ vendi &
alienari possunt. Faber in §. item Seruiana. Instut. de actio. Quidam sunt spirituales
& alienari non possunt.

Deinde obicitur res sacras Ecclesiæ praescribi posse. Res Ecclesiæ Romanæ cœnum annis: Res aliarum ciuitatum Ecclesiæ, quadraginta, authent. quas actiones. Cod. de Sacrostant. Eccles. & pta scriptio est species alienationis. cap. ad audientiam. extr. de pta script. alienationis. ff. de Verb sign. Respond. Praescribitur quadraginta annorum curriculo Ecclesiæ, si alia † Ecclesia contra Eccleiam praescribit, tum enim Ecclesia nihil perdit, quia quod Ecclesiæ fuit, Ecclesiæ manet. c. ad aures. extra, de pta script. Verum laicus praescribere non potest, etiam mille annis, cap. caufam. extr. de pta script. Deinde si Oeconomus Ecclesiæ vel cœnobij patitur praescribi Ecclesiæ, damnum Ecclesia non sentit, quia regressum haber aduersus Oeconomum, qui damnum datum relarcere tenetur. Denique ei, quod in Thesi 16 dicitur locum sacrum † manere sacrum etiam diruto † ædificio, obicitur vulgata Logicorum regula: Cessante causa cessat effectus: Hic cessat causa, id est exercitium, vel administratio rerum sacrarum: Ergo & sacer amplius non potest dici. Respond. Cessat causa, quia semel Deo dicatum, in humanos usus conuerti non debet, c. semel Deo dicatum. der. reg. iur. in 6.

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

27 Nec valet argumentatio à rebus sacris ad religiosas, quia † religiosus constituitur propria auctoritate; locus sacer Pontificis auctoritate, & in authenc. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccles. sacrum religiosum dicitur. Sed obiicitur contra datam solutionem. l. cum loca. 36. ff. de religios. & sumpt. fun. vbi dicitur loca capta ab hostibus definire sacra esse. Respond. Aliud esse, prophanatur in actu occupationis locus sacer, & definit esse sacer. Definit quidem esse sacer, quādū est occupatus: sed tamen si calamitate illa liberatus sit, pristino statui restituitur.

28 *Ad Thesin 17.*] Religiosum locum vnuſquisque † propria voluntate facit, si mortuum infert in locum suum. Sed obiicitur l. 4. ff. eod. de religios. & sumpt. fun. Respond. In locum suum proprium quis inferri potest ministerio heredis, vel alterius cuiusdam, si hoc ita defunctus destinavit. Sic si legatus est fundus alicui, & in eum testator est illatus, illatione fit religiosus, si modo in alium locum oportune inferri non potuerit. Hæc causa est necessitatis, quasi dicat, alias non tenetur id legatarius concedere. Deinde *diss. Thes 17.* obiicitur l. sunt persona. 43. ff. de religios. & sumpt. fun. vbi dicitur, socium inuitio socio mortuum in communem fundum inferre non posse. Respond. Ratio specialitatis, cur id non permittatur exprimitur in d. l. sunt persona. ne scilicet cadavera iacent in sepulta. Et summa est ratio, quæ pro religione facit. Et hoc procedit dum socius parat vel curat parari sepulchrum. Nec tamen tandem cadavera insepultum facere potest; alias socius qui intulit, tenetur socio actione in factum, ut tollatur cadavera extranei illatum, l. 4. 6. ff. comm. dividendo, &c.

Ad Thesin 18.] Si alienus est vſuſtructus, proprietarius religiosum locum facere non potest, nisi contentiente vſuſtructuario: Cui opponitur hoc modo: Quilibet est suarū rerum liber moderator & arbitrus, l. in remandata. C. mandat. Ergo proprietarius etiam inuitio vſuſtructuario inferre mortuum potest in agrum suum, cuius est Dominus. Resp. Quando Dominus alteri concedit vſumſtructum, id est, ius vtendi fruendi, à proprietate abstinet, §. 1. ins. de & ſaf. Et si mortuo inferretur à Domino, vſuſtructuario in suo iure turbarerit, iusque vtendi fruendi ei impeditetur, cum tamen certi iuris sit, proprietatis † dominum nō debet impedire vtentem fructuarium, nec deteriorem facere eius conditionem, l. sed si quid. 15. §. proprietatis ff. de vſuſtructu. &c.

Secundo obiicitur tale argumentum: Si proprietarius habet actionem vel interdictum de mortuo inferendo, contra inuitum & reluctantem vſuſtructuarium, merito eo nō concedente mortuum inferre potest: sed habet actionem de mortuo inferendo, diss. l. sunt persona. 43. in pr. ff. de religios. & sumpt. fun. Ergo vſuſtructuario inuitio proprietarius mortuum inferre potest. Resp. Dominus proprietatis semper habet contra vſuſtructuarium interdictum, de mortuo inferendo, l. 1. §. hoc interdicto ff. de mortuo inferendo. coq; ut ille agere potest tum, quando vſuſtructuario reluctatur, & prohibet dominum illationem, idq; ob illam specialem rationem, ne cadavera sint insepulta, quæ in d. l. sunt persona. exprimitur. Adduntur autem in d. l. sunt persona. hæc verba: Sed si mortuum intulerit, non faciet suum sepulchrum, ex quibus verbis appetit dominum proprietatis, ratione prohibitionis factæ ab vſuſtructuario, habere interdictum de mortuo inferendo, coq; agere posse ratione proprietatis, sed sine effectu, quia illa actio alioquin per se utilis & efficax, eliditur ab vſuſtructuario exceptione quasi dominij, tot. ius. ins. de except. Quia vſuſtructuario in suo iure turbandus non est, ideo dominus proprietatis abstinet ab eo tenetur, & si intulit cadavera, postea illud rufus tollere, quemadmodum etiam de socio cōmuni dictum est antea. Qui huius duo calus in d. l. sunt persona, cōparatur per illa verba: eadem sunt & in socio. Et q; teneatur cadavera, proprietarius tollere, importat illa verba: si mortuum intulerit, nō faciet ius inſtruſepulchrū.

Tertio.

Tertio obiicitur l. 2. §. fin. ff. de religios. & sumt. funer. Respond. Ibi specialis itidem casus est fauore religionis, idq; indicant particula, nisi & ALIAS sibi opposita, & fauore religionis etiam is, qui pignori dedit agrum, si in eum mortuum intulerit, agrum facit ex aequitate religiosum, l. 3. ff. de relig. & sumt. fun. quod quidem stricto iure non videbatur debere concedi. d. l. 2. §. fin. &c.

Ad Thes. 20.] Iure Canon. requiritur ad locum religiosum aspersio aquæ benedictæ, & alia: alias cœmiteria sepulchra mortuorum fieri non possunt: sed illa nunc abolitas sunt, & cœmiteria t̄ dedicantur ac constituantur a magistratu cuiusque loci. Ponti- 30 fex purat tantam vim inesse aquæ benedictæ, vt etiam si per aliquot millaria absit, tamen locus fiat religiosus.

Ad Thes. 21.] In portas ingrediuntur immunda, vt meretrices, latrones, ergo non possunt esse sanctæ. Respond. Olim t̄ arato designabantur loci ciuitatum vel urbium, & suspendebatur ibi aratum, vbi porta erat extruenda & agricultura Deo erat grata: Et Deo carum fuit per porras ita conseruari societatem hominum egrediendo & ingrediendo. Vnde solita sunt affigi portis statuae, quibus ad monerentur omnes viatores Dei. Deinde etiam legibus subnixa est violatio portarum, vnde sanctæ dicuntur portæ.

Denique muri & porta sanctæ non dicuntur, nec sunt etiam, sed t̄ quodammodo, quæ 32 particula est restrictiva. Quia magis profanum quid sapiunt, respectu scilicet rerum sacrum & religiosarum.

Ad Corollarium.] Contra cotollarium ab aliquibus disputari solet, & quidem I. ex l. sanctum 8. §. fin. ff. de rerum diuis. vbi Cassius & Sabinus dicunt, muros in municipis & in oppidis, castris, villarum mēnibus sanctos esse; Dum igitur sancti sunt secundum generalitatem dicti, §. sancta, textus capite puniuntur, nec mitiori poena quā muros transcendunt; Nam vbi textus non distinguit nec nos distinguere debemus, l. de prelio. ff. de public. in rem. all. Respond. Pro corollarii sententia confirmanda optime facit, l. & l. in fin. ff. de rer. diuis. vbi tantum de vrbe Roma loquitur, ob easque violatam Remum à Romulo occisum esse tradit. Illi igitur qui t̄ muros vrbis Romæ transcendunt, propter 33 excellentiam & præminentiam merito capite puniuntur, cum regia & imperatoria sedis ibi fuerit, qua postea fuit Constantinopoli, & nunc est Viennæ, nec tamen negandum est, eandem etiam poenam seruati posse in eiusmodi imperialibus ciuitatibus, vbi Cameræ imperiales habentur, ac alia secreta ac priuilegia asseruantur. Ut enim se habent illæ ciuitates ob asseruata priuilegia & sedem Imperatoriam ad maiorem poenam: Ita reliquæ ciuitates habent se ad mitiorem, vel aliquam extraordinariam: Eius rationes sunt. I. Quia capitis poena est t̄ duplex ciuilis & naturalis. Ciuilis est deportatio. Naturalis est 34 capitis naturalis poena, & in dubio poena capitis ciuilis in aliis ciuitatibus recipi & tollerari potest. II. Ratio mitigationis summa est. Quia in poenis id quod benignius est, sequimur c. in paris de reg. iur. in 6. l. interpretatione. ff. de panis. l. Arrianus ff. de oblig. & act. c. odia de reg. iur. in 6. Quāuis in aliquibus ciuitatib. statutis efficitū sit, vt transcendentes muros capite puniantur, quod in loco quolibet probandum non est, cum statuta & consuetudines probabiliter ignorari possint, cum facti sint, & prudentissimos quoque fallant. l. 2. in fin. ff. de iur. & fact. ignor. IN STO contra datam solutionem. Sed dicitur in d. l. & l. ciuem Remani in non alia quam per portas ingredi debere, ideoque poenam capitis ferre si muros transcedit, ciues autem Remani omnes sunt, qui sunt in vrbe Romano l. in vrbe. ff. de stat. hom. Ergo omnes omnium ciuitatū ciues poena capitis naturalis sunt sufficiendi. Relpond. In d. l. l. & l. ciues Remani si sunt qui in vrbe Roma versentur:

d. autem l. in orbe loquitur de stat. hominum , quasi quoad statum & conditionem omnes ingenui in prouinciis agentes , iure ciuium Romanorum ex constitut. Antonii sunt donati. In aliis tamen & prasertim in penalis non sunt pares ciues in urbe Romana & extra urbem Romam versantes, &c.

35 Denique probatur haec sententia per l.3.5. nec non ff. de remilit. vbi, qui transscendit capite punitur. Respond. Breuiter hoc fieri propter expeditionum pericula, in quibus semper est strictior & durior disciplina ac coercitio : Idq; propter varia pericula, quae inde ab hostib. sunt expectanda. Vnde non micum duxiorem penam esse constitutam, ob difficultatem prodicionum & incursionum. Manet igitur verum arbitriam penam in aliis ciuitatibus posse esse, quamvis Ludouicus Romanus in singulari 747. quem sequitur Capella in tract. de seruitut. ruf. Et Verb. pred. cap. 54. de scil. num. 9. coptr. sium defendat, &c.

DISPUTATIO IX.

Exxit. 1. lib. 2, institut. de acquir. rer. domin.

CONTINVATIO.

In superiori disputatione egimus de rerum diuisione & qualitate: item de rebus communibus, publicis, vniuersitatis, ac nullius: nunc vero de rebus singulorum dispiciemus. Et res singulorum sunt, quae in patrimonio nostro sunt, nostroque dominio subiiciuntur vel iure gentium, vel iure ciuili. §. singulorum autem. institut. de rer. dñis.

Thesis 1. Dominium est ius de re sua perfecte disponendi pro arbitrio, nisi lege aut conuentione prohibetur. Mynsinger. in rubric. h. titul. institut. num. 4.

2. Dominium est aut directum, aut utile. Directum dominium est ius dominationis, quod quis habet in re corporali, superiorem non recognoscens, qualis est dominus feudi, vel emphyteus in proprietate: Utile vero dominium est ius cum fructu, qualis habet vasallus, emphyteuta aut superficiarius, superiorem recognoscens in usufructu. Mynsing. in rubric. lib. 2. instit. num. 16.

3 Plenum dominium dicitur habere is, qui utrumque, directum & utile habet, ut in bonis allodialibus sit, & rebus hereditatiis Mynsing. in rubric. lib. 2. instit. nu. 18.

4 Quod antea nullius fuit, id naturali ratione occupantis sit, ut sunt feræ bestiæ, volucres, pisces, omniaq; animalia, quoties ab aliquo capiuntur, iure gentium statim capientis sunt, nec interest, an in proprio fundo, an alieno quis capiat: potest tamen quis ne fundum alienum venandi aut aucupandi gratia ingrediatur, domino prius præuiso, prohiberi. §. feræ igitur. instit. de domin. rer. acquir. l. 5. §. 2. ff. de acquir. rer. domin.

§ Hinc

§ Hinc quæritur; an fera bestia, si ita vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse dicatur. §. illud quæsitum, instit. hoc titul. l. s. §. i. ff. de acquir. rer. domin.

6 Vnde Fridericum Imperatorem non immerito commotum existimamus, cur subditis venationum iura antea communia, adimenda putauerit. tit. 27. §. quis rusticus s. vers. nemo lib. 2. in vñib. seud.

7 Ab hostibus capta iure gentium statim nostra fiunt, nisi ad suos reuersa fuerint: tum enim iure postliminii pristinum statum recuperant. §. item ea que instit. b. tit. l. s. §. i. ff. de capt. & postlim. reuers. l. s. §. 7. ff. de acquir. rer. domin.

8 Thesaurus in loco proprio, aut in sacro vel religioso, casu fortuito inventus, totus inuentori acquiritur. §. thesaurus. instit. hoc tit.

9 In loco vero alieno fortuito inuentus, dimidius inuentoris, & dimidius domini soli esse debeat. §. thesaurus. vers. & si quis. hoc tit.

10 Vis fluminis si per allutuionem partem aliquam de meo praedio detraherit, & vicino attulerit, ea pars mea permanet iure gentium: si vero longiore tempore vicini mei fundo adhaeret, arboresque quas secum traxit in eum fundum radices egerint, ex eo tempore vicino fundo acquiruntur. §. præterea quod. vers. quod si vis. hoc tit.

11 Insula in mari nata, occupantis sit: nata vero in flumine publico, iis acquiritur, quorum praediis proxime adhaeret. §. insula. hoc tit.

12 Flumen si parte eius aliqua diuisum sit, posteaque infra unum, agrum alicuius in formam insulae redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat. §. insula. vers. quod si aliqua. instit. hoc tit.

13 Flumen si naturali alueo in totum derelicto, ad aliam partem fluat, prior quidem alueus eorum est, qui prope eius praedia possident: nouus vero alueus eius erit, cuius & ipsum flumen. Quod si post aliquod tempus ad priorem alueum reuertatur flumen, nouus alueus rursus erit prope ripam eius praedia possidentium. §. quod si naturali hoc tit.

14 Species ex aliena materia ab aliquo facta, quando sit communis, & quando non: nam si species ad priorem materiam reduci potest, ea ad materiae dominum pertinet: si vero non, ad eum qui fecit. §. cum ex aliena. hoc tit.

15 Qui partim ex sua, partim ex aliena materia speciem quandam facit, ea species ad facientem, & non ad dominum materiae spectat. §. quod si partim. hoc tit.

16 Dominium mutatur accessione, siue res illa quæ accedit sit preciosior, siue vilior. §. si tantum alienam. instit. hoc tit.

17 Aedificans ex sua materia in alieno solo perdit aedificium, fitque eius, cuius & solum est. §. ex diuerso. instit. hoc tit.

18 Aedificans vero in suo solo domum ex aliena materia, domino materia nec rei vendicatione nec ad exhibendū tenetur: sed tantum ipsi ad duplum rei persoluendum pretium obligatur. §. cum in suo. instit. hoc tit.

19 Possessori malae fidei scienti solum esse alienum, culpa obici potest, quod temere in eo solo, quod sciebat alienum esse, aedificauit: fecus vero in bona fidei possessore, qui sumitus deducere cupit. §. certa illud hoc tit.

20 Arbor in fine agri posita, si omnes radices in fundum vicini protendat, vicino acquiritur: in confinio vero posita, si vtrinque radices cogerit, communis sit. §. si Titius. hoc tit.

21 Dominia rerum iure naturali pictura acquiruntur: hinc non immerito queritur, an pictura tabulae cedat, an vero tabula picturæ. §. si quis in aliena. hoc tit.

22 Dominia rerum ut specificatione acquirantur, quæ sint necessaria. Mynsing. in §. cum ex aliena. num. 14. instit. de rer. diuis.

23 Frumentum alicuius casu vel sine voluntate cum frumento meo mixtum, commune non est, sed suum cuiusque frumentum arbitrio iudicis est restituendum. §. quod si frumentum h. tit.

24 Fructuum perceptione dominia rerum iure naturali acquiruntur: hinc fructus sunt aut naturales, aut industriaes. §. si quis autem hoc tit.

25 Possessor bonæ fidei fructus perceptos pro cultura & cura lucratur: malae fidei vero possessor & fructus consumtos restituere debet. §. si quis autem & §. vero ad quem. h. t.

26 Rei in vulgus proiec̄t̄ vel pro derelicto habitat dominiū statim amittitur, & apprehensione eius iure naturali acquiritur, §. hoc amplius. h. tit.

Corollarium: Denique queritur: an aliquis prohiberi possit, ne fundum alterius ingrediatur, & an actio iniuriarum aduersus fundum alienum ingredientem contra domini voluntatem detur? Iulius Clarus in pract. crim. in §. iniuria. num. 2. Mynsing. in §. fera igitur. num. 7. ff. de rer. diuis. & qualit.

DISPUTATIONIS IX.

De acquirendo rerum dominio, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1 Dominium quomodo definitur.

- 2 Dominium tantum geniculum est.
- 3 Possessio differt à proprietate iuris.
- 4 Vius fructus est duplex causalitatis & formalitatis.
- 5 Fera bestia vulnerata quando fiat nostra.
- 6 Iuris naturalis effectus potest impediri per civilem rationem.
- 7 Animalia qua venando cunctis capere licet.
- 8 Venandi prohibitio unde excepit.
- 9 Capta ab hostibus quomodo nostra fiant.
- 10 Civitas capta ab hostibus, potest iure postliminis iterum reminiscere.
- 11 Res mobiles ab hostibus capta, præda loco cedunt.
- 12 Thesaurus in loco sacro vel religioso, fortuito casu invenitus cui cedat.
- 13 Thesaurus propriæ quid sit.
- 14 Vellum quod de prædio aliusius detractum est, cui accedit.
- 15 Arbor si in alieno coalefit fundo, an vindicari possit ab eo cui detraheatur.
- 16 Insula in publico flumine nata, cui acquiratur.
- 17 Flumen si ad priorem aluum reversum sit, cui aluum iste acquiratur.
- 18 Agri dominium an dimittatur in inundatione.
- 19 Mulfum si quis ex vino & melle fecerit, communem speciem facit.
- 20 Specificatio quid requirat.
- 21 Specificationis quo fuerint sententiae.
- 22 Accessione dominium mutatur, & quare.
- 23 Accessio plus habere non potest, quam est in re principalis.
- 24 Pictura an in accessione cedat tabule.
- 25 Aedificans in alieno solo, cui adficeret.
- 26 Aedificans in suo solo ex aliena materia quid prestare cogatur.
- 27 Sumptus deducere qualis possessor possit.
- 28 Arbor in confinio posita, cui acquiratur.
- 29 Frumentum alterius si casu cum meo mixtum sit, an commune fiat.
- 30 Possessor bona fidei lucratur fructus pro cultura & cura.
- 31 Fructus sunt duplices industrielles & naturales.
- 32 Dominus perfectus qui est, evictionem non timet.
- 33 Rei pro derelicto habitate, dominium statim amittitur.
- 34 Seruum pro derelicto habitu, si quid stipuletur, id nullius est momenti.
- 35 Fera in alieno capta, primo occupantis conceditur.
- 36 Fundum alienum, prohibente domino ingredi, iniuria est.

AD Thes. i.] Nunc de acquirendo rerum dominio agemus, dominium autem \dagger definitur proprietas à ICto in l. s. procurator, 3. in principio. ff. de acquir. rer. domin. in Gerbis dominium, id est, proprietas. Et ratus non est ICtos succinctas ponere definitiones, alias sic definitur, quod sit principium perfecte de rebus nostris disponendi, nisi quid aut iure prohibeatur. Sed obiicitur authen. si vero Dominus temporalis C. de hered. & Manich. Vbi Imperator Fridericus duas facit species dominii: Dominiū utile & directum, seu principale. Resp. Illa authenticata est ex usibus feudor. & quidem ex tot. tit. de statut. & const. in extrauagantibus. vbi non agitur de dominio utile & directo. Sed tandem de potestate, imperio, & iurisdictione perpetua vel temporali, & disponitur ibi in S. statuimus Vers. si vero, consules, rectores, vel iurisdictionem quacunque habentes,

- debere eiicere hereticos: Poenae etiam adiiciuntur eorum, qui hoc negligunt, ut scilicet, si sunt domini temporales, hoc est, si habent potestatem ad tempus, eorum terra occupetur a Catholicis, salvo tamen iure principalis, hoc est, eius, qui ipsis potestatem demandauit delegavit vel ad tempus concessat, nisi forte principalis concessit. Et improprii domini dicuntur, qui talē potestatem temporalē vel perpetuam habent: quemadmodum & emphyteuticarii abusus domini vocantur, in l. possessores in fin. Cod. de fund. patr. lib. II. Constat igitur satis hic non agi de directo dominio, & utili, cum eiusmodi distinctio ex legibus probati non possit, & magno errore sit introducta, Cuiac. lib. II. obseruat. cap. 35 &c.
- 2 Magistrorum sit, non iuris. Costalius, in l. ff. si ager vestigial per. Vnicum tamen est dominium, hoc est, proprietas, ciuile scilicet vel legitimum vel nullum utile. Quale enim ius vslusfructuarius habeat, infra dicetur. Quamuis tamen docendi gratia distinctio illa a multis retineatur, nec adeo incommode. Secundo obiicitur, possessionem esse partem dominii, qua tamen proprietas non est, cum possessioni nihil sit commune cum proprietate, ut I Cetus Vlpian. affirmat in l. naturaliter 12. §. 1 ff. de acquir. possess. & a iuris proprietate distet l. quæst. de verb. signif. Ergo dominium proprietatis definiti non potest, quia dominium habet iunctam possessionem. Proprietas autem nihil commune habet cum possessione. Resp. Possessio semper ibi est dominii seu proprietas, nec proprietas separari a possessione potest, l. 8. C. de acquir. possess. Non autem proprietas ibi semper est vbi est possessio, quia possessio tamen a iuris proprietate distat. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus d. l. quæstio. Et eo respectu etiam nihil commune habet cum proprietate possessio, d. l. naturaliter quemadmodum in bona fidei possessione videmus, qui rem tenet, quam ignorat alienam esse, aut qui purat eum, qui vendit ius alienandi habere, l. bona fidei ff. de verb. signif. Hic habet possessio, non autem habet proprietatem, si autem contingere ut etiam acquireret proprietatem dominium cum possessione haberet, quemadmodum alii perfecti domini. Tertio obiicitur: Vslusfructum esse partem dominii l. 4 ff. de vslusfr., qui tamen separationem a proprietate habet, §. 1. insr. de vslusfr. & proprietatem non tribuit, sed saltem ius vtedi fruendi d. §. 1. de vslusfr. Ergo dominium proprietatis definiti non potest. Resp. Vslusfructus an sit pars dominii, an vero proprium ius quoddam feudi vel res corporalis dubitatum fuit inter ICtos, ut constat ex l. 6. i. reo. 20. §. si reo ff. de fidei, sed res ita facile componitur, si dicimus vslusfructum esse tamen dupl. cem, causalem & formalem, causalis dicitur cum dominus seu proprietarius habet in sua re vtedi fruendique potestatem seu facultatem pro arbitrio, & semper comittatur proprietatem, & ideo dicitur pars dominii d. l. 4. vel plenum dominium §. 1. insr. de vslusfr. quia ad dominii reuerat spectat formalis appellatur ius, quod habet vslusfructuarius separatum a fundis & proprietate, d. §. 1. insr. de vslusfruct. Is vslusfructus pars dominii non est, sed nuda utilitas detracta a proprietate, & seruitur d. l. recte dicimus ff. de verb. signif. cum separationem a proprietate accipiat d. §. 1. insr. de vslusfruct.
- 5 Ad Thes. 4.] Fera bestia vulnerata tunc sit nostra quando eam capimus, non altera idq; ita appetobatur a ICto in l. 5. §. 1 ff. de acquir. rer. dom. & a Iustinian. in §. illud quæstum. b. t. n. Trebatii autem sententia reiicitur, d. l. 5. & b. §. Sed pro illa sententia Trebatii defendenda obiicitur vulgatum illud. Qui causam tei præstat, ipsam rem præstat. Resp. Illud vulgatum tunc procedit, quando cum vulneratione coniuncta est occupatio: alias cessante vulneratione occupatio non sufficit, nec dominium tribuir, olim quidem vulneratam a quo quis bestiam, si quis abstulit, commisit furtum, d. l. 5. §. 1. Sed illud ex sententia Trebatii est, que est rejecta, ut modo dictum.

Ad Thes. 6.] Obiicitur huic thesi ius naturale esse immutabile. sed *naturalia sup. de cur. nat. gent. & ciuil.* Ergo per constitutionem Friderici non potuit mutari. Resp. Ista natura hoc est, primus omnium rerum conditor hauc facultatem dedit initio omnibus animalibus rationalibus, ut l. ceret ipsi capere bestias, quousque in loco, cum antea nullius fuerit, & ideo primo occupanti concessat. Sed effectus illius iuris naturalis per ciuilem rationem impediri posset, idq; ciuilis iuris proprium est, scil. non in totum à iure rationali recedere, nec per omnia ei seruire, sed aliquantulum ab eo deflectere. *I. ius ciuil. c. in pr. ff. de inst. & iur.* Et ideo Fridericus Imperator primum hoc ius naturale constitutione sua impeditus tentauit, prohibendo, ne quis animalia venando capiat, nisi versos, apros & lupos, cum illa animancia sint ferociora sylvas magis deuastent, & hominibus sape danunum inferant. Et sic imperator hoc ius naturale inuasit, liberumque iure naturali exercitium venandi impediuit. Et forte illa prohibitio indecepit, quod subditus pro minuendis tributis coacescerint principibus venationes, vel alias principes audacter interdixerunt subditis libero venandi exercitio. Huic prohibitioni dum acquierunt subditi, nec secesserunt, paulatim etiam præscriptione accedente que fuerunt sibi principes iura venandi: Et certum est quemlibet fauori pro se introducto posse renunciare. *I. pen. Cod. de pac.* Et præscriptio modus est acquirendi legitimus, eaq; acquisitum ius sine iusta causa auferri principib. nunc non potest. Habent igitur omnes communiter adhuc potestatem venandi, secundum ius antiquius non secundum ius recentius, quo illa facultas impeditur, & nunc suo iure principes vntur, & nihil peccat, sibiq; imputetur subditus, qui potuerint resistere & reniti. Nāq; merita facultatis sunt, præscribuntur interueniente prohibitione, cum insistentia prohibentis & patientia subditorum. Et eo nunc redactum est, vt principes iura venandi, iure regalium sibi vendicent, & alii non concedant: Imo vt capite puniantur, qui se edictis principiis prohibitorii atrociter opponunt. *DD. hic.*

Ad Thes. 17.] Ab hostibus capta & nostra sunt, nisi ad suos reuersa fuerint, tam enim iure postliminii pristinum statum recipiunt. *§. item item ea b. t. l. cum loca 36. ff. de religio. & sumt fun.* Sed obiicitur *l. si & sur. 21 ff. quib. mod. & susfr. amitt.* Vbi expresse affirmaatur ciuitatem desinere esse & sic mortuam esse, si aratum in eam iudicatur, scil. si hostes eam euentant, quod olim ita moris fuit, ut Horatius *lib. 1. carminum* testatur. Ergo dum capite diminuitur non potest recipere pristinum statum & iura. Resp. *Hottoman illustr. q. s.* id verum esse iuris quadam subtilitate, vel stricta ratione: propter ius autem postliminii & legis Corneliae fictionem, ciuitatem pro eadem haberi & reuiniscere: quasi mortuam per ius postliminii, id quod similiter obtinet in locis in littore, vel mari occupatis, qui recipient in pristinam causam ædificio diruto *l. in tantum 6. in pr. ff. de rer. diuis. & in loco sacro occupato, & deinde à calamitate hostiū liberato d. l. cum loca.* Sed rursus obiicitur agram ab hostibus captiis publicati *l. 20. §. 1 ff. de capite & postlim. reuers.* Ergo non sit prioris domini cuius ante fuit. Respond. Publicatur ager & iure belli sit in publicis vslibus hostium. Sed si expulsi fuerint hostes ager ad priores dominos reuertitur, nec amplius publicus est, *d. l. 20. §. 1.* Si autem forte & mobiles res sunt capta, ab hostibus prædatæ loco cedunt, nec postliminio reuertuntur, cum inter milites distribuantur, quod probatur expresse per *d. l. 20. §. 1.* Vbi præda & sic res mobilis, ab agro publicando, & sic à re immobili distinguetur, id quod similiter probatur *l. 28. in pr. ff. de captiv. & postlim. reuers. & l. is qui pen. ff. ad l. Ital. pecul.* Vbi dicitur, eum qui surripit prædam ab hostibus captam, teneri crimine peculatus. Ergo præda dum surripitur res mobilis est.

Ad Thes. 8.] Affirmatur & thesaurum in loco sacro vel religioso fortuito calu inventum, totum inuentori acquireti. Huic opponitur valde *l. 3. §. pen. ff. de iur. fisci*, vbi diui

fratres constituant, thesauri in loco sacro vel in loco religioso inuenti partē dimidiā inventori partem dimidiā fisco acquiri, & ibi vocabulum religiosus pro sacro ponitur: monumenta pro religioso ponuntur, id quod particula aduersativa, aut indicat, q̄ alias frustra ibi poneretur. Et hanc diuorum fratrum constitutionem nouissime imperator Fridericus amplexus est. in c. un. qua sunt regal. in fin. in sib. feudor. Ergo falsum est q̄ hic dicatur, totum thesaurum in loco sacro vel religioso inuentum inuenit sibi fieri. Respond. Inter cætera gloss. in §. thesauros, h. titul. Diuum Hadrianum naturalem æquitatem esse securum in eo constituendo, quæ in eo conspicitur, quod is qui in loco sacro non dedita opera thesaurum inuenit, in loco tali cum inueniret, qui nullius sit in bonis, exemplo rerum communium, in quibus si aliquid reperitur, totum id inuentori acquiritur. §. item lapilli h. titul. Deinde non fecit hoc studio vel dedita opera, alias enim non procedit l. vñ. C. de thesauris lib. 10. Divi fratres autem & Fridericus inspexerunt ciuilem aliquam rationem, scilicet æquum quoque esse fiscaum augeri, ideo dimidiā partem fisco attribuerunt, dimidiā partem inuentori. Et hanc solutionem Glossæ Nicolaus Vigilius in tertia parte ff. in istul. de acquir. rer. dom. amplectitur. Et ita potest euitari abrogatio vel correctio dicti. §. thesaurus. b. sit. quā Dn. Borcholt. in d. §. thesauros &c. in d.c. En. qua sunt regal. in fin. in sib. feud. statuit. Alii in d. §. thesauros statuunt in d.l. 3. §. pen. ff. de iure fisci & in d.c. En. qua sunt regal. locum sacrum & religiosum fuisse in rebus vniuersitatis, & idcirco dimidiā partem fiscaum vniuersitatis, alteram dimidiā partem inuentorem sibi vendicare, id quod eodem modo disponitur in d. §. thesaurus. Hæc solutiones retineri possint, eo non attento, quod Equinarius Baro & aliū dicant in d. §. thesauros, mendum seu Antimoniam esse, nulla subtilitate conciliandam, & Iustinianum immemorem fuisse constitutionis Diuorum fratrum & Friderici Imperatoris, vel potius à Triboniano ex incuria vel malitia fuisse eam constitutionem Hadriani assumtam, neglecta constitutione D.D. Fratrum, nouissime in vñibus feudor. comprobata. Sed obliicitur etiam l. 22. in princ. ff. famil. hercic. vbi iure naturali non acquiritur thesaurus. Respond. Improprie ibi thesaurus ponitur, cum † alias ignoti sit domini & vetus depositio, cuius non extet memoria, & quæ iam dominum non habeat. l. nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. &c. in d.l. 22. thesaurus est testatoris. &c. .

14. Ad Thes. 10.] Agitur hic de alluione ex §. præterea h.t.n. vbi adiicitur: Si vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraxerit, & vicini prædio attulerit, palam est, eam tuam permanere: Si autem arbores secum traxerit, ex quæ in vicino fundo radices egerint, ex eo tempore vi dicuntur vicino fundo acquisitæ: Sed oppon. l. item Pomponius §. §. de arbore. ff. de rei vindicat. vbi vitilis rei vindicatio datur de arbore, quæ in alienum agnum translata coaluit, & radices immissit. Ergo dum datur actio non sit naturalis dominus is, in cuius agro arbor coaluit, vt Iustin. affirmat. Resp. Hoc textus ita conciliant ut dicant, d.l. Pomponius. §. de arbore loqui in tali casu, quando cum factō hominis transfertur arbor, & coalescit in agro alterius, tum dari vñilem rei vindicationem, quæ & in factū. actio dicitur l. in rem 23. §. item, quacunque ff. de rei vindicat. Cuiac. in §. si duorum. h. tit. & æquum est, tum dari actionem, quando factum hominis interuenit: Alias si factum hominis non interuenit, sed vi fluminis sola id coalingit, actio nulla superest, sed statim ei, in cuius agro arbor coalescit, acquiritur, secundum Iustinianum Imperatorem in d. §. præterea. vbi vis fluminis mentio fit. Non autem in dict. §. de arb. Contra datam solutionem opponitur l. hoc amplius 9. §. Alfenus ff. de dam. infect. vbi dicitur arbore, quæ coaluit in vicini fundo, vindicari non posse à priori domino. Ergo falsum q̄ in d. l. §. de arbore, vitilis rei vindicatio detur. Resp. Digital, hoc amplius §. Alfenus, de directa sci:

rei vindicatione loquitur, quasi ea non detur priori domino, cum iam dominium per coalitionem mutatum sit; Alias utilem habet vindicationem eo casu, quando facta hominis arbor translata coaluit, d.l. Pomponius. §. de arbore.

Ad Thesis 11 & 12. Insula in publico flumine nata tibi acquiritur, quorum pre-¹⁶ diis proxime adhaeret. Cui opponitur l. si epissolam pen. §. Et ff. de acquir. rer. dom. vbi dic-
tum insulam in fluminae publico natam fieri publicam: Ergo non sit priuostorum. Resp.
Quod ibi dicitur insulam in flumine publico natam fieri publicam, sit eo respectu, quia
publicus est vsus riparum, hoc est, communiter omnibus patent ripa; §. riparum, b. tit. In-
de tamen non sequitur insulam, si non acquiri, quorum sunt ripa, & prædia prope ripas.

Ad Thesis 13. De sumta est hæc Thesis, ex §. quod si naturali. b. tit. in quo simul p-¹⁷
ponitur hoc: quod si post talius tempus ad priorem alueum flumen reuersum fuit,
nouus alueus rursus eorum incipiat esse, qui prope ripam eius prædia possident. Cui op-
ponitur l. adeo. 7. §. quod si tuto. ff. de rer. dom. acquir. vbi dicitur, stricta ratione procedere §.
nostrum, non ex æquitate, cum tamen placeat in omnibus rebus præcipuum æquitatis &
iustitiae, quam stricti iuri rationem sequi, l. placuit. 8. C. de iudic. Ergo æquior sententia
esset ponenda. Resp. Aliqui volunt d.l. adeo. §. quod si tuto, loqui in eo casu, quando totus
fundus alicuius nouo alueo est absorptus, tum æquius dicit esse ICrus eius manere fundū.
Dictus autem § quod si hoc sit, loquitur de eo casu, quando pars est absorpta. Deinde d. l.
placuit. C. de iudic. tum habet locum, quando lege quid non est expressum; Tum enim id
quod æquius est, sequimur. Alij dicunt in d. §. quod si aliquo. b. tit. idem obtinere, sive para-
fundi, sive totus fundus alicuius alueo sit occupatus, tum scil. ex æquitate esse à iudice ei-
subueniendum, cuius ager occupatus est, cum nostra res maneat, quādiu eius recuperā-
dæ species manet. l. Pompon. 44. ff. de acquir. rer. dom. Sed obiicitur adhuc l. erga. 30. §. allu-
sio. ff. de acquir. rer. dom. vbi dicitur agrum illum ad pristinum dominum pertinere: Eg-
o nō ad eos, qui properipam prædia possident, vt dicitur in d.l. Attius. 38. ff. eod. Resp. d.l. er-
go. §. allusio, loquitur de inundatione, de qua §. alia sane. b. tit. loquitur, illa speciem fundi
non mutat, hoc est, dominium ea facta non transit, si enim recedit aqua, prioris domini
rursus sit: Lex autem Attius cum d. §. q. si, hoc sit, de mutatione aluei loquitur. Sed contra dat.
solut. inundationem scil. speciem fundi non mutare, obiicitur l. si ager. 23. ff. quib. mod.
q. suff. amitt. vbi dicitur: inundatione agri dominium amitti. Respond. Amittitur tibi im-¹⁸
propriæ, hoc est, impeditur effectus, ac retinetur potius proprietas, quemadmodum in a-
liis rebus occupatis videamus, si illa calamitate liberantur, vt supra dictum est, nec amittit-
tur possessio, idque constat ex l. 3. §. item quod. ff. de acquir. poss. Quia animo nihilominus
possidet quis, licet nō corpore, & nihil acquiritur, nihil etiam amittitur nisi animo & cor-
pore simul, l. 3. §. 1. & L 8. ff. de acquir. poss.

Ad Thesis 14. 15. & 22. Affirmatur tibi communicem fieri speciem, si ex vino & melle ¹⁹
mulsum quis fecerit. Sed obiicitur d.l. adeo. 7. §. cum quis ff. eod. vbi dicitur, quod quis qui ex
vino & melle mulsum facit, suum id faciat, nec fiat communis. Respond. Thesis nostra ita
procedit: si quis alterius voluntate id fecerit, non suo tamen nomine: Tum enim sit com-
municatio, quod principium, §. si duorum. b. tit. n. ostendit, vbi non est specificatio talis,
qualis est in §. cum ex aliena. b. tit. Si autem suo nomine quid fecerit, pura ex melle & vino
mulsum suum id facit & vere est specificatio. Atq. ita accipienda est d.l. adeo. §. cum quis.
quod verba illa, suo nomine, ostendunt, & semper tamquam specificatione requiriuntur l. Bo-²⁰
na fides, vt in reliquis de iure gentium modis. II. Ut suo non alieno nomine fiat. Sed cō-
tra dat, solut, opponitur l. 3. §. idem scribit. ff. de rei vindic. vbi scribit Vlpiz. quoddam existi-
malle

masse ex melle & vino proprio nomine mulsum bona fide factum fieri commune, quamvis dicat verius esse, eius potius esse qui fecit. Resp. d.l.s. loquitur de specificatione bona fide facta, non de confusione. Instari potest hoc modo: Tres fuerunt t̄ sententias in specificatione, scil. Sabinianorum, Proculianorum & aliorum, qui mediā habebant sententiā, ut in d. §. cum ex aliena. b. sii. n. traditur, inter quas sententias nulla est de cōmunicanda specie, q̄ tamē sit in d. l.s. vbi in casu specificationis cōmunicationem quandā fuisse ostēditur. Resp. Cōcedi potest quartā fuisse sententiam eorū, quibus forte ad similitudinē frumenti & aliarum rerum consularum cōmunicio placuit, q̄ tamen Vlp. ibi omnino reicit: Et hoc cum tribus sententiis in d. §. cum ex aliena. latet relatis non pugnat, quia ibi duntaxat et referuntur sententiae, quæ omnino coherent, nec in totum ante reiecta sunt: & ex his mediam Iustin. sequitur, & Caius in d.l. adeo. §. cum quib. quæ conflata est ex Cassianorum & Proculianorum sententiis. Sed oponitur etiam l. Minutius. 61. ff. de rei vindic. vbi dicitur specificationem facientē ex aliena materia nauem, non facere eam suā, quæ tamen ad materiam rudem reduci non potest. Resp. Minutius fuit in sententia Sabinianorum, tribuitq; speciem factā domino tum, quando ad materiā rudem reduci non potest. q̄ Iustinia. aliter visum, & cōstat alias ext. sed si meis. 26. in pr. ff. de acq. rer. dom. vbi dicitur nauē ex tabulis factam, ius esse quid facit: quia cupressus non manet, materia quidē reliqua est, sed forma est mutata. Et in l. 23 ff. de acq. rer. dom. particula negativa est declenda, q̄ subiecta exēpla volūt de aere, ex quo facta statua, & de argento, ex quo factus scyphus, quæ ad materiam rudem & priorem reuerti possunt: & ideo corum dominus is manet, cuius materia fuit. Denique notandum Iustinian. in §. cum ex aliena. b. sii. referte exemplum de frumento & spicis excusso, sed omittere explicationem Caij ICti in d.l. 7. §. cum quis. Vers.vidend. ff. eod. vbi dicitur in exemplo nō fieri nouam speciem: Sed eam quæ est detegi, quemadmodum in nuce detegitur nucleus, & ideo non sit excusoris, sed manet eius cuius spicæ fuerunt: Et excusatitur forte Iustinianus, quod Tyrone voluerit exonerare tam subtilium exemplorum cognitione. Myslingerus dicit exempli gratia esse propositum hoc exemplum à Iustiniano, nec tamen velle Iustinianum in omnibus exemplis idem esse iuris.

Ad Thesin 16. & 21.] Accessione dominium t̄ mutatur, siue illa res quæ accedit sit pretiosior, siue vilior. Nam intentio & distinctio animi hic attenditur, quæ facit, ut res etiam preciosior ei, quæ vilior est accedit, ab eaque vincatur: & quasi extinguitur. l. cum aurum. 19. §. cum margaritis de argento & auro legitur. vbi dicitur si margarita, ut propter res preciosas auro fuerint adhibitæ, auro cedunt; non autem econtra aurum margaritis cedit: Sed obiicitur l. iustissime. 44. in princ. ff. de adil. ed. 8. vbi dicitur iustissime adiles noluisse hominem ei rei, quem minoris est accedit: Ergo res quæ vilior est recipere rem preciosiorem non potest, nec per consequens eam vincere. Respond. Id speciale est propter dignitatem hominis, vbi ICtus sic explicat. Quia homo, hoc est, seruus rei minoris precij accedere non potest, idque ius civile vult. Si igitur maioris precii est res, vel paris va- loris cum homine accedere ei homo potest. Sic nec fundo tunica accedit, id namq; propter præstantiam fundorum esset ridiculum ipso ICto teste. Idem quoque in accessoria fideiussoris obligatione obseruatur, vbi t̄ plus non potest esse in accessione, quam est in principali. §. fideiussores. insi. de fideiussoribus, secus tamen est, si obligatio sit principalis. Sed obiicitur contra dictam solutionem rursus, l. si in emptione fundi. 34. in princ. ff. de contrah. eme. vbi loquitur textus in emptione fundi, cui si Stichus accedit, valet emptio, postea adiicit ICtus: Nec refert quanti sic accessio, siue plus in ea sit, quam in ipsa re, cui accedit siue minus. Ergo falsum est quod dicitur hominem rei minoris precij accedere non posse. Respond. Loquitur quidem principium d. l. de seruo, qui rei maioris precij vel paris valoris

valoris sit: sed vers⁹ nec refert, loquitur de aliis rebus non de homine, quod exempla subiecta demonstrant. Sed rursus occasione rerum pictarum, quarum in d. l. si in cōptione fundi. in princ. sit mentio obiicitur, † tabulam cedere pictura, cum tamen in pictura accessio sit ad tabulam, & tabula merito cedere debeat, quemadmodum chartis cedunt littere, vt in Thes⁹ 21. affl̄matur. Resp. Iustinian. in § si quis in aliena tabula, h. tit. ex 1Cto Caio, in l. quāratione. 9. § sed non vīz, ff. eod. affirmat, charta cedere literas etiam aureas, non autem picturam cedere tabulæ. Afferit huius rei rationem hanc, quod ridiculum sit, artem Apellis vel Parrasiū in accessionem vilissimam tabulæ cedere. Tam enim celebris fuit olim ars artificis, & praelest̄m pictorum. Sed obiicitur directo Lin rem. 23. §. sed & id. ff. de rei vind. vbi Paul. ICtus contrarium decidit, tabula seil. cedere picturam, addēs rationem, quia sine tabula vt subiecto, pictura vt adiunctum esse non potest. Respond. Paulus discedit hic in parte à Caio, sed Caij sententiam probat Iustinian. in d. §. si quis in aliena reiecta sententia Pauli, quem notat, dum dicit in d. §. si quis. vt ideo Caii sententia propter præstantiam picturæ præualeat. Sed obiicitur rursus vehementer tit. 1. lib. 2. Caī, vbi exp̄ſe Caius affirmat, statutum esse, hoc est, per sententiam decisum & conclusum esse, hanc præqualuisse sententiam, vt tabula pictura cedat, cum tamen Caius in d. l. quāratione 9. §. sed non exp̄ſe, vtique sibi sit contrarius dicendo, tabulam cedere pictura. Quia plus est plerūq; in precio manus, quam in re, vt idem Caius affirmat, in l. mulierū. ff. de rei b. sign. Respond. Certum est ex plurimorum Doctorum autoritate, duos libros institutionum Caij, non esse ipsius Caij ICti, sed alterius cuiusdam vel plurium aliorum collectos Gōthieis temporibus, & male consarcinatos. Vnde nec in hac parte ipſis fides adhibetur, &c.

Ad Thes⁹ 7.] Qui in † alieno solo ex sua materia ædificat, & quidem bona fide, illius sit domus cuius est solum: Sed quādo mala fide id facit, materia etiam domus proprietatem amittit: Quia voluntate eius intelligitur esse alienata, vtique si non ignorabat le in alieno solo ædificare, & ideo licet diruta sit domus, materia tamen vindicari non potest, §. ex diuerso. h. tit. n. Sed directo opponitur l. 2. ver⁹ sed & illud. C. de rei vind. vbi Antonius Imperat. rescripti mala fidei possessorum dissoluto ædificio scienter posito in alieno solo vindicare posse eius materiaem. Ergo fallsum est eum nihil repetere posse. Resp. d. l. 2. conciliatur cum d. §. ex diuerso. vt dicamus, d. §. ex diuerso. stricto iure procedere & subtilitate quadam, d. l. 2. ex æquitate. Et qui autem & benignius est, eum qui materia est dominus, dissoluto ædificio materiam vindicare posse, quamvis mala fide ædificauit. Et huius æquitatis ratio hæc est, quod nemo cum alterius iactura fieri debet locupletior, l. plane. ff. de pet. hered. l. nam hoc natura. ff. de regul. iur. vnde etiam mala fidei possessor ex benignitate habet sumtuum necessariorum & utilium deductionem d. l. plane. & l. seq. l. 5. C. de rei vind. Si autem sciens donandi animo quis ædificauerit proprietatem amittit, d. l. 2. C. de rei vind. quia qui consulto quid ædificauerit donare videtur, l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & sic etiam d. §. ex diuerso. procedere potest, quia intelligitur, hoc est, præsumitur donasse id, quod sciens in alieno ædificauit id quod etiam verba illa: quia intelligitur voluntate eius alienata, ostendunt.

Ad Thes⁹ 18.] Si quis † in suo solo ex aliena materia ædificat domum, nō tenetur domino materiae rei vindicatione, nec ad exhibendum. Attamen ad duplum rei per soluendum precium est obligatus. §. cum in suo. h. tit. idq; per leg. 12. tabul. quæ ita sunt concepta: Tignum iunctum ædibus vineaq; conceptū ne soluito. Cuiac. in paratis. ff. de ligno iur. cl. Sed obiicitur l. qui res suas. 9. 8. §. fn. ff. de solut. vbi dicitur l. 12. tab. phibere solui tignum edib. iunctum & preciū eius materiae dati. Ergo dum precium datur materiae, non datur duplū. Resp.

Resp. d. L. quares. §. Vlt. loquitur de bonæ fidei ædificatore, qui saltem materiæ precium præstat non etiam duplum. Sed §. cum in suo, loquitur de malæ fidei ædificatore, qui teneatur duplum dare pro illa materia ex qua ædificat domum, & in illo duplo, simplu, hoc est, materiæ valor est. Idq; ideo, quia in aliena materia sciens ædificauit. Et de malæ fidei possessore d. §. cum in suo h. tit. est intelligendum ostendit l. in rem §. lignum ff. de rei vindicat. quæ l. loquitur in casu d. §. cum in suo, & facit mentionem fidei possessoris. Deinde cōstat id ex d. l. i. in pr. ff. de ligno iuncto. vbi dicitur furtuarum rerum, &c. Vnde & is tit de ligno iuncto, subiectus est tit de furt. in ff. Et si solutum est ædificium, competit rei vindicatio, d. l. Vlt ff. de ligno iuncto. Et ad exhibendum vi præsentia rei fiat, d. l. i. §. fin. ff. de ligno iuncto. que tamen competuat, cum duplum est consecutus is, qui materiæ dominus est.

Ad Thesin 19.] Desumta est Thesis hæc ex § ex diverso. h. tit. & loquitur in casu 27 † bonæ fidei possessoris, illum scil. deducere sumtus posse, & additur ratio hæc, quia abiici potest ei culpa, quod temere in eo solo ædificauit, quod intelligebat esse alienum. Sed obiicitur l. plane. 38. cum l. seq. ff. de per. hered. l. domus. s. C. de rei vindicat. vbi dicitur, benignius esse etiam mala fidei possessorum sumptus deducere posse, scil. necessarios & vtiles, idq; in d. §. certe, negatur. Respond. Iustin. sequitur strictum ius, & æquitatem relinquit iudicis arbitrio, vt eam sequatur si velit, quam etiam iudex ob oculos habere debet, alias æquius est mala fidei possessorera etiam deducere sumptus, & quidem necessarios simpli- citer, vtiles ita demum, si sine detimento & læsione prioris status tolli possunt, d. l. domū. in fin. C. de rei vind. & additur in d. l. plane, ratio huius benignitatis. Quia nemo cum ia- catura alterius debet locupletari. Ideia responderetur ad l. si à domino. 36. §. Vlt. ff. de per. hered. Quia ibi prædo fecit sumtus in fructibus querendis & colligendis, & dicitur naturalem rationem, hoc est, æquitatem postulare, sumptus non repeti à mala fidei possessor. Vi- terius obiicitur mala fidei possessorum nullos sumtus deducere posse, per l. si seruum. 27. §. si oliuam. 25. ff. add. l. Aquil. vbi qui sciens colligit meas vuas & sic sumtus in iis colligendis impedit, eos repetere non potest. Respond. Quia non possider & donandi animo fecit sumtus, de quo Cuiac. lib. 10. obs. c. 1. Etidem est, si quis donandi animo in alieno solo ædificauit ex sua materia. Non enim potest vindicare suam materiam ædificio lapso: quod al- lias etiam mala fidei possessor ex æquitate potest facere, d. l. 2. C. de rei vindicat. vt supr. di- stum. Obiicitur deniq; l. si contra. C. de edific. priu. vbi dicitur impensas ædific. alieno loco impositorū improbe in iis factas, scil. à mala fidei possessor, non repeti posse. Resp. d. l. si is secundum Vers. certe. h. tit. Stricta ratione procedit, vel donandi animo id facta est, qui enim alienum fundum donandi causa excolit, nullam intentionem propter impensas facier. l. qui alien. ff. de donat. &c.

Ad Thesin 20.] Desumta est hæc Thesis ex §. si Titius. h. tit. n. vbi simul proponitur, 28 arborem † in fine positam, si omnes radices in vicini fundum protendat, vicino acquiri. In cōfinio autem positam arborem, si vtrinq; radices egredit cōmunem fieri. Ratio autem cur vicino arbor acquiratur, si omnes radices in eius fundum proiiciat, illa est, quod non videatur esse alterius arbor quam eius, cuius fundo alitur. l. sed si ex mois. 25. §. arbor. ff. de acquir. rer. dom. quam rationem Imp. Iustin. in d. §. si Titius exprimit. Sed obiicitur hic l. si plures. G. §. Vlt. ff. de arbor. furtim casar. vbi dicitur in fin. si radicibus vicini arbor alatur eius esse arborem in cuius fundo origo esteius. Item q; non licet vicino succidere radices in agrum ipsius porrectas: Ergo dum non licet extingue & succidere arborem, non est do- minus, quia alias licet ei hoc, cum quilibet sua rei moderator sit liber & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Similiter obstat, l. si cōitem. 22. in fin. pr. ff. quod vi ait clum, vbi dicitur radices quæ in vicini fundo sunt, eius non esse, sed illius, in cuius fundo est arbor, quia ra- dices

ces sunt accessiones fundi principalis, in quo nata est arbor, ex qua prouidentur radices in alienum agrum. Resp. Glossa quadruplicem habet solutionem in d.l. *splures*, in Verb. ergo eius fuerit. Francisc. Hottom. lib. 1. obf. c. 10. & lib. 5. obf. c. 3. existimat, dissidentes esse ICtorum sententias, in hac de radicibus arboris questione, & affirmat Caium ICtum in d. l. adeo. §. Vlt. & Martianum in l. seq. ff. b. tit. lecitos fuisse id, quod arbor eius sit ex cuius fundo alitur, eorumque sententiam Iustin. in d. §. si *Titus* amplectitur, ut veriorum. Deinde affirms Pompon. ICtum in d.l. *splures*. Et Iauolenum in d.l. *splures*. ad similitudinem purpure, adficij, & aliarum rerum voluisse, radices ut accessorium sequi truncum aut fundū, in quo trucus est positus, id quod etiam Iauolenus in d.l. *splures*. expresse indicat. Et haec solutio Hottomanni non est temere reicienda, cum certum sit, ICtos in multis saepe questionibus, inter se dissensisse ut ex ipsorum responsis constat. Quamuis Iacob. Cuiac. in d. §. si *Titus* putet simpliciter d.l. *splures*. & d.l. *splures*. loqui de arbore in confinio posita, illamque non fieri communem quamvis utrinque, radices immittantur. Et certe in dd. ll. confinij nulla fit mentio: quae solutio similiter tolerari potest. Denique, quod dicitur arborem in confinio positam, communem esse, si utrinq; radices egerit, ita est intelligendū, ut siar arbor cōinunis pro diuisio, hoc est, pro ea parte quam quilibet in suo fundo habuit, l. pen. ff. pro soc. l. *arbor*. 19. in pr. ff. comm. diuid. vel quod idem est pro regione cuiusque fundi, ut ipse Martianum Caium in d.l. 7. §. fin. explicat l. 8. in pr. ff. de acquir. rer. dom. Quod cedit si terræ adhuc cohæreat arbor, quod idem est in lapide, si exempta est arbor, puta à vēto eruta, vel ferro succisa, non fit communis pro diuisio, sed pro diuisio. d.l. pen. ff. pro socios, d.l. *arbor*. ff. 19. communi diuid. d.l. 8. §. 1. ff. eod. Sed huic assertioni obstat ipse Paul. ICtus & sibi est contrarius in d.l. plane. Versus sed naturali conuenit. ff. pro soc. vbi affirms, naturali in re conueniens esse exempta arbore vel lapide, tantam quemquam partem habere, quantam in terra habebar, quod in d.l. 19. ff. comm. diuid. negavit idem Paul. & Martian. in d.l. 8. §. 1. ff. de acquir. rerum dom. Respondent plerique d.l. *arbor*, secundum d.l. pen. esse accipientiam, & vel ita d.l. *arbor*. & d.l. 8. §. 1. procedere stricto iure & sic iur. ciuil. d.l. pen. de æquitate & sic iur. gent. accipi, quod verba illa: naturali iure conuenit, ostendunt. Hottom. tamen lib. 5. obf. c. 3. in fin. affirms Paul. in d.l. *arbor*. & d.l. pen. tam perspicue à scipio dissentire, ut locum fucatis conciliationibus nullum relinquat. Nihil autem soluit, ideo solutiones antea adductæ retineri possunt.

Ad Thesis 23.] Proponitur in hac Thesi † frumentū alicuius casu vel sine voluntate mixtum cum meo frumento non fieri cōmune, sed suum cuique frumentum arbitrio iudicis est restituendum. Cui opponitur l. se alieni nummi. 7. 8. d. solut. vbi dicitur, si inuito te, & sic sine voluntate tua, mixti fuerint nummi, ut discerni non possint, eius fieri nūmos qui accepit. Resp. Diuersa ratio est in d.l. *frumenti*. Quia ibi bona fide sunt nummi extinti, hoc est, permixti, quia tertio cuidam soluitur, qui accipit pecuniam & permiscat bona fide eiusdem notæ nummos, si enim bona fide non possunt repeti l. 17. ff. de solut. Et perinde est si permiscat cum suis, ac si consumibiles d.l. *frumenti*. Nulla tamen accessio vel specificatio hic est. Deinde tertius ille, scil. creditor, cui soluitur, suū accepit, & ideo actione reali, vindicatione, scil. nummi repeti nō possunt à Domino, quia pexmixtione q. consumti sunt nec possunt cōdici, h.e. actione psonali repeti, ga tertio ille cui nūni sunt soluti, nihil ei debet nec obligatus est, cum per solutionē facta sit liberatio. §. 1. infra de quib. m. toll. oblig.

Ad Thesis 24. & 25.] Affirms ex Iustiniano, bonæ fidei possessorum fructus lucrari † pro cultura & cura, quib. verb. Iustin. perspicue indicat, eum lucrari fructus † industriales & naturales. Cultura enim respicit maxime fructus industrielas, qui ex terra prueniunt. Cura respicit naturales, puta fructus pecorum, poma, &c. Quamuis tamen industriales

strialib⁹ diligentia quædam requiritur: Et iuuat hanc explicationem *l. bonafidei* 48. *in pr. ff. de acquir. rer. dom.* vbi dicitur, bonafidei possessorem omnes fructus lucrat. Hunc assertio-
nem imprimis aduersatur, *l. fructus. 45. ff. de vñfr.* vbi dicitur naturales fructus, veluti po-
mum, bonafidei possessores suos non facere, sed tantū industrielas, quos suis operis acqui-
suerunt. Resp. Ad *d.l. fructus*, quod attinet, sciendum est ibi agi de donat. inter virum &
vxorem. Nam si vir vxori aliquid donationis loco dederit, fructus ex ea re donatae proue-
nientes, eos saltem vxorem sibi acquirere, quos suis operis acquisuit in fundo colendo, h.
est, industrielas. Nam ex hisce bonis quæ non natura prouenient, facultates inter virū &
vxorem non minuuntur, *l. de fructib. 17. ff. de don. inter Vir. & Vxor.* Naturales suos nō facit
vxor percipiendo, sed bene consumendo tantum, *l. si fructus. 8. C. de don. inter Vir. & Vxor.*
alias bona imminui viderentur. Sed contra datam solutionem sic instar: In *d. l. fructus*
non tantum agitur de donat. inter vir. & vxor, sed quibuslibet bonafidei possessorib⁹.
Ergo omnes bonafidei possessores, utputa in emptionibus, & aliis rebus extra donationem
inter virum & vxorem naturales fructus non lucerat. Resp. Particula cuiuscunq; quæ in
d. l. fructus ponitur, non vniuersaliter est accipienda, quasi omnes complectatur bonafidei
possessores: sed partitivæ & distinctivæ, quasi dicat nō cuiuslibet bonafidei possessoris, sed
alicuius bonafidei possessoris, qui scil. titulum habeat, alicuius vero non fieri fructus, qui
scil. titulum non habet, vt est possessor hereditatis, qui titulo caret, quia in hereditate fru-
ctus, hereditati em vt vniuersale ius augent, *l. item Veniunt. 20. §. 3. Vers. fructus. ff. de pet. hered.*
Et veniunt iure petitionis & actionis, si ut res ipsæ *d. l. item Veniunt*, cum *l. segg.* Bonafidei
igitur possessor omnes fructus suos facit percipiendo: quod tamen eo vñq; procedit,
donec res non fuerit euicta: Nam tunc extantes, hoc est, nondum consumptos, sine pen-
deant adhuc in terra vel arboribus, siue terra sint separati & domum euecti, siue sint indu-
strielas siue naturales bonafidei possessori reddere cogitur. Quia quod meum est, vindica-
re possum quamdiu extat, *l. solum. §. ff. de rei vindicat.* id quod indicat particula **I N T E-
R I M** in *d. l. bonafidei*, in princip. id quod Welemb. hic notat. At post item contestatam
bonafidei possessor, sit malafidei possessor, cum patitur sibi licet moueri eamq; ample-
citur item contestando, vnde nullos tuin fructus lucratur, *tot. sit infr. de offi. iud. l. 26. de
fruct. & expens. l. 25. §. si ante litem ff. de pet. hered.* Gloss. in *d. l. bonafidei* est in contraria sen-
tentia, quod duntaxat industrielas suos faciat bonafidei possessor, puta segetes vel pilos,
lac, lanam, qui fructus sunt industrielas, non tamen mere industrielas. Mere autem na-
turales suos non facit, & mouetur per *d. l. ff. de vñfr.* & ad *d. l. bonafidei*. 48. ita responderet,
in verbo *omnes*, bonafidei possessorum lucrari fructus industrielas, non tantum quos ipse
percepit, sed etiam quos percepunt, non naturales quos excipi putat particula *pene li-
mitativa*. Sed particula illa nō respicit, ad *d. l. fructus*, sed eo respicit quod perfectus Domi-
nus in rotum non sit bonafidei possessor, quia res ei cuincui potest. Perf. etus autem Do-
minus f. euictionem non tinet. In Glossa sententia est Vacanius à Vaccina lib. 2. Cartar.
lett. m. 41. declarat n. 11. cum segg. vñfr. ad fin. Cuiac. in d. §. se quis & in tract. 7. ad Aphricanis,
fol. 328. Sed bonafidei possessorum lucrari fructus pro cultura & cura, pugnat cum *l. quis
scit. 25. §. vñfr. ff. de vñfr.* vbi bonafidei possessor non est, & tamē fructus facit suos. Ergo etiā
malafidei possessor suos facit fructus, qd tamen ante negatū est Resp. Tantis per facit suos,
donec res seu fundus euincatur, quamvis habeat rei alienæ scientiam, idq; propter initium,
qd bonafidei fuit: Id initium vulnus malafidei sanat, obregit, velat & operatur bonam fidē,
donec res euincatur. Sed datae solutioni valde refragatur, *d. l. bonafidei* 48. §. in contrariū.
ff. de acq. rer. dom. vbi contrariū assertur. Respondent aliqui suos non videri fructus in tali
casu, respectu scil. habito ad finē & exitum iudicij, qui tum cogitur reddere extatē, quam-
uis in-

vis interim, donec euincatur fundus, strictus illius sunt. *Gloss. in d. §. si quis à non domini, in Verbo, bona fide, affirmat in d. §. in contrarium, aliquid opponi, sed nihil ponit, h.e. decidi quā d. §. in contrarium explicandus sit ex §. & t. d. l. qui fecit. Sed sciendum est potius in d. l. *beneficiorum*. in contrarium, profetri eundem casum, qui habetur in d. l. qui fecit. §. & t. q. illa verba satis ostendunt: Si eo tempore quo mihi trad. tur, putem vendentia esse, quæ verba satis indicant, suisse eum bonafidei possessorum, & postea querituranne suos fructus faciat ex eo tempore, quo cognoscit eam esse alienam? Et respondetur hoc modo, Verendum ne non sit bonafidei possessor, quamuis capiat h.e. putandum, eum non esse bonafidei possessorum, quamuis capiat. Eum enim sensum verbum, *vereor*, inducit, ut ex Grammatica constat: Et cum cuius d.l. qui fecit, §. & t. hic §. conuenit. Denique obiicitur scientiam bonafidei possessorum nihil prode. *l. sservum testo. 34. ff. de stipulat. seruor.* Resp. Alia est ratio, scilicet habeti hominis qui scienter non potest possideri. Cuiac. tradd. 7. ad *African. fol. 229.* vide alia solutionem Cuiac. fol. 332. Quia non vt rei, ita fructuum est malafidei possessor.*

Ad Thesis ultimam.] Rei propter derelicto habita dominium statim amittitur, vt *Iustin. in §. pcc. h. et n.* ostendit: Et notanda est particula *βασιλικόν*, quasi ipso momento dominium amittatur, quamuis ab alio res nondum apprehensa. Et accedit hac in parte Iustin. sententia Sabinianorum, q. expresso ostendit *l. salutis. 45. §. quod se dominus. ff. de furt.* & *l. 2. ff. pro derelicto.* Proculianorum sententia reite &c, qui voluerunt non statim rei pro derelicto habere dominium amitti, sed tunc demum, si alius quispiam eam rem apprehendat, Sabinianorum aut sententia præualuit, q. à Iustin. sequitur. Hinc si pro derelicto quis habeas seruum, & is postea furum committat dominus non tenetur. Quia seruus hic sine domino est, *l. quemadmodum. 36. §. 1. ff. de nox art.* Hinc etiam sit, vt id q. seruus stipuletur, t. qui pro derelicto est habitus, nullius sit momenti. Quia nemini nisi acquirit cum sit sine Domino *l. q. seruorum. 36. ff. de stipulat. seruor.* Sed obiicitur contra Sabinianorum & Iustin. sententiā *l. si quis. 61. 17. §. & t. ff. de acquiri posse.* vbi dicitur dominū eum nihil minus manere, qui tamē dominus esse non vult. Resp. Autem non amittitur dominium solo, si dominus rem non abiciat en mente, vt in bonis suis illa amplius non sit, q. in d.l. si quis, factum esse vix demonstratur. Cuiac. ad d.l. 2. ff. pro derel.

Ad Corollarium.] Corollarii sententiam multi Dd. amplectuntur, vt testatur Iohannes Fabianus Angel: & reliqui interpres in §. *fere b. t. Iul. Clar. in pract. §. iniuria Vers. quaro.* & vt vntur optimis rationib. Et priua ratio summa huius rei hac est, q. in d. §. *fere,* generaliter dicatur, aliquem prohiberi posse ne ingrediatur fundum alterius: postea subiicitur, quiequid aut corum corporis tuū est, donec tua custodia coercetur: Ergo hic suā facti fera, qui contra prohibitionem ingreditur. Secundo t. fera in alieno capta, iure naturali primo occupanti conceditur, d. §. *fere.* Ergo & merito contra prohibitionem ingrediens suum id facit: Sed obiicitur primo ita: *Iniuriari actio contra eum, qui contra prohibitionē domini ingreditur, intentati potest, l. iniuriarum. §. fin. de iniur.* Ergo ingrediens alienum fundum id, q. capit suum non facit. Resp. In iure sane est, alienū fundum dominio prohibente ingredi, illa iniuria taxanda & estimanda est, dum cōtentus est dominus, Interim tamē iniuriatum actio id q. capit non auferit, cum id ante eiusdā non fuit, sed saltē iniuriū vindicat. Secundo obiicitur *l. in laqueum. 55. ff. de acq. rer. dom.* Resp. Paul. in d.l. *in laqueum* variis allatis distinctionib. ad questionē de fera, quæ in laqueū alicuius ī eidit, ita responder, summā huius rei esse, Titij tum esse aprū, si ipse cū apprehendat, h.e. manualiter capiat. Sed si manualiter non capiat, & tamē forte recusat dominus fundi aprā, h. rere in laqueo, isq; aper in naturalē libertatē reluctādo se recipiat. Sc̄ pronio id causante dati Titio saltē actionem in factum, h.e. *subsidiariam*, id est, Aquilia actionē Quia fecit

Sempronius, quo minus Titius dominus istius apri, dominium apprehendendo acquirat. Etsi enim possessionem tantum habere potest, scilicet effectum possidendi ex scientia eius rei, quod aper in laqueum inciderit, tamē dominium nondum habet, q̄ possesso prodit. *L. in pr. ff. de acquir. rer. dom.* Nec furti tenetur is qui ingreditur & capit feram, quia non alienū a prūm caput, sed eum, qui ante nullius fuit, *d.l. falsus. 43. §. qui alienum ff. de furti.* & hac explicatio confirmatur magis nostrum corollarium, quia dicitur *in d.l. qui laqueum.* tūm demū a prūm fieri Titij si eum apprehendit: Ergo si Sempronius contra prohibitio- nem tendit rectia & aptum caput, suum etiam facit: quia non est Titij, sed eius, qui eum ap- prehendit, quāpud iniuriarum teneatur, vt supra dictum est: Et hanc solutionem probat *Glossa in d.l.D.Pius.16.ff.de seruitut. rust. pref.* Nicolaus Vigilius *in 3.paratit. ff. de acquisi-.* *rer. dom.* Quamuis Curac. lib.4. obser. cap. 2. in fin. sine nominibus iustis repugnet.

DISPUTATIO X.

Ex tit. 2. 3. 4. & 5. lib. 2. Institution. desumpta, de seruitutibus..

CONTINUATIO.

In superioribus duabus disputationibus de retum diuisione & dominio- rerum acquirendo dictum est: nunc vero de rebus corporalibus & incorpo- ralibus dispiciemus..

Thesis 1. Res corporales sunt, quae sua natura tangi possunt, vt homo, vestis: incorporales vero, quae tangi nequeunt, vt seruitus, hereditas, v̄susfru-ctus, per tot. tit. *Instit. de reb. corporal. & incorporal.*

2 Seruitus est ius agendi habendive aliquid in fundo alieno ad sui præ- dii vtilitatem, quod iure communi agere habere non licet. *Weseln. in para- tit. num. 2. ff. de seruit.*

3 Porro Bartolus eam ita definit, vt sit ius quoddam prædio inhærens, quod dominantis vtilitatem auget, seruitutis libertatem minuit. *Bart. in l. 1. ff. de seruit. vbi Accurs. Weseln. n. 4. Iason & alij in aque. Instit. de action.*

4 Seruitus alia est realis seu prædialis, alia personalis. *Mynsing. in rubric. tit. de seruitut. Instit. num. 3.*

5 Realis seruitus est, quæ à re rei debetur, nec sine prædiis constitui po- test, hæc q̄ dicitur vel rusticā, vel urbana. *Mynsing. in rubr. Instit. de seruit. num. 7. 8. & 9.*

6 Rustica seruitus est ius, quod debetur rusticis prædiis, & seruit colligendis fructibus: hinc rusticorum prædiorum iura sunt, iter, actus, via, aquæ- ductus. *In princip. Instit. de seruitut.*

7 Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum: Actus est ius eundi, ambulandi hominis, agendi iumentum vel vehiculum; & qui actum habet, iter quoq; habet, eoq; vt potest etiam sine iumento. *In princ. Instit. de seruit.*

8 Via est ius cundi vagandi & ambulandi hominis : Aquæ ductus vento est ius aquæ ducendæ per fundum alicnum. *in print. hoc tit.*

9 Inter prædiorum iusticorum seruitutes recte quoque connumerantur aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, ius pafccandi, seruitus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ: ideo sic dicuntur, quia sine prædiis constitui non potest, §. *inter rusticorum. institut. hoc tit.*

10 Nemo enim seruitutem urbani vel rustici prædii acquirere potest, nisi qui præmium habet, §. *ideo autem. vers. nemo enim. hoc tit.*

11 Seruitus urbanorum prædiorum est, quæ ædificiis inhæret, & habitationi seruit, vt est ius oneris ferendi, altius tollendi, stillecidium auertendi, tignum immittendi, seruitus proiicendi, protegendi, prospectus & lumen. §. *prædiorum urbanorum. institut. hoc tit.*

12 Seruitutes inter viuos pactis seu conuentionibus, stipulationibus & ultimis voluntatibus acquiruntur & constituuntur, vt ius altius non tollendi, stillecidium non auertendi, & ne prospectui vel luminibus officiatur. §. *si quis re'it. institut. hoc tit.*

13 Seruitus personalis est, quæ à i e personæ debetur, & cum persona simul extinguitur; eiusque species sunt ususfructus, usus & habitatio. *in princ. instit. de ususfruct.*

14 Ususfructus est ius utendi sicut rebus alienis, salua rerum substantia. *in princ. instit. de ususfruct.*

15. Ususfructus consistit in iis rebus, quæ usu non consumuntur, & acquiritur testamento, factis & stipulationibus. §. *usufructus. institut. hoc tit.*

16 In seruis quoque ususfructus consistit, & si quis seruivolum frumentorum habet, tantum habet, quantum operis serui acquiri potest. §. *conservatur. hoc tit. l. 3. ff. de oper. seruor.*

17 Ususfructus finitur morte ususfructuarii; maxima & media capitum diminutione non utendo per medium & tempus, ac rei interitu seu mutatione. §. *finitur institut. hoc tit.*

18 Finitur medium ususfructus quoque, si is de mino proprietatis ab ususfructuario cedatur, vel si ususfructarius proprietatem ei acquisierit, quæ res consolidatio dicitur. §. *finitur autem. hoc tit. l. 3. ff. de locis libert.*

19 Usus est ius utendi rebus alienis pro necessitate usurarii, salua rerum substantia, Mynsinger. *in princip. m. m. 1. institut. de usu & habitat.*

20 Usus & ususfructus quid, & quomodo inter se diffeunt. Myns. *in princ. num. 4. institut. de ususfruct.*

21 Ususfructarius potest ius, quod habet, liccare, vendere, aut gratis con-

cedere, ut fruatur. Mynsing. in priuc. nu. 4. de vſu fruct. & in princip. institut. de vſu
& habitat.

22 Habitatio est ius habitandi in aliena domo, vel per se vel per alium,
salua domus substantia. Mynsinger. in §. sed si cui. instit. de vſu & habitat.

Corollarium: Hinc inter reliqua omnia summatim queritur: an seruitutes
praescribatur? Et affirmamus eam praescribi teste Welenbecio in para-
tit. ff. de seruit. num. 5. in fine.

DISPUTATIONIS X.

De seruitutibus, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Res in corporales an recte definitur, que tangi non possunt.
- 2 Nummi, cur discanter res incorporeas.
- 3 Seruitutis definitio an sit probanda.
- 4 Utilitas an ex seruitutibus quaratur.
- 5 Res sua nemini seruit.
- 6 Vſusfructus an recte in causalem & formalem dividatur.
- 7 Aqua ductus in agrum, an semper utilitatem respiciat.
- 8 Iter an recte definitur ius ambulandi hominis.
- 9 Seruitus prospicetus an pro sit prædictus.
- 10 Iter an sit seruitus realis.
- 11 Seruitutes generaliter transirent ad heredem.
- 12 Seruitutes regales mixtam causam obtinent.
- 13 Actus an sit ubi Vehiculum duci potest.
- 14 Actus & via definitiones quomodo differant.
- 15 Actus quomodo iter in se contineat.
- 16 Seruitates Urbanorum praediorum que sint.
- 17 Praedicta Urbana à rusticis quomodo distinguantur.
- 18 Praetorja. Ei stabula meritoria sunt Urbanorum prædiorum, non rusticorum.
- 19 Pratum rusticum potest dici Urbanum, & contra, diverso respectu
- 20 Seruitus Altius tollendi an constitui posset.
- 21 Seruitus non accipiendi flumen, an vere sit seruitus.
- 22 Seruitus pacto stipulationis & ultima voluntate an recte constitui posset.
- 23 Vſusfructus an recte definitur, quod sit ius.
- 24 Vſusfructus quomodo differant.
- 25 Vſus & Vſusfructus quomodo differant.
- 26 Vſus cur dividit non posset.
- 27 Vſusfructus an sine ſu eſſe posset.
- 28 Vſusfructus an sit seruitus personalis, an vero realis.
- 29 Vſusfructus etiam in seruitus constituit.
- 30 Operæ an in Vſusfructus continuantur.
- 31 Vſimenta an recte ad quæſi Vſusfructum referentur.

- 32 Seruitus *s*u*s*u*f*r*u**c*t*u**s* an morte, itemque maxima & media capiti diminutione extin*guatur.*
- 33 *V*su*s*u*f*r*u**c*t*u**s* an cesso*r*e finiatur.
- 34 *V*su*s*u*f*r*u**c*t*u**s* an locari possit.
- 35 *V*estes an elocari possint.
- 36 Habitatio an sit ius.
- 37 Habitatio an recte dicatur esse seruitus.
- 38 Habitatio quid sit.
- 39 Seruitutes an praescrivantur.

AD Thes. I.] Affirmatur definitio res incorporeales, tu que tangi non possunt. Cui ob*1* iicitur *l.* qui heredes 46. ff. de c*o*d*ic*it, indeb. vbi dicitur nummos esse incorporeales, que tamen possunt tangi. Nam in d.l. quis heredes, cum de nummis dixerat, subiicit hac verba, eadem causa rerum corporalium est. Ergo nummi res incorporeales sunt, idem dicitur in *l.* ff. 94. §. 1. ff. de solut. In pecunia non corpora, sed quantitatem consideramus. Resp. nd. Nummi sunt res incorporeales, quia qui debet nummos quantitatem debet non corpus. *2*

I. Quia assidua permutatione pecunia quodammodo extinguitur. *S.* cons*titut*ur, ins*tr*. de *s*u*s*u*f*r. Imo miscentur nummi ut discessi non possint, l. si alieni nummi 78. ff. de solut. Vtius autem in d. §. cons*titut*ur Imp. Iusti*p*. particula quodammodo qua*re* indicat, nec in totum extingui nummos, perpetua & assidua permutatione, esse*q*; nummos res corporalis quoad sub tactu cadunt.

Ad Thes. 2. & 3.] Hac servitutis definitio à multis defenditur à multis quoq; impugnatur. W^{es}enb. in parat. ff. de seruit. n. 4. tribus rationibus conatur ostendere hanc definitionem laxiorem esse definitio, & ideo minime probandam. Prima ratio D. W^{es}enbe*3* ci*h*ac est. Non declaratur hac definitione, quid sit seruitus. Ego est vitiosa. Resp. Satis declaratur in definitione hac quale sit ius seruitus scil. qu vtilitate respiciat praedii dominatis, & libertatem pdii seruientis minuat. Hic satis distinguuntur propria forma & natura seruitutum, qu ea est vi unius aliquid patiatur, cuius libertas minuitur, & vt alter suuqrat inde c*o*mmodum & vtilitatem, l. quoties 15. ff. de seruit. Exempli gratia: Si ego ex meis adib*us* fistulas vel canales habeo protensos in vicini aream, mea aqua auertitur, & vtilitati meae aliquid accedit, vicini libertas impeditur, dum aquam ferre cogitur, & ita quoque in aliis seruitibus accedit. II. Ideo inquit W^{es}enbecius est vitiosa haec definitio, quia ita potest constitui seruitus, vt utique sit commoda. Ergo non minuit unius libertatem, & auget alterius praedii vtilitatem. Resp. Id sit procto. Conuentio enim dat legem contractui. & contractus ff. de reg. iur. & seruitutum natura pactio & certo modo adiecto potest mutari, l. 4. §. modum. §. de seruit. Et tamen hoc raro fit. Propria autem natura seruituum semper manet, scil. vt unius praedii vtilitatem querat, alterius libertatem minuat. Ergo id quod è*pi*lo à*ei*go*z*, hoc est, vt plurimu sit, pon*i* debet in definitione, non quod ex pacto induc*ti*ur. III. W^{es}enb. ratio est, ex l. 1. §. & l. ff. de aqua p*u*l*u* ar*cen*d*u*. vbi sunt iura talia, qu a*z* praedii unius vtilitatem promoueant alterius libertatem impediant, & tamen seruitutes non sunt, cum ab iis ibi expressis verbis separantur. Resp. Verum est quando ego ferte fossas & aggères per meum fundum ducentos, seruitus non est, vt ibi ICtus dicit: est tam*en*, quasi seruitus, vt ibi ICtus in d. l. 1. §. & l. m. s*f*n. affirmat: & competit pro ea vtillis actio, non directa & dum est quasi seruitus, merito etiu sub seruitibus etiuntur, sicut sub dominio quasi dominii cotinetur, sub c*o*tractib. quasi contractus d. l. contr*actu*ff. de reg. iur. IV. Obnicitur valde l. *er*fundo 19. ff. de seruit. vbi dicitur, seruitutem aqua*z* ductus imp*er*i pos*se* ei fudo, qu*e* qus vedit etiu sit vtillis. Ergo definitio Bartoli adhuc est vitiosa, qu uile*z* v*ri* *4* literam,

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

litate quæri ex seruitibus. Respond. Gloss. in l. *quoties*. ff. eod. quam sequitur Welsenbeccius in parat. ff. *deseruit*. num. 3. d. *le ius fundi accipienda esse in eo casu*, quando quidem ipso modo, cu. n. dicit, cœpit aqua, hoc est, cum primum seruitus est constituta, non est utilis, sed tamen fatura utilis est progressu temporis, quia iura prædiorum nihil aliud suat, quam prædia qualiter se habentia id est, qualitatem indicantia, ut bonitas, salubritas, amplitudo, l. *quid aliud*. ff. de Verb. signif. Et semper erit mens contrahentium potius est accipienda, quæ hæc est, ut non sine utilitate constitutatur seruitus, licet ab initio non sit utilis. Datae solutioni opponitur l. *quoties* 15. ff. *deseruit*. vbi generaliter dicitur. Si nihil vicinorum interest, hoc est, eorum, quibus constitutur seruitus, non valere omnino seruitutem. Ergo si ab initio non valet tractu temporis non conualescit. l. *quod ab inst. ff. de reg. iur.* Respond. Regula illa Caconiana ad institutiones heredum & ad testamenta pertinet, nec hoc facile torquetur, sed ad d. l. *quoties*, quod attinet, loquitur illa in eo casu, quando nec hominum nec prædiorum sit seruitus, quia tum non interest vicinorum, cum extra personalem & realem seruitutem nulla alia sit. l. ff. de *seruitus*. l. *si mihi 20. d. vlt. ff. de seruit. rust. prad. L. eti. 6. §. eti. um Vers. Labeo ff. de seruit. vindic.* Ne autem per tuum fundum eas, ne in eo consistas, seruitus non est, nec personalis, nec realis: Et ideo nihil alicuius interest, ut in d. l. *quoties* dicitur, res enim sua nemini seruit l. *vlt. frui*, s. in princ. ff. se *seruitus petatur*. l. ff. de *vsumfructu*, in qua dicitur, vsumfructum esse ius utendi fruendi alienis rebus. Hinc sequitur etiam non adeo commode ab interpretibus nostris vsumfructus vocetur: quamuis Corral. lib. 5. Miscell. cap. 3. eam omnino reuiciat. At hanc solutionem ad d. l. *quoties* amplectitur Anton. Goueanus lib. 1. Var. lett. cap. 15. V. Objicitur l. *haciure 3. in priv. ff. de aqu.* vbi aqua duci potest in agrum t ad irrigandum, vel per cotis causa vel amoenitatis. Ergo si amoenitatis causa aqua duci potest, sane prædii nomine, non sit, vel non quæritur in le utilitas prædii, & tamen aquæ ductus refertur inter seruitutes, & sciendum est particulam vsl. disunctiua, sciungere hæc tria, irrigatione, pecoris causam, & amoenitatem. Respond. Amoenus potest esse locus etiam fructum gratia, quod si aqua ducitur per fundum sit fertilior, pinguior irrigando, quamvis Gloss. in d. l. *vlt. pomum 8. ff. de seruit.* putet, verbum amoenitas, potius respicere vsumfructum, qui persona datur, quasi ea homo vsumfructarius delectetur & oblectetur: quæ solatio iuuatur per l. 16. §. 1. ff. quod si aut clam. vbi simile de amoenitate est, & refertur ad vsumfructum. VI. Objicitur l. ff. *deseruit. rust. prad. & §. iterum b. r. n.* vbi dicitur quod iter sic ius ambulandi hominis, ambulatio autem non spectat ad utilitatem fundi sed ad utilitatem hominis, hoc est, ad sanitatem ut Welsenbec: affirmat & ipsa vocabuli significatio ostendit. Resp. Eundi verbum refertur ad utilitatem prædii & significat transire, quando unus transit ad expeditionem negotiorum, & ambulandi verbum refertur ad itionem & reditionem, ita tamen ut in eo loco maneamus & cōmoremur, & dum redimus & reuerterimus transeundo fructus & agros custodimus. Sunt igitur prædium inde utilitatem, & merito ad definitionem Bartoli hæc spectant. Sciendum quoque Theophilum non agnosce vocabulum t ambulandi. Habet enim tantummodo vocabulum, quod significat transire, vel unum pro codem accipit, & probatur per l. 3. §. fieri 14. cum seq. ff. de itin. atque p̄suat. vbi dicitur, iter esse eundi, actum ius agendi, nec additur verbum ambulandi. Imo Iustin. Imperator, in l. *Vlt. in princ. C. de seruit.* Et aqua, dicit, de aliquo, qui pactus erat

erat transiit id est, iter nihilque de ambulatione meminit. Contra datam solutionem obiicitur l. 4. ff. de seruit. vbi dicitur, quod non possit seruitus talis imponi ut liceat spaciari quia sit inutilis. Ergo ambulandi seruitus non constituitur. Respond. Illa verba notis sunt inveniuntur & ideo dubia authoritatis Wesenb. tamen in paras. ff. de seruit. n. 3. amplectitur illa verba & sciendum est, spatiari magis spectare ad voluptatem, ambulare ad viuum praeditorum, quæ fiant meliora, dum inspektione, qua sit per itionem, custodiuntur. Denique obiicitur seruitus prospectus, quæ seruitus est realis & tamen saltem ad gratorem prospectum & ad voluptatem tendit, item ius pascendi & calcis coquendæ, quæ seruitutes reales sunt non spectant ad utilitatem prædi. Resp. Seruitus prospectus etiam in consequentiam t̄ prædiis urbanis vel ædibus predest, sic ius pascendi prædio meo prodest, 10 quia dum boues pasco in alieno solo & prædio, meum prædiū fit melius, quia interim ego meos fructus mihi afferuo & retineo. Sic quādo calcem coquo in alieno prædio, meo prædio ut litas accedit, quia initium mihi manet integrum & saluum.

Ad Thes. 6 & 9.] Dicitur in dd. ihesib. seruitutes reales esse iter, actum, viam, aquæ ductum, pecoris ad aquam appallum, aquæ haustum, & reliquias in h. t. enumeratas. Cui primo, aduersatur l. 1. §. recte ff. si seruit. vbi expresse dicitur iter non esse seruitutē. Ergo nullum est q̄ dicitur iter esse seruitutē & quidē realē. Resp. Ad l. 1. §. recte q̄ attinet, negatur quidē ibidem iter esse seruitutem, non tamen id simpliciter negatur, sed ideo, quia ibi v̄lusfructus hoc est, ius vtendi fr̄uendi constituitur. In illo iure vtendi fr̄uendi simul erat datum iter, nec constitutum erat iter quasi seruitus, sed quasi accessorium & quasi pars v̄lusfructus. Nam pars in toto est *in tot. ff. de reg. iur.* Respectu igitur v̄lusfructus negatur hic iter seruitutē esse, & sic relative. Absolue vero considerando, per se iter esse seruitutem toties in it. de seruit. rust. prad. dicitur. Et hanc solutionem non obscure suppeditat ipse textus, n. d. l. 2. §. recte, dum dicit, iter, quod tuendi gratia fructuario praefatur, & hic iter seruitus non est, vt postea subiicit, si igitur sola constituitur seruitus itineris, vel quis alia vere seruitus dici potest, non vt accessoriū, sed vt principale quoddam respectu materiae p̄dialiū seruitutē. Sed cōtra datā solutionē insto ex l. pen. ff. de seruit. leg. vbi ius transunci, hoc est, eundi, seu iter, personale esse & personæ datu dicitur. Ergo iter non est realis seruitus. Resp. Regulariter & iuxta propriam suam natuam, reales seruitutes iustitiae & urbariae, à rei debentur & praefstantur; & quod ē πτ̄ τὸ ὑπερίσον fit, maxime attenditur l. 3. de ll. Wesenb. in §. 1. b. s. Interdum tamē respectu personæ principaliter constituuntur ex quadam contemplatione, quodam intuitu & affectione, vt in d. l. pen. vbi pater ex fauore & amore quodam filiæ ius transunci constituit, quod etiam in seruitutibus pecoris pascendi, & ad aquam appellendi certum est, quæ etiā sunt magis prædiū quam persona, l. pecoris 4. ff. de seruit. rust. prad. tamen si testator certam personam demonstrat & eligit, cui seruitutem realem vult praefitam, autori vel heredi non praefabitur d. l. pecoris ff. de seruit. rust. prad. Notaverba, emtori vel heredi non praefabitur eadem seruitus, quia hic proper demonstrationem certæ personæ & ultimam voluntatem quæ seruanda est l. 1. C. de sacro sand. ecclesia. factæ sunt personales, & personam non egrediuntur, alias enim generaliter transeunt ad t̄ heredem seruitutes reales, cum sint seruitutes prædiorum non hominis l. si mihi 20. §. fin. l. via 23. §. si fundum cū seqq. l. si viam 26. ff. de seruit. rust. prad. quod dubitationem non habet. Deinde certum est hominis etiam inter viuos dispensatione seruitutem itineris evitari posse, l. 4. §. modum ff. de seruit. rust. prad. cum ea prædiū magis esse videatur, quam personæ pecoris pascendi, & ad aquam appellendi seruitutes, vt dicitur in d. l. si mihi. §. 4. l. ff. de seruit. rust. prad. Atque ita etiam l. 6. §. fin. ff. de seruit. rust. prad.

pr. l. est intelligenda. Nam ibi ideo sunt personales quia ego ijs tantū habeo iuris, & hinc me ingruente in prædia ista me recipere possum. *I. Obicitur. Mela* 14. §. *sin. Vers. uam & h. r. us ff. de aliam. Et cibar. leg. Resp.* Illa lex explicanda est ex alijs ll. præsertim *cxd l. pecoris 4. ff. de seruit. rust. prad.* Quia ibi agitur de materia ultimarum voluntatum, id quod etiam *Rubr. de aliment. & cibar. leg. & d. l. pecoris 4.* ostendunt. Si igitur forte in testamento relicta est seruitus aquæ, haustus, vel pecoris ad aquâ appulsus, et si est ea simili pliciter constituta & ideo personalis. Hinc dicere possumus t̄ reales seruitutes mixtam causam obtinere: Nā seruitutes reales, persona simpliciter constituta, vel ad usum personæ, non agri vel prædii concessa, sunt personales. Vnde potius causam constitutionis prædialis in scripturam & instrumentum esse referendam, consultat *Wesenbec. in partit. ff. de seruitut. n. vlt.* Alii cum glossa respondent manere sua quidem natura seruitutes reales, cum id quod per accidens accedit nō tollat aut mutet propriam naturam seruitutem, quæ solitus glossa in d. l. *per. ff. de seruit. ley.* cum superiori pene coincidit.

Ad Thes. 7. & 8. J. Definitur actus quod si ius eundi ambulandi hominis, agendi jumentū vel vehiculum, & qui actum habet etiam iter habet, eoq; vt potest, etiam sine iumento. Sed oppon. *l. si tam augusti. 14. ff. de seruit.* Vbi dicitur si tam augusti loci demonstratione facta, via concessa fuerit, vt neq; vehiculum, neq; jumenta ea inire possint, iter magis, quam via aut actus acquisitum videbitur. Sed si iumentum ea duci potest, non etiam vehiculum, actus videbitur acquisitus. Ergo actus est quando vehiculum duci non potest, quod est cōtra actus definitiōnēm. Resp. In d. l. *si tam angusti.* non negatur, factum non esse vbi vehiculum duci non potest, sed hoc dicitur, si vehiculum propter loci angustiam duci non possit, sed saltem iumentū, esse nihilominus actum id quod particula vel, in definiōne actus ostendit, quasi sufficiat vnum duci posse, vel jumentum vel vehiculum, nihilominus actum esse. Vnde etiam in d. l. *ff. de seruit. rust. prad.* dicitur, actum inter se habere etiā sine iumento. Nota part. etiam, q̄ ostendit vel solum eum sine iumento ire posse, vel cum jumento, qui actum habet. *II. Obicitur* hanc definitionem continere superflua & ideo non esse probandam. Probo id ita, quia vehiculum duci non potest, nisi adsit jumenta. Ergo posito vehiculo iumentorū nulla mentio fieri debet, quia id alias fatis liquet. Resp. Hic ratione mouetur Hotto. lib. 2. ob. c. 7. vt dicat in definitione actus, pro jumentum legi debere a. q̄um, quasi vehiculū præsupponat jumenta. Sed nihil esse mutandum soluto supra dāra ostendit, potest enim vehiculum sine iumento duei & iumentum potest esse sine vehiculo, & nihilominus est actus. *III. Obicitur* hanc definitionem non valere ideo, quod definitioni viæ conueniat, per omnia, vt ex collatione satie ostenditur. Nā viæ non solum est ius eundi, ambulandi hominis, agendi vehiculum vel iumentum, sed etiam trahendi lapidem & lignum, & rectam hastam ferendi modo fructus non lādantur. *l. quia sella. 7. in pr. ff. de seruit. rust. prad.* Hinc mouetur VV. hic vt existimat pro verbo eundi legendū esse vehendi, idq; illa verba: in se, in d. l. *ff. de serv. rust. prad.* ostendere putat, quæ alias aliquo referri non possent, respondet autem Duaren. lib. 1. annivers. disput. c. 31. (vbi retinet definitiones viæ & actus, nec quicquam mutat) ius eundi & ambulandi inesse actui, ex interpretatione tantum, & præsumta pacientium voluntate. Nam qui astum concedit, etiam iter multo magis tacite concedere videtur: Quia sine itinere actus feliciter non procedit. Inest igitur actui ius eundi, ambulandi hominis, ex racita pacientium voluntate; viæ autem ius eundi ambulandi hominis, inest simpliciter sua natura non ex conuentione. Vnde iam constat definitionem viæ malto esse latiorem, quam definitionem actus.

IV. Obicitur l. loci corpus 4. §. 1. ff. de seruit. vind. Et l. smater. 11. §. si quis iter petierit. ff. except. rei ind. in quib. ll. dicitur, actu sine itinere esse posse, cū tamē dicamus in definitione actus

actui iter inesse. Resp. Diuersa sunt seruitutes iter & actus, nec definitionibus contentantur, quoniam leges dicant iter inesse actum, quod sic est accipiendo, ut dicamus, ex interpretatione & presumpta pacientium voluntate, actum iter in se continere non ex ipsa actus natura. Cui enim cōcessus est actus h.e. id q̄ plus est, ei quoq; cōcessum est iter, hoc est, id q̄ minus est, cū actus sine itinere h.e. iure eundi, ambulandi hominis, expediri non possint. Ac ita Duar. lib. I. annivers. diff. c. 31. sentit. & dd. ll. cū Iusti. & d.l. 1. ff. de seruit. rust. pd. cōciliat.

Ad Thes. II.] Affirmamus in thesi II. urbanae prædiorum seruitutes esse, ut quis recipiat in ædes suas vel in aream, vel in cloacā killicidium vel flumen, aut non recipiat, & ne altius quis suas ædes tollat, ne luminibus vicini officiat. Cui directe obiicitur l. 2. in pr. ff. de seruit. rust. pd. vbi affirmat I. Cris Neratius hasce seruitutes esse rusticorum prædiorum, si scil. aliqui licet altius tollere quid & officere prætorio vicini, & cloacā habere per vicini dominium vel prætoriū. Ergo quas seruitutes Iustinian. vocat urbanae, Neratius vocat rusticæ. Respond. Iustinianus Imper. sequitur sententiam Vlp. in l. 1. in pr. ff. communia prædior. Et l. Urbanae præd. ff. de Verb. signif. & Florentini ICti in l. fundiff. de Verb. signif. ac distinguunt urbana prædia à rusticis, non loco, sed materia, hoc est subiecto, comoditate & vnu rei, VVesemb. in parat. ff. de seruit. Verb. præd. n. 2. urbana enim sunt quāuis sunt in villa d. l. 1. ff. communia prædior. Neratius autē hac in parte ab alijs ICtis diligens, dikinguedo urbana prædia à rusticis non materia, sed loco, h.e. sicut. Et hoc Iustin. indicat in §. 1. b.t. dum dicit: Quidā recte putant, hoc est, Vlp. & Florentin. & forte alij: Atq; ita accipiendā esse, d. l. 2. ff. de seruit. rust. præd. monet D. Borcholt. ad rub. tit. insit de seruit. rust. Et Verb. præd. ex Anton. Goueano lib. I. Var. lect. 6. 16. Quod vt rectius intelligatur, sciendū est, Nerat. in d. l. 2. in pr. facere mentionem prætoriū, q̄ est comparatū ad habitationē voluptatemq; domini villæ, qui quasi prætor & princeps supremus familię ruricabatur. VVesemb. in parat. ff. de seruit. Verb. præd. n. 2. Villæ autē dicuntur domus vel ædes d. l. fundi. ff. de Verb. signif. Et ideo q̄a p̄toria sunt in villis affirmat Nerat. in d. l. 2. seruitutes licere altius tollere, & officere prætorio vicini, esse rusticorū pdiorum seruitutes. Et de stabulis meritorij recipie-
dis, mercede tā equis q̄ hospitib. idoneis, affirmat idē Neratius, ea scil. pdiorum urbaniū nō esse, sed rusticorū in l. 4. §. stabula. ff. in quib. causis pign. vel hypoth. vtrunq; negat Vlp. in d. l. Urbana. de Verb. signif. vbi ostendit p̄toria & stabula meritoria esse urbaniū prædiorū, sive sint in urbe, sive sint in villa, contra Neratium: Et ita aliqui solunt. Insto. Sed Neratius in d. l. 4. §. stabula. ff. in quib. caus. pign. non videtur loco distinguere, quia & stabula & adi-
ficia ibi sunt in ciuitate quāuis stabula nō sint in continentib. q̄dificijs. Hinc rectius Hop-
perus & VVesemb. in parat. ff. de seruit. Verb. præd. n. 2. in fin. & n. 10 putant: Neratiū ita cū reliquis esse conciliandū, ut dicamus seruitutes illas urbanae pdiis inhaerentes, quandoq; in subiecta materia dici seruitutes pdiorum rusticorum propter vsum, quia saepe in adiificiis reponuntur frumenta & pascuntur pecora. Sic saepe in horreis ad vsum frumentorum cōparatis habitam, coq; respectu dici possunt urbana pdia, q̄uis alias rusticā sunt. Quodigitur Nerat. dicit in d. l. 2. rusticorū prædiorū sunt, ita est intellegendū quasi dicar, rusticis prædijs imponi possunt, q̄uis nihil minus reuera prædia urbana sunt. Exempla alia: Ego habeo adiificium h.e. urbaniū prædium apud tuos fundos, h.e. apud rusticū prædiū tuum; Ego te cum paciscor, ut licet mihi ducere cloacam ex meo adiificio, h.e. prædio urbano in tuos fundos per canales. Hic in prædio rusticō urbano seruitus constitutur, & dicitur feo re. sp̄ctu tuū prædiū (alias rusticū) urbaniū, ppter vsum cloacæ ducēta. Sic possum pacisci ne altius adiificiū vicini rusticō prædio extruas, ne vmbra adiificii, legetib. meis officiat. Hoc respectu dici potest rusticū prædium, q̄ tamen est urbaniū. Et e cōtra. Sic possum pacisci ne arborem habeas in fundo positam, que officiat prætorio h.e. ecenaculo pdii mei

148 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

urbani, hoc est, ut eras omnino, vel deinceps positam non habeas. Hoe respectu etiam rustica dici possunt urbana propter usum & subiectam materiam. II. Obiicitur seruitus altius tollendi. *Laltius. C. 8. de seruit. & aqua,* vbi dicitur licere aedificium ponere usque in celum. Ergo seruitus constitui tamen non potest. Resp. quod est supra meum fundum, esse liberum. *I. ff. de seruit. Verb. prad.* nisi forte aedes seruitutem debeant, quae pacto & stipulationibus constitui potest. §. *Vlt. h. tit.* & seruitus debetur a. *Laltius*, ut ibi est expressum, & tunc altius aedificare non licet. Deinde altius aedificandi libertas impeditur, si id statutis & edictis principum est prohibitum, alias si quis contra facit, & modum in aedificando excedit, noui operis nunciationem patitur. *I. r. s. nunciamus, ff. de noui oper. nunciat.* & sic ius naturale, quod in aedificando quilibet habet, iure ciuili impediari potest, quamvis tolli non possit. *I. 6 ff. de iust. & iure.* Alias si nullo iure aedificare prohibentur, & si aedes nostræ nulli seruiunt, nulli competit contra nos actio. *I. cum ea 9 ff. de seruit. Verb. pradior.* Instatur hoc modo: Sed viridaria possunt extrui in aedificio, ab eo qui debet seruitutem altius non tollendi. Ergo tamen altius quid facere potest. *I. ad dicta 12. ff. de seruit.* *Verb. pradior. &c.* Respond. Is qui extruit viridaria non altius aedificat. Ea enim viridaria in aedificio haberri possunt, modo prospectui non officiant. III. Obiicitur seruitus non accipiendi flumen, (quæ seruitus negatiue constituitur) quod potius sit libertas, quia si quis recipere non cogit seruitutem seruitus tamen non est. Resp. cum Dominio Borcholt. *h/c* seruitutem negatiue ita constitui posse, ut si vicinus mihi iam ante cessit ius immittendi stillicidii in aream, ego postea rursus ei cedo ius non immittendi aut non auertendi stillicidii: hoc casu vicinus habet ius non immittendi stillicidii, non quidem iure suo, sed iure seruitutis. Manet igitur seruitus.

23. *Ad Thes. 12.]* Affirmatur ibi pacto stipulationis & ultima voluntate seruitutem constitui posse. Sed obiicitur tale argumentum: Si pacto ususfructus constituitur; non nascitur inde ciuilis obligatio & actio, sed ex ususfructu constituto nascitur obligatio. Ergo ususfructus pacto constitui non potest & non recte dicitur à Iustiniano pacto constitui posse seruitutem. Respond. Id cum effectu est intelligendum quasi non sufficiat nuda convention, sed etiam opus sit traditione. Nam traditionibus & vocationibus iterum dominia transferuntur non nudis partis. *I. traditionsb. C. de part.* II. Obiicitur seruitutes stipulatione constitui non posse, id quod probari potest hoc modo stipulatio iure vel in diem, vel sub conditionem fieri potest. *S. omnis stipulatio infra de verb. oblig.* Sed seruitutes neque ex tempore neq; ad tempus, neq; sub conditione neq; ad certam conditionem fieri vel constitui possunt. *I. 4 ff. de seruit.* Ergo stipulatio & seruitutes constitui non possunt. Resp. Qnamuis stipulatio sub conditione fieri possit, tamen inde non sequitur stipulatione seruitutes constitui non posse. Et quidem non andum est *I. 4 ff. de seruit.* intelligendam esse de seruitutibus realibus tantum. Certum enim est personalem seruitutem, sub conditione & ex die constitui posse. *I. 4 ff. de & sus.* Sed data ad d. *I. 4 ff. de seruit.* solutioni ad modum refragatur. *I. existimo 9 8. in pr. de verb. oblig.* in qua lafferitur expresse posse id, q; *vc.* rum est, sub conditione stipulari. Ergo & viam, quæ est seruitus realis, sub conditione stipulati possum. Resp. Plus est in consequenre quam fuit antecedente. Nam d. *I. existimo*, loquitur de nuda stipulatione. Nam qui viam promittit se constitutum, eam non statim constituit: quemadmodum in feudo videre est. Nam feudi dominus non statim feudum promissum constituit, sed tradit feudum tandem per inuestituram. Atque ita hasce II. pugnantes conciliat Anton. Goucanus lib. I. Var. c. 9. quem sequitur Welenbec. *in parat. ff. de seruit. num. 8.*

Ad Thes. 13. & 14.] Proponitur hic definitio ususfructus, q; nec emphyteusi, ne fidei commisso.

missio, nec dotrix vxoris, nec cōdūctioni, nec legato annui rediūs certi fundi cōuenit, eamq;
 remotis contrariis explicat Hottom. *in quest. illustr. 22.* II. Opponitur huic definitioni, L.
 4. de *ſuſi*, vbi dicitur, vſumfruclum cōſe partum dominij, sed quid ad illam legit ſit repon-
 dendum *in diffut. 2. lib. 2. in prime.* ſatis fuit dictum. III. Opponitur vſumfruclus † non
 eſtius, quia eſt diuidiuſus, l. 5. ff. de *ſuſi*. Iura autem diuidi non poſſunt: Cem ſint incor-
 porales res quae tangi non poſſunt. §. 6. t. ſupr. de reb. corp. Et *incorporeis.* Et *l. arbor. 19. §. 2.*
ff. communii diuidund. vbi dicitur nullam communionem iuriſ separatam intelligi. Resp.
 Vſumfructus dicitur diuidiuſus, ſcil. intellectu & utilitate vitæ cōmunis per accidens, id q;
 ostenditur *in d. l. arbor. 19. §. ſim. ff. de feruſit.* & ratione fundorum in quib. cōſtituuntur, &
 ratione fructuum. l. 8. t. 16. ff. de feruſit. Sunt autem natura per ſe iura omnia vi & feruſutes
 in diuidua: Et hac ratione hancell. Horicmannus conciliat *in illustr. quaſt. 18.* Vſu ho-
 minum pro parte aliquem frui poſſe, id eſt, vſumfructum habere, ſed vſum tamen pro par-
 te habere non poſſe. l. 19. de *ſuſi* & *hab.* utilitate igitur omnes feruſutes ſunt diuidua. Ra-
 tio diuerſitatis eſt, quia vſu in facto cōſtituit, & eſt personale quoddam d. l. 8. t. 17. de *feruſit.*
 nec poſt factū quid legari poſteſt, d. l. 8. t. 19. ff. de *ſuſi* & *hab.* Et vſuſt tantū ad viſum quo-
 tidianū refertur, & neceſſitates humanaſ, nec ſub partitionē cadit. In vſumfructu aut extant
 poſt factum fructus, qui diuidi poſſunt. Atq; ita Alciat. lib. i. paradox. cap. 17. illa conciliat.
 Et hæc diuersa ratio bene eſt notanda, ſecundum Welandbec. *in paratt. ff. de ſuſi* & *habit.*
 Inſto. Sed tamen vſuſt eſt pars vſumfructus, & in eſt vſumfructui, l. quis ſuſumſt. 50. ff. de *verbōrum obligat.* vbi dicitur vſumfructus ſtipulationis vſum habet: Ergo quod iuriſ eſt in to-
 to, eſt etiam in parte. Respond. Horicm. *in d. illustr. quaſt. 18.* dicit, id de parte homoge-
 nea eſſe intelligendū. Nam dicitur pars vſumfructus, quia emne id q; in vſumfructu eſt, pars
 vſumfructus recte dici poſteſt. Sed tamen quia vſumfructus cōtinet fructus, qui diuidi poſſunt
 in eo id admittitur. Vſuſt autem † dum fructum non habet, ſed nudum factum, diuidi non
 poſteſt. Inſto contra datam ſolutionem: Vſuſt diuidi poſteſt, vt ſcil. ſi vſuſt diuorum, & iſ
 diuidendus ſit in communi diuidendo-iudicio, & ſcilio-iudicis vnuſ habeat vſumfructum,
 alter mercedem; l. item. 10. §. 1. ff. *communi diuid.* Respond. Id ſit propter neceſſitatem, vt
in d. l. dicitur, qui legem non habet: Et vſuſt diuidi non poſſet, niſi vnuſ habeat integrum
 vſum, alter mercedem & quaſi ſuſi videatur, non tamen proprie, id quod paſticula QVASI
 indicat. Inſto contra datam ſolut. ex *l. huius ſtipulations.* 5. §. Ergo, ff. *ſuſi uſtuarium quem-*
admodum caueat; vbi dicitur, ſi fructus ſine vſu obtingit, valere ſtipulationem: Ergo vſum-
 fructus † ſine vſu eſſe poſteſt, quod antea fuit negatum, & *in l. per ſeruum. §. deniq; ff. de ſuſi* 27
 & *habit.* dicitur inutile eſſe ſi fructus ſine vſu legetur. Respond. Budæus putauit eſſe
 Antinomiam & contrarium, ſed non eſt. Quia etiā regulariter vſumfructus ſine vſu nō eſt,
 poſteſt tamen conſtitui vſumfructus ita, vt ei vſu non inſit, puta quando testator vſum ali-
 cui concedit, & alteri vſumfructum ſine vſu. Qui tum habet vſumfructum ſine vſu, non
 poterit in fundo habitate & cōmorari cum liberis & vxore, & poſteſt ab uſurario prohiberi,
 ne in fundum veniat niſi fructuum gratia. Ius fructuum eſt tum vſumfructarius: unde etiam
 fructus in textu tantum dicitur; atque ita Cuiac. lib. 1. obſer. cap. 9. ſentis. Inſto. Sed oppo-
 nitur rurſus *l. diuinus Hadriani.* 22 *in prime ff. de ſuſi* & *habit.* vbi dicitur: legatum vſus
 habere in ſe vſumfructum. Respond. Ratio huius rei additur in textu, quia niſi licet le-
 gatarii ſyluam cädere & vendere, que madmodum licet vſumfructario, nihil ex eo legato
 eſtent habituri. Inſto contra dat. ſolutionem, ex §. 1. inf. de ſuſi & *habit.* vbi non licet vſu-
 rario vendere. Respond. Cädere & vendere non poſſunt ſicut plenus vſumfructarius, ſed
 pro ratione & modo ſuſi vſus Welandbec. *in paratt. ff. de ſuſi* & *habit.* n. 3. vbi hæc explicat.
 Deniq; in Theſi 14. affiſmatur, vſumfructum eſſe feruſitem † personalē, cum videatur 28;

150 DISPUTATION. IN RIS CIVIL.

real scilicet per lrecte dominus ff. de verb sign. vbi dicitur vsumfructum non esse dominij, sed seruitutem, ut via & iter; Sed via & iter sunt seruitutes reales, §. 1. 5. ff. de seruit. Ergo & vsumfructus est realis seruitus. Resp. Aliqua exemplaria in d. l. recte dicimus. legunt pro seruitus seruitutis. Deinde ICorus Paulus in d. l. recte dicimus, non vult vsumfructum esse seruitutem realem, sed potius personalem quemadmodum via & iter sunt seruitutes quamvis reales, nec esse vsumfructum partem dominij, cum sit ius retendi fruendi alienis rebus, separatum à proprietate, § 1. h. tit. n.

Ad Thesin 16.] Affirmatur in illa thesi vsumfructū cōsistere † in seruis, & si setul
 29 vsumfr. quis habet tantū habet quātū operis potest acqri, §. constituitur h. s. l. 3. ff. de
 operib. seru. vbi dicitur in hominis vsumfructū operas esse: Sed huic assertioni directio obstat,
 l. operis. 5. ff. de operis seruor. vbi dicitur: operis seruorū legatis, vsum intelligi legatum: Ergo
 vsumfructus operas non continet, sed vsum. Respond. Anton. Goueanus lib. 1. Varia. cap. 7.
 affirmat se in antiquo libro dolose vidisse scriptum, pro vsum vsumfructum, atque ita hasce
 leges coaciliat: quamvis etiam responderi possit, recte vsum, idque ideo quia si legitur v-
 sum simul intelligitur vsumfructus, cū vsum in vsumfructū in sit, l. quis vsumfructus. 5. ff. de verb.
 oblig. id quod etiam Welsemb. placet, in paratis ff. de operis seruorum. Vbi dicitur operis ser-
 uis concessis & legaris, & fructum concessum videri, l. 4. s. pr. ff. de operis seruor. & vsum l. 5.
 ff. eod. intelligi. & sic vsumfructum his coniunctis, l. 3. ff. de operis seruor. Sed contra operas
 30 scilicet in vsumfructū † non contineri probo per l. opera. ff. de operis seruor. vbi dicitur, operas capi-
 tis diminutionē non amittit. Sed vsumfruct. amittitur duabus capitis diminutionibus ma-
 xima & media non vendo, §. 8. h. tit. Ergo operas in vsumfructū non continentur, quia tū simul
 interirent capitis diminutionē. Respond. Alio iure operas, alio iure vsumfructus venit: o-
 peras ad heredem transmittuntur, non autem vsumfructū. d. l. 2. idque ideo quia vsumfructus
 est personale quiddam, & personalia cū persona expirant: non autem operas que sunt cau-
 sale quiddam magis. Magnam enim inter se habent cognitionem seu affinitatē, operas &
 vsumfructū. vnde tit. de operis seruor. subiungitur materiæ de Christi. Nou tamen per omnia vnum
 31 idemque sunt, Gouean. d. c. 7. lib. 1. Varia. Porro inter exempla q. vsumfructus computantur
 vestimenta & pecunia numerata. Sed contra vestimenta sic arguitur. Si vestimenta † ad q.
 vsumfructum referuntur, vsumfructus est in abuso: Vestimenta vero non vsumfructus ut vinum, oleum, frumentum, quatum
 serum nullus est vsum nisi in abuso: Vestimenta vero non vsumfructus ut vinum, oleum, frumentum, quatum
 serum nullus est vsum nisi in abuso: Vestimentorum vsum est absque abuso. Nam ut quis debet
 vestimentis arbitrio boni viri, nec talis est vestimentorum ratio, ut quantitatum, ut text.
 in d. l. sed si loquitur, contritio: Ergo concessa est naturaliter, nec ea imputari potest fru-
 etuarius. Deinde pecunia numerata si datur vtenda est potius mutuum: Ergo non q. seruitus.
 Resp. Iustin. Imp. dicit, pecuniam numeratam proximam esse vino, oleo, quasi dicat, pro-
 xima est, non tamen eadem est, scilicet potius similis, & loquitur tantum de vsum pecunia lega-
 to, alias inter viuos nihil est aliud nisi mutuum. Welsemb. in §. constituitur. n. 8. Et paratis.
 ff. de Christi. car. rer. num. 8. l. in fin.

32 Ad Thesin 17.] Affirmatur primo † morte vsumfructuarij, item maxima & media ca-
 pitis diminutione extingui seruitutem vsumfructus. Cui obiicitur vehementer l. S. l. C. de
 Christi. vbi dicitur vsumfructus per seruum vel filium familiias acquisitum capitis diminu-
 tionē filij magna vel media vel emancipatione, vel serui quacunq; alienatione, morte vel
 manumissionē non petire, si igitur seruus & filius fam., in eiusmodi casus incidet, non in-
 terum.

terrumpitur patri vel domino vſusfructus: sed manet intactus, nec si pater in eiusmodi casus inciderit, perit vſusfructus: sed apud filium remanet, ex quo nunc satis apparet. vſumfructum morte non perire, nec interire maxima, media, vel minima capitis diminutione. Resp. Specialis admodum casus proponitur in d. l. 9. id quod illa verba: in iis casibus satis ostendunt: Et quidem sic se res habet; si dubium est an vſusfructus sit relictus contemplatione filii & serui, tunc ex iustitia constit. in d. l. 9. nec morte patris nec filii, nec domini nec serui vſusfructus expirat, sed durat, & hoc in dubio procedit, secus si plantam & euidens, hoc est, vt in l. cum oportet. C. de bonis qualib. & in l. plenum. 12. §. si vſus. ff. de vſu & habit. Simile habuimus in disputatione 3. de nupt. in materia deductionis in domum, ex l. 6. C. de donat ante nupt. & l. penult. ff. de donat inter virum & uxor. Nec quicquam huic solutioni aduersatur, l. qui vſumfruct. 36. §. ff. si vſusfruct. modo lectio Pandectar. Florentini retineatur, & legatur vſusfructus non vſusfructus seruo. vt Pacius ibidem notat. Secundo obiicitur, l. si mulieris. 8. ff. de vſusfruct. accres. vbi mulier amissis liberis, quibus legatur vſusfructus, habet vſumfructum. Resp. In principio ponitur particula cum, qua si adverbialiter sumitur valde pugnat, alias si est præpositio, vt esse debet, non obstat, & tum hic eius legis est lensus; mulieri vna cum libertis legatus est vſusfructus: Ergo mortuis liberis nihilominus vſusfructus apud matrem manet, quia illi simul vſusfructus erat legatus. Tertio obiicitur, l. 3. in pr. & l. 1. ff. quib. mod. & vſusfructus amittitur, vbi dicitur generaliter capit. diminutione, id est accipendum non tantum de maxima & media, sed etiam de minima. Resp. Respondent aliqui capit. diminutione generaliter positam pro maxima & media accipi, quia minima pene nulla est, qua solutio consistere non potest, quia Paulus lib. 3. sentent. tit. 6. §. capit. dicit ex arrogatione & adoptione statum mutari & vſumfructum amitti, vbi Cuiac. affirmit mutatum id tamen esse constitut. Iustin. in l. penult. C. de vſus. que solutio verior est. Cui tamen posteriori solutioni videtur obstat. l. 1. ff. de vſu & vſusfruct legat. vbi dicitur vſumfructum ex magna causa amitti, hoc est, maxima & media capit. diminutione: Ergo id ex Iustinian. constit. non primum exitit. Respond. Illa verba: ex magna causa: ad Vlpian. à Triboniano adiecta sunt.

Ad Thesin 18.] Affirmatur finiri vſumfructum † si domino proprietatis ab vſusfructuario cedatur. Cui opponitur §. l. b. tit. vbi dicitur, cedendo nihil agi. Resp. Si deextranco agatur nihil ceditur, hoc est, non valet cessio. Insto. Sed tum oppono l. si vſusfruct. 66. ff. de inv. dot. vbi dicitur cessione extraneo facta, nihil ad extraneum transire, sed reverteri ad dominum proprietatis vſumfructum: Ergo falsum est tum nihil agi. Resp. Vſusfructus legitimo tandem modo extinctus, reverterit ad dominum proprietatis, alias nikolominus retinet vſumfructum vſusfructarius, quamvis eum alteri cedat: atque ita ibidem 1Ctum Pompionium esse intelligendum putat Wesemb. in paratis. ff. quib. mod. & vſusfruct. amitt. num. 5.

Ad Thesin 20.] Affirmatur in Thes. 20. vſusfructarium † locare posse. Cui opposito l. locare. 44. ff. locati. conductus. vbi expresse dicitur locare seruitutem nemo potest. Resp. Illa lex loquitur de seruitutibus realibus. Et notandum est vocabulum seruituris absolute positum plerumq; pro realibus seruitutib; esse accipendum, vt est in l. locare. 44. ff. locati. Etiam obiicitur l. sed si quid. 15. §. & vestimentorum. ff. de vſusfructu. vbi dicitur vestimento rum vſumfructu locari non posse. Resp. Illa lex loquitur de q. vſusfructu, in quo sunt vestimenta, oleum & frumenta; quis tamen vestimenta cu relquis q. vſusfruct exemplis p omnia non conueniunt, vt sup. ad Thes. 16. monitu fuit, Thesina aut nostra procedit in vero & naturali vſusfructu tant. Excipluntur tamen in d. l. sed si quid. §. proinde. † vestes scenicae & funebres quae locari possunt, q; per elocationem statum non videntur fieri detiores, vt alia vestimenta.

152 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Ad Thesin 22.] Proponitur in illa Thesi definitio habitationis, & sciendum est, habitationem esse ius, id quod Imper. in §. sed scilicet in verb. q. proprium aliquod sive ex l. cum antiquitas. 13. in verb. ius proprium. C. de & sus. ostendit. Deinde dicitur in aliena domo Res enim sua nemini seruit, l. & sus. s. in pr. ff. si & sus. pet. Deniq; ponuntur illa: falsa domus substantia. Quia ut vnustructus & vnu deterioriorē substantiē non recipiunt, l. l. ff. de & sus. l. & ff. de & sus. & habitat. Ita nec habitatio, cum sit quoq; personalis seruitus earumq;

36 naturam plurimum imiteretur, d. §. sed scilicet de & sus. & hab. Sed quod t̄ non sit ius probo ex l. pen. ff. de c. p. diminut. vbi dicitur legatum habitationis in factō potius q̄ in iure consistere, & factum iuri est contrarium. Respond. Non dicitur omni no legatum habitationis factum esse, sed dicitur potius esse facti, q. dicat, viderut magis esse facti, cum tamen nihilominus sit ius & sit seruitus personalis. Insto contra datam solutionem ex l. Sca. 20. §. **Caius**. ff. de fundo instruendo & in sīt. leg. vbi habitatio definitur ædificium in verb. at si habitationis, id est, ad scilicet instrumentum legasset: quemadmodum ICtus Neratius in l. si procurator. 13. in pr. ff. de acquir. rer. dom. definit dominium proprietatem, in verb. Dominium mihi, id est, proprietas acquiritur. Resp. Quando id dicitur respectus fit ad ædificium vel lubricum, hoc est, domum ipsam, in qua habitationis seruitus, ut ius in corpore tanquam adiunctum constituitur, & hæret: Interim tamen sua natura per se considerata habitatio ius est. **III.** Obiectur ita si habitatio esset t̄ seruitus pro ea vindicanda ordinaria daretur actio consessoria vel negatoria, §. aque. insr. de act. Sed comperit actio. commodati Viuiani, & quod tutius est actio præscriptis verbis, l. si gratuitam sit. in pr. ff. de præscript. Verb. Resp. Ad d. l. gratuitam, quod attinget, loquitur illa de gratuita habitatione, nulla mercede interveniente, & tum aut est accommodatum, quod est gratuum, §. item si & s. fin. insr. quibus mod. re contrah. oblig. aut est precarium, quod itidem est gratuum, tot. sit. ff. de precario. Si autem dubitatur an sit precarium vel commodatum, tutius est agere præscriptis verbis, nō actione commodati, ut ibidem affirmatur. Nos autem non loquimur de gratuita habitatione sed de mercenaria. Habitatio enim mercedem capit, d. l. cum. antiquitas. 13. C. de & sus. vbi id Iustin. Imperat. expresse addit. Nec tamen est locatio, nec conductio, quæ similiter mercedem postular: nam tum etiam ex locato actio daretur, & contractus esset, tot. sit. Insr. de locato. Sed est seruitus, & actiones pro ea competunt, quæ pro vnu & pro vnustruct. competere solent. At si gratis datur habitatio, potius commodatum est, d. §. stem si q̄ quib. mod. re contrah. oblig. Et si habitatio datur gratis, potius ipsa substantia domus, vel habitatio inspicitur l. l. ff. commodari. In seruite autem ius duntaxat habitandi inspiciunt, deterius nulla ratione faciendum. Hottom. lib. 3. obs. c. 23. Habitatio igitur t̄ est ius habitandi certa mercede in aliena domo & est seruitus, non locatio, quæ contractus est, nec commodatum, quod contractus est, & sine mercede natura sua constituitur: Et ita facile videntur quo respiciat l. in edib. 9. ff. de donat. vbi dicitur, in alienis ædibus habitare gratis, donatio videtur. Nam ibi ab initio fuit concessa habitatio certa mercede, quæ postea fuit remissa & donata, vel fuit locata habitatio vel merces remissa. Sic in l. Aquilius: 27. ff. de donat. gratis conceditur habitatio Nicostrato Preceptor. ab Aquilo Regulo, iuuenie & discipulo. Et similiter in l. si mercedem. 53; in princ. E. §. si habitatoribus. de act. emt. Atque ita Hottomanni sententia corruir, qui lib. 3. obser. cap. 23. existimat, habitationem non esse ius, sed domum ipsam definiti, quasi habitatio sit domus non ius. Deinde non obtinet Hottemann. in eo, quod putat habitationē semper fieri gratis. Refutatur enim ex d. l. cum antiquitas, ut supra est dictum.

37 *Ad Corollarium.]* Quæcunque an t̄ seruitutes præscribantur & affirmatur Iustinianum

num eam questionem intricatam & Gorgoneo nodo intricatiorem uno istu quasi discidile, vt Wesemb. *in paratis. ff. de seruit. n. 5. in fin.* eleganter affirmat. Sed obiicitur primo, l. 14. *in pr. ff. de seruit.* vbi dicitur discontinuas seruitutes non vslucapi, quia possessio per continuationem interpellatur & ideo vslucapio non procedit. Resp. Etiamsi actes sint discontinui, tamen semper ius seruitutis animo possidetur continuo, quia aliquis virtut seruite (forte aquæ ductus) quoties placet & opus est. Nec enim quis perpetuo ea agere potest, quin interdum desistat: Animo tamen nihilominus civiliter possessionem retinet. Ergo quo ad actum seruitutes discontinuae esse possunt, quo ad animum sunt continuæ.

II. Obiicitur l. 4. §. *svvia. ff. de vslucap.* vbi dicitur seruitutes longo tempore non vslucapi: Ergo nec 10. vel 20. annis vslucapiuntur, quod longum tempus dicitur, *tot. tit. C. de long. temp. prescript. 10. Vel. 20. annorum.* Resp. Id siebat propter leg. Scriboniam, quæ vetuit ac prohibuit seruitutes vslucapi ac prescribi. Nec continuas nec discontinuas, nec personales nec reales. Idque fauore libertatis, & odio seruitutis, vt Wesembec. *in paratis. h. sit.* & Cuiac. *ad d.l. 4. si viam* notant. Denique obiicitur *l. hoc iure. 3. §. ductus aqua. ff. de aqua quodid. & effusa.* vbi dicitur ductus aquæ cuius origo memoriam excessit, constituti loco habetur: Ergo ad seruitutem prescribendam tempus immemoriale requiritur, nec sufficiunt anni vel 10. vel 20. Resp. Quæritur in d.l. §. 3 *ductus aqua*, an ductus aquæ, cuius origo memoriam excessit, titulus sit docendus? & respondetur titulum esse docendum, quando quis habuit sine origine, vel cuius origo ignoretur, quia diurnitas temporis loco constituti, hoc est, loco privilegij est, vt Wesembec. eleganter hanc legem explicat, *in §. res. ff. sc. infra. de vslucap.* hoc est, efficit, vt titulus sit, vbi tamen reuera titulus non fuit. Non tamen inde sequitur perpetuum tempus seu immemoriale ad prescriptionem seruitutum requiri, quia hoc in certo casu est, vnde regula non est sumenda. Manet igitur verum per Iustinianum vetus ius varium, prescript. seruitutum certum esse factum, *per l. 8. tit. in fin. C. de longi temporis prescriptione, &c.*

DISPUTATIO XI.

Ex tit. 9. lib. 2. Instit. de vslucaptionibus & longi temporis
prescriptionibus.

Thesis 1. Singulæ res an hodie vslucapione acquiruntur? Mynsing *in rubric. Instit. de vslucap.*

2 Iure ciuili dominia rerum acquiruntur vslucapione, donatione, successione, arrogatione, additione & adjudicatione. §. 1. *Instit. de vslucap.*

3 Introdæcta est vslucapio à lege 12. tabul. ob bonum publicum, ne videlet dominia rerum semper sint in incerto. §. 1. *Instit. hoc tit. l. 1. ff. eod. Mynsing. in rubric. tit. Instit. num. 14.*

4 Vocabatur autem vslucapio, quod res vsu per eam capitur, id est, sine precio & gratis acquiritur. Wesemb. *in paratis. ff. de vslucap. num. 2.*

5 Nam capionem pro gratuita acquisitione poni dubium non est. l. 8. 12. 18. & 21. *ff. de donat. caus. mort.*

162

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

6 Vsucapere significat vsu retinere, atq; ita alterius vsucaptionem possessionemq; interruimpere. l.2.vbi Cuiac.l.4. §.fin. ff. de usurpat. & vsucap.

7 Vsucapio est adie^ctio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti. l.3. ff. eod. tit. Mynsing. in rubr. num. 6. Instit. de vsucap.

8 Dominium vsucapione transferri potest, & per dominium intelligitur dominium directum, hoc est, proprietas cum vtendi fruendi commoditate. Mynsinget in rubric. num. 7. Institut. hoc tit. Coraf. lib. 6. Miscellan. cap. 20.

9 Per possessionem vsucapio inducitur, quam possessor proprio non alieno nomine habet, nec per alium, nisi se possidere compertum habeat. l.25. ff. eod. tit. l.2.C. de prescript. 30. annor. l.109. ff. de verbor. signif.

10 Possessio ad vsucaptionem ita est necessaria, ut haec sine illa non procedit. l.2. §.1. ff. pro herede.

11 Possessionem autem intelligimus ciuilem solam, vel cum naturali coniunctam, non naturalem tantum. Dyn. in c. sine possessione. num. 3. de reg. iur. in 6. l. requiritur. §. fin. vbi glo. in verb. posse. ff. de acquir. rer. domin.

12 Quo ad possessionem in vsucapione requiruntur bona fides, iustus titulus, res præscriptibilis, traditio rei & continuatio temporis. Welenbec. in paratit. ff. de usurpat. & vsucap. num. 11.

13 Error falsæ cause parit vsucaptionem, quod intelligitur de errore facti vel iuris. Welenb. & Mynsing hic.

14 Bona fides est sincera & illæsa conscientia vnumquemq; certo excusans de ignorantia rei alienæ, quam vel tradit aliis, vel accipit ab alio. Myns. in rubric. huius tit. num. 13.

15 Vsucapiens tum bonam fidem habere dicitur, si nesciat rem alienam, vitiosam vel alias à legibus alienari prohibitam. Myns. & Welenb. hoc loco.

16 Hinc bona fides ad vsucaptionē requiritur, & quidem iure ciuili eam ab initio adfuisse sufficit. l.48. ff. de acquir. rer. domin.

17 Quod tamen ius Canonicum, quod omni tempore bonam fidem requirit, non admittit. c. fin. vbi Dd. de prescript.

18 Et haec adeo necessaria est, ut possessor credat, eum, à quo habet titulum, fruissē dominum, & habuisse ius distrahendi aut alienandi, aut saltem credat se vsucapere posse. l.110. ff. de verbor. signific. l.32. §.1. ff. de usurpat. & vsucap.

19 Iustus titulus est, per quem indicatur aliqua possidendi legitima causa sufficiēs ad dominium acquirendum vel in re naturali vel ciuili. Mynsing. in §. singulorum. num. 6. Instit. de rerum diuis. & qualit.

20 Titulus à tuendo appellatus, quod factum authoris tueatur, veritatem

tatem cuiuslibet rei indicans. Mynsing. in rubric. num. 12. Institut. de vſucap.

21 Justa possessio, vt viam suam ac potestatem habeat, & vſucapiendi cōditionem præstet, requirit legitimū titulum, bonam fidem atq; rem talem, quæ vſucapi possit. Myns. in rubric. num. 11. Institut. hoc tit.

22 Hæc etiam requiritur, quam possessor sciat se habere suo nomine. l. 2. C. de prescript. 30. annor.

23 Vſucaptionem recipiunt maxime res corporales. l. 9. ff. de vſurpat. & vſucap.

24 Res vero propriæ, sacræ, sanctæ, religiosæ. Item liber homo, loca publica vſucaptioni & præscriptioni subiecta negantur. l. 45. ff. eod. l. 6. C. de oper. publ. §. sed aliquando. h. tit.

25 Non solum autem hic intelliguntur res corporales, sed & incorpores, vt seruitutes & iurisditiones: licet enim olim propter legem Scriboniam vſucapi non poterant, tamen obtinuit & has instar rerum immobilium acquireti posse. l. 10. §. 1. ff. de vſurpat. Hottoman. lib. 3. obser. 25.

26 Res quæ solo continentur, ita procedunt, si quis possessionem vacantis loci propter absentiam aut negligentiam domini adeptus fuerit. §. quod autem. hoc tit.

27 Intrans vero possessionem rei alienæ mala fide, non præscribit: secus in eo, qui eam bona fide accipit: §. quod autem. Institut. hoc tit.

28 Procedit quoque vſucapio, etiam si res soli sine vi possessa sit. d. §. quod autem. d. tit.

29 Diutina possessio, quam defunctus bona fide natus erat, in herede & bonorum possessore continuatur. §. diutina. Institut. d. hoc tit.

30 Tempora inter emtorem & venditorem quoq; ad comprehendendam vſucaptionem recte continuantur. §. inter venditorem. Institut. h. tit.

31 Quod nostra constitutio similiter & in vſucaptionibus obseruari cōstituit. l. vnica. C. de vſucap. transform.

32 Edicto diui Marci cauetur eum, qui rem alienam à fisco emit, si post venditionem quinquennium præterierit, dominium rei exceptione repellere posse. §. vlt. Institut. h. tit. l. fin. C. si aduers. fiscum.

Corollarium: Cuilibet actioni seu promissioni an 30. annis præscribi posse? l. cum notissimi. 7. §. in his etiam promissionibus. 6. C. de prescript. 30. vel 40. annorum.

DISPUTATIONIS XI.

De vsucaptionibus, & longi temporis præscriptione,
objectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Vsucapi an tantum res singula possint.*
2. *Hereditas an Vsucapi possit.*
3. *Vsucatio, longi temporis possessio, & longi temporis præscriptio quomodo differant.*
4. *Vsucatio an sit bono publico introducta.*
5. *Vsucatio propter quas causas aqua & iusta habeatur.*
6. *Vsucatio cui à Iustin. impium presidium vocetur.*
7. *Possessionis vocabulum quomodo sit accipendum.*
8. *Vsucaptione quando transferatur dominium.*
9. *Possessio est causa Vsucaptionis & dominii.*
10. *Vsucatio quibus casibus non procedat.*
11. *Dominium & vsucaptione quale transferatur.*
12. *Dominij disiusto in Vstile & directum non est iuris.*
13. *Possessio ad Vsucaptionem necessaria, qualis intelligatur.*
14. *Vsucatio per procuratorem fieri non potest.*
15. *Possessio requirit certum & iustum titulum.*
16. *Error falsa causa, Vsucaptionem parat.*
17. *Fides bona quomodo ad Vsucaptionem requiratur.*
18. *Iure Canonico bona fides in continuo Vsucaptionis tempore requiritur.*
19. *Vsucaptionem maxime recipiunt res corporales, interdum tamen & incorporales.*
20. *Pradia Vestigalia an Vsucapi possint.*
21. *Res furtiva quando Vsucapi possit.*
22. *Vsucatio procedit etiam si sine & i res soli possessa sit.*
23. *Vsucapi an possit à malefidei possessore acceptum.*
24. *Possessio distincta quam defunctus bona fide natus erat in heredem continuatur, licet ipse sciat rem esse alienam.*
25. *Vsucatio in heredem recte continuatur.*
26. *Patto de retrovendendo an præscribatur.*

A D Thesin 1.] Affirmatur vsucaptione acquiri † singulas res. Cui assertioni obiectetur valde. l. in rem. §. Ultim. ff. de rei vindic. vbi dicitur quod dominus vsucapi possit, quæ totum seu vniuersum est, cum multas partes contineat. Respond. Etsi domus res sit quædā vniuersa, quæ multas alias res in se contineat, tamen non est ius vniuersale, hoc est, hereditas seu vniuersitas, quibus opponitur acquisitio per singularitatem, hoc est, per singulas res. Et ideo denique totum ut vniuersum vindicari potest, d. l. in rem. §. fin. quemadmodum & grec qui vniuersum quiddam vindicatur l. l. § fin. ff. de rei vindicat. Et peritio hereditatis vniuersum ius, id est, totam hereditatem vel quotam eius partem vindicat tot. tit. ff. de petit heredit. & tit. si pars hered. pet. Rei autem vindicatione singulæ res petuntur. § omnium infr. de att. & d. l. l. in princ. ff. de rei vind. Et si domum vsucatio, illam possideo, & quia possideo, etiā vsucatio; procedit, l. sine possessione ff. de & surp. & Vsucap. nec

nece tamen singulas res, puta, in domo contenta possideo, *l qui vniuersitas 30. in princ. ff. de acquir. poss.* Ergo nec eas vñucapere possum, & ideo dissoluta domo, res in ea contentas vindicare possum, *d.l. in rem. §. vlt.* cum non sint vñucapiæ quia nec posse sî, *d l. qui vniuersitas.* 11. Obiicitur contra datam solutionem, hæreditatem vñucapi posse, *l. i. & tot. tit. ff. pro hered.* qua tamen est ius vñiuertale, *dicit l. i. in princip. ff. de rei vñd. l. hered. ff. de regal. sur.* Relpond. hereditas vñucapi † non potest, quia est ius, & iura ut res incorporales nec vñucapuntur, nec posse datur, *l. scrivens 43. §. incorporales. ff. de acquir. scr. dem.* Id quod *Accurs. in d.l. i. ff. pro herede* & *bidem Cuiac. annotant.* Titulus sigitur pro herede, singulas res tantum vñucapit, non vñiuersum ius. Welenbecius in *parat. ff. pro hered. num. 6.*

Ad Thes. 2.] Hæc tria vñucapio, longi temporis possessio & longi temporis præscriptio, apud interpres confunduntur, teste Cuiac. *hic in not. prior.* ita ex textibus iuris confunduntur. Quamvis alias inter hæc differentia sint, inter quas nota est differentia, quod per longi temporis possessionem res vñucapiantur & præscribantur, ut *hic in pr. Iustin.* affirmat & nos in *thes. 10.* ex qua satis apparet longi temporis præscriptionem, hoc est, sum annorum legitimorum esse causam vñucapionis, seu præscriptionis, & vñucapio tum est effectus, nam sine possessione vñucapio non procedit, *l. sine possessione ff. de vñsup. & vñcap.* alias differentias apud Welenbec. *in rubr.* & alios, vide, &c.

Ad Thes. 3. 4. 5. 6.] Affirmatur vñucapionem † bono publico esse introductam. Cui primo opponitur ita, vñucapio id quod cuiusque est auferit, & ei cuius non est attribuit, quod fieri non debet, quia nemo cum alterius causa debet fieri locupletior, *l. iure naturae. id q. nostru est. ff. de reg. sur.* Ergo vñucapio non bono publico est introducta, cū bonum publicum omnium potius spēctet utilitatem, non damnum. Respond. Multæ sunt causes † square æqua & iusta habentur, quæ in *thes. 3. 4. 5. 6.* exprimuntur. Primo ut finis entur lites, ne sint perpetuae de possessione controversia. Vnde Cicero cā vocat finem sollicitudinis & periculi, & iudicis est diminuere lites, *l. quidem 21. in fin. ff. de seb. cred.* 11. *Quia ex patientia & silentio tacitus consentis præsumitur, id quod simili probatur, ex eo qui non adiit hæreditatē, si tamen eam longo tempore possidet, admissus videtur l. qui in aliena 6. §. sed & ff. de acquir. & el omitt. hered.* 111. Ratio. Quamvis priuatis aliquid auferat vñucapio, tamen inde iuuatur publica virilitas, quæ potior est. Et in summo est bono Reipublicæ eius semper potior est causa *l. ius publicum. ff. de part.* & Cicero *lib. 3. de legib. dicit:* Salus populi suprema lex esto, Cuiac. *ad rubr. tit. ff. de vñsup. & vñcap.* Vaconius à Vauenca *lib. 1. Var. lecti. cap. 28. n. 4.* Manet igitur verum vñucapionem longa & indubitate possessione acquisitam non esse auferendam, *§. quod ad eas h. tit. præsertim cū bona fides tantum præstet possidenti quantum veritas, quories lex non est in contrario, l. bona fides tantum. ff. de reg. sur.* Hinc licet pactis iuri publico non possit derogari, puta quando partes pactum opponunt, ne iure offerendi ex contractu vlo tempore præscribi possit, nihilominus tamen currit præscriptio, quia priuatorum pacta, publica non mutant *auth. res qua C. communia de legat. & fidicomissis.* Welenb. *n. 14.* quamvis tamen pacto re tuendi offerendi & iis que merae sunt facultatis; o. annis præscribatur. II. Obiicitur ita: Qui se tuerit iniquo vñucapionis præsidio peccat & in peccato manet, eo quod habet malam fidem. Sed vñucapio est impium præsidium, ut à Iusti. Imp. vocatur in *Neuell. 9.* Ergo qui vñucapit munis se impio præsidio & in peccato manet. Et per consequens vñucapio est iniqua, dura à Iusti. posteriorib. constitutionibus improbatur. Respondent aliqui loqui ibi Iustinianum de fraudulenta vñucapione, quæ sit in rebus Ecclesiasticis, quibus auarii inhabant, quibus tam facile ob favorem Ecclesiasticum præscribi non potest, nec loqui Iustinianum

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

de ea, quæ oritur ex negligentia priuatorum. Et actiones, quæ competunt pro rebus generalibus, domibus, locis vel ciuitatibus præscriptione 40. annorum tolluntur *Nouell. III.* & *nov. 131. sublata l. & c. de sacro sancte eccles. q. 100. annorum præscriptione* introduxit, *Cuiac. lib. 5. obseruat. cap. 5. Borcholt. cap. 7. fœud. part. 3. n. 8.* Alii respondent ut & *Pacius ad. d. Nouel. notauit, subrepticiam esse d. Nouellam, idque ex Nouell. III.* & *137. patete in quibus ea, quæ hac Nouell. p. disponuntur contraria dispositione emendantur & tolluntur.* Schrimgerus quoq; indicat *dicit. Nouell. 9.* neque in Baslicis, neque in numero Græcam *Nouellarum* reperiit, & *Nouellā* haec esse suppositiam & à Pontifice insertam, colligitur ex *c. ad audiendum 13. cum seq. ext. de prescript. vbi 100. anni requiruntur ad præscriptionem Romanæ Ecclesiæ.*

Ad 7. & 11. Thes.] Proponitur in hac thesi definitio Modestini *ex l. 3. ff. eod.* Sed referente Mynsingero, *buc in rubr. n. 11.* Paulus Castrensis ideo hanc falsam putat definitionem, quod non exprimat bonâ fidem, nec iustum causam, quæ duo ad vsucacionem sunt necessaria, ut *in seqq. dicemus.* Resp. Vocabulum \dagger possessionis, cum effectu est accipendum pro vera iusta, plena ac perfecta possessione, quæ titulum & bonam fidem habeat, *Mynsinge in rubr. n. 11. Wel. ff. eod. n. & 6.* Et bona fides vel requiritur ab initio ad possessionem continuandam, & vsucacionem cauillandam, de iure ciuili, vel sit continua de iure Canon. secundum c. & l. extr. de prescript. Nec opus est in definitione ponи, eam esse in re aliena, quia hoc constat satjs ex eo, quod dicitur in definitione, eam esse adiectionē dominii. Quod enim nostrum est nobis amplius non adiicitur, *§. sic itaq; discretus infra. de act.* Notandum tamen vsucacionem \dagger tum demū transferre dominium, si à non domino res tradatur & bona fide accipiatur, *l. traditionib. 20. C. de part.* Alias, si quis à vero domino, quid accipit, iure naturali per traditionē seruus fit dominus, nec opus habet vsucacione, nec illa tum locum habet, *l. sequitur 4. §. si ex lana ff. de vsucap. Cuiac. ad hunc tit in pr. §. per traditionem sup. de rer. diuis.* Secundo definitioni obiicitur *l. finita 15. §. si de vestigial. ff. de damno infecto.* vbi dicitur dominum non posse capi possidendo. Ergo per possessionem dominium non acquiritur. Resp. Loquitur *d.l. ff. finita. de tali casu,* quando quis est missus in posses. ex primo decreto, de quo ibi pro subiecta materia agitur, cum enim nō statim dominium acquiritur. Tertio Cuiac. Duaren & alii volunt legi in definitione *addeptio* pro *adiectione*, sed *Wel. n. 3. & 4. ff. eod.* putat rectius legi *adiectione* quasi à lege facta, quam *addeptio*, id est, acquisitione à tradente facta. Non enim statim traditione transferri dominium is, qui dominus non est, sed saltem vsucapiendi conditionem. Idem sentit cum *Wel. Coatius lib. 1. disp. c. 10. & 12.* Glossa autem putat non esse ponendam in definitione adeptionem vel adiectionem, sed adeptionis causam, & cōmōmetur per *l. 3. §. ex plurimis ff. de acquir. rer. poss.* vbi dicitur dominium acquiri ex nuda tantu causa: si enim dominium acquireretur vsucacione item donatione, & vtrunq; esset dominii adeptio, sequeretur ex plurib. causis dominium acquiri. Resp. Cuiac. *in l. 3. ff. de vsucap.* respondet hoc modo: Vnam esse causam, & quidem proximam, possessionem scil. eiusq; possessionis multiplicies esse titulos, & titulus est causa possessionis. Possessio \dagger causa est vsucacionis ut & dominii. *l. 1. ff. de acquir. poss.* Possess. multæ causæ sunt. Vsucacionis vna: Dominii autem non unus titulus sed plures.

Quarto obiicitur *l. prescriptio 45. in pr. ff. de vsucap.* vbi dicitur prescriptio nem lögę possessionis ad acquisitionē nihil prodest. Ergo nullum est quod dicitur in definitione, vsucacione acquiri dominium mediante possessione. Resp. Proponuntur in *d.l. prescriptio*, duo casus, ex quibus non procedit vsucacio. Primus est, si quis in littore adificauit, q; ante a nullius fuit, & propterea destruxit adificium non potest prohibere, quo minus ibi alter aliquis, qui est primus occupans adificet, quia locus in quo adificium de-

structum

stratum stetit, recedit in pristinam causam, id est, sit rursus communis iure naturali. Secundus casus est, si quis plurib. annis pescatus est, & dereliquit pescationem, & postea alius quispiam apprehendit derelictam pescationem: Iam primus qui dereliquit pescationem, cum prohibere non potest, quo minus pescetur. Insto contra datam solutionem: Dicuntur cum, qui primus pescatus est prohibere alterum pescantem non posse. Cui opponitur, si quisquam 7 ff. de diverso tempore prescriptio, vbi iisdem verbis contrarium dicitur. Resp. Ibi possit longa pescandi non sicut interrupta, sed continuo est pescatus. Ergo alterum eodem iure prohibere potest. Et hac solutione accepta, ut vera, ad correctionem textus non est confugiendum.

Ad Thesis 8.] Dicimus in illa thesi usucapione transferri dominium per dominium, dominium plenum intelligimus, h.e. proprietatem cum utendi fruendi commoditate, nec utile dominium agnoscimus, ut supra in diff. 2. lib. 2. fuit dictum. Mynsing, hic in rubr. 7. Corral. lib. Miscell. 6. cap. 20. probatur in l. 2. in Verb. nemo colonorum sibi has proprietas usurpat. hoc est, usucapiat, & per id dominium acquirat, C. de prescript. 30. vel 40. annorum. Hinc rei vindicationem habet is qui usucapit, & curta est exceptione domini peremptoria, aduersus priorem dominum occupantem & rem suam usucaptam repetere volenter. I. si quis 8. C. de prescript. 30. vel 40. an. Et hanc exceptio est litis finita impeditque litis contestationem vel ingressum, C. 14. de lito contest. in 6. Wesenbecker nam. 14. ff. eod. Sed obiicitur quod tantum utile transfertur dominium per usucapionem & non dominium directum. I. si duo. 13. §. 1. ff. de iure iuri. E. l. §. 8. Et. ff. de aqua plus. arend. vbi dicitur dari ex longa possessione utile actionem. Ergo dum utilis datur actio, dominium utile transfertur, alias directa actio competet. Respond. Loquuntur illi textus in certis casibus, & faciunt mentionem utilis actionis: sed non statim inde sequitur, de utili dominio tantum ibi agi, & usucapione dominium utile acquiri, quia utile dominium nullum est & magistrorum potius est diuisio deminii in utile & directum, non juris, ut Petr. Castalius putat, in l. 1. ff. s. ager, & c. 11. Ei quod dicitur usucapione transferri dominium obiicitur. I. si potest acceptum 18 ff. de rei vind. vbi dicitur rei vindicationem daxi pro re repetenda, etiam si quid usucaptum sit. Ergo usucapio dominium non transfert. Resp. Petr. Castalius ad d. l. si post acceptum, quod usucapio quidem per litis contestationem non interpelletur, sed pendente lite procedat, quoad cursum tantum, quemadmodum & in §. 8. l. 2. ff. per emtore dicitur, & per libelli obligationem l. pen. & vlt. Cod. de annual. exception. Cuiac. in l. 2. ff. eod. Et statim post litis contestationem etiam bona fidei possessores fiunt mala fidei possessores. sed est 25. §. si ante item ff. de per. based. Idem sentit ad d. l. si post acceptum: Et nisi id dicemus expresse refragaretur l. nec bona 10. C. de longi temporis prescriptio. vbi dicitur, bona fide possessionem adeptis prescriptio post moram litis contestatae non proficere, cum quo l. mora 26. C. de rei vind. coauemit. Sed contra datam solutionem obiicitur l. sed est si usucapio 14. in pr. ff. famili. hercisc. Vbi dicitur post item contestatam usucapionem completam dominium tribuere, id quod superiore solutione negatum est. Resp. Castalius in d. l. si post acceptum, hoc modo: Cum nominatum super re iudicium acceptum est, litis contestatio saltem in effectu interpellat usucapionem: quod si actum est generali actione, puta famil. hercisc. vt in d. l. sed est si & usucapio post acceptum iudicium contestatum in certa re sit completa, omnino res illa de iudicio subducitur, nec litis contestatio in effectu usucapionem interpellauit. III. Obiicitur l. prater. ea 20. ff. de rei vind. vbi usucaptum est restituendum, scil. partus ancillae, & omnis causa. Respond. Post acceptum scil. iudicium, quia tum non tantum principalis res repetitur, per rei vindicationem, sed & omnis causa l. cum fundus 31 ff. de reb. cred. Quia tum bona fidei possessores, fiunt mala fidei possessores ut supra dictum est.

I. Obiicitur *l. in rem 22. in fin. ff. de rei vindicat.* Ex quo apparet etiam usucapta vota & bona fide esse restituenda. Ergo usucapio non tribuit dominium. Resp. ad illam *l. vide quæ in thes 1. hac disputatione sunt dicta.*

- Ad Thes. 9.]* Possessio ad usucipationem est necessaria, sine quo non procedit usucapio.
 13 Possessionē intelligimus ciuilē solā, vel cū naturali coniunctā, nō naturalera solā. *Dinus in c. sine possē. 3. n. 3. de reg. iur. in 6. l. requiritur. §. fin. & bī gl. in Verb. possedit. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. §. 1. ff. pro hared.* Hinc sit usufructuarium usucapere non posse, quia semper in iure errat. *Cuiac. hic.* Deinde tantū habet ius utēdi fruēdi, nec possidet: sed potius in possessione est. *§. fruēdi uari⁹ infr. per quas person. cūsq; acquir.* Nec obstat usufructuariū habere utile interdictū, unde vi, si prohibetur in fundo uti frui. *ff. de vi & vi. arm.* quia interest usufructuarii, eum in suo iure non turbari. Ideo hoc interdictum habet utiliter non directo, quia utilis tantum Dominus est, hoc est, ius utendi fruendi habet, vel saltem est in naturali possessione *l. naturaliter. ff. de acquir. possē.* nec ciuiliter possidet, id est, animo domini, sed saltem utitur fruēti re, eamque in conspectu habet. Erat omni usucapione requiritur, ut quis opinione proprietatis rem teneat, hoc est, proprio nomine non precario & quidem ab initio bona fide *l. 1. C. de usucap. l. 2. C. de prescript. 30. vel 40. annorum*, vbi dicitur, initium bona fidei colonos habere non posse, nec conuenire eos possessores appellari, quia ita tenet, ut ob hoc ipsum soli debeant mercedem. Quaritur nunc ulterius, anne per t̄ procuratorem usucapiatur? Et responderetur quod non, quia usucapio non nisi scienti procedit, quamvis possessio per procuratorem ignorantis acquiratur, ut *ICtus Papianus ostendit*, claris verbis *in l. possē. 4. 9. ff. de acquisit. possē. ex his infr. per quas person. cūque acquir.* Nec obstat *l. 2. ff. pro socio l. Labeo 8 in princip. l. si seruum l. si emtorem l. Celsus 2. l. qui fundum §. & l. ff. pro emtore.* quia in rebus peculiariibus id procedit. Nam ex causis peculiariibus ignorantes usucapit, per alios, idq; iure singulari fieri dicitur *in l. peregr. 44. §. quesitum. ff. de acquir. possē. Welsenb n. 11. ff. eodem.* Cuiac. *in l. 4. ff. eod.* Hinc sequitur sententiam eius, qui usucapit per alios ad conditionem esse necessariam *l. 1. C. de acquir. possē.* Nam bona fides requiriuntur quam ignora non haber, quia ignoti nulla cupido, & sic nulla etiam possessio est, sine qua usucapio non procedit. *gl. in d. l. C. l. sine possē. ff. cod.*

- 15 Ad Thes. 12.]* Possessio requirit t̄ certum & iustum titulum, hoc est, causam. Cui obstat videtur *c. & l. extra de prescript. vbi saltem bona fides requiritur.* Resp. Bona fides coniuncta cum bono titulo & iusto, unde quod in d. c. & l. deest, id ex c. s. diligenti 17. in fin. extr. de prescript. est supplendum: vbi bona fides & titulus coniunctim requiruntur. Et sane vulgari versus veterum hic sunt notandi, qui requisita usucap. continent, hoc modo.

Non uscupies nisi sint tibi talia quinque.

Bonafides: iustus titulus: res non vitiosa:

Vt res tradantur, tempus quoq; constructur.

- 16 Ad Thes. 13.]* Dicimus t̄ errorem falsa causa patere usucipationem, & intelligimus hic errorem facti, non iuris. *Welsenb. hic & Mynsinger.* Nam facti error in proprio facto admissus non prodest, quamvis fiat fide bona, *l. Celsus 27. ff. cod.* Alieni autem facti error prodest, ideo, quod pro suo usucapi potest *l. & l. §. pro suo.* Nec iuris error prodest *l. non quam 31. in pr. ff. cod.* Et in summa nemo vel bona fide vel mala fide causam possessionis sibi mutare potest. *l. non solum 33. §. 1. ff. cod. d. l. 2. §. 1. ff. pro hared.* Et omnes illi tituli pro solato, pro donato, pro dato, &c. procedunt in bona fide si quis putat & existimat certo,

se à vero domino accepisti quid in donatum vel dorem. Hi enim tituli quasi species sunt
vñucapionum subiectæ titulo de vñucap.

Ad Thes. 14.15.16.17. & 18.] Bona fides † ad vñucaptionem requiritur, & quidem iare ciuili sufficit ab initio eam adfuisse. l. qui sit. §. Vlt ff. de vñucap. l. bona fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. quia superuenientem scientiam quasi tegit & obuerlat. Et hoc est, quod dicitur in l. Vlt. in fin. C. de p̄script. long. temp. nullam scientiam vel ignorantiam esse expectandam, si sit bonum initium, hoc est, vbi dicitur, licet quis sciat predium esse alienum tamē vñucapere eum id posse. Ergo mala fide, id est, conscientia rei alienæ currit p̄scriptio. Respond. Ille §. loquitur de herede vel bonorum possessore, in quo accessione temporis continuatur possesso, qua defuncto prodesse cœpit, hoc est, quā defunctus bona fide habuit. Alias enim in heredem vel bonorum possessorem, eam transferre defunctus non potuit. l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. Deinde vniuersum ius transit in heredem l. hered ff. de reg. iur. Ergo & vñucaptionis conditio in heredem continuatur. Omne enim, nihil excludit, de quo infra plura. Incidens igitur mala fides non interrumpit vel interpellat vñucaptionem. Si autem ab initio bona fides non adfuit, non obtinet vñucapio, l. bona fidei 48. in prff. de acquir. rer. dom. l. 2. in fin. pr. ff. pro emtore. Sed contra datam solutionem P R O B O, non tantum ab initio, sed etiam traditione tempore bonam fidem requiri, vt constat ex l. sed eti⁹ §. Vlt. ff. de publ. in rem att. vbi si emta res est, quā debet vñucapi, duplex tempus est spectandum, initium scil. contractus & tempus traditionis. Respond. Hoc speciale est in emtione & venditione, vbi vtroque tempore bona fides requiritur, l. 2. in princip. ff. pro emtore & l. pen. ff. de vñucap. in quo casu d. l. 7. §. Vlt. loquitur. Alias in vñucaptione initium tantum spectatur, vt & in stipulatione, donatione & permutatione, & aliis contractibus dict. l. 2. in princip. ff. pro emtore dict. l. pen. h. titul. Et ratio diuersitatis hæc est, quia qui emit mala fide, hoc est, sciens, rem quam emit esse alienam, nullum contractum celebrat, qui dolus & fraus ab omni contractu absit, tot. titul. ff. de dolomalo. Deinde emtio est contractus bona fidei, eoque nullus fere inter homines est frequentior, eiusque traditione transfertur dominium. §. Vendite sup. de rerum diuis. vel vñucaptionis conditio, si is qui tradit Dominus non est l. clav. 74. ff. de contrahen. emt. At in donatione, stipulatione & permutatione, qui sunt contractus stricti juris, sufficit tempus traditionis, quia traditio sola affert vim donandi: Et in his eti⁹ habeamus scientiam rei alienæ, tamē non improbe facio, qui oblata libertate vtor sperans eius rei quam quis promisit dominium me aliquando recepturum, vt stare promissis possit. Welenb. nu. 3. ff. pro emtore, & Cuiac. in l. si aliena. ff. eod. vbi dicit stipulari possumus scientes, nō scientes emere, q̄ bona fides non patitur. Sed quod dicitur in emtione vtrunque tempus spectari, ei obiicitur l. si aliena 10. in princ. ff. eod. quā loquitur in casu emtioni, & dicit, traditionis tempus esse inspiciendum. Ergo falsa est supra data solutio. Relpond. Inter diuersæ scholæ authores, hoc est, Proculianos & Sabianos semper constitisse, quoad bonam fidem, tempus emtioni spectari oportere, sed in eo controversiam fuisse, vt an tempus emtioni sufficiat, an vero tempus etiam traditionis necessarium esset? Et Proculianos existimasse, sufficere, si emtor emtioni tempori bonam fidem habuerit. Contra Sabianos, etiam traditionis tempore bonam fidem exigisse. Et Vlpian. docet illam Sabianorum sententiam obtinuisse, & exprimitur traditionis tempus quia de eo erat controversia: Et idem est ac si ICtus diceret: traditionis etiam tempus inserta particula E T I A M. Nam Sabini non negabant etiam tempus contractus esse inspiciendum: Et sic Dn. Borcholten. in rubr. ad h. sit. sentit post Cuiac. in dict. l. si aliena 10. Denique ob-

icitur. L. & generaliter 20. ff. de noxal. att. vbi dicitur, posse me vsucapere, quamuis scia rem esse alienam. Respond. Iustam causam possidendi habeo, & iustum titulum in publiciana actione, cuiusibi fit mentio quamuis postea resciscam me non a domino quid accepisse, Costal. ad l. & generaliter De iure tamē Canonico, t̄ bona fides in cōtinuo vsucaptionis tempore requiritur. Et hoc communiter est receptum, in his enim quā spiritualia sunt & peccata decernunt, disputationi iuris Canonici est standum, gloss. s. pen. infra. de grad. consanguinit. Canonista in cap. Clerici extr. de iudicis. Gail. lib. 2. præst. obser. vas. 18. num. 10. Hinc Schurffius affirmat in consil. 82. num. 2. & 3. centur. 1. præceptu ille hic ius Canonicum per cap. fin. extr. de prescript. & eam receptam esse sententiam, in Camera imperiali, & per eam ius civile mutatum affirmit Mynsing. centur. 4. obser. 6. Costalius in l. & generaliter 28. ff. de noxal. att. Addit etiam Schurffius in d. loc. licet bona fides præsumatur ex j. c. annorū possessione: tamen securius esse ea allegari, & dicit hanc opinionem esse communem, & finita ac completa vsucapione omni iure quis pro suo possidet nou. pro alieno: Et quamuis sciat rem fuisse alienam & per vsucaptionem acquifitam, tamen conscientia inde periclitari non potest, cum & D E V S in 7. precepto velit, ut res nostras custodias, quod non fit dum vsucapiuntur, immo in vsucapione est quedam consensio & patientia, & volenti non fit iniuria cap. scienti dereg. iur. in 6. ut supra dictum est. Deinde in vsucapione publicum bonum versatur, quod priuato derogat, Cic. lib. 3. de ll. Et ideo hinc conscientia laborare non potest.

19 Ad Thes. 22. & 24.] Vsucaptionem relcipiunt maxime res corporales L. Vsucaptionem 9. ff. eod. & putat Cuiac. in d. 19. vocabulum maxime esse adiectum a Triboniano propter l. & n. C. de Vsucap. transfer. Et l. Sol. in fin. C. de prescript. long. temp. vbi dicitur seruitutes vsucapi posse quasi dicat lex, maxime, id est, potissimum res corporales recipiunt vsucaptionem, interdura tamen etiam incorporales. Sed obijicitur L. cum sponsus 12. §. in Vettigalibus. ff. de publica in rem att. vbi dicitur prædia vestigalia vsucapi non posse. Respond.

20 Non t̄ possunt ideo vsucapi, quia municipalis cautio & lex inhibuit. Insto contra datam solutionem ext. si infinita 15. §. sed in Vettigal. ff. do damno infetto. vbi dicitur, quod vsucapi possit vestigale præmium. Resp. Ibi cautio non fuit interposita a municipio: Alii dicunt vsucaptionem potuisse vestigalia prædia. Sed tamen longo tempore acquiri. II. Obijicitur L. 4. §. Labeo, eum seq. & si rem. ff. de Surpar. & Vsucap. vbi dicitur, rem furtiuam, que virtutem tamen habet, vsucapi posse. Relp. Procedit in eo casu, quando res furtiuam ad dominum rediit, & deinde ad alium peruenit. Tunc enim vsucapi potest, quia virtutem censeretur purgarum, §. aliquando h. sit. n.

Ad Thes. 26.] Haec procedit in bona fidei possessionibus. Quia defunctus istam rem in hereditatem inuentam habet ex iusto cōtractu, pura deposito vel commodato. Secundo eius rei iustum & probabilem ignorantiam habet haeres, ut pote, qui in ius defuncti valuerunt sucedit & probabilem censemur habere ignorantiam eius rei, c. cum quis in ius de reg. iur. in 6. Ideo haeres vsucapiendi conditionem optime transferre potest in eum, qui rem istam bona fide accepit.

22 Ad Thes. 27. & 31.] Dicitur in thes. 27. vsucaptionem procedere t̄ etiam si sine vires soli possessa sit: haec thesis desumpta est ex §. quod autem ad eas res h. t. vbi dicitur: Is qui loci vocantis possessionem propter absentiam aut negligentiam Domini, aut quia sine successione decepit, sine vi nanciscitur, quamvis ipse mala fide possideat: tamen si alii bona fide accipiente tradiderit, poterit ei longa possessione acquiri quia is neq; furtiuum, neq; vi possidit accipit: Et thesis nostra loquitur in eo casu, quando res talis soli alteri tradita est, isq; bona fide accepit. Sed obstat valde l. & l. C. Unde si. vbi disponitur, non esse permittendu

mittendum, ut suum cuique auferatur, h.e. ut fundi alieni occupentur. Quia, inquit Iustin. ridiculum est dicere & audire, q[uod] per ignorantiam rem alienam quasi propriam occupari quis, cū omnes scire debeant, quod suū non est, hoc ad alium omnib[us] modis pertinere, vnde sequitur vscacionem in tali re non procedere. Resp. Ideo res non est vitiosa per se sed qui inuidit ita mala fide, est prædo, h.e. sur, cum sciens alienū occupet, & ideo ex Iustin. constit. prenam inausoris non euadit. Nihil aut d.l. & l. disponit de eo, nō licere tertius cuidam, vscapere illam rem, quia saltem dicit, prena afficiendum cum, qui alienum fundum inuidit. Non igitur valet hic Regula: Quod ab initio vitiosum est traxta temporis non conualescit, quia illa in testamento procedit. Deinde res hic vitiosa est, id quod etiā glossa explicat in d.l. & l. in Verb. & prædicione. Sed notandum aduersus eos, qui a male fidei possessorib[us] fundum bona fide compararunt, ita Domino cōpetere actionem, si priusquā vscap. implerent, vel lōge p̄scriptionē possessionis adipiscerentur, dominii ad te puerit, ut Gordianus Imperator rescriptit in d.l. 4. C. de rei vindic. Sed huic assertioni oppon. thes. 2. vbi dicitur, generaliter vitia possessionū à maiorib[us] contracta perdutare & successione auctoris sui comitari culpam. Ergo non est verum, q[uod] vscapi posse à male fidei possessori acceptum. Resp. Quod ex d.l. 4. C. de rei vindic. est allatum procedit in speciali successione, nō vniuersali, hoc est heredē, vel bonorum possessori. Erin iure singulari, in possesso res singularates, vitia authorum non transeunt, nec impediunt vscacionem, dummodo ramon implentes vscacionem sint in bona fide. Et loqui illam legē de singulari successione, subiecta materia, quā est, de rei vindicat. ostendit. Nam per rei vindicationem singulari res vniuersitatem, non vniuersitatē, hoc est vniuersum ius. d.l. in p̄ff. de rei vindic. led thesis 51. desumpta ex l. vñitatis II. C. de acquir. poss. loquitur de vniuersali successione, non de singulari, id quod rubr. ostendit. De acquirenda poss. Et possesso est vniuersitas vt hereditas, l. hereditatis appellatio, ff. de Verb. signif. Wels. in § diutina h.r. Sed obiicitur ruisus l. Pomponius. 13. §. fin ff. de acquir. poss. vbi dicitur vitiosae possessioni nullam accedere posse. Ergo ei nulla accedere potest, cōtra d.l. 4. C. de rei vindic. Resp. Verum est nullā accessio-rem tum fieri posse, sed tamen si forte aliquis tecum aliena venditūr à non domino, poterit te cui venditūr eam vscapere, si modo bona fide eam accepit. Et loquitur illa lex de singulari possessori, non de vniuersali, & vt accessio in emitione procedat, neccesse est vt emitor & vendor in bona fide sit. Cuiac. in l. id tempus ff. de & sup. & vscap. Idem testatur Mynsing. in § inter venditores, & ibi glossa hoc sit. vbi dicit, emitor & vendor bona fidem habent, in vniuersali autem sufficit bonam fidem defunctū tantum habuisse ut infra dicetur. Deniq[ue] contra d.l. vñitatis II. C. de acquir. poss. obiicitur autb. male fidei C. de prescript. long. temp. Vbi si quis à male fidei possessori quid accepit, 30. annor. p̄scriptiōne turus est. Et distinguitur ibi inter ignorantiam & scientiam. Resp. Loquitur illa auth. de p̄script. actionis, alias vscapio & p̄scriptio rerum currit etiā contra ignorantiam, l. de & l. C. de prescript. long. temp. vbi dicitur, nullā scientiam vel ignorantiam esse domini expectandā, in quo tamen quoad actiones distinguitur. Wels. in d. §. diutina & Cuiac. in Nouell. 119. & sponsalit. larg. in fin. dicit actiones contra bona fidei 10. vel 20. annis: Aduerius mala fidei possessori 10. annis prescribi.

Ad Thes. 29.] Diutina possessio qua prodest cœperat defuncto, hoc est, q[uod] defunctus bona fide nactus erat, in heredē & bonorum possessori continuatus, licet ipse heres vel bonorū possessor sciat rē esse alienā. Na alias certū est heredē succedere in vniuersum ius, q[uod] defunct⁹ habuit. Ergo etiā in vscacionis tēpus continuandū succedit. Quia sufficit defunctū ab initio vscapere potuisse. Si vero defunct⁹ vscapere nō potest, nec successor possit, l. cō heres u. ff. de diversis tēpis p̄script. l. 2. C. de fidei. & litū exp. Sed obiicitur l. q[uod] sit 40. ff. de

acquir. rer. dom. vbi hæres non vñucapit per defunctum bona fide existentem. Resp: Ibi defunctus bona fide possidebat seruum, eique seruu est bona fide hæres liberum enim scit: Quæritur igitur anne per eum vñucapiatur? Et respondeatur à ICto, quod nos, quia non acquiritur quid per liberam personam excepto procuratore, ut in seq. diff. videbimus. Dum igitur hic seruu putatiu liber est, idque hæres scit, heredi per eum nihil vñucapi potest.

II. Obiicitur: Possessio defuncti non continuatur in heredem. Ergo nec vñucatio. Nam sine possessione vñucatio non procedit, & cessante causa vñucaptionis cessat ipsa vñucatio: Antecedens probo per l. cum heredes 23. ff. de rerum possess. l. fin. C. de edicto D' Hadriani toll. Respond. Excipitur explementum vñucaptionis ut putat Corras lib. 6. Mischell. cap. 12. in pr. Ad implendam enim vñucaptionem non tantum dominium, sed etiam possessio quasi coniunctum in heredem descendit nisi medio tempore ab alio possessio sit apprehensa. l. poss. ff. de & surpat. Et vñucap. vel dicendum est, in d.l. cum heredes, addi: nisi sit possessio naturaliter apprehensa: id quod etiam hic esse potest. Deniq; obiicitur: Hæreditas est iuris, & sine appreensione non potest obtingere possessio, cum facti sit. Respond. Etsi non sit apprehensa possessio, tamen qualis in testatore est, talis etiam est in herede. l. gerit. ff. de acquir. poss. Quia hæres & testator vel hereditas, quæ representat testator est ut defunctum, quemadmodum una persona sunt & una vice funguntur, l. heres. 22. l. 3. §. Vacuum. l. iusto 44. §. notandum ff. b. t.

Ad Thes. 30. Dicimus inter emtorem & venditorem quoq; coniungi tempora: quibus verbis Wesenb. & Cuiac. in l. 14. ff. eod. Subiicitur vers. qui sequitur, qui talis est: id q; etiam ex nostra constitutione in vñucaptionibus obseruatur. Et sunt huius transpositionis hærationes, quare scil. ille versiculus nō sit ponendus ante §. inter emtorem. Sed post illum §. quia nullam testatoris & hæredis mentionem facit in l. & n. C. de vñucap. transfor. Et ideo post §. diuinina, statim ille versus non est ponendus. Secunda ratio, quia ius illud semper certum fuit, ut t̄ vñucatio in heredem continuaretur, quia una quasi persona sunt hæres & testator, ut supra dictum est. Notandum vero est coniungi tempora inter emtorem & venditorem scil. in longi temporis possessione 40. vel 20. annor. id quod etiam ad vñucaptionem triennii in mobilibus à Justiniano est traditum & pertractum. Sed obiicitur primo l. s. ades 32. §. 1. ff. de seruus. Grb. prad. Vbi si non completo tempore vñucaptionis aliis possidere cœpit ædes, ex integro statuto tempore libertate vñucapiet. Ergo accessione temporis non iuuatur. Respond: Prædia urbana nisi possideantur continue, eorum libertas non præscribirur. Cuiacius autem responderet in l. id tempus 14. ff. de & surpat. Et vñucap. loqui illum textum de vñucap. vel vñucap. anni vel biennii in aqua accessione temporis cœstabat. II. Obiicitur d. l. Pomponius 13. §. quasitum ff. de acquir. poss. vbi dicitur in emtotoribus interrumpi possessionem, non ita in hæredibus, quoniam plenius est ius successoris vniuersalis, quæ emtoris, sed subtilius est, quod in emtore & in hærede id quoq; prohibetur. Resp. Loquitur illa lex de eo, quando medio tempore interrupta est possessio, qua in re sunt similes emtores successoribus. Cuiac. ad d. l. id tempus 14. ff. eod. Idem est, in d.l. Pöponius in §. si liber. vbi liber homo vel dominus venditoris accessione nō vitetur quia alias medio tempore accedit, & ei prodest accessione qui possidet, l. pen. §. 1. ff. de diuers. temp. præscript. III. Obiicitur l. id tempus 14. in princip. ff. de & surpat. Et vñucap. vbi dicitur, tempora in præscriptione coniungi inter emtorem & venditorem. Ergo id non est ex Justinian. Constitutione pro ut in thesi affirmatur. Respond. Cuiac. in d.l. & l. de vñucap. transfor. IV. Obiicitur l. 2. §. pen. ff. pro emtore. vbi dicitur expressis verbis: Emotori tempus vñecutionis ad vñucaptionem procedit. Ergo dū hoc Paulus ICrus qui.

qui diu ante Iustinianum vixit, constituit, non est id ex Iustiniani constitutionibus. Resp. Id vitio Triboniani ita esse adiectum, ut ex d.l.vlt. patet. Cuiac. in d.l.14 b.sit. Welemb. in §.disutina.b.tit.n. Deniq; obiicitur l.11.C.de long temp. prescript. quæ est Iustin. Resp. Loquitur illa lex de coniungendo prioris possessionis tempore in donatione vel alia lucrativa causa, non in casu emptoris.

Ad Thesis 32.] Desumpta est hæc Thesis ex §.vlt.b.tit. Cui directo opponitur l. nec Villam.13. §.item si quis à fisco hereditatem, quasi vacanciem emit rem, utile esse actionem dannam. Ergo ipso iure non est secutus, cum in eum actio detur. Resp. Glosl.loqui illam l.de possesso rniuersali vel hereditate, quæ est res rniuersalis. Dicta Thesis autem loquitur de possesso singulari. Insto contra dataam solutionē & probo eam subsistere non posse, idq; in d.vlt. §.b.sit. volunt illa verbavæ per alium quemcunq; titulum, quæ verba generalia hereditatis etiam titulum includunt. Rectius ergo sentit Vulgoius, quem secutus est Dn. Borcholt. in d.s.vlt.b.t d.l.nec Villam. §.item si quis esse correctam, per l.2. §.3. C. de quadrienni prescript. ex quibus ll. d. §.vlt. est desumptus. Alij dicunt in d.l nec Villam, procuratorem fisci, ex lege vediisse hereditatem iacentem, igitur in eum datur actio utilis qui vendidit: sed Thesis nostra procedit, quod quis sine pacllo tali emit; sed solutio ista est à texu alienior. Insto. Sed emptor non potest retinere possessionem improbe, hoc est, si conueniet item contestetur l.nec Vera.g. C.de acquir. poss. Resp. Dicitur ibi si non est adeptus possessionem: Hic autem eam est adeptus.

Ad Corollarium.] Corollario obiicitur tale argumentum: Cuilibet actioni seu promissione prescribitur 30. annis, l.cum notissimi.78. in his C.de prescript.30. vel 40. annor. Ergo pacto de retrouendendo prescribitur. Resp. Hac lege moti sunt multi q; dixerint, t; pacto de retrouendendo annis 30. prescribi. Mynsing, in d.loco.cens. 6. obs. obser. 60. nn. 26 20. & 21. Et Gail.lib.2. obs obser. 12. Camera Imperial.contrarium seruat, nimirū illo pacto non posse prescribi vlo tempore, vt nec iure reddendi vel offerendi pignoris. Deinde quia mera facultatis sunt, quibus prescribi non solet. II. Obiicitur ita, pactum priuatorum non potest mutare ea quæ sunt iuris publici, vt est prescriptio, quia bono publico est introducta. Resp. Non pendet prescriptio à publica mera facultate. Priuatorum namq; etiam plurimum interest unde id peccatum Camerali, & sic notissimo iure est correctum, Vnde de veritate eius quod dicimus: Pacto de retrouendendo non prescribi, amplius non est dubitandum.

DISPUTATIO XII.

Ex tit. 7.8.& 9.lib.2. Institut. De donationibus.

CONTINVATIO.

Alter modus, per quem dominia rerum iuri ciuili nobis acquiruntur, donatio est. Myns. in rubric. Institut. de donat. num. 1. à donando quasi doni datio dicta. l.35. §.1. de mort. cauf. donat.

Thesis 1. Res singulæ de iure ciuili donatione acquiri possunt, per tot. tit. Institut. de donat.

2. Donatio est mera liberalitas & munificentia, quæ fit nullo iure cogenite ex sola animi benignitate. l.1. in pr. de donat. l.214. ff. de verb. signif.

- 3 Donatio omnis fit aut mortis causa, aut inter viuos. *in princip. Institut. de donat.*
- 4 Mortis causa donatio est, quæ propter mortis suspicionem fit, & quis mortalitatis cogitatione donat. *in princ. Instit. hoc tit.*
- 5 Omnibus mortis causa capere permissum est, qui etiam aliquid per legata & fideicomissa accipere possunt. *l. 15. & 37 ff. de mort. caus. donat.*
- 6 Mortis causa donatio dicitur perfecta, si mors insequitur. *in prin. h. tit.*
- 7 Pro reuocanda donatione datur utilis actio, scil. rei vindicatio.
- 8 Donationes mortis causa & legata per omnia comparantur. *in princip. hoc tit.*
- 9 Donationes inter viuos sunt, cum donator suam voluntatem in scriptis aut sine scriptis facit. *§. alia autem. hoc tit.*
- 10 Donationes inter viuos non omnino legatis comparantur. *§. alia autem. hoc tit.*
- 11 Donatio non excedens 500. solidos, hodie sine insinuatione valet: scilicet si eam summam excedat. *§. alia autem. vbi Myns. n. 4. Instit. hoc tit.*
- 12 Donationes inter viuos, si sint perfectæ, temere reuocari non possint. *§. alia autem. hoc tit.*
- 13 Insinuatio est actus iudicarius, in quo donationis redactæ in scripturam eodem vel diuerso tempore apud iudicem fit publicatio, & inter acta publica redigitur autoritate iudicis ad fraudes vitandas, & facilius probandam veritatem. Bartol. & Dd. in l. Modestinus. ff. eodem tit. l. omnium. C. de testamen.
- 14 Differentia inter donationem mortis causa & inter viuos est, cum donatio mortis causa propter pœnitentiam reuocatur: Donatio autem inter viuos semel perfecta, temere reuocari nequit. *d. hoc tit.*
- 15 Huc usq; de acquirendis rebus traditum est: nunc de earum alienatione dispiciamus. Mynsing. in rubr. num. 1. *Instit. quib. alien. licet vel non.*
- 16 Alienatio fundi dotalis à marito fieri nequit ex legc Iulia, ne quidem volente & consentiente uxore. *in princ. hoc tit.*
- 17 Maritus per traditionem dotis naturalem dominus eius fit. *in pr. h. tit.*
- 18 Item ea, quæ ex causa donationis aut alia qualibet ex causa tradatur, procul dubio transferri possunt. *§. per traditionem. Instit. de rer. diuis.*
- 19 Pignus alienare vel distrahere potest creditor ex conuentione. *§. contra autem. Instit. quib. alien. licet vel non.*
- 20 Modus distrahendi pignus est, si in pactio cautum fuit, quemadmodum distrahi debeat, id obseruabitur. *§. contra autem. Institut. quib. alien. licet vel non.*

21 Sin vero minus, ex denunciatione post biennium creditor vendere potest. §. contra autem. hoc tit.

22 Pupillus sine tutoris autoritate nihil alienare potest. §. nunc admōnendi. hoc tit.

23 Omnes res pupillo recte dari possunt, tutore inscio: verum si debitor pupillo soluere vult, ei authoritas tutoris necessaria est, alioqui non liberatur. §. at ex contrario. Institut. hoc tit.

24 Acquiruntur deniq; nobis res per eos, quos in potestate habemus. in princ. Institut. per quas person. nob. acquir.

25 Aduentarium peculium est, quod filius familias aliunde, quam ex re patris vel propter patrem consequitur, & quod ipsi à matre genereve materno aduenit. l. cum oportet. C. de bon. qua liber. §. igitur liberi. vbi Mynsing. num. 5. Institut. hoc tit.

26 Castrense peculium est, quod filius militiae armatae causa acquiritur, tum in castris, tum alibi adipiscitur: Quasi castrense est, quod filius in togata militia acquirit ex opera forēsi aut professione artium. §. igitur liberi. vbi Mynsing. num. 2. & 3. Institut. hoc tit.

27 Porro etiam ex iusta causa per seruos nobis scil. ignorantibus & inuitis acquiruntur. §. item vobis. hoc tit.

28 Profectitum peculium est, quod ex re vel occasione patris obuenit, & ad filium proficiscitur. §. igitur liberi. vbi Mynf. num. 4. hoc tit.

29 Demum notandum est, quod scienti & ignorantи recte quoq; acquirantur per procuratorem, & sic liberam personam. §. ex his itaq;. hoc tit.

Corollarium: Hinc queritur: an pater beneficio l. si vñquam. C. de reuocan. donat. renunciare possit? Mynsing. cent. 5. obser. 63. Gail. lib. 1. obser. 40. n. 13.

DISPUTATIONIS XII.

De donationibus, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Donationes singule acquiruntur.
- 2 Donatio omnium bonorum praesentium & futurorum & irum & aleas.
- 3 Res seu bona praesentia donari possunt, non futura.
- 4 Legata & donationes mortis causa facta, quomodo conveniant.
- 5 Donationes aucti iuris civilis & naturalis.
- 6 Donationes mortis causa & legata quomodo differant.
- 7 Dominium in mortis causa donationibus quomodo transcat.
- 8 Res aliena donari non potest.
- 9 Donatio aucte dicatur esse liberalitas & munificentia.
- 10 Donatio à contrahibis distinguitur.
- 11 Donatio quo respectu contrahib disci possit.;

- 12 Munus & donatio quomodo differant.
- 13 Donatio & remuneratio quomodo differant.
- 14 Liberalitas quomodo hic accipitur.
- 15 Donatio omnis vel inter viuos sit, vel mortis causa.
- 16 Mortis causa donatio, an vera sit donatio.
- 17 Donationis quo sint species.
- 18 Mortis causa quis donare & capere possint.
- 19 Donatio mortis causa quando sit perfecta.
- 20 Actio pro reuocanda donatione qualis datur.
- 21 Legata & mortis causa donationes quomodo differant.
- 22 Donationes mortis causa an ex testamento etiam fieri possint.
- 23 Donationes inter viuos non omnino legatis comparantur.
- 24 Donatio quando quingentius solidio constat, insinuatione non est opus.
- 25 Fundi dotalis alienatio a marito fieri non potest.
- 26 Rerum mobilium dotalium an fieri alienatio possit.
- 27 Maritus fit dotes dominus naturalis per traditionem.
- 28 Maritus an fit dotes dominus ciuilis, an vero naturalis.
- 29 Dots debet in seruire oneribus matrimonij.
- 30 Dots dominium mulieris tribuitur.
- 31 Dominium dots, marito & ipso ciuilis domino tribuitur.
- 32 Domini eiusdem rei an duo simul esse possint.
- 33 Vxores per matrimonium patria potestate non liberantur.
- 34 Maritus quo casu fiat rei dotalis dominus.
- 35 Res in dominio esse, & in bonis aliquius esse, differunt.
- 36 Pignus alienare potest creditor ex conventione expresse facta.
- 37 Pignoris alienationem quid inducat.
- 38 Dominis an aliquid per seruos qui in ipsorum potestate sunt, acquiratur.
- 39 Pecunia aduentitium hodie non confertur.
- 40 Dominis ignorantis & insutis etiam per seruos acquiritur.
- 41 Possesso & proprietas quomodo discernantur.
- 42 Procurator scienti & ignorantis acquirere potest.
- 43 Dominium an etiam per procuratorem acquiri possit.

Hæc donationum materia inquit Iul. Clar. in §. donationum, in lib. i. sent. antiquis tēmperibus frequens erat & quotidiana. Nunc autem cum liberalitate prope extincta mentes hominum avaritia occupat, non ita vt solebat in iudiciis foroq; versatur, nec tamen properea omitti debent utilia, quæ ad hunc statum pertinent.

Ad Continuationem.] Affirmatur iure ciuili donatione res singulas acquiri. Sed obiicitur vehementer *I. si quis argentum. 35. §. sed si quis. C. de donat.* vbi vniuersitas potest donari: Ergo falsum est res singulas donatione acquiri, cum vniuersitas res singularis nullo modo dici possit. Nego consequentiam, quia eti detur vniuersitas bonorum: Non tamen statim sequitur acquiri vniuersitatem, quia potius res singulæ in illa vniuersitate acquiruntur, non enim acquiritur ius, id est, hereditas, vel quota eius pars. Hereditas enim est tantum mouentium non intentium, *I. hereditas. ff. de reg. iur. l. l. in pr. ff. pro herede.* Sed singulæ res per donationem acquiruntur non quidem proprie hereditas. *Wesemb. §. vlt. num. q. inf. per quas personas cuique acquiritur.* respondet simpliciter materia, vniuersitas non

non facit, quo minus causa & titulus, quia à materia est separatus, sit singularis. Certum autem est valere donationem omnium bonorum, vel vniuersitatis bonorum, ita tamē vt acquirantur & apprehendantur res singulares, quae in donatione tantum considerantur, secus est in hereditate, in qua omne ius definitur, venit. Est enim hereditas successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. Vnde omnia cōmoda & incommoda heredē comitatur, *l. ff. de bonor. possēs.* nec quidem valet donatio hereditatis simpliciter facta. Est hæc communis intentio secundum Cagnol. *in l. fin. n. 22. C. de part.* quæ etiam placet Iul. Clat. *in §. donatio. q. 19. n. 6.* Et hic notandum est regulariter † non valere donationem omnium 2 bonorum, præsentium & futurorum, per *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de Verb. oblig.* Est & communis opinio secundum Bald. *in c. in præsentium. n. 36. extr. de probat.* Iul. Clat. *in d. §. donatio. q. 19. n. 1.* Et Mozius *in tract. de donat. c. de rebus qua donantur. n. 2.* vbi addit retinendum aliquid esse ab eo qui donat vniuersitatē bonorum. Et quidem id quod excedat vicesimam bonorum seu patrimonij partem, vt de eo fieri possit testamentum. Vnde nec omnium bonorum præsentium & futurorum donatio iurata valet, sed annullatur quāvis sit facta Ecclesia. Bart. *in d.l. donatio hoc modo.* Iul. Clat. *in §. donatio q. 21. n. 1. 2. 3.* Vaudus tamen *lib. 1. quaest. q. 31.* hoc negat: dicendo omnium bonorum præsentium & futurorum donationem fieri posse & valere. Nam qui bona vniuersa dat iura etiam dat & actiones omnes. *I. nam quod in fin. l. selegatus. §. si quis bona. ff. ad Trebell. l. item Geniunt §. ait Senatus. ff. de pet. hered.* hoc est donat omnia iura & perleccutiones. Quia bonorum nomine ius nō singula corpora significantur, *l. 3. ff. de bonorum possēs. l. bonorum. ff. de Verb. sign.* II. Quia nihil excipitur nisi es alienum. *l. plane. §. quia Domini ad non Domini causam reducerentur.* *l. in remandatz. C. mandati. l. si filius fam. §. l. ff. de solut. matrim. §. per traditionem. insr. de rer. diuis.* Habet autem Iul. Clat. & Mozius has rationes, quibus omnium bonorum præsentium & futurorum nullitatē demonstrant. Prima ratio, quia infert talis donatio votū captandæ artis contra iuris regulam. *l. Glt. C. de part.* Secunda ratio continet heredis constitutionem, cum tamen certum sit, hereditatem partis deferri non posse. *l. hereditas. C. de part. conuenit.* Tertia: quia est contra bonos mores, cum adimat testamenti facultatem, *l. stipulatio hoc modo. ff. de Verb. oblig.* Iul. Clat. *in §. donatio. q. 19. c. 20.* & haec rationes prævalent & in praxi attenduntur, vt Iul. Clat. testatur: quicquid etiam Vaudus dicat. Videbimus autem nunc Vaudi rationes easq; breuiter refutabimus. Ad primam & secundam rationem ante relatas, quod attinet, sciendum est conseruari tamen ultimam voluntatem, quando tenetur quis sibi aliquid relinquere, nec liberalitate omnia bona exhaustire, vnde testamenti factio euanescit. Reliquas Vaudi rationes & leges nunc videbimus, & refutabimus: non enim est contentus Vaudus Iulij Clari rationibus, sed eas refutat respondendo ad primam, ridiculum esse interpretari eum, qui bona sua etiam illa, quæ olim adiicitur futura omnia donata, cuiq; velit; ideoq; voti sui compotem fieri non posse, quod liberalitatem de supremis iudiciis liberalitas illa constringat, quia tum demum liberū admittit ultimæ voluntatis arbitrium, non si quæ inter viuos gestæ & contractæ sunt, quæ satis cōstat ad testamentorū ius non pertinere. *l. Verbum erit. ff. de Verb. sign.* At stipulatione aliquis aut pactio cōiuncta certæ rei derelinquendæ testamento suo selegē dicturum p̄misiterit. *l. cum donationis. 15. l. pactum. C. de transact. l. pactum quod dotali.* & *l. Glt. C. de part.* id non valet & summa est iniurias, quia testamentorum ordinationes non ex vi interpositæ obligationis p̄deant, sed ipsa per se & vi propria subsistant & firma esse oporteat. *l. captatorias. l. ista institutio. ff. de hered. insit.* Et etiamsi huiusmodi liberalitate extenuātur bona & fortuna, non tamen testamenti factio admittit vel amittit. Quia fieri potest testamentum etiam sola anima superst̄, valetq; obligatio hereditatis ex testamento per *l. Glt.*

178

§. si autem hoc. 14. in verb. Etsi exiguo sit sensus hereditatis. cum §. 17. C. de iure delib. & per auth. sed cum testator. C. ad l. Falsid. Sed ad responsum Vaudius respondeo sententiam Clari & aliorum donationem omnium bonorum praesentium & futurorum fieri inter viuos. & tamen tollere tandem iu ultima voluntate vorum distribuenda hereditatis. quia hereditas super qua debet fieri hereditas. nulla adest. Et institutio heredis vel exhereditatio nulla est. & per consequens deficit testamentum. Non ergo valet donatio. quando quis omnia praesentem & futuram rem donat. & omne quicquid habet in numerato in omnibus nominibus & obiectorum spe. quicquid possidere vel persequi potest. Deinde prius. Ela leges volunt aliquid relinquentium. Dicunt enim. et si exiguis sit census. unde appetat tamen esse aliquid relinquentum. quamvis sit exiguum. Deinde dicitur Vaudius Constitut. Iustinian. in d. l. argentum. 35. in §. sed et si quis. C. de donat. loqui generaliter hoc modo: Si quis vniuersitatis faciat mentionem. puta bessis vel dimidiis partis bonorum. vel tercia. vel quarta. vel quantecevnsque partis stabilem eam esse: Ergo ubi lex non distinguunt. nec nos distingimus. Respond. Praesentium tantum fieri potest donatio non futurorum. Ita ille textus generalis explicatur ex d. l. Ultim. C. de iure delib. ut supra dictum est. Deinde si in officiosa donatio facta est. potest illa reuocari. & si extra testamentum. cot. ssi. de i. officioso testamento. & d. l. si quis argentum. C. cod. Porro dicit Vaudius sibi debere eum imputare. qui eiusam exercet liberalitatem. vt heredis institutio inanis inueniatur. idque probari putat ex constitutione d. l. si quis argentum. Sed respondeo in d. l. si quis argentum. agitur de donatione inter viuos facta. At testamentum nullum est sine heredis institutione quae deest. Quia est eius fundamentum & caput. §. ante hered. infra de legatis. l. inter catena 30 ff. de libert. & pr. libum. hered. inf. Confirmat etiam Vaudius suam sententiam per d. l. Ultim. quares pignor. obligari possint. Sed infra ad hanc legem respondebitur. Denique ad eam rationem qua etiam Iulij Clari sententia affirmatur vel confirmatur. scilicet periclitari eum fame. qui omnia bona dat. responderet Vaudius hoc modo: Non eum abrupte praecipitandum essi ad solutionem omnium bonorum. l. si extraneus. ff. de iure dotum. alias profuturum ei rescriptum Diui Pij. non scilicet omnia esse ei extorta. ne post solutionem egeat. l. qui id quod. ff. de donat. l. Datus. ff. de regul. sur. Et summa liberalitas nemini summam egestatem adferat. l. & exbaredatum. §. Ult. & l. seg. de re iudic. Nam & alias in quantum facete possunt. multi onerantur. l. maritus facere ff. de re iudic. Respond. Illa leges omnes confirmant magis testamentum optime fieri posse. Nam heres etiam in minima parte institui potest. d. l. Ultim. in verb. et si exiguis sit sensus. C. de iur. delib. ut supra est dictum. Secundo obiicitur l. omnes 17. in fin. ff. qua si si fraudem cred. ubi quis vniuersita bona alienare potest & in libertatem transferre: Ergo etiam donari vniuersitas potest. Respond. Omnes tres seu bona praesentia secundum antea allegata distinctionem donari possunt. non futura. Præterea illa lex de donatione non loquitur. quamvis vocabulum traditio sit generale. quo ibidem Ictus Julianus vitetur. Contra datam solutionem seu distinctionem inter praesentia & futura bona. obiicitur l. Ultim. C. quares pignor. oblig. possunt. ubi dicitur si posita sunt in cuiuscunque instrumento contractus. haec verba: Fide & periculo rerum ad me pertinentium vel per exactiōnē satiō fiers sis promitto: Accipienda esse ea verba de rebus praesentibus & futuris: Ergo falluntur tantum praesentium rerum fieri donationem. Respond. Illa verba in cuiuscunque contractu instrumento. sunt intelligenda tantum de contractu qualibet hypothecario. In generali enim hypotheca continentur res praesentes & futurae. idque sit propter maiorem pignoris securitatem. ne alienatis rebus praesentibus. a creditore debitor destratur. Et idem est si positum esset in d. l. Ultim. in princ. in quoconque contractu scilicet pignoris

pignoris instrumento, ne ad quoscunque contractus referantur. Tertio obicitur l. 12. C. de pat. vbi valet pactum inter viuos hoc modo: Vter eorum superuixerit, ad eum omnes res alterius pertinebunt: Ergo falsum est omnia & praesentia & futura bona venire. Respond. Id speciale quoque est propter militiam: nam praeterea aliis milites pluribus priuilegiis gaudent. tot. sit. infra. de militar. testam. Denique obicitur l. mulier. 22. § fin. ff. ad SC. Trebell. vbi dicitur hereditatis portionem legati posse: si legari potest, poterit etiam mortis causa donari, quod ante fuit generaliter negatum & dictum hereditatem nec quantum partem posse donari, ut ius seu uniuersitatem quandam, & alias certum est legata & donationes mortis causa factas per omnia esse comparatas. §. i. b. iii. Respond. Legari potest hereditatis petitio, idque fit inter mortuos, nihilominus singulae res per legata acquituntur existentes in hereditate. §. Ultim. infra. per quas persones. Et ibi Wensembe. num. 4. vt supra dictum est. Deinde comparantur quidem per omnia legata & mortis causa, donationes quo ad effectum, non quo ad formam. Nam legata fiunt in testamento à inuentibus: Donationes mortis causa fiunt, in conditione mortis, nec ante ratæ sunt quam mors est consecuta.

Deinde in continuatione affirmatur, donatione res iure ciuili acquiri. Id quod Iustinian. in §. Ultim. supra de his & habitat. & in §. est E. alius genus. hoc sit. affinitat: vbi notanda est particula E, & vocabulum Aliud quibus verbis ad donationem impli-cem inter viros & inter mortuos factam respicit, dicere eas tamen iuris ciuilis esse. Cui s' opponitur tale argumentum: Donatio fiebat tantum traditione & stipulatione, non nudo pacto, i. alienatum. §. donatio. de verb. signif. l. 12. ff. eod. Hodie autem non tantum traditione & stipulatione fit, sed etiam ex nudo pacto ex l. si quis argentum. C. de donation. Sed traditio est iuris gentium seu naturalis, & eariure naturali acquirimus dominium. §. per traditionem. s. de rerum divis. Item pactum iuris gentium est l. i. in princip. ff. de pat. Ergo & donatio est modus acquirendi iure gentium ut emptio, non ciuili. Resp. Donatio eti s' fiat traditione & nudo pacto: non tamen est contractus iuris gentium. Sed per se modus acquirendi iure ciuili, à quo formam accepit Mynsingerus hic in Rubric. quamvis respectu consensu dici potest iuris gentium esse donationem, quia requiritur ut quis volens donet, l. 10. C. de donation & ut volenti donetur, quia nolent non acquirunt liberaliter, l. 19. §. non potest. hoc tit. l. insuito. ff. de regal. iur. Et sicur est stipulatio contractus & quidem iuris ciuilis à quo formam accepit, §. de constitut. infra. de actio. & tamen consensum in se habet, natura orationes contractus sive re sive verbis, sive alias sicut, consensum requirunt. d. l. §. conuentionis. ff. de pat. Ita donatio quoque est modus acquirendi de iure ciuili, & tamen consensum requirit dantis & accipientis. Dn. Wensembe. dicit donationem esse iuris gentium quo ad traditionem & consensum, iuris ciuilis vero quo ad simpliciter, quia tum necessitas donatori dandi imponitur à iure ciuili secundum constitutionem Iustinian. in d. l. si quis argentum, & pro rei donatæ repetitio-ne competit conditio ex lege hoc est, ex constitutione dictæ legis. si quis argentum. Ec hōe pactum donationis, ex quo propter nudam promissionem donatotis datur actio, legitimū pactū dicitur secundum l. legitima contratio. 6. ff. de pat.

Secundo obicitur donationem mortis causa esse modum acquirendi de iure ciuili, quemadmodum simpliciter donatio, quia legato comparatur & quocunque iuris est, in legatis etiam mortis causa donationibus obtinet, l. illud. 37. ff. de mortis & iusa donat. Et legata liberalitatem quoque exercent. l. rem legatum. ff. de adim. legat. Vnde dum legato per omnia æquiparatur, ut in Thesis 8. dicemus, merito legatum est, & in eo loco deco agi debet.

Respond. Legato comparatur quidem donatio mortis causa per omnia, scil. per omnes effectus legati, l. & l. C. de morti. causa donat. in Verb. omnes effectus soritur. & qui dicit omne nihil excludit, l. Julian. ff. de legat. 3. Et dominium transfertur in mortis causa donatione, quemadmodum & in simplici inter viuos donatione, l. 1. § 2. C. depubl. in rem att. mansit tamen † discrimen, primo in appellationibus: Secundo in eo quod donatio magis fiat inter viuos, legatura inter mortuos ut supra dictum est. Diuersis ergo locis tractantur, nec donationes mortis causa, ad ultimarum voluntatum tractatum reiciuntur. Tertio obicitur contra datam solutionem tale argumentum: Quod potest revocari, eius dominium non transfertur: sed ex paenitentia revocatur, donatio mortis causa. Ergo dominium eius non transfertur. Respond. Revocabiliter † transit dominium, & nihil impedimento est revocatio dominii mutationi, l. in rebus. C. de iure dotal. l. 2. ff. de in dieri addi. Notandum tamen acquiri dominium in aliis rebus, non in nostris, quia quod nostrum est, amplius nostrum fieri non potest. §. sic itaq; discretis. snt. de att. modo tamen is, qui donat eius rei verus sit dominus, vel saltem putatus. Res enim † aliena donari non potest, l. in abd. 19. ff. de donat. Si autem bona fide traditur ab eo qui dominus non est, transfertur saltem usu capionis cōditio sub titulo pro donato. Deniq; obicitur sic: donatio non est modus acquirendi dominij, quia etiam in iusto acquiritur l. seruus. 62. de Verb. oblig. l. in iustis. 32. ff. de acquir. rer. dom. Donatio autem non nisi volenti acquirit, l. 19. §. non potest. ff. de donat. Resp. Cuiac. in d. l. seruus. acquiri quidem posse dominium in iusto, sed non retineri, per d. l. hoc in re. 19. §. non potest. ff. de donat.

Ad Thesis 2.] Affirmatur donationem esse liberalitatem & munificentiam. Cui opponitur l. 17. C. de fide instr. & l. 7. l. & l. C. de his, qua si metus ve causa. vbi dicitur, donationem esse contractum, vnde & Cuiac. lib. 1. ob. c. 28. affirmat, iure veteri donationem fuisse juris naturalis per traditionem, & fuisse modum acquirendi iure ciuili: Iure novo autem esse contractum, qui constat ex nudo consensu vel pacto secundo d. l. si quis argentum. C. eod. Id quod etiam Appellus voluit in dialogo In suis Myns. in Rubric. b. tit. referente, ex quo nunc consequi videtur, donationem non esse definiendam liberalitatem & munificentiam sed contractum. Resp. Donationem si metimus ex initio seu principio, quod est liberalitas, quae nullo iure cogente fit, dicendum sane est eam contractum non esse, & est potior semper liberalitas, hoc est, initium ex quo fiat denominatio, l. quari. l. de statu hominis. Et consideratur hic liberalitas respectu mentis & intentionis donantis, vel respectu animi & voluntatis dantis, nec tamen contractus dici potest, vnde etiam † distinguitur donatio à contractibus in l. 4. §. sin autem. C. de lege. Et in l. 3. §. pen. ff. de oblig. & action. vbi dicitur donationem fieri absq; omni obligatione, suntq; huc legis verba: Si quis pecuniam donandi animo dederit quamvis ducentis fuerit, mea tamen fit, non tamen obligor eo, quia hoc inter nos non est actum. Hoc ergo respectu nulla datur obligatio, vt in συναλλάγματι contracta etiam dici potest aduersus donantem ad rem tradendam, vt supra est expositiū. Nec mirum vnā rem diuerso modo esse beneficium seu liberalitatem, & deinde etiā esse contractū, quemadmodum in feudo videamus, q; est beneficium, teste Oberro de Orto. C. Vm. §. sin in quib. causis feudi mittitur, scil. respectu animi & intentionis domini feudum cōcedentis: Quia non datur sub prætextu pecunia, sed ex amore & honore domini, l. & n. in si. pr. de feud. dat. suris esse leg. cōmiss. Contractus interim nihilominus est respectu obligationis q; est inter domin. & vasallum. Dominus n. pmittit feudum & deinde tradit, vasallus contra pmittit fidem & debita pro beneficio officia seu obsequia. Respectu huius contentiois feudū recte contractus dici potest. Eodem modo vt dixi donatione simpliciter facta respectu intentionis & destinationis dantis est liberalitas & beneficium. W esemb. in parati. ff. eod.

*ff. eod. in princip. vbi dicit, donationem non ad beneficium accedere magis, quam ad negotii speciem, nec habet etenim obligationem ante probationem, vnde ab eo ut principaliori definitur merito. Estq; liberalitas causa *περιγραφήν*, hoc est, interna mouens dantem καταρκτικήν, hoc est, externa, constat forte in meritis donatarii, & sic sentit Iulius Clarus in §. *donatio quæst. 12. Vers.* Sed quando tamen saepe stipulatio interuenit, & quid datur sub certo modo propter aliquam causam, vnde aetio praescriptis verbis, do ut facias oritur, si id factum non est proper quid aliquid datum est. Saepē etiam donationes nudo pacto permittas, repetuntur actione ex constit. *dicit. l. si quis argentum. Cod. de donat.* Huius & conventionis inquam respectu donationem contractum recte dicimus. Vnde etiam D. Welenbet. *in ff.* sibi non contrarius, donationem contractum esse affirmat & definit. Dominus etiam Borcholt. *affirmit in tract. de pact. cap. 1. num. 14.* diuerso modo liberalitatem & contractum esse donationem. Quamuis Cuia. *dicit. lib. 10. obseruat. cap. 28. in fine*, dicat, hodie donationem esse contractum, qui solo consensu fiat per *dicit. l. si quis argentum*, quod ab aliis simpliciter non conceditur, & recte ut supra dictum. Et notandum hic donationem quatenus est contractus, non bona fidei sed stricti iuris esse. Quia de contractibus bona fidei non disputatur, inquit ICtus in l. *euq. 9. 22. ff. de donat. §. actionem. inf. de actionib. Bart. tamen in l. fin. C. de condic. indeb.* vult, hodie esse bona fidei quia haber priuilegium, hoc est, traditionis necessitatem ex nudo pacto per *d. l. si quis argentum.* **II.** Obiicitur tale argumentum: Quod prædicatur de genere prædicatur etiam de specie. Sed hic non prædicatur de specie quod de genere: Ergo male. Minorem probo per *Nouell. Et sponsalibus largit. sit contractus special. in rubr.* vbi dicitur sponsalitiam largitatem vel donationem ante nuptias esse specialem contractum. Ergo & donatio omnis contractus debet esse simpliciter. Respond. Donatio proper nuptias facta, est contractus, & quidem iuris civilis, & quidem ex constitutione ICtorum & Imp., sed tamen ante iust. donatio fuit liberalitas simplex, *l. fin. C. de donat. ante nuptias.* **III.** Obiicitur donationem potius munus esse definiendam. Respond. Munus semper fit cum causa, donatio saepe fit sine causa. *l. ex liberalitate l. interdum. ff. de Verb. signif. l. 3. b. tit. num.* Imo fit nullo iure cogente *l. donari. h. iii. l. donari. ff. de reg. iur.* hoc est, libera voluntate nullo iure donantem cogente, quamvis aliquis ad donandum libera mente moueat forte aliquo merito, vel aliam quamcunque affectionem habet, erga aliquem *l. affectionis de donat.* ad quod tamen compelli a quo quis non posset. **V.** Obiicitur quod donatio potius esset remuneratio per *l. sed eis. §. consuluit. ff. de petit. hereditat.* vbi dicitur, nos iure naturali compelli ad *avridw. ex.* Resp. Remuneratio non est proprie liberalitas. Quia iure naturali, i.e. gentiū compelli-
12
tnur ad *avridw. ex.* ferenda, si quid ob causam datur, potius ibi remuneratio quadam est, puta quando aliquid donasti vt capitum ab hostibus redimeret, vel vt rem sublatam recuperaret. *l. hoc iure. §. ab eo. & §. & l. adas. ff. de donat.* Et ideo non est proprie donatio, quia res nec in necessitatibus liberalitatem exerceri præsumitur. *l. rem legatam in fin. ff. de adim. legat.**

Denique obiicitur: donationem non posse definiri liberalitatem. Quia liberalitas est virtus, virtus autem requirit habitum. Ergo vbi semel quid donatur ibi non statim

tim est donatio. Respond. Vocabulum liberalitas alias pro virtute acceptum est hab.
14 bitus, paratus ex crebris actionibus. Et eatenus in Ethicis consideratum. Alias t̄ civiliter vel iuridice liberalitas vel munificentia dicitur, quando quis semel quid donat & liberalitatem suam exercet ex affectione & singulari amore. Et hinc consideratur responde. Quoniam animi semel declarati & aperti: & sic hic donationem accipimus.

15 Ad Thes.3.] Omnis donatio sit t̄ inter viuos, aut mortis causa. Proprie dicitur donatio, quæ sit simpliciter nullo iure cogente, quando quis meram exercet liberalitatem, quæ nullo casu ad aliquę reuertitur l. i. ff. de donat. Et dicitur absoluta & perfecta donatio. Sed obiicitur mortis causa donationem t̄ non esse donationem, quia cogitur quis morte & instanti periculo. Respond. Etiam si quis moueat periculo: non tamen cogitur iure. Posset enim nihilominus omittere donationem.

II. Obiicitur mortis causa donatio sit præter suspicionem mortis l. senatus 35. §. mortis. ff. de donat mortis causa. Ergo non sit cum mortis suspicio. Respond. Etiam si mors nondum instet tamen si quis cogitet de mortalitate, in consequentiam etiam timet mortem & suspicionem de ea habet. Quia cogitat certam esse mortem, quamvis hora mortis sit incerta, l. ff. de condit. & demonstrat. & hæc in mortis consideratione concurrent.

III. Obiicitur l. 9. §. fin. ff. de mort. causa donat. vbi dicitur donari non potest, nisi eius fiat cui donatur. Ergo conditionalis donatio qualis est mortis causa donatio de iure non subsistit. Respond. Omnis donatio transfert dominium & quidem donatio mortis causa conditione donatarii existente. Habet enim donatio mortis causa conditionem, qua existente, procedit donatio. Ea autem non existente, donatio deficit. Et gloss. dict. l. i. in princ. in verbo secutum. ff. de donat. eleganter tenet, eam proprie esse donationem, licet eius dispositio annexam habeat conditionem, nam illa conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam actus, & ideo conditionalis donatio manet, & vera est atque propria donatio. Iul. Clat. in §. donatio est. 2.

IV. Obiicitur: Reuocatur donatio mortis causa. Ergo non est donatio. Respond. Donatio mortis causa habet in se tacitam conditionem, quia cessante causa cessat effectus, & legis dispositio C. cum cessante extr. de appell. Deniq; obiicitur l. 25. C. de donat. l. 2. ff. de donat. mortis causa, vbi referuntur plures species diuisionis. Ergo non tantum duas sunt Prima est directa. Secunda mortis causa. Tertia sub conditione faciendi vel non faciendo. Quarta ex aliquo tempore. Respond. Mens & intentio plures possunt facere species, quæ in primis est attendenda & inspicienda. Imo t̄ tot sunt donationum species quot sunt diuerstitas voluntatum. Alias tamen omnes ad duas possunt reduci, pro ut insunt, & corpore nostro in abstracto referuntur: Aut enim omnes donationes qualescumque sint, sunt inter viuos aut inter morientes, licet diuerso modo aut intentione id fiat. Et conditionalis est donatio proprie respectu donationis quæ est causa faciendi, dono Stichum, vt emas illud, vel illud l. 2. in fin. l. 3. ff. eod.

18 Ad Thes.5.] Mortis causa t̄ donare & capere omnib. permititur qui legata & fidei commissa accipere possunt, quia hæc comparantur, vt dicetur. Vel quod idem est mortis causa capere possunt omnes, quibus est testamenti factio, licet testamentum non faciant l. tam 15. 28. in princip. ff. de mort. causa donat. Imo omnes, qui contrahunt, dare possunt. Welenb. in parat. ff. hic n. 4.

19 Ad Thes.6.] Perfecta est donatio mortis causa, t̄ si mors in sequitur, hoc est, effectum tum capit & robur & vites accipit. Sed obiicitur leg. 13. §. fin. l. senatus 35. §. mortis. ff. de

mortis causa donat. vbi dicitur donationem mortis causa ita fieri posse , vt nullo casu reuocetur , & ideo si contrahunt donatur & nihilominus valere donationem, quamuis morte infirmetur. Respond. Haec leges bene sunt notandæ , cum in facto consistant magis, vt in d.l.15. affirmatur, & sit hoc ex pacto, vt Barr. ibidem affirmatur. Vel dicendum est, eo casu donationem mortis causa accipere vim & naturam simplicis donationis & perinde haberi, ac si simplex donatio esset l.6b. 27 ff. de mort. caus. donat. Welenbecius in parat ff. de mort. caus. donat. II. Obiicitur hoc modo; qui pecuniam accepit, vt hereditatem adiret, mortis causa accepit l. eum qui 21. ff. de mortis caus. donat. Hanc autem pecuniam accepit hereditate iam faciente & mortuo eo, qui hereditatem reliquit. Ergo morte non confirmatur. Respond. Fuit dubitatum inter ICtos an illa pecunia esset donatio mortis causa, vt in d.l.eum qui indicatur, hancque sententiam postea ICtos lecitos fuisse ostendit Julianus , vbi nihil certi decidit. Praeuult tamen sententia Cajij ICti existimantis sine donatione capi pecuniam, quam quis in hoc casu accepit, vt hereditatem adiret, vel non adiret, l.morts. 31. §. fin. ff. de mort. caus. donat.

Ad Thes.7.] Dicimus dari viilem † actionem & rei vindicationem pro reuocanda donatione: Et sciendum est, si quis donationis legem dixit, dari donationem ex stipula-
tu & incerti actione præscripsiis verbis l.legem 9. Cod.cod. Sed obiicitur l.1. §. fin ff. de donat. vbi dicitur, si sponsus sponsæ dederit, confessum eius est, & non habet locum reuoca-
tio, id quod tamen in l.curia veterum etiam Cod.de donat. ante nupt. affirmatur. vbi dicitur
habere locum conditionem, si per sponsam star, quo minus siant nuptia. Respond. Id
natum est ex iure novo, sed d.l. §. fin ff. de donat. loquitur in iure veteri.

Ad Thes.8.] Affirmatur comparari per omnia donationes mortis causa & legata: Cui obiicitur: ita legata ab herede præstantur l.1. §. si quis. ff. quod legatorum. Ergo falsum est, legata & donationes mortis causa per omnia comparari. Respond. In effectu & vi-
contenient meritis causa donationes & legata, l. Vlt.in verbis, omnes sortitur effectus C.
de mort. caus. donat. licet adhuc † in multis formalibus externis differant. Cuiac. lib. 10.
obseruat.cap.28. Sic donatio mortis causa sit inter viuos, legatum in testamento à mor-
rientibus relinqitur. Id quod etiam Iustin. semper in §.1.b.tit. indicat, quando virtut
particula taxativa vellimitatio sua Fere, quæ innuit donationem mortis causa quoad for-
manum non comparari legaris, sed tantum quoad effectus. II. Obiicitur contra datam
solutionem scil. ex Iustin. constitut. esse æquata & comparata per omnia donationē mor-
tis causa & legata l. Marcellus 15 ff. de mort. caus. donat. vbi dicitur, Paulum suo tempore
donationes mortis causa notaſe ad exemplum legatorum esse reuocatas. Idem dicitur
in l.etsi debitor 17 ff. in fin. ff. de mort. caus. donat. vti etiam dicitur in l. illud 37 ff. de mort.
caus. donat. vbi Vlpi. affirmat, generaliter id meminiſſe oportet, donationes mortis causa
legatis per omnia esse adæquatas. Resp. Aliqui volunt illa verba ad exemplum legatorum
esse donationes mortis causa redactas, adiecta esse ad d.d.l. ex consil. Iustin. quæ est in d.
l.Vlt.C.de mortis caus. donat. à T. riboniano. Sed verius est dicere Paulum hoc notaſe sal-
tem in filiis famil. militibus d.l. Marcellus. Idq; ante constituit. Iustiniani ita fuit, & in fi-
liis famil. etiam omnibus d.l. eti debitor d. l. illud. Iustinianus vero in omnibus personis
generale ius id fecit, per suam constitutiorē d.l. Vlt vbi etiam constituit quinq; testes, vt
& in omni voluntate ultima l.Vlt. C.de condit. Vel in §. 1 de donat. Hic quamvis Corasius
lib.5. Miscell. cap.17. num 5. cum seq. simpliciter responderet, Iustinianum se autorem dixiſ-
ſe in dict. l.Vlt. omnium eorum, quæ a veteribus sparte, imperio & patrum apie tradi-
ta

iborsal.larg.in pr. Respond. Loquitur thesis nostra de simplici donatione, non de donatione ante nuptias, quæ simpliciter insinuationem non requirit. *d. No. Vel. 119. in pr.* Et quævis in eo excepta sunt donat. ante nupt. & dotes, quod non tantum constante matrimonio augantur, sed etiam fiant, tamen dotis fauor plura priuilegia postulauit, quam donatio propter nuptias, idque omne propter fragilitatem vxorum, §. 1. *infr. quibus alien. licet vel non §. fuerat, infr. de atq. II.* Obiicitur *l. sancimus 3. in princ. C. de donat.* vbi ex Iustiniani constitutione non requiritur insinuatio in trecentis solidis. Ergo ultra illum numerum requiritur insinuatio. *Resp. Iustitia. in d.l. sancimus,* affirmat, trecentorum solidorum summam insinuatione non indigere, perinde ac si esset summa trecentorum solidorum quæ sine insinuatione ante Iustinianum processit, sed hæc trecentorum solidorum summam postea Iustinianus ampliauit in posterioribus ll. vt ostendit *l. si quis 36. C. de don.* quæ lex hac in parte dictam *l. sancimus* tollit, utpote priorem, *l. Vlt. ff. de cariss. princip.* Contra datam solutionem ad dictam legem *sancimus* oppono *dicta l. sancimus § alias,* vbi dicitur, quingentorum solidorum summam non indigere monumentis, hoc est, insinuacione. Ergo illa *d.l. sancimus* est abrogata per *dicta l. si quis §. Vlt.* Respond. Id tempore dicta *l. speciale* fuit, in donat. ad pias causas, quæ substituebatur etiam, quamuis esset quingentorum solidorum, idque in fauorem piarum caularum. Hodie autem non amplius est speciale, sed factum est ius generale in omnibus donationibus communibus & ad pias causas *d.l. si quis Vlt.*

25 *Ad Thes. 16.] Alienatio fundi dotalis à marito fieri non potest ex l. Iuli. an. ne quidem volente & consentiente vxore: Cui opponitur l. iff. de fund. dotal. in princ. vbi fundi dotalis alienatio conceditur.* Respond. Agimus hic de voluntaria & spontanea alienatione, at in dicta l. agitur de involuntaria, seu de coacta alienatione, quæ sit per iudicem, id propter autoritatem prætoris vel propter decretum prætoris conceditur, quo alias in possessionem mittitur.

II. Obstat quod quilibet sit suarum rerum moderator & arbiter *l. in re mandata &c.* Respond. id procedit quando quis habet suarum rerum liberam administrationem, quæ hic non est, quia lex inhibet alienationem, vnde id à nemine nisi à principe mutari potest *l. si. d.l. Vlt. C. de ll.* idque in fauorem mulierum, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae conuertatur, vt loquitur Iustin. Imperat. *l. ic in fin.* Idem seruatur in pupillis in eorum fauorem, §. *admonendi infr. h. tit.* Et hæc definitio libertatis indicat in §. *supr. de iur. personar. aliquæ in suis reb. libere agere posse, nisi iure, hoc est. legibus aut vi impediatur, & tu reuera liberi sumus, quādo nos legib. subiicimus secundū Ciceron.*

III. Obiicitur *l. Gx 32. ff. de part. dotal. l. quoties C. de iure dotal.* vbi consentiente vxore fundus dotalis alienari potest. Respond. Ibi fuit astimatus fundus, & tum alienatio conceditur facta scilicet astimatione, si hoc fiat consentiente muliere, *l. se. astimatio si. ff. solus. matrimon.* Tenerit autem tum maritus vel haeres eiusdem generis vel qualitatis rem restituere, *l. res in dotem 43. ff. de iur. dot.*

IV. Obiicitur *l. sim. ff. de iur. dot.* vbi fundus dotalis alienari potest, solutio ex ipso textu dependet, seu ratio, quare eo casu id permittatur: Quia inquit Crus nulla ibi captio est. Deinde ex re vxoris fuit. Idem est in *l. Vlt. ff. ad SCrum Vellei.* Antonius Guib. ita etiam soluit. c. 5. *de iure dotal. sub question. an res dotales possint alienari.* Id quod etiam tum procedit, quando res seruando seruari non potest, *l. 1. C. de seru. pig. doto.* Cui tamen obiicitur rursus *l. in rebus 30. C. de iure dotal.* Vbi alienatur seruus dotalis qui seruando seruari potuit. Respond. Casus est specialis. In fauorem enim libertatis ibi alienatio permittebitur, ob quam etiam contra regulas iuris fuerunt concessa, *§. Vlt. C. de donat.* Et sic con-

constat alienationem fundi dotalis interdum permittri; regulariter tamen cessat alienatio rerum, præsertim immobiliarum, puta fundi, de quo loquitur proprie lex Iulia, prohibens alienationem. Quia fundi ipsoe res immobiles, facile recuperari non possunt. In mobilibus rebus dotalibus quidam alienationem procedere putant, cum de facilis recuperari possint. Dicunt aliqui lege Iustinianae rerum mobilium alienationem prohiberi. En. §. cum & lex. C. de rei v. xer. art. Sed id non esse permittendum putat Antonius Guibertus cap. 3. de iur. dotal. sub quaſt. an res dotaſes poſſint alienari? Nam lex Iulia illarum alienatione non interdixerat, ut conſtat ex l. diuorſo §. ſi ſurem & l. ſcruiſ dotaliſ. ff. ſolue. matrimon. & l. ex l. epidemiciſ. ff. de iur. dot. Nam non prohibetur alienari l. cum prator. ff. de iudic. Et ſic a zo in ſumma in iuri de fundo dotaliſ ſentit. Sed quaeritur hic eomodiffime, anne ciuiliſ modi alienatiſ contra legem Iuliani prohibentem alienationem fundi dotaliſ faſta cum iuramento procedat, hoc eft, vires accipiat? Et videbatur dicendum quod non. I. Quia quod ab initio non ſubſtitit, tractu temporis non conualeſcet, l. quod ab initio ff. de reg. iur. II. Quia facta contra leges nullius ſunt momenti l. 5. Cod. de U. III. Quia non eft obligatorium contra bonos mores interpoſitum iuramentum. cap. non eft obligatorium de reg. iur. in 6. His tamen non obſtantibus communis opinio DD. eft in contraria, idque probatur e. cum contingat. 28. extr. de iure iur. Nec primo obſtar regula Catoniana: Quod ab initio non ſubſtitit tractu temporis non conualeſcet. Quia militat illa regula duntaxat in caſtris teſtamentorum, & iuſtitutionum, ſub qua materia etiam extat tot tit. de reg. iur. Catoniana. Deinde non obſtar d. 5. C. de U. quia loquitur de iure ciuili. Nec enim iure ciuili talis alienatio conceditur, ſed tantum iuris Canonici exequitate ſuſtinetur, eam ob causam ne iuramenta inefficacia habeantur: Deinde non obſtar d. c. non eft obligatorium. Quia ſecundum Dynum id ibidem exaudiendum eft de tali iuramento, quod eft coatra bonos mores, & vinculum eft iniquitatis, vel quod ſuper illicito contraclu in diſpendium animæ eft interpoſitum, quod nec iure ciuili valet. l. palla C. de palla.

Ad Thes. 17. & 18.] Affirmamus maritum per traditionem dominū doctis naturalem fieri §. per traditionem in verb. ſi tr. editur marito, quid ex cauſa doctis ſupra de rer. diuif. & hie in pr. in verb. doctis cauſa marito datum, & notandum eft verbum dare quod ſignificat dominium tranſferre §. itaq. ſic diſcreti inſtr. de aet. Et traditio modus eft acquirendi natu- lis, ex quo conſequitur maritum per doctis traditionem naturalem fieri doctis dominum. Idē dicitur in l. traditionib. 20. C. de patr. Hęc tamen quaeratio in iure nostro & inter interpretes nostros magnam habet dubitationē & multis ac variis ſententiis eft inuoluta. In aſ secundum Anton. Guibertum in tract. de dot. cap. 5. varix & diſcrepantes fuerunt ſemper ICItorum in hoc articulo ſententeutix, que tamen in concordiam ſunt reducenda: Et quidē vt dictum eft, aſſerimus nos maritū iure naturali fieri dominū ex actu traditionis. Cui oppon. veheſtissime l. in reb. 30. C. de iur. dot. ybi dicitur, doctem naturaliter manere in dominio vxoris, & iuris ſubtilitate duntaxat eſſe in mariti dominio. Vnde ſequitur maritum eſſe ciuilē dominum, non naturale, uxorem a. dominū doctis naturalē eſſe. Resp. Cuiac lib. 10. obſeruat. cap. 32. aſſerit, ſe ſolitū fuſſe d. l. in reb. c. d. cū §. per traditionem, ita conciliare, dicendo dicit. §. per traditionem & d. §. 1. quibz alienare licet vel non. intel- ligendos eſſe de actu traditionis doctis, quaſi hoc reſpectu maritus fiat naturalis domi- nus doctis per actu traditionis nudum, vel ſimpliciter conſideratum eoque reſpectu uxori ſit ciuilis domina doctis. Dictam vero l. in rebus 30. Cod. de iur. dot. eſſe ac- cipiendam non de nudo actu traditionis, vel de initio traditionis, ſed potius de effectu traditionis doctis, imo de mente & intentione tradentis doctem, quod maxime

in quolibet actu est attendendum, l. 3. §. pen. ff. de oblig. & att. coque respectu vxorem potius manere naturalem dominam maritumque esse duntaxat dominum ciuilem quasi iuris subtilitate factum utilitatis causa, l. quamvis ff. de iure dot. Idque ideo quia soluto matrimonio per diuortium vel etiam per mortem vxoris, tenetur maritus restituere dotem vxori, vel eius patri, tot. titul. ff. C. de solut. matrim. quemadmodum dos perit nec apud maritum dominum manet, l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Tum enim ius vxoris expurgiscitur, & quasi ex postliminio reverteritur, quod ante dormiebat ob onera mariti, quae in matrimonio facere cogebatur per dotem constante matrimonio dict. l. quamvis. Dos enim nulla est nisi inferuiat oneribus matrimonii, l. si princ. 76. ff. de iur. dot. Et ibi † dos esse debet vbi sunt onera matrimonii, l. si quis 56. ff. cod. Et ut dictum est maritus tum amplius dominus dotis non est, ne quidem civilis, scilicet soluto matrimonio. Quia vbi non est matrimoniu ibi etiam non est dos, l. cum multa, 20. Cod. de donis. ante nupt. Et hanc vt veriorem solutionem agnoscit etiam Antonius Guibertus Costan. cap. 5. de dosibus. Vbi affirmat maritum simpliciter esse dominum ciuilem, vxorem vero naturalem dominam.

Deinde opponit dict. §. per traditionem Ego d. s. i. quibus alienare licet vel non. ex Bald. in dict. l. in rebus, ad eundemque modum responderet, quo factum est, scil. referri id ad actum traditionis. Traditur quidem dos sed non ea mente, vt dominium ad accipientem perueniat d. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Et ita etiam sentit Andr. Alciatus in dict. l. in traditionibus C. de pact. Et hac solutione retenta, non est querenda talis solutio, quod dict. l. in rebus 30. C. de iure dot. sit depravata à Triboniano, ex malo intellectu distinctionis dominii in naturale & ciuale vel legitimum, qua tamen distinctione sublata, hodie sit unicum dominium scilicet legitimum, l. Enic. de nudo iure Quirit. s. N. id quod tamen D. præceptor Borcholten. addit. ad cap. 1. in feud. amplectitur. Quia ergo vt dictum est vxor naturalis est dotis domina, effectu dotis traditionis inspecto, necessarium non est Iustos vxoris partes tueri, eique dominium attribuere, id quod etiam Boetius in top. Cicer. lib. 6. comment. affirmat, vbi dicitur, dos licet matrimonio constante in bonis mariti si tamen in vxoris iure manet. Et post diuortium veluti res vxoria peti potest. Deinde quia maritus est ciuilis dominus dotis, itidem ei dominium à Iustis tribuitur, quod quando sit lacus videbimus nunc. Et quidem tribulatur † mulieri dominium in multis legibus. In l. fructus alias §. si fundum ff. solut. matrim. dicitur thesaurum, quem maritus in fundo dotali inuenit in fructu non computari, sed pro parte dimidia esse restituendum, quasi in alieno inuenient, secundum §. thesauros supra de rerum iuriis. Deinde dos dicitur proprium patrimonium vxoris, l. Enic. §. Ego hoc C. de rei exor. act. 1. g. tertia, §. sed Et rursum ff. de minor. 25. annis l. in omnif. de relig. Ego sumpt. fun. Et dicitur res aliena intuitu mariti, l. si constante §. si marito. ff. solut. matrimoni. Vnde eam maritus non potest dilapidare, l. si cum dotem. §. fin autem. ff. solut. matrim. nec vendere, vt hoc titul. num. Er si dolo vel culpa mariti res dotales intrecent, vel deteriores efficiuntur, dolum & latam culpam à marito exigimus, l. in rebus. ff. de iure dot. dol. si constante §. si maritus. ff. solut. matrim. quae in rebus propriis nemo praestat. l. etiam. §. licet. ff. de collat. bonorum l. quamvis. ff. de iur. dotuli. Deinde vxor partus dotalium ancillarum, item quae astimata non sunt, & omnia, quae serui dotales acquisierunt, actione ex stipulatu consequitur, l. En. §. cumq; ex rei stipulat. C. de rei exor. act. Seruos etiam dotales ita merito recte donati, vt manumittantur, d. l. si quis, si constante §. si vir. ff. de solut. matrim. Idq; solis dominis licet §. si istaq; infr. de act. Hinc sit mulierem ad satis dandam posse adhiberi, si fundus.

dus dotalis petatur à marito, quæ tamen fideiubere prohibetur, nisi in causa sua. *i.dedit. §. ff. qui satiadar. cog.* Vnde si maritus ad inopiam vergat, vel matrimonium dissoluatur, mulier habet rei vindicationem, quæ tamen dominis, & quidem ciuilibus & naturalibus cōpetit aduersus rerū, & quidem hoc casu, dotalium possesseores. *l.in rem. 23. in prff. de rei vind.* *L.vbi ad hunc. C.de sur. dot.* Deinde quia maritus est ciuilis doris dominus, saltem propter administrationem doris, & propter matrimonij onera, que facit & sustinet, tribuitur eidē similiter † dominum & multis iuris textib. & quidem *in l.dotali.13. §. dotali. ff. de fund. dotal.* *vbi dicuntur maritum esse dominum iure dotali.* *l.Lucius. §. per. ff ad municip. vbi dicuntur dotes in bonis mariti esse.* *l.sppradium. 23. C.de iur. dot.* *vbi dicuntur dominium rei dotalis que-*
32
stum esse marito. Hinc sit, maritum vindicare res dotaes. *l.dote ancillam. 8. C.de rei vind.*
& ibi Gloss. in Verb. nequiffse. potest etiam maritus seruos dotaes libertate donare. *l.1. C.de sur. pign. datis. 3. C.de sur. dot.* Nec non iubet seruos dotaes adire vel repudiari hereditatem delatam. *l.seruos dotali. ff solut. n. atr.* quæ solis ierum dominis peimittatur. *l.si non proprietatem. C.de iis qui à non domino matrim. l.in rem. l officium ff. de rei vind.* *l.Emc. C.de alienas. mutandis iudic. causa facta.* Sed si ei dotalis interitus contingat, mariti erit detrimentum. *l.sifundum. ff. de feud. dotal.* quia regulariter periculum rei ad dominū pertinet, *l.pignus. §. de pign. atq.* Si autem vxor res dotaes amovit, furtum quod in rebus propriis nō admittitur, *l.1. ff. de furt. §. fustum. de oblig.* qua ex delicto nascentur, eō casu in rebus dotalibus à muliere contrahitur, *l. obres amotar. ff. er. amotar.* Ergo confitendum est res dotales mariti esse, nec rer. dominium ad vxorem amplius pertineat, scil. quo ad onera matrimonij perforanda, vnde & maritus fructus doris percepit, *l. pro onerib. C.de iur. dotali. l. dotes fructus. ff. cod.* Et sic Accurs. Bart. Bald. Cyn. & Salic. in *d.l.in rebus. C.de iur. dot.* & Bald. & Nouellus in *8. parte prileg. n. 6.* sentit. Sed superiori solutioni quādam videntur obstat, quæ nunc breuiter videbimus, & primo obstat tale argumentum. Qui est dominus rei ut maritus doris, potest perficie de reliqua disponere: sed hoc maritus facere nō potest. Nequaquam ergo dominus doris est dicendus. Resp. Non est plenus dominus seu naturalis, effectu doris inspecto: sed tantum ciuilis, & propter rationem ciuilem dicitur dominus doris. Alienare autem non potest, quia lex Iulia alienationem prohibet, vt supra dictum est. Secundo maritus non habet rei vindicationem, sed vxor, *l.2. C.de rei vind.* Resp. Ante etiam de hac re dictum fuit. Et ulterius sciendum est secundum aliquos in *d.l.2.* non agi de fundo dotali, sed de tali fundo, cuius vsum sibi vxor referuat. *§. fin. 5. de excus. sui. Sel curas.* Vide D.D. & præcipue Mynsing. & Wesembec. Vel dicendum est, fuisse hic alienatum à marito fundum, vel à matre eius & ideo vindicare potest à muliere. Quia ius alienandi maritus non habet, vt supra dictum est. Anton. Guibert. Costan. respondet in *tract. de dotib. e. 5. in d.l.dote ancillam. C.de rei vind. & in l.de his. C.de sur. dot.* In dd ll. ideo mulieri denegari illam actionem, quia in *d.l. 8. constante matrim.* mulier volebat dotalium ancillam vindicare, de cuius statu quæstio apud præsidē prouinciae habebatur, quæ ante omnia definienda fuit. *§. præjudicialiter. inf. de act. l.2. tit. 2. ff. de ord. iud.* Deinde certum est *d.l.de his*, non loqui de rei vind. Sed de actione furti, vel vi bonorum raptorum, vel simili, quæ marito aduersus rer. dotaliū contiactores à pretore datur. Vnde eo modo dd.ll. sunt detortæ.
32
III. Cuiicitur, duo non possunt esse in solidum † domini eiusdem rei. *l. si & certo. §. si duo bus. ff. cmodi. l. qui contra. ff. de reg. iur. l.Pomponius. §. sed & in fin. ff. de procurat.* Igitur maritus & vxor non possunt simul esse domini rerum dotalium, id quod tamen ante in daria solutione fuit affirmatum. Resp. Diversum dominium in diversa persona cōditur, naturale nimium in persona mulieris effectu doris inspecto, & commentitium iure ciuili in persona mariti. Guiberti. Costan. in *tract. de dotib. e. 5. & Cuiac. lsb. 1c. obser. cap. 32.*

vbi afferit vnum esse rerum, alterum fictitium, verum bonitatum, alterum Quiritarium: Et duo etiam sunt possessores propter petitionem, id est vindicationem. Ita enim legendum est pro possessis. in d.l. Cuiac. notat in l. pen. §. si fundus. ff. qui fatus dar. cog. Idq; verba d.g. sequentia ostendunt. H.ec solutio simili confirmatur, quod est in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. & postlim. reuersis, vbi seruus ab hostibus redemptus est redimentis, est & prioris domini. Sic in §. cum in suo solo. supr. de rerum divisione. vindicare non potest dominus materiae, scil. dum stat ædificium: Quia ciuilis ratio id impedit, scil. text. 12. tabul. de trag. iunct. Soluto autem ædificio potest viadicare, scil. ex æquitate, hoc est, iure naturali, quia natura æquum est, ne quis cum alterius iactura ditescat, iure naturali. ff. de reg. iur. IV. Obiicitur tale argumentum ex Accurs. & Bart. Quibus casibus traditio à non domino facta, vñ capiendi facultatem parit, iisdem casib. traditio à vero domino facta dominium in accipientem transfert. l. clauibus. ff. de contrah. empt. l. Pomponius §. si & su. ff. de acq. posse. Atque ita in casu dotis traditio mulieris marito accessionem parit, idem vñ capiendi facultatem. l. 1. ff. de & s. cap. pro dote. l. Pomponius. §. in dorem. ff. de acquir. posse. igitur traditio mulieris dominus marito dominium parit. Resp. Maior quam Papirianus in causa dotis probat. l. clauib. ff. de contrah. empt. vñ queque vera non est. Si enim vir vxori, vel vxor viro donauerit, siquidem res aliena douata fuerit. Verum est quod Trebatius putauit, si pauperior is, qui donasset non fuerit, vñ capio non possidenti procedere, l. si vir ff. pro donato. Et tamen si res dantis propria sit, dominium in accipientem non transfertur. Deaq; obiicitur, quod maritus sit verus dominus vxoris, vnde & verum habet dominium maritus semper. Antecedens probatur Genesis. cap. vbi dicitur mulierem esse debere sub potestate mariti, & ipse dominabitur tibi. Deinde Cæsar lib. 6. de bello Gallico, scribit: Olim

33 Gallos in vxores sicuti in liberos ritę & necis potestatem habebant. Resp. Vxores per matrimonium patris potestate non excent. Quia matrimonium non refertur inter modos soluedx patris potestatis. tot. tit. supr. quib. mod. pat. potest sol. & alias multis in locis dicitur, filias in matrimonium collocatas patris potestate non abire. l. si vxorem. C. de concord. infir. l. qui. §. Elt. ff. de iure iur. vt supt. in disput. 2. satis fuit dictum. Et certum d.c. 3. Genesis accipiendo esse de prærogativa vel auctoritate maritorum in vxores, nec vlo modo ad dominium potest detorqueri vel retorqueri, vt supra est dictum, & sic etiam Anton. Guiberus d. tract. de dotibus, j. sentit. Et hæc sententia vel solutio non est adeo improbanda. Alij vt Paulus lib. 2. quasi. cap. 3. Et Corras. lib. 5. Miscellan. c. 14. ita sentiunt: Aut hoc agitur inter virum & vxorem vt dominum tei dotalis ad maritum transferatur, aut illud vt non dominium, sed duntaxat possesso ad virum transeat, & sic ius vtendi fruendi. Priori t casu rei dotalis dominus reuera & proprie fit maritus non etiam vxor. Posteriori vero casu fit vxor reuera & proprie domina non etiam maritus. Hanc distinctionem suppeditat nobis. l. si ego. 9. de iur. dot. vbi Vlpianus de quodam casu loquens ait: Non puto hoc agi inter maritum & vxorem, vt dominium ad eum transferatur. Idem suaderet hanc distinctionem Imperator Iustin. in pr. Instit. quib. alienare licet. vel non. vbi tradit feudū dotalē esse mariti, propreca quod ipsi dotis causa datum sit. Dare est dominium transferre d. l. si itaque discretis. infi. de act. l. non evidetur data. dereg. iur. Sie etiam d.l. de his. 11. C. de iur. dotal. quia maritus tanquam dominus rei dotalis vindicatio cōceditur, loquitur de dole dato, de his inquit, qui in dorem data sunt. Duobus itaque locis illis agitur de casu, quando inter virum & vxorem conuenit, vt dominium tei dotalis ad virum transeat, cum vero res æstimata in dorem datur. Nam dotalium rerum æstimatorum reuera dominus est maritus, earumque periculum ad maritum tanquam dominum spectat. d. l. Vnic. §. & cum lex. & ers. tuct. n. Anastasiana. C. de rei vxor. act. l. plerung. cum post. 62. §. penult. ff. de iur. dot. Idem hoc agitur

agitur cum dantur marito in dotem res, quæ numero, pondere & mensura constant. Nam & harum peculium mariti est, easque maritus ad arbitrium suum distrahere debet, ita ut soluto matrimonio non eisdem species, sed alias eiusdem generis & qualitatis restituat, *l. res in dotem. q. 2. h. tit.* Quod autem vxor res dotales tradere solet marito, & traditione rerum dominia transferuntur, *d. l. traditionibus. C. de past.* inde astricta non est, traditione illa perpetuo rei dotalis dominium maritum consequi, sed tum demum tantum, si animus transferendi dominium adsit, *d. § per traditionem. l. quia ratione. E. §. hac quoque res. ff. de acquirend. rerum domin.* In omnibus enim rebus quæ dominium transferunt, concurrat oportet transferendi dominij effectus ab utraque parte, *l. in omnib. 55. ff. de oblig. & act.* Et neque voluntas nostra sive factio nostro, sive traditione, neque factum hoc est traditio, sine voluntate proprietatem, sive dominium transferre potest, vt Petrus Faber explicat, *l. si id quod nostrum est. ff. de regul. iur.* si itaque mulier sine effectu transferendi dominium existat, possidet maritus res dotaes ad fructus percipiendos, vt inde onera matrimonii facilius sustineat, idque sic iure singulari, & legis autoritate & propter vsum fructum quasi rerum exercitium & administrationem, quam lex ei concedit constante matrimonio, vt nuptiarum oneribus seruat, *l. si pater mulieris in fin. ff. de iur. dot. l. fin. in princ. ff. de dot. except. l. pro oneribus. C. de iur. dot.* Corras. lib 5. *Miscellan. cap. 14. num. 6.* Secundum ergo predictam distinctionem contrarietas legum, quæ monstrata est, tolli etiam posset, vt scilicet leges, quæ reuera dominium marito tribuunt, intelligantur de casu, quo id actum est inter virum & vxorem, vt rei dotalis dominium transcat ad maritum, leges, & quæ expresse & proprie rerum dotalium dominium tribuunt mulieri, exaudiantur de casu, quo id actum est, inter virum & vxorem, vt non dominium ipsum, sed possessio duntaxat ad percipiendos fructus ad maritum transferatur. Est tamen & illud hic notandum eas leges, quæ volunt res dotaes vel dotem esse in bonis mariti, vt est *d. l. quamvis. 75. in princ. de reg. iur. & l. Lucius. 21. §. idem respondit ff. ad municip.* non ita perpetuo accipiendas esse, quasi velint res dotaes vel dotem esse in dominio mariti. Nam tamen aliud est in dominio esse longe aliud in bonis. In bonis nostris non computatur solum & alia, quæ dominij nostri sunt, sed & illa, in quæ ius quoddam habemus, *d. l. bonorum. ff. de verbis sign.* In bonis itaque mariti constante matrimonio perpetuo dicitur esse res dotalis, sive eius dominium translatum sit in maritum, sive non dominium, sed possessio saltet in eum sit translata, siquidem & hoc posteriori casu ius percipiendorum fructuum, in rebus dotalibus maritus habeat, *d. l. dotis. 7. in princ. l. §. 1. ff. de iur. dot. d. l. pro oneribus. 20. C. eod. d. l. Enic. §. cumque ex stipulatione actio. C. de rei & xor. act.* Et rei vindicatio, *l. rem in bonis. ff. acquirend. rerum domin.* imo res quæ proprie sunt vxoris, licet non sint dotaes, viri quodammodo esse intelliguntur, vt & res viri videntur quodammodo esse vxoris propterea quod communista familia & una domus est, *l. l. §. si vir aut & xor. ff. de SCto Syllan.* Licet autem constante matrimonio, marito res in dotem datae, eius sint, tamen soluto matrimonio, ipso iure sunt mulieris, ita ut ipse earum vindicationem habeat, *d. l. in rebus. 30. C. de iure dotal.*

Ad Thesis 19.] Pignus tamen alienare potest creditor ex conventione scilicet expressa, *36* Quia tum pacti lex est seruanda, nec tamen opus est villa denunciatione. Si vero tacite id factum vel pignus tacite datum sit, terna denunciatione opus est. Idque simpliciter dicitur in *d. l. 4. ff. de pign. act.* Et Paul. lib. 2. sentent. 5. in *princ.* vbi dicitur: Si simpliciter fuit pignus datum, post tertiam denunciationem factam potest distrahi pignus. Vbi id Cuiac. sequitur, & inducit tali alienatione terna denunciatio, non ipsum pignus, quod inducit obligationem, *l. si is qui rem. 66. ff. defert.* Et hunc casum in fine huius theses ponimus. Id est obtinet, si non conuenit, *sicut,*

184 DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

fuerit, ne res petatur, tum post ternam demum citationem à creditore factam alienatio procedit. Paul.lib.2 sentent tie.5 in pr. quamvis Wesemb. hic velit, tum quando simpliciter est constitutum pignus, sufficere nouo iure denunciationem vnicam, idq; probat per l. fin. C.de sur. dom. Imperat. Sed illa lex non sustulit d.l.4. ff. de pign. act. sed tantum hæc breuiter adiecit, biennium post ternam denunciationem factam, esse expectandum, ac facile domini suis rebus defraudarentur.

Ad Thema 20.21. & 22.] De obligatione pupilli, de qua hic agitur, satis copiose dictum fuit, ad disser. 6. supr. lib. 1.

Ad Thesis 23.] Dicitur debere fieri solutionem tutori. Cui obiicitur l. stipulatus 17. ff. de solut. vbi dicitur recte solui pupillo posse. Resp. Illa lege pupillus fuit stipulatus, & nihil sibi debebatur, sed fuit conuentum inter contrahentes, quod solutio posset pupillo fieri. II. obstat l. sancimus. 28. §. fin. C.de admin. tutor. Gel curat. vbi dicitur, quod sit secutus. Resp. Ibi solutio sit ex redditibus & pensione. Hic autem sit ex causa mutui.

38 Ad Thesis 24.] Affirmaatur ibi nobis † acquiri aliquid per seruos, quos in potestate habemus. Cui multa obstat videtur, de quibus omnibus videbimus. Et quidem sciendum est, statim acquiri dominis, quod serui acquirunt, §. 1. se de his qui sunt sui vel alien. iur. §. item Gobis, hic. Gui obiicitur l. sed recte. 25. §. 1. ff. de vñfructu. l. seruus. 43. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. vbi dicitur in pendentia esse, quod serui acquirunt. Pone casum, seruus fructarius emitt seruum, & per traditionem eum accepit, nec dum premium numeravit, sed tamē pro eo satisfecit, puta fideiustore, vt Gloss. sibid. Hic in pendentia est dominium, illud dominium declarabit numeratio, seruus enim cum sibi nec acquirat, nec quicquam proprij habere possit, aut vñfructuario aut proprietario acquirit: Si ergo ex peculio, quod ad vñfructuarium pertinet soluerit, intelligitur homo emtus retro vñfructuarij fuisse. Cum vero ex eo peculio, & proprietate sequitur soluerit, proprietarii ex post facto esse videtur, d.l. seruus. 43. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. qui §. dictam l. sed et si. §. 1. explicat. In eo est pendentia dominium, quod demonstrabitur, hoc est, declarabitur numeratione, hoc est, solutione precij vel pecunie. Seruus enim nihil proprij habere potest, cum olim saltem peculij administrationem serui habuerint, vt eo rectius negotiari & dominorum negotia administrare discerent. II. Opponitur l. seruus communis. 27. ff. de stipul. seruor. vbi si seruus est cōmuni nis vñiq; acqrit, siue emat, siue stip. ilesur vel alia ratione acquirat, quis pecunia ex pecunia detur, & alter ex dominis sequitur. Resp. Diuersa causa est in vñfructuario seruo, & deinde in seruo cōmuni. Ratione n. societatis vñrius q; acquiritur, quis ex vnius peculio pecunia detur, quæ soluitur. III. Opponitur l. si seruus communis 21. ff. de stipul. servori. Resp. Ibi agitur de dominis duobus, hic de domino & vñfructuario, & est inutilis stipulatio: quia in alternativa stipulatione inter personas, quibus æqualiter acquiri potest, vñriatur stipulatio, vt ibi dicit Bart. IV. Obiicitur §. sed cum factum infra de stipul. seruor. vbi dicitur, si factum in stipulatione est deductum, persona stipulantis duntaxat cōtinetur, veluti si seruus stipulatur, vt sibi ire, agere licet, ipse tantum prohibere non debet, non etiam dominus eius, quia facti stipulatio personam stipulantis non egreditur: Ergo domino hoc casu nihil acquiritur, sed tantum soli seruo, qui in stipulatione continetur. Resp. Hoc stricta quadam ratione procedit non ex æquitate. Secundo licet non principaliter dominis stipuletur: tamen secundario vel in consequentiam, quia eti saltem eat vel agat seruus: tamen vtilitas eundi vel agendi transit ad dominum dominoq; acquiritur. Cuius in consequentia vertitur vtilitas & eraolumentum. V. Obiicitur l. 4. in pr. ff. de manu mif. vbi dicitur seruum nummos suos habere, & iis etiam sibi libertatem comparare posse. Resp. Est solutio in d. l. 4. §. 1. vbi dicitur, quod seruus nummos proprios habere non possit, sed conniventibus oculis

culis domini, credēdum esse suis nummis eum redemptum, puta si ex peculio sit redēptus, quod ad venditionem pertinet, idq; fauore libertatis, sive ex aduentiuo lucro sive libera-
litate amici, vel reprimittente vel delegente, vel in se recipiente amico debitum, si liberata-
tus. VI. Obiicitur *l. quod seruus. 24 ff. de acquir. poss. vbi dicitur, seruum acquirere domi-
no saltem iustum posſet.* Ergo non omni statim domino acquirit. Resp. Id quod iniuste
acquiritur non ideo posideri, nec videtur possessionem adeptus, qui ita natus est, ut eam
retinere non possit, *l. non videtur. 22 ff. de acquir. poss. cūm nullius sit momenti: Agimus
a. nos de iusta acquisitione, cū nemo ex alieno damno lucra sentiat.* *l. irre nat. ff. de reg. iur.*
Sed datæ solutioni refragatur *l. 3. §. ex contrario. ff. de acquis. poss. vbi dicitur, non multis
interesse iuste quis an iniuste possideat.* Resp. Potest quis iniuste possidere vel iuste scil. per
se, at per alium iniustam possessionem minime acquirere potest. VII. Obiicitur *l. si seruus.
21. ff. de acquir. rer. dom.* vbi seruus qui bona fide seruit, emit rem, & nulli acquiritur ea res.
Resp. Hoc ideo sit, quia ego non posideo, & quia liber homo bona fide seruit: Ergo sibi
acquirit liber homo per traditionem bona fide factam. Et agitur ibi de acquisitione poti-
tius naturali, quod Rubr. ostendit, quam de ciuili, alias si ex re eius, à quo possidetur, res sit
comparata, ei acquiritur. Nam quod ex re alterius est, possessori non acquiritur, *l. seruus.
43. in pr. ff. de acquir. rer. dom.* Atq; ita *d. l. si seruus. 21. in prin. de acq. rer. dom.* loquitur. Ac-
quirit etiam seruus qui bona fide possidetur, quamvis sit alienus vel liber, omnia ei à quo
possidetur *l. 1. §. sed & per eum.* VIII. Obiicitur seruus publicus cum stipulatur rem pu-
pilli saluam fore, Reipubl. non acquirit, sed pupillo, *l. 1. §. exigere. ff. de magist. conuenient.*
Resp. Ut tutela publicum munus est, *§. 1. supr. de excus. tut. Vel curas.* Reipublicæ munus nō
est, *l. 6. §. tutela non est. ff. de recusat. tutor.* Ita seruus publicus non est Reipublicæ seruus, sed
omnium ac singulorum utilitate introductus. Nam cum per liberos homines, exceptis
procuratoribus tutoribus & curatoribus, nulla ex causa alicui acquiri posset. *§. ex his itz q. 3.
per quas personas cuiq; acquiritur. §. si quis aliq. infi. de inutile stipul.* & tamen saepè euenerit, vt
pro absentibus & pupillis, aut Reipub. nomine stipulari, aut transigere oportet, itaque
contractibus & actibus publica fide conserbēdis seruum publicum adhibuerunt, hoc est,
omnium & singulorum cōmunem, ut pro omnibus & singulis stipulari, aut transigere opot-
eret, *l. 2. ff. rem pupilli saluam fore.* *l. non. 18 ff. de adopt.* munere Notarius iudicatur, qui
mandabatur seruus, non quasi indignis liberis hominib. sed q; non licuet per liberas per-
sonas acquiri, sed saltem per eos qui in potestate parentum & dominorū sunt, scil. filios fam.
& seruos. Sed hoc munere seruus interdictus Arcadius & Honorius Imp. *l. general. C. de tab.
lib. 10.* & inde hodie serui tabelliones esse non possunt. Deniq; opponitur *§. dominus. Vers.
fina. §. de noxal. act.* vbi dicitur seruum posse damnum resarcire quæsita pecunia, si aliquid
pecuniæ acquisiuit, habet aliquid pro se, nec omnia domino acquirit. Resp. Verum est sta-
tim ipso momento, id quod seruus acquirit ad dominum pertinere. Sed intelligi hic pecu-
niam acquisitam, hoc est, per alium quendam, quam pecuniam ipse seruus mutuo rogare
potest, promittendo se redditum, quando manumissionis fuerit, atque tum damnum
resarcire potest. Alioqui si nulla est spes libertates, nihil potest seruus mu-
tuuo sumere. Obligatio enim in personam seruus non cadit, *l. in personam. ff. de regul.
iurii.* Et hoc Alciatus indicat, dum dicit *xviii. è xpida*, hic seruum esse dominum, h. e. in
spē, q; etiam *in d. §. dominus*, indicatur his verbis: *Auxilio pretoris in iusto domino manumis-
titur.* Ergo est in conditione manumissionis, & certum alias est, ex d. *l. 4. ff. de manumis.*
seruum redemptum alienis nummis conniventibus domini oculis, quasi suis nummis esse
redemptum, alias proprium habere non potest. *l. hos accusare. 12. §. omnib. ff. de accusat.*

Ad Theſin 25.] Opponitur aduentitium peculium, si confertur non habet filiusfa-

mil. in eo domi. i. l. 4. C. de collat. l. 1. §. si sub conditione de collat. est. Resp. Per Iustinia. constit. in l. fin. C. de collatione. hodie non confertur. Cuiac. lib. 3. obser. lib. 30. Secundo v-
susfructus filio datus ad patrem pertinet: Ergo non tamum vslusfructus patri acquiritur,
quando filius retinet proprietatem, quia hic proprietatem non habet, probatur id per l. Vlt.
C. de Christi. Resp. Vaud. lib. 5. quast. 15. affirmat, vsum fr. filii fam. pertinere ad patrem, eiq; poss.
factum filii in diem vita integrum conseruari, contra Accur. in auth. idem est. C. de bon. qua.
lib. & d. l. Vlt. C. de Christi. Sed id antea in diff. 3. lib. 2. fuit explicatum.

Ad Thesis 26.] Dicimus castrale peculium totum filio deberi. Cui obicitur val-
de l. pater. 15. §. Vlt. ff. de Castr. pecul. vbi pater habet vsumfructus castrensis peculij, filius pro-
prietatem. Si ergo pater moritur, filius plenam accipit proprietatem. Resp. Vslusfructus
separationem a proprietate accipit, § 1 supr. de Christi. Et ideo etiam hic pater habet vsum-
fructum in bonis istis ad militiam defendantem & promouendam.

Ad Thesis 27.] Affirmatur tamen per seruos nobis ignorantib. & iniuitis acquiri ex iusta
causa. Cui opponitur §. item vobis. Vers. sed si. per quas personas acquiritur. vbi per seruum non
potest acquiri, ignorantie domino. Resp. Hoc speciale est in hereditate: Nam hereditates
plerumq; sunt damno se, & multo tare alieno grauatae, & ideo iustum dominum debere ad-
esse leges volunt, eum iniquum esset ut hereditati vel tare alieno quis innitus obligaretur,
l. 6. ff. de acquir. Vel omitt. hered. Sic pupillus propter eandem causam hereditatem etiam lu-
cerolam, adire non potest, sine tutoris auctoritate, cum alias suam substantian sine tutoris
authoritate possit reddere meliorem, § sed neg. si de auth. tutor. §. nunc admonendis quib. li-
cit vel non. Alij respondent ideo seruos non posse hereditatem adire, quod aditio sit actus
legitimus, qui per seruos expedire non potest, sine iussu dominorum a quibus serui personam
accipiunt, § 1. infra de stipulat. seruor. l. actus. ff. de reg. iur. Et secundum hanc distinctionem
est intelligenda l. placet. 79 ff. de acquir. hered. vbi dicitur, quod in persona serui in mometo
consistat res, quae acquiritur, sed statim transeat ad dominium. Secundo opponitur l. ea
qui ciuiler. 53. ff. de acquir. ser. dom. vbi dicitur, possessionem volentibus nobis acquiri, non
ignorantib. Resp. Hoc quoque speciale est in possessione, quae non nisi volentibus & scien-
tibus nobis acquiritur, cum facti sit, & q; seruus apprehendit, non videtur dominus ap-
prehendisse: Ergo opus est animo & corpore ad acquisitionem possessionis. l. quemadmodum.
§ ff. de acq. Vel omitten posse. Tertio oppono l. l. §. item acquisimus ff. de acq. Vel omitt. posse.
vbi dicitur. Seruum etiam possessionem illarum rerum, quas peculiariter tenet ignorati domino
acquirere. Resp. Per seruum ignorantib. dominis acquiritur in iis rebus, quas habent in
peculio & peculiariter teneant: Et additur ibi ratio, quare ignorantib. dominis illarum res ac-
quirantur: quia voluntate domini seruus illa possidet, cui permisum est peculij administra-
tio, & hoc utilitatis causa est permisum in iure regulari, ne cogeneretur dominii per mometa
species & causas peculiorum inquirere, l. peregre. 45. §. q. s. fin. ff. de acq. Vel omitt. posse. Quarto
oppono contra dat. solut. l. q. seruus. 24. ff. de acq. posse. vbi dicitur generaliter domino igno-
ranti acquiri iusta possessionem: Ergo acquiritur possessio non tantum peculiaris rei, igno-
ranti, sed etiam aliarum rerum. Resp. In d. l. q. seruus, agitur de iusta & iniusta possessione,
& quidem in eo casu, quando seruus habet peculij administrationem, ut ante dictum est,
si ergo iusta est possessio, ignorati domino acquiritur: quia dominus creditur possidere, ut
in d. l. quod seruus. adiicitur. Hinc in thesi nostra, a proprietate possessio ita discerni debet.
¶ Possessio tamen volentibus dominis per seruos acquiratur. Proprietas ignorantibus & iniuitis.
Quinto oppono l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat. vbi non acquiritur iniuto, & iniuto be-
neficii non datur. l. iniuitus. de reg. sur. Resp. In d. l. non potest, dicitur non posse dominium cogi
ad retinendam, quae seruus acquisuit, nihilominus tamen iniuita acquiri potest per seruum.

Ad Thesis

Ad Thesis 29.] Affirmatur in thesi ultima per † procuratorem & sic liberā personam 42
scilicet & ignorantis acquiri: Scienti acquiritur, quia procurator habet mandatum de ac-
quirenda possessione, & vbi est mandatum ibi quoque est voluntas ignoranti acquiritur, quia
dato mandato & exhibita voluntate, ignorat Dominus, quo die & quo tempore eam rem.
procurator sit acquisitus possessione? Et hoc respectu dicitur ignorantis acquiri, secundum
L. C. de acquir. poss. Id q. *Cuiac. l. 62. ff. de Verb. oblig.* probat. Sed obicitur *l. per procuratorem.*
8. C. de acqns. poss. vbi dicitur. Dominium etiam per procuratorem acquiri: Ergo non tan-
tum possit. Respondet. Prossessio causa est dominij *l. i. in pr. ff. de acquir. poss.* Ergo & ido- 43
minum acquiri potest per procuratorem *l. 13. in pr. ff. de acquir. poss.* Sed valde datꝫ solutioni
obstat *l. i. C. per quas person. cuij, acquiritur, vbi* dicitur, per procuratorem nihil acquiri, nisi
causam possessionis. Respondeat gl. *s. i. l. in fin. in d. l. per procuratorem,* per causam possessionis
intelligi ipsum dominium. Et certum est procuratorem possessionem ignorantis acquirere
qua facti est. *l. i. §. i. l. possesto. 49. de acquir. poss.* Alij dicunt, si habet generale mandatum, ac-
quirere eum dominium & possessionem, idque utilitatis causa *d. l. 8. C. de acquir. poss.* Nec
obstat *l. falsas. §. i. ff. de furt.* quia ibi est falsus procurator. Nec obstat *l. cum quis. §. i. ff. de*
fals. quia ibi errat ob reuocatum mandatum. Sed valde obicitur ulterius *l. i. §. per procura-*
torem ff. de acquir. poss. vbi dicitur, si procurator suo nomine accipit rem, eam uero acquiri
domino. Resp. Nisi forte tradens gerat, b. e. tradat ei, ut acquiritur domino mandanti. Et
ita conciliatur *l. qui mihi. 13. in fin. ff. de donat.* quia ibi tradens procuratori, eo nomine rem
tradit, ut nihil acquiratur non procuratori. In *d. l. i. §. per procuratorem* traditur à tradente,
nō ut domino acquiratur. Requiritur igitur ut nomine dominij, cuius est procurator tra-
dat: Id q. constat ex *l. s. procurator. 13. C. de acquir. rer. dom.* Sed in isto ex *l. res mandata. 59.*
ff. de acquir. rer. dom. vbi dicitur: Rem procuratori nomine domini traditā non fieri domi-
ni, nisi ei tradatur à procuratore. Respondeat Charontas Græcos ita conciliare ut dicant, id
procedere subtilitate iuris, d. vero *l. qui mihi. 13. ex xequitate*, ut Pacius ex Charonta in *d. l. res*
mandata, notauit. Idemq; ad *l. per seruum. 37. §. & l. ff. de acquir. rer. dom.* Resp. Sequitur igitur
verū esse per procuratorem solam possessionem acquiri. & per hanc postea dominium
vel vñucapiendi conditionem, *d. l. i. & l. per procuratorem, C. de acquir. poss.*

Ad Corollarium.] Rationes nostri Corollarij hæc sunt. I. Quia quilibet renun-
ciari fauori pro se introducto potest, non pro alio, *l. penult. C. de past.* & *ib. Dd.* At hic pro-
liberis introducit fauori renunciat pater: Ergo renunciatio non tenet. II. Etiam si volu-
tas quidam adhuc donantis: tamen fauor liberorum est potior, qui simul suadet reuocationē
qua procedit etiam si interueniat iuramentum. Et hæc sententia Cameralibus placet.
Mysl cent. 5. ob. 63. n. 8. Et valet ipso iure renunciatio, quo ad pacem cum pacta sint ferrada
l. i. ff. de past. Rescinditur autem talis donatio per liberos, qui per querelam in officiose
donationis rescindunt obstaculum, & reuocant donationem.

DISPUTATIONIS XIII.

Ex tit. 10. lib. 2. Instit. De testamentis ordinandis.

CONTINVATIO.

Dictum est hactenus de modis sigillatim res acquirendi: sequitur nunc, ut
videamus, qualiter per vniuersitatem dominia rerum consequamur.

Thesis 1. Primus per vniuersitatem acquirendi modus est hereditas, vel
ex testamento, vel ab intestato obtingens. *§. fin. Instit. per quas person. cuij, &c.* De

testamento ut digniore & pleniore nunc in præsentia. l.8.in fin.C.commun.de succēs.l.39.ff.de acquir.vel omit.heredit.l.89.ff.de regul.iur.

2 Testamentum ex eo appellatur, quod sit testatio mentis. in prin.Instit.. de testam.ordinand:

3 Plenius definit Modestinus ICtus Testamenrum voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. l.1.ff qui testam. fac. poss.

4 Testamenti factio non priuati, sed publici iuris est. l.1.ff qui testam. fac. poss. & hoc est vel solemne in scriptis, vel nuncupatiuum. §.sed cum paulatim. Instit.de testam.ordinand:

5 Solemne in scriptis est, quo heredis nomen scribitur, & solemniter conditur in præsentia septem testium ad id rogatorum, nam testatoris ac testium subscriptione & cōsignatione. §.sed cum paulatim. Instit.hoc tit.l.omnia. 19.l.iubemus.29. C.de testam. Nuncupatiuum est; quo hieridis nomen absque scriptura nominatur septem testibus præsentibus vocemq; testatoris exaudiētibus.l.hac consultissima. §.per nuncupationem.l.26.C.de testam. §.fin.instit.de testam.ord.l.22 ff qui testam. fac. poss.l.fin.de iur.codicill.

6. Solemnitas testamentorum magna est propter eorum sinceritatē, & vt vltima voluntas sit vsque ad mortem ambulatoria, & ne quid falsi committatur, testes adhibentur. l.32. §. 3.ff.de donat.inter vir. & vxor.l.fin. C. defi-deicom:

7 Testamenta literis integris ac planis, non mutilatis & obscuris scribi debent l.hac consultissima. C.de testam.

8 Requiritur quoque ut testamentum fiat vno contextu, nullo alio extraneo actū interueniente, quod ad testamentorum sinceritatē pertinet, ne propter extraneos actus voluntas testatoris facile turbetur. §.sed cum paulatim.hoc tit..

9 In testamentis ordinandis requiruntur septem testes ad hoc rogati. . auth.rogati.C.de testam. §.sed cum. Instit.eod.tit..

10 Testes in ordinatione testamenti debent esse rogati, ita vt videant & audiant testatorem loquentem. l.si non speciali.9. & l.si vnum. 12.C.de testam.

11 Testes sese subscribere debent, nec vnum pro alio, sed quisque propria manu, nisi sint in tali loco, vbi tot literati non reperiuntur. l.hac consultissima. & l.fin.C.de testam.l.singulos.; o ff.eod.tit:

12 Testes quoq; testamentū apprīis annulis signare debent, vel si apprīos non habēt alienis, imo & ipsius testatoris annulo signare possunt, dū ramen si alieno vtantur, mentionem eius rei in subscriptione faciāt.l.22. § si ab ipso. vbi Bart.& Dd. ff.eod.tit.l.12.C.eod.tit. §.possunt autem.Instit.hoc tit..

13 Adhī-

13 Adhiberi autem possunt omnes ij testes, cum quibus testamenti factio est, idque conditi testamenti tempore. §. *testes autem. institut. hoc tit. l. 22. §. fin. ff. hoc tit.*

14 Quaritur hic, de quanam testificatione hoc accipiat, an de a*ctiua*, an passiu*a*. §. *testes autem. vbi Mysing. num. 3. institut. hoc tit.*

15 Mulier in testamento. t*estis esse non potest.* §. *testes autem. institut. hoc titul.*

16 Seruus tamen eo tempore cum signaret communi opinione pro liberto habitus, etiamsi ex interuallo seruilis conditio detectatur, testamentum non vitiabit. §. *sed cum aliquis. institut. hoc tit. l. 1. C. de testam. l. 22. §. conditionem. ff. eod.*

17 Tempus signature*s* in testium conditione potissimum inspici debet, non id quod postea illis contingit.

18 Filius familias si de castrensi peculio faciat testamentum, nec pater eius recte adhibetur testis, nec is, qui in eius potestate est, §. *pater nec non. institut. hoc tit.*

19 Testimonium enim domesticum hac in re plerunque reprobari solet. §. *pater nec non. vers. reprobatum. institut. hoc tit.*

20 Porro impubes, furiosus, mutus & surdus in testamenti ordinatione testes esse non possunt. §. *testes autem. institut. hoc tit.*

21 Item nec is, cui bonis interdic*tu*m est, neq; ii, quos leges iubent improbos & intestabiles esse, in numero testium adhiberi possunt. §. *testes autem. institut. hoc tit.*

22 Nec heres quoque, nec quem in potestate is habet, testis esse potest. §. *sed neq; institut. hoc tit.*

23 Legatariis tamē & fideicommissariis, quia iuris successores non sunt, & aliis personis eius coniunctis, testimonium non denegatur. §. *legatariis. institut. hoc titul. l. 20. in print. ff. cod. tit. l. 22. C. de testam.*

24 In testamento tempore factis factio pauciores testes, & quidem quinque admitti possunt, secundum Bald. *in l. fin. nu. l. in fin. C. de testam.*

25 Testamentum principi oblatum testibus non indiget, nec opus habet expressione solennitatum. Julius Clarus *lb. 3. sentent.* §. *testament quest. 56. num. 7.*

D I S P V T A T I O N I S XIII.

De ordinandis testamentis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Testamentorum materia prae ceteris variis subtilitate & subtilitate excellit.*

663

2. *Tofia-*

- 2 Testamentum unde sic appellatum.
- 3 Testamentum quid sit.
- 4 Testamentum definitio an conueniat codicillis.
- 5 Testamenti factio an sit iuris publici & civili, an vero iuris gent.
- 6 Testamentum cur tot solemnitates habeat.
- 7 Testamentum ad pias causas, seduos habeat testes, ratum habetur.
- 8 Furiosus non potest facere testamentum ad pias causas.
- 9 Mulier potest esse testis, in testamento ad pias causas.
- 10 Verborum superflusio obseruatio in testamentis sublata est.
- 11 Voluntas testatoris quomodo sit libera.
- 12 Iuris consultus an ad testamenti factioem requiratur.
- 13 Abbreviaturis an eis liceat in scriptione testamenti.
- 14 Exheredationem & heredis institutionem an semper in testamento ponni necesse sit.
- 15 Testamentum uno contextu scribendum est.
- 16 Actus extraneus an in testamento admitti possit.
- 17 Mortis causa donatio in testamento fieri non potest.
- 18 Testes in testamento ordinando quot requirantur.
- 19 Rusticus consultum est ut 5. testes in testamentis adhibere possint, si plures non adsinus.
- 20 Testes in testamento an debeant ad id esse rogati.
- 21 Testes presentes videre & audire testatorem in testamento debent.
- 22 Testamentum quomodo obligandum sit.
- 23 Testificatio in testamento an activa esse debet vel passiva.
- 24 Mulier an eis cur testis in testamento esse non possit.
- 25 Testimonium mulieris quando admittatur.
- 26 Testium conditio quo tempore affimetur.
- 27 Pater an possit esse testis in testamento filii militis de castrensi peculio testamentum faciesit.
- 28 Legatarii & fideicommissarii, an possint esse testes in testamento.
- 29 Pessimum tempore an pauciores testes adhiberi in testamento possint quem septem.
- 30 Testamentum principi oblatum, testibus eis alius solenitatisibus non indiget.

Ivlius Clarus in §. testam. in pr. lib. 3. recept. ar. sent. dicit. Nemine esse qui nesciat, quantum testatorum materia præ ceteris omnibus utilitate subtilitate excellat. Quotidie enim in scholis & in foro versantur super ultimis defunctorum voluntatibus varia quaestiones. Item quæst. num. 41. affirmat, quotidie per notarios confici testamenta publica forma, merito igitur hæc materia est cognoscenda.

Contra continuationem obiicitur, etiam infra agi de legatu, quibus res singulares acquirimus. Respondebat Iustin. in §. 8. t. per quas person. cuique acquiri. oportunius infra de iis acturum. Et dum dicit oportunius indicat præcedere debere testamenti tractationem, ut poterit totius, in quo continentur partes, puta legata fideicomissa & substit. Hoc enim non bene cognito, nec cognoscere bene poterit legatum. II. Obiicitur ante etiam de rebus vniuersitatis esse actum §. vniuersitatis supr. de rer. diuis. Respond. Illæ non sunt in aliquo dominio priuati sed vniuersitatis. III. Obiicitur continuationem non esse bonam cum non respiciat ad proxime præcedenter titulum secundum l. 2. ff. de stat. hom. Resp. Additur in d. l. 2. ut res fert & postulat. Hic duo tituli generales, omnib. modis acquirendi tam singulatibus, quam vniuersalibus lateri ciuiuntur. Et munus est continuationis, singulatia cum vniuersalibus coniungere.

Ad Thes. 2. Testamentum ex eo appellatur quod sit continuationis: Ita Iustin. Imperat.

perat. vult. in pr. h. sit. n. cx sententia Seruui Sulpitii, *Cel. lib. 6. noft. attic. cap. 12.* Et etymo-²
logia loco id ponitur, vel etiam loco definitionis rei. Etyinologix loco ponni potest ad
similitudinem donationis, quæ à IC. Paulo deducitur à dono quasi domi datio vel done
datū in l. senat° 35. §. 1. ff. de mort. caus. don. Deinde etiā Iust. affirmat in §. est & aliud
sup. de donat. Verba seu vocabula reb. debere esse conuenientia, & solent etiam etymolo-
giae vim rei exprimere, & ad rem ipsam concinne alludere, vnde & ab aliquibus allusio-
nes vocantur, id quod Alcietio placet, in l. taberna. ff. de Verb. signif. lib. 4. vbi dicit, non esse
etymologiam, nec Iustinianum respicere ad vocis originem, sed ad toni similitudinera
& esse potius allusionem quandam: Viglius à sola contestatione testamentum dictum
putat, quemadmodum donatio à dono. Oldendorp. in Lexico suo dicit, testamentū quasi
testationem manantem. Theophil. vocat etymologiam & notationem sono & tono ex-
perimentem vim testamenti, seu testimonium mentis defuncti, sono arguens. Parum au-
tem refutare puto, siue dicas allusionem esse, siue dicas esse etymologiam. Deinde po-
test esse illa etymologia loco definitionis rei, & tu illa verba Contestatio mentis, omnia
continer, quæ alias complectitur definitio testamenti. à ICto Modestino proposita
in l. 1. ff. qui test. mentum facere possunt. & ab Vlp. in frag. 1. 2. in pr. Et totam testamentorum
vim ac naturam nobis indicant, scilicet quod sit voluntatis nostræ sententia iusta, hoc
est, secundum leges & solennitates juris civilis, facta à defuncto: Nec Iust. forte pro-
lixorem definitionē in hisce primis Elementis ponere voluit. Sed obiicitur 1. sic: Si nihil
amplius contineat, illa Etyinologia vel definitio rei, nisi quod proponit definitio Mode-
stini, adhuc imperfecta est. Idq; ex eo probo, quod non exprimat hæreditis institutionem,
quæ est caput & fundamentum testamenti, sine quo testamentum non subsistit, §. ante ha-
redius infr. de legat. Relpond. In definitione Modestini ponitur vocabulum I v s t a Id vo-
cabulū omnia ea requirit, quæ ad testamenti factionem pertinent, nes quicquam excludit:
Ergo nec hæreditis institutionē. Vocabulū I v s t a hic generaliter omnia cōprehendit, scil.
solennitates, & hæreditis institutionē. Iustū est q̄ secundū reg. iur. fit: alias in l. 1. ff. de iniufo
rupto, &c. specialius accipitur. Fallitur igitur Accusius in d. l. 1. ff. cod. q̄ putat addenda esse
definitioni Modestini hæc verba: Cū hæreditis institutione, seu subintelligenda illa esse vna
cū exhæredatione, & additio ad institut. Accursū valde notat, quod in definitione ICti,
alias perfecta aliquid desiderer. Mynsing. in §. 1. d. 1. dicit, non opus esse suppletione Ac-
cursi.

I 1. Obiicitur à Castrense in dict. l. 1. d. 1. conuenire hanc definitionem legatis & fidei-
cōmissis. Ergo non esse bonā & definitionem esse latiorem. Resp. Quod in uno cōueniens
est, non statim conuenit in aliis. Legata & fideicomissa in testamento relinquuntur &
pars sunt testamenti, seu iusta voluntatis defuncti: Propriam autem naturam habent &
aliam etiam definitionem ut infra dicetur. Iterum obiicitur contra datam solutionem
Sed legis comparatur ex l. 12. tab. quæ ita scripta fuit. pateram. Et super pecunia sua rei
legatis. quibus verbis hereditis constitutio etiam continetur l. Verb. ff. de Verb. signif. Resp.
Verbū LEGASSIT generaliter & latissime hic accipitur: stricte significat donationē faciā à
testatore. Deniq; obiicitur q̄ definitio testamēti conueniat codicillis, & ideo esse ma-
lam, similiter enim codillus est iusta mentis testatio vel iusta voluntatis nostræ sententia
Bart. in l. 1. ff. cod. Resp. vocabulū I v s t a requirit solennitates, q̄ in testamento adhibenter,
quæ in codicillis tamen desiderantur, quod ipse Iust. Imper. affirmit de codicillis,
in §. fin. in fin. infr. de codillus. vbi hac habet verba: Nullam solennitatis ordinacionem in
codicillis requiri: Non igitur dicere possumus hanc definitionem Modestini conuenire
codicillis. Insto contra datam solutionem ex leg. si certarum 17. §. 8. fin. ff. de milite.
testa-

testamento. vbi dicitur: In codicillis etiam spectati iuris regulas, si id verum est, sequitur iustum esse defuncti sententiam, hoc est, solennem. Respond. Verum est, id affirmari in dict. l. si certarum §. Glt. coque respicitur ad ea, quae in codicillis fieri debent, alias, scil. ut adsint s. testes, qui in omni ultima voluntate requiruntur, excepto testamento, vbi 7. requiruntur testes & quidem rogati ad id specialiter. l. Vlt. §. Glt. C. de codicillis. In suo igitur genere codicillus perfectum quiddam est & regulis iuris constat, sed non est sollemnitas voluntas, hoc est, non 7. testes requiruntur rogati, & alia de quibus deinceps videbimus, nude appetit defensionem testamenti esse perfectam.

s Ad Thes. 4.] Affirmatur testamenti factionem esse † iuris publici. Cui sic oppono: ius publicum est species iuris ciuilis. §. Glt. supr. de ius. §. iur. Sed Theoph. in §. ius autē ciuilis. supra de iure naturali. & ciuil. affirmat, testamentum esse iurisgent. Et Bartol. in l. interdum num. 7. ff. de condit. indebiti. dicit esse communem sententiam testamentum esse ex iuregent. ergo non ex iure ciuilis. Respond. Pacius in b. titul. num. ii. & Iulius Clarus question. 2. in §. testamentum. Item Conna. lib. 9. cap. 1. num. 3. comment. iuris ciuil. statuunt testamentum, quoad inuentionem & usucacionem omnium gentium, teste dici esse ex iuregent. quia apud omnes gentes in usu fuit testamenti necessitas, id quod Wesenbec. etiam placet, in part. ff. hoc tit. num. 8. patres fam. omni omnibus temporib. & apud omnes populos disposuerunt ad eorum libitum de rebus suis in casum mortis. Obiit. Deportatus, inquit Porcius, quo facit testamentum l. eius §. 1. ff. eod: .Et tamen iurisgent. capax est: l. cum quidam ff. de panis. Respond. Quoad formam iuris est ciuilis, &c. Decius in l. cum quidam ff. de turisd. omn. iudic. dicit esse ex mero iuregent. sed res hanc habet rationem ut gloss. in d. loco num. 12. dicit quoad factionem seu compositionem testamentum recte dicitur esse iurisciv. & publici, pender enim à publica magistratus autoritate & dispositione & solennitate, quae formā dederunt testamento & in iis omitti à quopiā non possunt l. nemo potest. 15. ff. de legat. 1. Et dum Theoph. de descriptione testamētorū loquitur, eamq; iurisgent. esse affirmat, plurimum errat, nū dicamus, cū loqui de testamentorum usu, qui antiquissimis temporibus floruit: Quisquenam suæ posteritati consulit, & id æquum est & oritur ex animorum affectione, sed testamenti factio iuris ciuilis est: testamentum iurisgent. manet. Cuiac. in d. l. 1. ff. eod. Et hæc questio indaganda est, cum non sit sine effectu, quia dum est iurisgent. testamentum, non potest princeps dominium qualicum, alieui ex testamento auferre, vt refert Iulius Clarus in d. loco.

6 Ad Thes. 5. 6. 7. 8.] Solennitas magna est testamentorum † propter eorumdem sinceritatem, & ut ultima voluntas sit usque ad mortem ambulatoria. l. cum hic statut. §. panis. sententiam. ff. de donat. inter vir. & exor. & ne quid falsi committatur adhibentur testes l. Glt. C. d. fides commiss. Vnde nec Imperat. ipse tollere solennia iuris potest, nec ex imperfecto testamento hereditatem vindicare. l. 3. C. eod. Et si unus testis forte deceat: vel si testes suo vel alieno anno non signant, deficit testamentum, l. f. unus C. etiam eod. & si desunt solennitates, ipso iure nullum est testamentum l. 1. ff. de iniusto ruplo.

Obiicitur l. Corollarium nostrum vbi solennitates in testamento remittuntur: Non igitur verum est, tam stricte solennitates iure ciuilis requiri, vt si una desit solennitas testamentum ipso iure sit nullum. Respond. Hoc speciale est in testamento factis ad pias 7 causas, in quibus † duo sufficiunt testes secundum Bar. in l. t. num. 75. C. de sacro sanct. Eccl. & est communis opinio ICtorum. Iulius Clarus quest. 6. num. 1. §. testamentum lib. 3. sent. Idque torum in fauorem piarum causarum, quae cum sint fauorabile quiddam, merito ampliati debent, C. odia de reg. iur. in 6. Tiraquel. intr. t. de privileg. primit. 10. Sed contra datam

datam solutionem obiicitur l. i. C. de S.S. Eccles. vbi dicitur, quod ultime voluntatis liber debeat esse stylus & licitum iterum quod non redit arbitrium: Quod si verum est sequitur testamento praesertim ad pias causas facta (in quo casu dict. l. i. loquitur) non esse astricta ullis solennitatibus. Liberum est, quod nulla re obligatur. Respond. Verum est, loqui dict. l. i. in casu piarum causarum, sed non tollit omnes solemnitates, sed quasdam tamen in fauorem & celeritatem cursum piarum causarum remittere videatur. Et quidem in testamento ad pias causas vera illa est conclusio, quod non requirantur iuris positivi solemnitates, sed tantum solemnitates iurisgent. scilicet non tam stricte, testes sed tantum tot, quibus rei veritas possit doceri, & ita communiter tenent Dd. secundum Iul. Clar. in d. quast. 6. num. i. & quidem, vt ante dictum est, sufficiunt ex Bartoli sententia duo testes: Item non requiritur, vt testes sint rogati. Bart. in dict. l. s. num. 6. Mutus etiam & surdus simul à natura, possunt sub distincto facere testamentum ad pias causas. Iohan. Fab. in §. quin imo de testamento milst. Salic. Alexand. Corner. & lac. in l. discretis Cod. de testament. adpias causas vel etiamsi dolci capax testari conetur. cap. si pater de testam. lib. 6. cap. licet de sepe kur. eod. Tiraquell prolixo privilegio §. contraria. Vers. pupillus aut. furiosus † tamen ad pias causas non potest facere testamentum Bartol. in 8 l. i. num. 16. Cod. de S.S. Eccles. In testamento intet liberos sufficiunt etiam feminæ, vel fortuitæ, Hartm. Hart. lib. 2. præst. obseruat. num. 37. obseruat. 345. Welenbecius conf. 29. num. 37. cum seqq. Idem in testamento condito ad pias causas, cap. cum omnes. Vbi Abb. cap. relatu. Vbi c. extr. de testa. Tiraquell. in dict. loc. priua. 5. In testamento ad pias causas quis pro parte testatus, pro parte intestatus esse potest, vide Gothofr. ad dict. l. i. C. de S.S. Eccles. III. † Mulier in iis testamentis esse potest Bald. in lectur. dict. l. i. num. 9. Cod. de S. S. Eccles. IV. Testamentum nutu factum, si non valeat, tamen hic valet & fauore piarum causarum. Gloss. in cap. cum reb. 10. de testament. Mansissegitur quasdam solemnitates vere dicitur. Nec enim est verisimile Imperatorem unico verbo, incidenter dicto, voluisse tollere omnes solemnitates, à iure introductas, quia & ipse Imp. solemnitates iuris ciuil. sequi tenetur l. 3. C. eod. Deinde liberum est id, quod iure fieri impeditur, puta quando lege quis impeditur quid omittere, id quod fit in lego nemo ss. ff. de legat. 1. Id quod constat ex defensione libertis tradita ab Imp. Iustin. in §. 1. de iur. person. Idque Cic. testatur dum dicit: Legum serui sumus & liberi reddamur. Denique in casu piarum causarum, hoc constitutum est in iure Canon. cap. cum omnes cap. cum relatum extr. de testament. quarum dispositio referente Gazo in dict. loc. seruanda est, non solum in terris Ecclesiæ. Sed etiam in foro cæsar. Et quidem ius Canon. hac vitur ratione ex sacris literis: Nam inquit in ore duorum vel trium consistit omne verum, quamvis tamen hoc magis procedat in iis casibus, quando quid est probandum, puta delictum aliquod, & alter probari non potest, quam per duos ad minimum testes: tum enim in defectu aliorum testimoni, duo faciunt probationem, cum & alias duo sufficiant, vbi numerus non est additus. l. 3. biff. de test.

Deinde obiicitur l. quoniam 15. C. de testamentis vbi dicitur, verborum obseruantiam in testamentis non esse necessariam seu inanes II. obseruationes & propter non obseruantam solennitatem testamenti tabulas non esse irritas. Relp. Loquitur illa lex de solennitatibus verborum seu de superstitione † verborum obseruatione, quo amplius in testamentis frequentatur, vel militat, quemadmodum nec in actionum formulæ. Olim quidem formulæ certæ, erant & cogebantur omnes petere certas libellosum formulas, quas nimis curiose tenebantur obseruare, quam curiositatem etiam sustulerunt, in l. i. & 2. Cod. de formul. & impetrat. art. sublat.

III. Obiicitur voluntas testatoris est pro lege *in conditionibus suis ff. de condit. & demonstr.* Ego non est astrictus solennitatibus testator, à iure praeter p. tis. Respond. Voluntas per se \dagger est libera & pro lege valer, modo tamen noui iuris ciuili telemates omisit, quæ ut alii finij*q. am. 20. ff. 20.* requiruntur. Idque propter fidem & sinceritatem testamentorum & ultimatum voluntatum. Verbum LIBERA vel pro LE-
GEB accipitur, quatenus secundum illi viuimus, tam enim liberi reddimur secundum Ci-
ceronem: Non igitur D. obtinent puta Oldendorp. & alii, qui dum putant ad sub-
stantiam testamenti non pertinere solennitates & præualecet id, quod iuris est naturalis,
puta voluntatem ultimam testatoris, ei quod est iuris ciuili, præterea qui tantum ad
formam pertinent & ad fidem probandam, de qua Dn. Myusing in §. sed cum paulatim.
num. 3. d. n.

IV. Obiicitur: Etiam si concedatur testamentum valere tum, si legitimo modo so-
lennitatibus adhibitis est conditum: tamen certum est, etiam testamentum tum valere,
si non rite & legitime, hoc est, si non secundum reg. iur. est factum, *i. Lucius & S. & him. ff. de legat. 2.* vbi dicitur, valere tum testamentum, quando vimia diligentia non
est adhibita. Respond. Valet ibi testamentum ex mente & voluntate defuncti, clausula
scilicet codicilliari adiuncta, secundum *L. 3. ff. de mult. test. & L. & t. C. de codicill. Cuiac. m.*
b. ex hac scriptura ff. cod. Et satis hanc solutionem suppeditant illa verba: *Rationem au-*
nimis mei potius secutus. Deinde, *simus legitime & perite facere possum*, quæ ver-
ba clausulam codicillarem important quasi dixerit, si nō legitime factum, valeat tamen,
prout potest, scilicet iure codicilliari. Nam certi iuris est, testamentum in quo defunt solena-
nitates, ipso iure esse nullum *L. 1. ff. insinuatoro, &c.* Insto. Sed quod dicitur testamen-
tum, in quo defunt solennitates ipso iure esse nullum, ei obstant *I.* Fideicommissa
possunt peti ex imperfecto testamento & libertate *L. in testamento 38. ff. de fideicommiss.*
libert. Ego ipso iure non est nullum. Respond. *Ib.* non fuit addita clausula codicilliari
& tamen valet testamentum, & specie fuit in hoc casu ducta coniectura ex affecti-
one testatoris. *Cuiac. in d. l. ex hac scriptura ff. qui test. facere poss.*

11. Obiicitur *L. 1. ff. de codicill. sur. vbi* hæres non fuit scriptus, sed nuncupatus, & le-
gata fuerunt scriptræ, & sic testamentum fuit imperfectum & tamen valet. Respond. Non
ideo est testamentum imperfectum, quod hære ē nuncupatus testator, & scriptus legata,
sed legata quasi ex codicillis debentur, & pars esse intelliguntur nuncupatiū iustameū.

11. Obiicitur *L. Titus 13. ff. de inoff. testamento:* vbi appolita clausula codicillari, fidei-
commissa, ex inoff. testamento non debentur. Respond. Hoc ideo sit, quia is, cuius te-
stamentum quasi inoffic. osum condemnatur, pro demere habetur, nec intelligitur
habuisse testamenti factionē *L. nec fideicommiss. ff. de leg. 3.* Fideicommissa autem relinquent &
codicillos facere non potest, qui testamenti factionem non habet: itaque *in d. l. Titus*
fideicomissa non debentur, quia pro parte rescinditur testamentum à forore instituti.

IV. Obiicitur *L. non dubium 16. C. de testamentis*, vbi non est f. etum legitime testa-
mentum, circa fideicommiss. & legata, & tamen valet. Respond. Ideo valet, quia hæres
vel legatarius & fideicommissarius, voluntatem defuncti agnouit, & ideo testamen-
tum valet & sustinetur.

V. Obiicitur sic: Concedo non requiri solennitates hasce in testamento, quas ordine
in aliquot thesibus enumeratis ponitis. Sed tamen oppono hoc, plures adhuc requiri
& quidem ex *d. l. Lucius Titius 5. & t. ff. de l. 2.* vbi ad actu testamentorum requiritur *I. Cris.*
& Resp. Olim fuit requisitus, hodie non est de substantia, nec vsu obliteratur, alias publicus
notarius adhibetur, cuius fide instrumentum scribitur. Et forte adhiberi potest *I. Cris.*
fi ha.

Shaberit potest, ut eo felicius & rectius ille actus testamentarius peragatur, cum i*Cu* c-
aidentiorem habeant rerum noticiam, & magis sint idonei ad testamētorum ordinatio-
nem, quam alii alterius professionis homines. Deinde requiritur requisitio signorum &
subscriptionum, quæ sicut à testib. l. 4. & 5. ff. testamenta quemadmodum aperiantur, vbi
dicitur, debere à iudice admoneri signatores & testes, ut sua recognoscant sigilla. Resp.
Id non respectat ordinationem & constitutionem testatorum, sed eorundem aperturam &
publicationem, quæ lequitur ordinatum testamentum. Vnde & in ff. sequitur
longe tit. de his qui testamenta facere possunt: Et nos hic tantum de solennitatibus, quæ ad
constitutionem spectant agimus, non attendentes ad aperturam & testamenti recogni-
tionem.

Ad Thes. 6.] Supra dictum est voluntatem testatoris esse ambulatoriam usque ad ex-
tremum vitæ spacium per l. cum hic status & penitentiam ff. de donat. inter vir. & vxor. & de-
functi voluntatem pro lege esse, hoc est legis vim obtinere, Nou. 22. de nuptiis §. disponent.
Vnde videtur dicendum, posse testatorem disponere de his rebus prout vult. Resp. Ante
dictum est voluntatem quoad dispositionem de suis rebus esse liberam, non quo ad so-
lenitates obseruandas, de iure civili prescriptas: Et hoc etiam Iul. Clar. eleganter ex-
pliuit in §. testamentum q. 16. vbi affirmat, procedere hoc in his, quæ ab ipsius testatoris
voluntate dependent. Ceterum non posse cum facere, quo minus leges in testamento i-
psius habeant locum.

Ad Thes. 7.] Integris literis scribarut testamentum l. hac consultissima C. de testamen-
to, vnde eleganter querit Iul. Clar. in quest. 14 §. testamentum na. 3. an † abbreviaturis li-
ceat ut in testimentis, cum suis continet ex authent. cum sine C. de testamentis, testamen-
tum non signis, sed literatum consequentia tantum esse scribendum. Eccl. dicendum est, o-
mnia sine abbreviaturis esse scribenda, Bart. in l. quodies §. 1. n. 4 ff. de hered. instituendis. Pu-
tatur autem Iulius Clarus hoc procedere quoad signa Arithmetica, in quibus facile adi-
xitur falsitas, alias posse procedere si reliqua communiter scribantur. Deinde affirmatur
† exhaeredatione vel haeredis institutionem in testamento contineri debere, & sci-
dura alterutrum sufficere, interdum etiam utunque in scriptura testamenti coniungi,
hoc modo: *Tertius filius meus heres esto: Sēprōnius ex illa vel illa causa exbars esto.* Haeredis
autem institutio dicitur fundamentum testamenti: Quia est favorabilis sine ea, nec testa-
mentum subsistit, nisi filius exhaeredetur, & tunc nihilominus extraneus instituatur tot. tit.
infra. de hered. inst.

Ad Thes. 8.] Requiritur ut † fiat vno contextu, nullo alio extraneo actu intervenien-
te, idq; pertinet ad testatorum sinceritatem, ne propter extraneos actus facile volun-
tas testatoris turbetur. Obiicitur autē huic sententia l. assignare ff. de assig. libert. vbi di-
citur quod assignatio libertorū fieri possit in testamento. Deinde tot. tit. ff. de testamen-
taria tut. & in inst. de tutelis, vbi quis tutorum potest instituere liberis impuberibus in te-
stamento, & tutoris cōstitutio est contractus. Ergo extraneus actus puta contr. Etus fieri
potest. Deinde obstat l. non est mirum, 26. in p. m. ff. de pignor. act. vbi dicitur, quod in testa-
mento possit fieri pignoris constitutio. Item obstat §. G. t. supr. de servit. & §. 1. supra de G-
suffruct. vbi dicitur, quod seruitus in testamento constitui possit. Porro apparet id ex l. ex
sententia ff. de testamentaria tutela, si quando nimis quis per Deum obtestetur, ut quid
faciat, l. cum potest. §. filius matrem ff. de legat. 2. Ex quibus omnibus tatis clare ostenditur
contractus in testamento fieri posse, & sic admittit posse extraneum actum. Respond. In
l. heredes palam. §. fin ff. de his qui testamenta fac. possunt, actus illos, qui omnino non sunt ex-
tranei, in testamento celebrari posse, & hi (de quib. diximus) tales (aut de quibus in vlo-

timis voluntatibus optime disponi potest, legibus id permittentibus, & sunt de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Hanc sententiam Viglius in §. sed cum paulatim num. 4. & 5. amplectitur & Julius Clarus in §. testamentum quæsiōn. 75.

II. Obiicitur sic: Medicus dum moribundus facit testamentum ea hora afferit medicamenta e potanda & adhibenda, haud dubie id admittitur absque vitio testameati. Ergo adhuc videtur dicendum extraneum actum admitti posse in testamento. Respond. Naturæ necessitas admittit excusationem & veniam meretur, favorabile enim est adhibere medicamenta, & ideo extendendum est c. odia de reg. iur. in 6. Præterea quis peccaret in quantum præceptum decalogi: Non occides, si quis solemnitates testamentorum à iure ciuiili introductas potius sequi vellit, quam iuris diuini regulas quæ semper prævalent. Deinde ad id expresse pertinet l. cum antiquitas. 28. Cod. de testamento.

III. Obiicitur mutilia verbæ à moriente prolata non vitiant testamentum. d. l. cum antiquitas 28. C. de testamento, quamvis nihil valcent. Ex nec actus extranei violant testamentum. Respond. Verba inutilia censentur prolata à tali, qui iam periclitatur cum morte, qui est quasi furiosus & morti vicinus, si igitur mens testatoris potest retineri & ostendit, verba vñcunque prolata tolerari possunt & debent.

IV. Obiicitur l. que extrinsecus 6. ff. de Verb. oblig. vbi dicitur, ea quæ extrinsecus accedunt obligationi, nihil ad presentem actum pertinentia, non vitiant stipulationem. Ergo nec testamentum. Respond. Id quidem procedit in stipulatione, vt extraneus omnino actus admittitur, non autem in testamentis propter sinceritatem testatorum, & ne à moriente cogitata facile deficiant, & periclitetur ultima voluntas morientis. Deinde valde opponitur l. etiam 11. ff. de inoff. testamento. vbi dicitur donationes mortis causa in testamento fieri posse, qui tamen actus magis videtur extraneus, quemadmodum forte esset emtio, venditio, locatio, conductio. Respond. Viglius in d. l. sed cum paulatim, in s. h. t. communiter putari donationem & cæteros contractus in testamento fieri posse, cum facilis & brevi spacio expediri possint, secundum l. cum antiquitas. Verum (siquid) id nulla lege probari potest, nec etiam d. l. Quia etsi verba innuant testamento eas donationes fieri posse, tamen secundum vulgatam l. l. sententiam, in ea lege, donatio facta fideicommissi naturam accipit, Bart. in l. l. ff. de don. mort. caus. Decius consil. 196. Viglius d. loc. Quamvis etiam dici possit, ibi donationem esse factam à viuo adhuc ut tex-
tus satis ostendit non in testamento. Nam mortis causa donatio † in testamento fieri non potest, vel si sit legatum potius est, non donatio mortis causa, quæ semper à legato distinguitur in hoc, cum inter viuos adhuc fiat, testamentum vero in quo relinquitur fiat à moriente, de quo in præcedenti disputatione satis dictum est. Verum igitur manet extraneum actum, hoc est omnino à causa remotum, ad tractationem testamenti non posse admitti, nisi forte confinitatem cum testamento habeat, ut recipiat implemen-tum ultimæ voluntatis.

18 Ad Thes. 9.] Rēquiruntur † 7. testes in testamento ordinando. Obiicitur primo Paulus lib. 3 sentent. sit. 4. §. plures & l. heredes palam §. 1. ff. cod. vbi dicitur, plures quæ 7. admit-ti possunt ad testamento ordinandum, ergo verum non est 7. debere esse. Respond. Necessitas non imponit plures ne quis habeat, sed ideo septenarius numerus est con-stitutus, ne pauciores testes recipientur propter sinceritatem & fidem maiorem testa-mentorum. Insto contra datam solutionem ex d. l. cum antiquitas. At testis octauus non est inutilis, sed magis probatus, ut eo sit certior fides & sinceritas testatorum ut su-

prae dictum est. Et hoc optimo iure licet, quod Paul. in d. loco testatur, vbi dicit: Superflua facta prosum nec nocere possunt iure ciuili: Et alias vulgariter dici solet, superflua cautio non nocet.

Secundo obiicitur c. cum esses. & c. cum relatum, extr. de testam. vbi tantum duo testes iure Canon. in testamento solenni requiruntur: Ergo non septē. Resp. Id iure Canonico obtinere potest, vel dicimus in testamentis id procedere ad pias causas, ad quæ iura Canonica respiciunt, ut satis est dictum. Et quia testamenti factio est iuris ciuilis, de ea ius Canon. in contrariū nihil disponit, quamvis id Alciat, placeat. in l. i. C. de Sacrof. Eccles. referente Vigilio in d. loco. Præterea si tantum duo sufficent testes infinitis lape fraudibus testamenta exponcentur Iul. Clarus in d. §. testamentum. q. 57. n. 1. 2.

Tertio obiicitur, quilibet actus alius tribus vel duobus testibus est contentus: Ergo & hic actus. Resp. Id procedit in aliis contractibus, & vbi plures ad probandam aliquam rem haberi non possunt, si forte quid est admissum, vel alias. Hic autem præcise 7. ad minimū requiritur propter fraudes & falsitatis. Iul. Clar. lib. 3. sentent. §. testamentum. quaest. 36. n. 1.

Quarto opponitur l. Vlt. de donat. mortis causa. vbi dicitur. Ad donat. mortis causa probandam 5. testes duntaxat requiri: Ergo non 7. possunt requiri in testamentis: quia donationes mortis causa legatis comparatae sunt per omnia. d. l. Vlt. Legata autem fiunt, in testamento. §. i. infi. de legat. Resp. A legatis ad testamētū hoc casū argumentū non procedit, cum legata duntaxat pars sint testamenti, & legatis fere per omnia comparentur donationes mortis causa, ut Iustin. ipse loquitur, in d. §. i. supr. de donat. Notanda est particula fere limitatiua, qua ostenditur adhuc mansisse aliquod discrimen quo ad formam inter donationem mortis causa & inter legata. Nam donatio mortis causa sit inter viuos, legatū in testamento sit à moriente, quamvis quo ad esse etū comparentur, cum ad eundem finem tendant. d. l. Vlt. vt supra satis dictum.

Quinto opponitur l. i. ff. de ventr. inspiciend. vbi dicitur nihil referre si aliquid fuerit omissum ex hisce, q. prætor fieri iubet: Ergo dū prætor 7. testes requirit, pauciores admitti possunt: Respond. Loquitur ille texrus in alia materia, in qua non tanta solennitas requiritur, scil. in materia de custodiendo partu eoq; probando, q. per pauciores facile administrari potest. Præterea loquitur ille texrus in eo casu, quando pp̄ter iustitiam leue quiddā est omissum: Nam alias leuis solennitas omissa tales actus non vitiat, vt prolix traditū est ab Andri. Tiraq. in tract. de indic. in rebus exiguis, & alias rusticitati parci solet, l. 2. §. 1 ff. si quis in ius vocat. & rusticitati semper est cōsultū, vt Iustin. loquitur in l. Vlt. C. de testament. in qua l. 5. testes adhiberi posse à rusticis in testamētis admittit, si plures haberi nō possunt, alias tamen 7. quamvis sint literarum imperiti exigit. Deniq; obiicitur talis syllogismus: Constitutiones posteriores prioribus derogant l. Vlt. ff. de consit. pet. At Nouella Leonis Imperat. 41. disponens in testamento ciuium 5. testes, in testamento rusticorum 3. sufficere 19 est posterior constitutione Juliani, q. satis patet ex Nouella commendat. Ergo nō erito præualeat, & dispositionem Iustinianī & aliorū Impp. tollat. Resp. Verum est constitutiones posteriores firmiores esse prioribus iisq; derogare, modo tales sint constit. quæ iure ciuili approbatæ & receptæ sunt, id q. de Leonis Nouelliis dici nequit. Non enim vt authenticæ iuris nostri libris sunt insertæ, & vt Vigilius putat, in §. sed cum paulatim. n. 3. pp̄terea quod Græca lingua sunt conscriptæ illæ constitutiones junioris Leonis: Si igitur quid disponunt contra receptas Impp. Constat. non audiuntur, id q. magni nominis Vigilius in d. §. sed cum paulat. n. 7. testatur, cui etiam accedit q. consuetudo & praxis 7. testes admittat & requirat. Insto contra dat. solut. Leonis autoritatem hoc casu sequendam esē inde constat, quod Leo in d. Nouella 41. affirmat, dubitatum fuisse à priorib. Impp. an 7. an vero 5. testes suffi-
b b 3
cerent

198 . D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

cerent, & respicit haud dubie ad nouell. Iusfin. Imp. 107. §. Et si quidem, in qua Georgius Holland. & Hatmenopylus lib. 8. Epit. cap. 1. legunt hoc modo μαρτυρεῖ ἐπιτάν πέντε, h. est. testium septem aut quinque: Ergo Iustin. Imp. alterna triuam admittit, & quinque etiam testibus est contentus, sibi admodum in alio locis contrarius. Resp. iure ciuili olim in testamento per eos & libram 5. testes sufficiebant, §. t. de ord. testib. sic, sed prætor luperueniens duos adiecit. In codicillis etiam adhuc quinque testes sufficiunt, cum in iis ordinatio solennitatum non requiratur t. fin. §. fin. C. de codic. Cuiac. in l qui testamento ff. cod. In testamentis autem scriptis vel non scriptis, præcile 7. testes requiruntur. Et Iulius Patricius in Epitome sua ad dictam Nouellam, illa verba, οὐ τέσσερες non agnoscit, & addita videntur ex d. nouella Leonis 41. Vel dicimus d. nouellam 107. Iustin. loqui de testamentis ciuitatis & rusticorum simul, irat in testamentis ciuitatum 7. requirantur. d. l. hac consultissima, in pr. §§. per nuncupationem. in rusticorum autem testamento 5. sufficient, ut supra est dictum.

20 Deinde in eadem thesi affirmatur testes t debere specialiter ad id esse rogatos. Cui opponitur l. ad fidem ff. de testib. vbi dicitur, etiam non rogatum testem sufficere, ad gesta rei fidem faciendam: Ergo talsum est quod dicitis, testes 7. debere ad testamentum specialiter esse requisitos & rogatos. Respond. Speciale est id in testamentis, ut testes rogenz propter timorem fraudis & falsitatis, cum testamento variis insidiis soleant esse subiecta, d. l. hac consultis. §. fin. C. eod. Alciat. in l. C. de SS. Eccles. Idq; non tantum in testamento scripto procedit, verum etiam in nuncupatio. Gloss. in §. fin. in Verb. adhibitis h. tit. n. cum nulla differentia sit inter ea, licet d. l. hac consultissima, tantum in scripto testamento loquatur, Iul. Clar. in d. §. testamentum. quæst. §. 8. num. 1. sufficit etiam testes non à testatore, sed ab alio extraneo rogari, gloss. in auth. rogati. t. cap. C. de testib. à qua sententia non est recedendum, cum sit verior, humior & aequior, secundum Iul. Clar. d. quæst. §. 8. num. 5.

21 Ad Thesin 10. II. 12. 13.] Testes sint praesentes, hoc est, t videant testatorem, & audiант ipsum loquentem, si non speciali. C. de testamentis. Deinde fiat subscriptio per testes hac formula: Titius subscripti & Caij. Scij testamentum sub signavi, l. ad testium ff. h. tit. & ibi Cuiac. ex l. pen. ff. cod. Dictari etiam potest testamentum per aliuna, l. quis manus. l. seruus. b. t. l. quories. §. sed si non ff. de hered. inst. vbi Cuiac. affirmat, lingua Latinæ peticiam in testib. etiam requiri, & vt sua etiam manu subscriptar heredis nomen, si nouerit literas, si no nuncupet eorum testibus, qui illud in scriptiōibus apponant. Et sufficit hodie iure Nouell. §. quia vero Nouell. Et sponsal largit, id fieri per alium, scil. vt vel per testes, vel per alium nomine heredis exprimatur, cum possit testator scripturam consignatam inclusam & ligatam offerre. Deinde affirmatur in Thesin. aliquem t annulo proprio vel alieno posse vti, coq. testamentum consignare. Cui opponitur l. ad testium. 22. §. signum. ff. qui testamenta fac. possunt, vbi dicitur, quod etiam possit fieri ob signatio non tantum annulo, sed etiam alia quavis materia. Respond. Id concedimus. Nam liberum est vel proprio vel alieno anno. lo. testamentum signare, vel etiam alia quapiam re, pura, aurea, lignea, argentea, &c. quib. impressæ sunt notæ vice signi. Viglius in §. possunt. h. tit. Sed datæ solutioni opponitur d. §. signum. vbi dicitur, quod tantum annulo sit signandum: Ergo non alia materia. Resp. Welsenb. hic Baro & Hotrom. enunc. §. Veri possunt autem. dicunt legendum esse, Et non tantum, quasi non tantum annulo, sed & alia re ob signatio fieri possit. Et dicit Hotrom. se quinque; annis abhinc id existimasse, nec dum adhuc eas opin. deponere posse. Deinde oppositione l. eos. 27. §. vlt. ff. ad l. Cornel. de fat. vbi dicitur, qnemo vti alieno annulo possit: Ergo falsum est hoc. Resp. d. l. eos, vt & Rubr. & subiecta materia ostendit, procedit in tali casu, quādo quis suffuratur alionum sigillum, coq; ad scelerā & defraudationem vtitur, ut scelere hi falle

Hi falsi crimen committunt, & virgis censi: elegantur, dum futurum committant & alienam rem nuto domino contrectant. **H**ic autem omnia volente & consentiente Domino sunt; si quis autem alieno anno signat, necesse est ut careat proprio, alias non permittitur. Specul. in §. Sidendum de probat. V gl. in §. possunt. n. 6. b. 111.

Ad Thesis 14.] Quaritur de quanam testificatione id sit accipiendum, an de actua an vero de passiva. Accursus quem lequitur Dn. Mynd. & Borch. hic, de passiva intelligit, quamvis nihilominus dicendum sit Iustin. vel potius Terebonianum minus apte loqui, cum ultimum exemplum non conueniat regulæ. Intestabilis enim nec testamentum facere potest, nec heres institui potest. gloss. in l. u. cui. §. fin. ff. eod. Et simile habetur in §. cum ex alio. supr. de rer. diuis. vbi exemplum de spicis male refertur, cum in spicis non sit specificatio, sed saltē delectatio quædam, ut ibi Welsemb. & Mynsing. norāt, quemadmodum supra fuit explicatum. Et hanc Accursij sententiam Viglius in §. testes. num. 1. non improbat. Alij ut Theophil. quem sequitur Welsembec. intelligunt de actua & passiva, hoc est, qui testamenta facete, & qui ex testamento aliquid capere possunt. §. in extranis. infra. de hered. qual & different. Et ut dicit Theophil. testes sunt, qui habent testamenti factio- nem. Atque & passivam, qui possunt scribere & scribi heredes. Sed illam sententiam non posse recipi, scatis indicant exempla furiosi prodigi, impuberis, qui heredes institui pos- sunt, nec tamen possunt facere testamentum. Et otiosi frustraq. hæc personæ à regula ex- ciperentur Inso ut improbi ac intestabiles male exciperentur, qui vtroq; modo testamen- ti factionem non habent. Id quod etiam Viglius in d. §. testes n. 2. affirmat.

Ad Thesis 15.] Testis in testamento mulier esse non potest, quia sepiem cives Romani puberes requiruntur, quibus verbis mares non feminas denotantur, d. l. hæc consuli- sissima. C. eod. Deinde fecimus ab omnibus c. vilibus & publicis negotiis repellitur, quale est testamenti factio, l. i. ff. b. tit. l. 2 ff. de reg. iur. adeo ut nec in iure Canonico admittantur in prophani testamento causis ad testimonium. Vbicunq; enim non reperitur aliqua dis- positione iuriis ciuilis. d. mutatum a iure Canonico, non debemus inducere impugna- tionem interius Canonicum & ciuale, Iulius Clarus in §. testamentum. lib. 3. sentent. quæst. 55. num. 5. Quarunt autem rationem, quare mulier non admittatur? Aliqui dicunt, ut Decius d. l. i. ff. de regul. sur. num. 34. & Iulius Clarus. §. testamentum. d. quæst. 55. num. 3. id fieri pro- pter fragilitatem sexus, quæ ratio videtur Viglio d. §. testes. num. 3. & Mynsing. num. 4. nimis generalis, & sane hic non sufficit, quia prohiberet in contradicibus etiam inter- ponit illarum testimonium, quod tamen est falsum per l. qui testamento. §. mulier. b. 111. Præ- ter hanc igitur sententiam est aliam esse. Deinde cum hac ratione specialitatis concurrere potest ratio Viglio hic cum dicit inde hoc esse: quia veteres ad solennia nec mulieres, nec seruus, nec impuberem, nec peregrinum admitterunt, d. l. qui testamento. §. seruus. b. tit. Et qualitas ex antiquis testamento rum generibus descendit. Quod Mynsing. in d. §. testes. num. 4. probat. Alias vbi non tanta solennitas requiriuntur, mulier testis esse potest, & in testamento militis, in quo omnis solennitas est remissa: Item inter liberos & ad pias causas, Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum quæst. 55. num. 5. Et dicunt mulierem ex rati- one sententias, testimonium ferre posse, non autem ex ratiis over magis l. ex eo 18. ff. de testibus. d. l. 20. §. mulier ff. eod. Cuiac. ad d. l. qui testamento. hoc sic. Welsembec. hic. Sed mulierem testem esse posse in testamento. probabo ita: Cui licet id quod plus est, licet etiam id quod minus est. Miseri autem licet in iudicio versari, quod plus est: Ergo potest esse testis in tes- tamento. Quid minus est: cum non sit mere publicum quoddam, sed tantum autoritate publi- cum d. l. 3. ff. b. 2. Resp. Nego minorem, quia magna est ratio diversitatis. Ceterum est in crim- nalibus

DISPUTATIONE IVRIS CIVILIS.

200 nalibus inter quæ eriam legis Iul. poena referatur *tos. sit. ad leg. Iul. de adulst.* debere esse p^{ro}s^{er}bationes luce meridiana clariores: Ego vbi † aliter quid probari non potest, testimonium mulieris admittitur, quæ deposita ea, quæ vidit, & multo magis in ciuibus requiritur & admittitur testimonium eius, præsertim quādo alij testes haberet non possunt: Non ita est in testamento vbi non necessitas talis pbandi militari, cum in iis multi alij boni & honesti viri possint eligi: quorum copia vplurimum haberet potest, qui nō ex necessitate facti vel delicti præcedentis producuntur, vt mulier in delictis probandis. Sed ex libera testatoris voluntate. Et plus est, ppter sinceritatem testatorum, & ultimarū voluntatum, c^{on}seruationem testem esse in testamento, quam in iudiciis. Insto contra dat. solut. opponendo *L. qui testamento. §. cum qui. L. repetund. ff. b. sit. num.* vbi dicitur, q̄ possit is qui lege Iulia repetundar. est damnatus in testamēto testis esse, additurq; eius ratio ex collatione iudiciorū. Quia inquit, IC^llus, in iudicio esse veratur testis. Resp. Addēda est ibi negatio, vt notauit Pacius & Dn. Borcholt. hic, ideo, quia aduersare ut *L. repetund. 15. ff. de test.* vbi dicitur, q̄ repetundarum damnatus, neq; ad testimonium neq; ad testamento adhiberi possit. Deinde id satis colligitur ex *d.l. qui testamento. §. cum qui.* Nam ratio directa suadet negationem esse addendam, quæ talis est. Veratur damnatus repetundarum esse testis in iudicio: Ergo nec ad testamento adhiberi potest, quod maius quiddam est.

Ad Thesin. 16. & 17.] In testium conditione † tempus signationis inspicitur, non

201 id quod postea illis contingit: Cui oppono *L. qui ab initio. ff. de reg. iur.* vbi dicitur, quod ab initio non valet, tristitia temporis non conualescit. Resp. Illa regula in testamentis quo ad hoc, non procedit, idq; hac ratione, quia si persona illa, quæ tempore signationis fuit idonea, tempore aperiendarum tabularum non valeret, desiceret testamento, ex eo, q̄ testis septimus desiceret, cum tamen certum sit, oēs testes debere cognoscere sua sigilla, tempore aperiendarum tabularum. *L. ff. testament. quemad. aper.* Ergo in testium conditione inspicimus initium & originem, non quæ postea testibus acciderunt. Insto contra dat. solut. ex *L. notionem. §. fin. ff. de verb. sign.* vbi dicitur, q̄ ipso actu rei aliquis debeat esse idoneus, donec ille actus daret. Et Dd. dicunt in *L. 1. C. de testamen.* quod in testamento duplex idoneitatis tempus requiratur, cum testamentū aperitur & cum sit. Resp. Faber, quem sequitur Dn. Mynsing. in *§. sed cum aliquis. n. 6.* hanc obiectionem multum Accurs. & alios Dd. rotulisse, sed vt sit, coincidit cum superiori, & respondeatur: Etsi in quocunq; actu vel dispositione, inhabilitas superueniens impedit testes produci in iudiciū & examinari: singulariter tamen iure est introductum vt testamento ipsorum testimonium admittatur propter magnam ultimā voluntatis fauorem. Quia nisi id fieret testamento non posset conseruari, quod tamen publice interest. *L. G. all. §. quod se. 15. ff. de lib. & possib.* quo factum vt Iustinian. dicat, in *§. sed cum. b. sit.* sc ex liberalitate sua testamento subuenire, iure speciali contra regulam iuris.

202 Ad Thesin 18.] Affirmatur † filii fam. militis de castrensi peculio: testamentum facientis patrem non posse esse testem, nec eum, qui in eiusdem patris potestate est. Cui oppono directe *d.l. qui testamento. §. per contrarium ff. qui testamentu sic. poss.* vbi dicitur. Patrem eius, qui de castrensi peculio potest testari, adhiberi posse ab eo testem. Respond. Habetus solutionem in Thesi nostra ex *§. in testib. h. sit.* dicitur n. ibi quod filius fara. postmissionem id facere non possit: Ergo à contrario sensu ante missionem filius fam. id optime facere potest. Quia anteq^{uo} dimissus est, adhuc versatur in expeditione miles, & adhuc est iuramento obstrictus & immatriculatus. Potest igitur tum facere testamentum prout vult cum sola eius voluntas tantum spectetur, *L. 1. ff. de testa. mil. §. 1. infi. eod.* Et in tali casu *d.l. qui testamento.*

INSTITUTION. LIB. II.

201

refamento. §. per contrarium. loquitur. Deinde nec testimonium domesticum valet, hoc est, corum qui in alterius sunt potestate.

Ad Thema 22.] Affirmatur † legatariis & fideicommissariis testimonium non dene-
gari, hoc est, eos testes in testamento esse posse, & omnes in quorum sunt potestate. Et quos
habent in potestate. Cui oppono *l nullus. ff. de testib.* vbi dicitur: Nullus in propria causa
est idoneus testis. Certum autem est, legatarios & fideicommissarios hic testes esse in pro-
pria causa, cum sperent ex testamento legata & fideicommissa. Resp. *Wesemb. num 11. bie*
& *Myusing. num 4* & *Viglius* putant, hoc ideo fieri & concedi à Iustiniano legatariis & u-
deicommissariis, quia in testamento ipsorum causa principaliter non agitur, sed saltē
in consequentiā, ratione rei singularis, nō ratione hereditatis totius: Nam tota res agitur
inter heredē & testatorem, non inter legatarios & testatorem, & ideo heres utpote in pro-
pria causa nō potest esse testis, §. sed cum paulatim. h. t. n. Legatarius non est heres regula-
riter. Si enim esset heres, nō admitteretur utpote testans, quasi in propria causa. Legatarius
autem tantum super singulari portione est testis, & quidem in consequentiā, quod non
attendi solet. Idque ideo Iustinianus constituit, quia legatarij & fideicommissarij magis
testes esse velle præsumuntur, si aliquid accipiunt, & promptiores etiam erunt, quasi alle-
cti honorario, ne forte testamentum deficiat: Et pro hac re, scil. fideicommissarium & le-
gatarium non esse veros heredes, texrus est elegans in *l id tempus. 14 ff. de fiscap. & fiscus-*
pat. vbi dicitur, fideicommissarios & legatarios quodammodo & quasi heredes esse. Vbi
notande sunt duas particulae impi oprietatem importantes, quae ostendunt vere heredes
eos non esse. Deniq; oppugno illa *L. 1. §. in propria causa. quando appellatum sit.* vbi dicitur,
ad quem venit emolumenntum in propria causa agere. Legatarius & fideicommissarius ca-
piunt emolumenntum: Ergo in propria causa agunt. Et per consequens secundum *d. l. nullus. ff. de testibus.* testes esse nos possunt. Respond. *d. l. 1. §. in propria causa* non loquitur in
casu testamenti. Et hoc dispositum est à Iustiniano in fauorem testatorum, ne desinet
aliqui testes, sed ut prompte ad sint multi, puta fideicommissarij & legatarij, & in conse-
quentiam ramen, ratione rei specialis propria causa est, ut supra dictum.

Ad Thes. 24.] Affirmamus aquo rem esse sententiam, ut tempore † pestis facto
testamento pauciores admitti possint testes, & quidem §. secundum Bald. in *l fin. num. 1.*
in fin. C. de testam. Cui oppono rescriptum Diocletiani & Maximinia in *l. casus. 8. C. de te-*
stament. vbi dicitur, remitti non debere numerum testium in testamento militis. Resp.
Dicimus in *thes.* id ex aquitate procedere, alias de rigore iuris secundum *d. l. casus.* id non
videtur procedere. Et aquitas inde est, quia tempore pestis ob suspicionem contagionis
personæ, non ita facile ad infirmos accedunt, prout tempore sanitatis: Et qui amat peri-
culum peribit in eo, ut habent sacra literæ. Imo aliquis peccat contra quintum preceptū
decalogi, Non occides: cuius obseruatio nobis sit potior. Hinc concludit Iul. Clarus, se
intrepide sic iudicatum, quicquid Angelus & alij contradicant in *l. fin. C. de testamentis.*

Ad Thes. 25.] Testamentum oblatum Principi, † non indiger testibus, non habet
opus expressione solennitatum Iul. Clar. lib. 3. sentent. §. testamentum. qua. §. 56. n. 7. Id quod
etiam probatur per *legem omnium. 19. C. eod.* vbi dicitur, omnium testamentorum solenni-
tates superare hoc testamentum. Et nulli testes sunt necessarij, ut in omnibus aliis testamen-
tis. Idq; vis vocabuli *omnium* importat. Sed obiicitur *l. 3. C. de testamen.* vbi dicitur: Impera-
torē testamentorum solennia mutare non posse. Resp. Non potest ea fallere si sunt posita in
testamento & obseruata. Deinde nec ipse Imp. in proprio testam. eas potest omittere. Alias
si qui Imp. offert tabulas testam. non rite factas, confirmationē accipiunt ex plenitudine
imperatoriaꝝ Maiest. ut & alia multa, alias infirma illa firmitate iuantur & sustentantur.

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

DISPUTATIO XIV.

Ex tit. 11. & 12. lib. 2. Institut. de militari testamento, &c.

CONTINVATIO.

In superiori disputatione egimus de pagano testamento scripto & nuncupatiuo: Nunc quoque de militari testamento dispiciamus. Mynsing. in rubric. tit. de milit. testam. num. 1.

Thesis 1. Militare testamentum est, quod fit à milite armato in castris & expeditionibus degente, diciturque priuilegium, omissis testamentorum solemnitatibus. §. 1. & §. sed hactenus. Institut. de milit. testam. l. 1. ff. eod. tit. l. penult. & fin. C. hoc tit.

2 Vt iure militari quis testatus esse dicatur, ante omnia requiritur, vt non men suum apud Ducem belli professus, & in numeros relatus sit. Vnde qui in numeris non sunt, licet publicis expensis iter faciant, milites dicendi non sunt, nec iure militari testari possunt. l. ex eo tempore. 42. ff. de milit. testam.

3 In quo ordinando supradicta diligens obseruatio militi propter nimiam imperitiam & simplicitatem constitutionib. principalibus remissa est. in princ. Instit. b. tit. l. 1. ff. eod. l. 3. C. eod. d. tit.

4 Nam quamuis neq; legitimum numerum testium adhibuerit, neque aliam testamentorum solemnitatem obseruauerit, sed quoquo modo volūtatem suam supremam, siue scriptam, siue sine scriptura reliquerit, recte nihilominus testatur, videlicet cum in expeditionibus occupatus est. in princip. vers. nam quamuis. Instit. b. tit. l. diuinus. ff. eod. l. penult. C. h. d. tit.

5 Illis autem temporibus, per quæ circa expeditionum necessitatem in aliis locis vel suis ædibus degunt, minime ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur, sed testari quidem, et si filii familias sint, propter militiam conceduntur: iure tamen communi eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum proxime exposuimus. §. illis autem. Instit. b. tit. & in princ. Instit. quib. non est permis. fac. testam.

6 Quod tamen ad milites vel in commeatu Principis, vel in præsidis, aut limitum, aut oppidorum merentes non extendimus: illi enim ipsi quoque priuilegio militari iure gaudent. Conan. lib. 9. comment. iur. c. 5. num. 9.

7 In testamento militis anno aliqui testes necessarii sint & adhiberi tenantur, & quotnam. §. 1. Instit. hoc tit.

8 Militum priuilegia hodie non cessant per tot. tit. ff. & C. de milit. testam.

9 Quinimo mutus & surdus miles testamentum facere possunt, quatenus militant & in castris degunt. §. quinimo. Instit. hoc tit. l. 4. ff. eod. vbi tamen constitu-

constitutionem Iustiniani in l. discret. 10. C. qui testam. fac. poss. attendendam esse contra Accursium cum Iasone & Fabro assueramus. §. quinimo. vbi Myns. num. 3. Instit. hoc tit.

10 Post missionem vero veterani vel extra castra alij, si faciant adhuc militantes testamentum, omnium ciuium Romanorum iure id facere debet. §. sed hactenus. Institut. hoc tit. l. ad veterani. ff. ad leg. F. ilcid. l. fin. §. sed & veterani. C. de inoffic. testamento.

11 Et qui in castris fecerunt testamentum non communi iure, sed quomodo voluerint post missionem causariam vel honestam intra annum tantum valebit. §. sed hactenus. vers. & quod in castris. h. tit. l. 2. 26. 36. §. fin. & l. 38. ff. h. tit.

12 Idque verum est, etiamsi post annum conditio institutioni heredis ascripta extiterit, mortuo testatore: intra annum enim valere hoc testamentum quasi militum placuit. §. sed hactenus. vers. quid ergo. Institut. hoc tit. l. quod dicitur 38. ff. cod. tit.

13 Sed et si quis ante militiam non iure fecit testamentum, & miles factus, & in expeditione degens, resignauit illud, & quidam adiecit siue detraxit, vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis, dicendum est valere hoc testamentum quasi ex noua militis voluntate. §. sed & si quis. Institut. h. tit. l. 9. & 20. §. 1. ff. cod. tit. l. 8. §. 3. ff. de iure codicill.

14 Deniq; minima capit. diminut. vt arrogatione & emancipatione testament. militis neutriq; fit irritum. §. sed & si quis. vers. deniq;. h. tit. l. 22. & seq. ff. eod. l. 6. §. ff. fin. de iniust. testa. Et si autem quidam ex interpretib. nostris vetera haec militum priuilegia nostri temporis militib. haud conuenire existimant; verius tamen est eadem iam nunc quoq; sarta testa; remanere. in rubr. C h. tit. Bart. in l. filius fam. §. reterani. ff. de procurat. Bald. in l. pen. ff. ex quib. caus. maior.

15 Quemadmodum autem de castrenis. bonis iure militari, ita de quasi castrenis. iure communi testari Iustiniani constitutione permisum est. §. sciendum. h. tit. l. fin. ff. qui testam. fac. poss.

16 Qui alieno iuri subiecti sunt, hi ius testamenti faciendi non habent, etiam cum parentum consensu. ac permissione, exceptis militibus de castris peculio. in princ. Institut. quib non est permis. fac. testam.

17 Impuberis, quorum nullum animi iudicium est, testamentum facere nequeunt, etiamsi postea puberes fiant. §. pr. eteca. Institut. hoc tit.

18 Furiosi quoq; mente carentes, testamentum facere non possunt, etiamsi postea compotes mentis fiant, & decesserint: ante furorē tamen si testamentum fecerint, valebit. §. pr. eteca. vers. item furiosi. Institut. hoc tit.

19 Similiter pdigus, cui bonoru suoru administratio est interdicta, testamentum condere nequit: sed q; ante factum fuit ratu permanebit. §. item pdigus. h. tit.

20 Sic quoq; surdus, qui nihil omnino audit, & mutus, qui nihil omnino loquitur, testamentum condere non possunt. §. item *surdus. Instit. hoc tit.*

21 Item Cæcus testari nequit, nisi per obseruationem, quam lex diui Iustini patris nostri introduxit. §. *cæcus autem. Instit. hoc tit.*

22 Denique eius, qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, nullū robur habet, quamuis redierit, sed quod, dum in cinitate erat, fecit, siue redierit iure postliminij, siue illic deceperit, fit validum ex lege Cornelia. §. *eius qui. Instit. hoc tit.*

Corollarium: Priuilegium anni post missionem præfectos quoq; & tribunos, ceterosq; qui successorib. acceptis militare, desinunt, habere contra Africanum cum Accursio, Bart. & Cuiacio æquius arbitramur. l. 21. ff. de *testam. milit.* Cuiac. in tract. suo ad *Africanum. in d.l. 21. fol. 143..*

DISPUTATIO X.III.

De militari testamento, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Testamenti militaris definitio, an codicilliis competat.*
2. *Testamentum militare à codicillo militari quomodo differat.*
3. *Miles quis sit dicendus & quid in eo requiratur.*
4. *Stygma militibus cur hodie non, & olim, inauratur.*
5. *Militis priuilegium an sit, quod posset ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere.*
6. *Militum priuilegia unde orta sint.*
7. *Ruficorum & militum cur non sit eadem conditio in faciendo testamento.*
8. *Imperiorum militum unde astimanda.*
9. *Veterani & militia dimissi milites, cur priuilegio militum gaudeant.*
10. *Milites cur intra annum a bello, in pace adhuc gaudeant militari priuilegio.*
11. *Milites an preut volunt & possunt, testamentum facere queant.*
12. *Testes in testamento militari quos & quare requirantur.*
13. *Militum priuilegia an ho. lie cessent.*
14. *Milites quando priuilegiis testamenti militaris non gaudeant.*
15. *Vigiles an & quare gaudeant militum priuilegio.*
16. *Aduocati quomodo milstant.*
17. *Filius familias an testari non possit.*
18. *Surdi & muti an testamentum facere possint.*
19. *Milites surdi & muti an à testamenti factione excludantur.*
20. *Cæci an facere testamentum possit.*
21. *Testamentum in ciuitate factum, antequam quis capite minutus fuit, an valeat.*
22. *Milites qui curationis grata in quiete sunt, an priuilegio militari gaudeant.*
23. *Morbus non tollit priuilegia.*

NVNC de pagano testamento scripto & nuncupatio actum fuit. Iam etiam demissari quædam contraria sunt noranda, & peculiariter de militari testamento fuit agendum, præsertim cum habeat specialia priuilegia ius testamentorum singulare vel commune.

Ad Thes. 1.] Hæc definitio sumta ex definitione testamenti scripti vel solennis, quæ est in l. ff. q[uod] testamenta fac. possunt, & accommodata est ad militare testementum, paucis verbis mutatum. Dicitur enim testamentum militare sententiam esse, id est, ultimam voluntatem ad nouissimum iudicium. Nec tamen addimus quod sit iusta, id est, solennis sententia pro quo vocabulo ponimus vocabula illa: Minus solenniter facta. Sed obicitur quod illa definitio competit codicillis. Nam & codicillus est sententia eius, quod quis post mortem fieri velit, minus solenniter facta, id est, ordinarias solennitates minime desiderans, §. 6. l. in fin. infra de codicillis. Respond. Hoc ne sit, id est, ne definitio militaris testamenti coincidat cum codicillorum definitione, adiecta est definitiæ vocabulum miles, quod differentiam specificam inducit quo vocabulo codicilli à testamento militis distinguuntur. Insto contra datam solutionem ex l. si certum. 10. §. 6. l. ff. de testamento militari. & ex l. 8. §. 1. & ex l. Aristo. 9. ff. sur. codicillo, ubi dicitur, quod eriam miles codicillos facere possit. Sed illis certissime competit definitio testamenti militaris. Ergo adhuc definitio testamenti militaris latior est definitio. Respond. Tisi hoc dicendum videtur: tamen certum est in aliquibus non distare posse militare testamentum, & codicillos iure militari factos. Quia requiritur adhuc in testamento militari ut id probetur, hoc est, ut probetur id tantum testatorum militum serio testi voluntate, id quod in thes. 7. affumatur: Et quamvis non exprimatur hoc in definitione, tamen ex alia thesi id conspicere potest, tale quid in codicillis militibus non requiritur. 2. testamento hæredem instituere tenetur miles, id enim substantiale & internum & formale est testamento iuris omnium. Non autem in codicillis militibus potest miles hæredem instituere, nisi forte sit ad formam testamenti facti. lg. 2. §. 1. l. 13. illud §. 1. ff. de iure codicillorum.

Ad Thes. 2.] Proponitur hæc definitio, militis scilicet quod is sit miles qui in expeditione est occupatus, hoc est, qui versatur in expeditione & militia sed si expeditione infra de exhort. liberor. l. 6. l. de rebus milit. Deinde requiritur ad definitiæ nœt militis, ut sit obstrictus iure iurando; hoc est, symbolo crassi induitus & in numeros relatus, hoc est immatriculatus, in alibi inque militum relatus, quod sit tempore explorationis. Et hæc coniunctim requiritur scilicet ut sit immatriculatus & iure iurando obstrictus, quæ duo principia sunt, toles enim: delectus non facit militem nisi sit in catalogum recepus, & iuri iurando obstat. l. ex milit. 11. ff. de iure milit. Sed opponitur dataæ explicationi l. suri. §. 6. ff. se bonorum posse. ex testamento, mil. vbi licet quis non sit in numeris: tamen est miles. Respond. Est specialis casus, ut si quis est in numeros recepus & postea ab uno in alium numerum sit transferendus est nihil minus miles, vel habetur pro militi. Quia breui in alium numerum est transferendus. Nec curatur illa mora pauca interueniens, cu[m] modicum prætor non cureret. Et alias in simili quodam videmus, specie certa alicuius rei, fictione quadam iuris rem eam esse iam nunc, qualis est futura. Vnde propter spem libertatis in servitum seruus dicitur habere suam pecuniam §. 1. de noxal. act. Hinc tutor dari potest seruus cui libertas dicitur, est reliqua, propter instantem libertatem l. si impuberis 13. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. cum alias certum sit libertum debere esse tutorum. §. 1. supra de tutelis, idque ita quadam iuris fictione conceditur, ut & in hoc casu, vbi miles ni-

hilominus est, etiam si sit extra numeros: ad quos tamen breui est redditus. Deinde op-
ponitur stygma inuri militibus, id quod ex historicis constat. Ergo nondum perfecta
est militis definitio. Respond. In † locum stygmaris brachii iauriti, successit symbo-
lum dñe *Lösung*, item cinctura ut olim fuit. Vnde & adhuc milites se cingunt certis
ligaculis, presertim tubicines & signiferi, & honestior quidem est illa cinctura vel symbo-
li redditio, quam stigmatis iustio, quæ iam dudum abusu militum recessit. Et quam-
uis illius mœris ut & forte aliorum, adhuc in historicis mentione fiat: tamen illa nostros
milites non obligant, nec ad eos pertinent.

III. Tertio obiicitur sic, superflua in definitione non sunt ponenda. Sed cinctura
est superflua, cum ex matriculatione pendeat. Ergo tantum sufficit immatriculatio &
iuris iurandum fidelitatis. Respond. Esti vna cum immatriculatione datur ipsius cinguli
cinctura: tamen haec possunt distingui eodem modo, ut immatriculatio & iuris iurandi
obligatio, quæ etiam eodem modo sunt coniuncta.

Ad Thes. 3. 4. 5. 6. & II. Militibus est remissa diligens observatione in testamentis, hoc
est, solennitates adhibere non tenentur § primo h. tit. Eorumque sola spectatur voluntas,
§. 1. de hered. institut. l. Antonius 42. ff. de fideicom. liber. quo sit ut contra iuris regulas mili-
ties pro parte testati pro parte intestati decedere possint, §. hereditas sup. de hered. instit. l.
§. miles 6. §. 1. miles, ita b. tit. l. 19. neco §. ff. de reg. sur. Sed quod dicitur priuilegium esse,
id est, quoddam priuus ius commune, ut † licet militi pro parte testatum, & pro par-
te intestatum decedere, ei obstat l. nam et § parentibus 15. §. & l. ff. de inoff. testamento, vbi di-
citur, non absurdum videri, pro parte testatum & pro parte intestatum decedere. Eclo-
quitur ille textus non in casu militis. Ergo id priuilegium militum dici non potest. Re-
spond. Specialis est ille casus. Nam filius erat præteritus, & instituerat querelam in offi-
cio, aduersus duos heredes scriptos, & conferens diuersas iudicium sententias, unum
heredem denicuit, ab altero superatus est. Competit ergo filio ratione hereditatis diui-
dendæ inter se & eum, à quo est vicitus, iudicium familie herciscundæ, pro dividenda hæ-
reditate, & venit filius ad hereditatem ab intestato, hoc est, ut in textu est, sit legitimus
hæres, alter à quo est filius superatus suam partem ex testamento haberet, quo casu videret
pater fam. pro parte testatus pro parte intestatus discessisse. Idque non sit statim ab initio
testamenti, hoc est, tempore mortis, sed ex post facto scil. post apertas tabulas, postquam
cognovit alios esse heredes scriptos, eosq; hereditatem adiisse, seq; præteritum faisse. Et
ita etiam sentit Gloss. in d. l. 15. Alias d. *Lieu necessarium* ff. de reg. sur. & d. § hereditas, tum
procedunt, quando pater fam. ab initio pro parte testatus & pro parte intestatus dece-
dit, quod hic non facit. Nam duos heredes instituit, & sic totam hereditatem distribuit.
Manet ergo verum id priuilegium esse militare. Et sciendum porro priuilegia militum,
quorum nonnulla recenset Myns. §. 1. h. tit. ex antiquo illo in procinctu testandi iure ora-
telle, Landrecht. lib. 1. art. 6. Wesenb. n. 2. ff. h. t. Vnde causa impulsu horum privilegio-
rum fuit olim militia l. 1. ff. h. t. hodie est expeditionum necessitas vel nisi militia immi-
peritia. *hic in princ.* Inter armorum enim strepitum leges silent. Mynsing. §. 1. hoc sit. Et nul-
la militum impetrata vel iuri est ignorantia l. r. Cod. de iuriis & facti ignor. snia, & arma
potius scient milites quam iura. l. & l. in pr. C. dc iure delib. Hinc nec milites possunt esse
cultores agrorum, ne omittant usum armorum, l. milites 33. C. locati. Sed huic causæ pri-
uilegiorum militarium oppono, quod rusticci teneantur adhibere quinque testes ex con-
stitutione Iustiniiani, in l. & l. C. de testamento. Hi reuera imperiti sunt & excusatione
etiam habent, l. 6. §. mediocritas ff. de excusat. tur. Et rusticitati alias est parcendum, l. 2. §. 1.
ff. si quis in iure vocatus. Ergo & hi non teneantur adhibere testes, & possent facere testa-
mentum

245

tenantum prout vellent, si imperitio esset ratio introductorum, & concessorum priuilegiorum, dum autem rustici ex constitutione tenentur quinque adhibere testes, & id facere tenentur milites. Respond. Rustici † simplices & imperiti habentur mente & animo, non enim sunt ita ciuiles & artibus exculti ut ii, qui in ciuitatibus habitant. Deinde in tute, vel docti viri vel commodi testes ad testamentum sape adhiberi non posunt. Vnde inspecta rusticorum conditione, id ex quadam concessione & indulgentia nisi permittitur, vt tantum quinque testes habeant, cum eos tandem conquirere possint in pace. In militibus alia est ratio. Quando enim ipsis priuilegia militaria conceduntur propter imperitiam, non intelligitur literarum imperitia, aut morum, hoc est, imperitia animi, sed imperitia quadam † accidentaria, obviens ex instanti periculo hostium, & ex perpetua celorum expectatione, vnde eos astimamus imperitos, non ex arte, sed ex praesenti mortis periculo, propter quod etiam redduntur doctissimi milites attoniti & perturbati, ita vt quasi obviri, nesciant quid agant, & iura ignorare credantur propter metum inopinatum hostium. Et si tum miles in illa hostilitate agens facit testamentum, potest id facere pro vt vult, nulla solennitate obseruata, idque ei ob imperitiam, hoc est, propter metum instantis expeditionis, negotii & periculi est indulsum. Et nisi vocabulum imperitia ita explicaretur, obstaret l.certi juris. 17. C.de iudic. vbi dicitur quod peccatis ut plurimum milites, & iudicandi facultatem sibi concessam habeant, cum & legamus sape in expeditionibus fuisse ipsum Vlpianum quem obiecta toga Alexander Seuerus aduersas pyratas milites defendit. Et constat satis, haberi disciplinam aemodum rigorem in expeditionibus, & magis durem, quam alias in pace fieri solet. Vnde is, qui vallum transcedit in bello, capite punitur, l.3. §. nec non ff. de militari. Id quod ita fieri debet, alias petulantis milites constitigi & coerceri non possint. Et illa est disciplina militaris. Et si quis videat forte hostem vel impetum hostium, vel tela eorum, vel incusione expectat, si tum testamentum facit, etiam literarum & iuris ac solenitatum iuris non sit signatus: tamen testamentum iure militari valet. Illa ratio nunc cessat in rusticis, qui vivunt in pace, & facile quinq; testes ad probationem ultimae voluntatis habere possunt, cum propter pericula imminentia non impedianter. Imperitiam ergo exturbata mente metimur.

II. Oppono veteranos, hoc est, à militia dimissos, iure militari vt intra annum post missiōnem, si tamen iure militari in castris id testamentum fecerint. Id quod in thes. II. affirmanus. Hi autem non sunt in expeditione nec coguntur ferre periculum, nec habentur imperitiatione, instantis periculi. Ergo illa causa non est vera. Respond. Imperitia non est sola cedula priuilegiorum militum, quamvis eam solam Iustinianus hic in princ. ponat, sed coniuncta est huic causa alia, quam etiam in thes. 3. addimus, scil. meritorum, vel publicæ utilitatis, qua hoc † operatur in veteranis dimissis, qui eis in expeditione non degant, & periculis belli non sit expositi: tamen dum bene meriti sunt de Republica & corpus suum pro defensione Reipub. Romanæ expoluerunt, merito etiam habent sibi indulsum priuilegium, secundum l. Vn. ff. de bonorum possess. ex testamento milit. Decius in l. quinquaginta C. de militari testamento. Et quod huic causa positæ à Iustiniano deest, ex aliis textibus est supplendum, cum uouum non sit, legem cum lege coniungi l. non est nequam ff. de ll. Concludimus ergo loco modo, priuilegia militum primo propter imperitiam h. c. iuris ignorantia, propter instantis periculū creatā & causatā gaudere eos priuilegios. Secundo propter merita Reipubl. i.e. publica utilitas. Haec duæ causa si sunt coniunctæ res est expedita. Nā milites in bello & † pace prosunt. Vnde & in pace intra annum 10 priuilegium militare habet. His coniunctis facile ad legē sciri iuris 10. C. de testam. milit. respon-

respondere possamus. Vbi dicitur *testimoniis & apparitores*, qui virorum magnificorum & Ducum militum iusti, inibus obtemperant, non possunt iure militari testari, quamvis relati in numeros, id est, immatriculati: Quia non pugnant, non censentur imperiti ratione instantis periculi, & lepe auxilia sunt in negotio ducum militum, ut pote hodie legati, quis tamen secundū Dd. videatur dicendum nos si in prælio sint iure militari testari posse, merita ergo eorum erga tempub. Romanā extant. Sed non occupati sunt in bellis ita ut milites, nec definitio militum ipsiis integra competit.

Nunc de causis dictum fuit, quare priuilegia militibus dentur & concedantur, videbimus iā etiam anne pro ut velint ac possint, testamentum facere possint, id q̄ in l. ff. cod & in thes. 7. affirmatur. Sed huic assertioni primum opponitur thes. 3. quæ defuncta est ex §. i. h. t. vbi dicitur, quod diligens obseruatio remissa sit militibus: id autē quod remissim est non omnino est condonatum, cum illa vocis propria significatio satis indicet non in totū libertatem voluntariam quandam militibus esse concessam. Deinde id ostendit in d. §. vocabulum *diligens* quasi dicat diligens, hoc est, omnino solennis obseruatio est remissa, nō tamen sublata in militibus aliqua obseruatio solennis. III. Ostenditur id ex verbis *legitimum numerum testimoniis*: Quasi dicat imperator est si non omnes adhibentur testes, id est, sep. cm: tamen debent aliquos adhibere. Et id satis arguit vocabulum *legitimum*, unde satis videatur probabiliter dicendum quod tamen aliquos testes adhibere teneantur, id q̄ etiam in thes. 7. ostenditur. Resp. Verū est idprobabiliter ex d. §. i. argui posse. Sed ex d. l. t. hoc constat, militē prout vult & pro ut potest testamentū facere posse, non ergo est alligatus testib. vel aliis obseruationibus id q̄ ex illis generalibus verbis satis ostenditur & reliquitur: Quamuis negari non possit, ad probationem voluntatis militis testantis, (hoc est, ut confiteretur cum serio testatum esse ne iocosis & conuialib. verbis sit id factum) requiri ad minimum duos testes, idque tantum requiritur ratione probationis, non ratione solennitatum, quarum obseruatio nulla requiritur in militari testamento. Et ius gentium in ijs illos duos testes requirit, scil. ad fidem & defancti ultimum arbitrium probandum, non ius ciuile. Mynsingerus in §. plane h. titul. Wesenbec. hic in §. plane num. 4. Et quidem requiruntur in dubio duo testes argumento legis, sibi numerus ff. de test. vbi dicitur, vbi numerus testimoniū expressus non est, ad minimum duo sufficiunt, in quorum ore consistit veritas, & sufficit ibi femina. § plane in Gerbis, conuocatis hominibus: quod verbum utriusque sexui congruit. Wesenb. hic & in §. testis supra de ordine testimoniū, & iam constat legitimas probationes requiri in testamento militis ex l. *Lucius Tullius 40. in fin. ff. de militari testamento*. Sub probationibus autem continentur testes ut species, tot. ist. ff. de testibus. Et hi testes, ut dictum, saltem ad probandam voluntatem testatoris militis requiruntur non ratione solennitatum, quarum respectu testamentum miles facere potest, pro ut vult, quamuis ex d. §. i. h. tit. apparere videatur, solennitates esse remissas in partem, non in totum, & tum forte illa dicta l. t. ff. h. tit. vbi dicitur, pro ut vult, pro ut potest, essent intelligenda secundum d. §. i. Specialiter loquenteū quasi generi per speciem hic derogetur, quod alias in iure est visitatum l. in toto iure. ff. de reg. iur. id quod tamen relinquatur. Sed oblitus rursus §. plane h. t. num. qui desumtus est ex lege *Traianus 24. ff. cod.* vbi dicitur, quod conuocandi sint testes, hoc est, rogandi quæ rogatio est iuris ciuilis & solenitatis. Aushen. C. de testibus. Ergo adhuc verum est milites non facere posse testimenta, pro ut velint. Respond. Wesenbec. in dist. §. plane & alii, referri ibi facti alicuius contingentiam, non respicientem formam testamentorum militum, eaque verba, conuocatis hominibus ponit narratiue, non disponitiue, nec imponi iis necessitatem conuocandi milibus, sed permitti id nihilominus eorum volunt-

217

voluntati, quæ voluntas nuda pro lege sufficit, quamvis ex constitutione C. præfixa, a ^a novo Codice faciendo, §. quibus dici poslit, omnes constitutiones Imperatorū ad certas personas, vel occasionē certarum personarū & casuum scriptas, factas esse generales. Deinde potest dici, ut supra dictum, requiri duos † testes ad probandam saltem defuncti militis voluntatem, non ad solemnitates, qui conuocati simpliciter poslunt, etiam per alios non solenniter rogari, quantum Schneidevimus nu. 14. dicat, rogari debere testes in hoc testamento per ipsum testatorem, & postea dicat per alium id fieri posse, quo nihil magis est contrarium. Idem fieri videmus in codicillis, in quibus etsi nulla solemnitas ordinationis requiritur, testes tamen quinque ad probationem illius voluntatis ultimæ requiruntur, non ad solemnitatem l. & l. §. & l. C. de codicill. Vel respondemus ad dict. §. plane, hoc modo: Requiri duo ad minimum testes, tum quando miles versatur in expeditione, non cum in confliktu: Tum enim nulli testes requiruntur l. militis 15. Cod. de testamento milit. id quod in thes. 6. affirmatur & indicant illa verba, literis sanguine rutilantibus: quamvis Cuiac. in consult. 49. simpliciter velit saltem probationes qualescumque requiri, non testes, id quod etiam nos concedimus, si aliae probationes haberit poslunt. Nec quicquam vterius obstat d. l. & l. §. & l. C. de codicill. vbi dicitur, in omni voluntate ultima requiri quinque testes, excepto testamento solenni. Vnde videtur dicendum in testamento milit. requiri quinque testes, cum etiam sit ultima voluntas, ut in thes. 1. affirmamus. Hoc inquam non obstat: Quia testamentum militare excipitur, id quod ex aliis locis omnibus de militari testamento constat, in aliis vltimis voluntatibus omnibus id alias procedit. Nec obstat etiam d. §. plane b. tit. vbi dicitur militis testamentum pessime fieri vel cum scriptura vel sine scriptura, cum & sine scriptura aut non militantibus fieri soleat. Hoc inquam non obstat cum alienus sit in sensu à scripto Troiani, & hæc eius sit sententia, testamentum militis non valere, nisi constet cum serio testari voluisse, & verbum Pro testi pio debet accipitur. Deniq; non obstat quod hæc dis institutio in testamento militis requiratur tot. tit. ff. b. titul. Vnde videbatur dicendum, non posse facere milites testamentū prout velint. Cuiac enim resp. id de natura & substantia esse testamenti, non ex solemnitatibus testamenti, quæ militi sunt remissa. Substantia autem in nullo testamento sunt remissa, alias totum testamentum, utpote fundamento & capite destitutum corruet, §. ante hereditis insr. de legat.

Ad Thes. 8.] Affirmatur priuilegia militum non cessare. Cui oppono tale primum: Cuius nullus est usus, de eo frustra tractatur: sed huius materiae nullus amplius est usus. Ergo frustra de eo præcipitur. Pròbo minorem. Cessant enim hodie priuilegia militum. ¹³ Respond. Mynsingerus, Viglius & alii, hodie non cessant priuilegia militum, & veterem solemnitatem non esse plurimum mutatam. Nam quemadmodum olim requirebatur, ut reserretur in numerum, ut essent iureiurando obstricti, ut essent cincti: Ita hodie immatriculantur, iureiurando fidelitatis constringuntur, & denique symbolo quasi cinguntur, ut supra dictum est. Ergo dum illa definitio veterum militum nostris militibus competit, quid obstat quo minus dicamus, militum priuilegia adhuc viuere? Insto: Sed hodie milites non pugnant pro Rom. Imperio, sed potius inhiant prædiis, deprendantur bonos rusticos, omnia deuastant, & raro ad prælia veniunt. Vnde cessante causa priuilegii videatur ipsum priuilegium cessare. Respond. Concedimus prædones, scurras & errores indignos esse hisce priuilegiis. Alias si est iustum bellum, ut & hodie saepe sunt, merito dum sit exploratio militum, tales recipiuntur & approbatūr à duce belli, qui sunt forces, quales adhuc inter nobiles & priuatos in hisce terris plures reperiuntur. Qui

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

autem magis furantur, quam militant hisce priuilegiis non gaudent. Deinde alia ratio est, quare adhuc illa priuilegia valeant, quia Imperat. constitutionibus non sibi lata sunt, & vnumquodque eodem modo solvit, quo colligatur ius nihil tam naturale. ff. de reg. sur. Dum igitur mutata non sunt, cur state prohibeantur, secundum l. sancimus C. de testam. Et per consequens durant perpetuo, donec tollantur per subseqentes Imperatorum constitutiones, cum & permissa intelligantur ut durent, item eorum §. quod si actor. ff. quod cuiusq; & viuensit. nomine. Tertia ratio. Quia olim pro Republ. defendenda, pugnarunt milites tantum, hodie etiam saepe pro Ecclesia & pro societate humana conseruanda: & parum arma fortis proficiunt, si non domi sit consilium l. 2. §. post originem. ff. de orig. sur. Quarta ratio. Quia cognito iure singulari cognoscitur etiam ius commune.

¶ 4 Ad Thes. 9. & 15.] Affirmatur milites tamen non iunari priuilegiis hisce si sunt dimissi, si cetera expeditionum necessitate, in aliis locis vel sedib suis, hoc est, statuuntur degunt. Hoc ius olim propter honorem militiae erat concessum, sed ex Iustin. constit. leg. pen. C. cod. & l. Vlt. C. de refit. milit. & l. 17. C. de testam. milit. Et hic ad occupationem bellicam seu ad necessitatem expeditionum referuntur. Dum igitur Iustin. idius eo coarctauit & restrinxit, ceteri, qui in hybernis agunt, eo non gaudent, scil. quando sunt immisii. Nam tum iure communi testari coguntur, testamentum autem factum in militia, hoc est, in expeditione dum adhuc milites fuerunt, valet intra annum tantum, propter merita, quae exhibent milites communi societati. Hinc sequitur milites stationarios, hoc est, qui ad provincias quietem alitur, & limitaneos, qui in locis hostium finitimi in repentinis eorum incursus intenti sunt, & equites qui stipendio publico aluntur, hisce priuilegiis non gaudent. Sed obiicitur l. Vlt. ff. de testamento mil. vbi dicitur eum, qui miles non est, posse militari tamen iure prout velit, prout possit testari, modo in procinctu id fiat. Respond. Id singulari iuris quoque iure est indulatum. Quia & ii pericula eadem sustinent, quamvis tamen milites non sint, sed pagani, quemadmodum ex d. l. Scutarios C. cod. constat. Id quod eleganter explicatur ita in d. l. Gn. in pr. ff. de bon. posse. ex test. men. milit. Cuiac. in l. consulo. Etc.

II. Obiicitur: Vigiles iure militari testari posse l. Gn. §. item in d. l. Gn. in pr. ff. de bon. posse. ex test. milit. qui tamen sunt praesidiarii milites l. 3. t. 10. ff. de offic. praefest. Vegl. Resp. loquitur ille textus de vigilibus & expeditionibus in bellis, qui forte in arcibus vel ciuitatis obsessis militibus tamen vigilias agunt. Hidum coguntur expectare periculum hostium merito etiam gaudent militum priuilegiis & l. un. sed vigiles qui Roma excubias egerunt, non fuerunt milites, sed in pace custodiebant ciuitatem, ne quid mali accideret, vt & hodie in ciuitatis vigilis certi haber solent. Manet igitur verum eos solos qui expeditionis necessitatem & periculum sustinent, hisce legibus priuari, non alios. Ex quo nunc satis explicari potest thes. 15. in qua affirmatur, stud. os. & alios legatis militiae socios, istis priuilegiis nondum gaudere, quales sunt aduocati, procuratores. Hi enim armatae militiam non tractant, cui hæc priuilegia sunt indulta. Sed opponitur aduocatos militare. Ergo etiam iure militari vti. Respond. Militant & legaliter non armis, nam vocabulum militare varie usurpatur, & late patet, vt Mysling. ad Rubr. num. 2. notat. Sic dicuntur iura armati gladio in l. cō vir. nubis. 31. C. ad l. Iul. de adult. quia mutuam habet inter se cognationem & familiaritatem arma & leges, §. 1. insit in proam. Deinde in l. Vlt. C. de excusat. tue. dicuntur milit. sacraissimi palati scribariorum, ad latus principis agentes, puta Secretarii, Syndici, &c.

II. Opponitur §. item qui Reipub. causa supra. dict. de excusat. tue. Vbi annum habent vacationis à redditu absentes Reipubl. causa puta syudici. Ergo dum idem in testamento mili-

215

militis obtinet, id quod in *thes. ii.* dicitur. Idem ius propter similem rationem erit statuendum. Respond. Etiam si in uno quædam sit conuenientia, tamen per omnia non conuenient, præsertim cum expeditio militaris requiratur. III. Oppono dict. l. un. ff. de bon posse, vbi dicitur propter merita Reipubl. eos, qui in hostico depræhenduntur & dece-
dunt habere militare ius? Ergo dum eadem ratio est in aduocatis, videtur idem ius esse statuendum, id quod etiam d. l. *scrinarios C. eod.* videtur ostendere. Respond. Dux sunt causa huius iuris, pericula & merita. Merita quidem aduocati præstant, sed periculum eodem modo sustinent, sicuti ii, qui in hostico commorantur si ibi decadent. Hi partim propter pericula, partim propter merita iure militari vtuntur. l. & l. ff. b. t. n. quemadmo-
dū supra dictum est. Denique obiicitur. Aduocati habent hoc priuilegium, ut ipsorum testamento querela impugnari non possint, l. & l. C. de inoff. testam. Ergo dū nec militis te-
stamentum potest querela impugnari, cum testamentum possit facere prout velit l. ff. eod.
Iul. Clar. in §. testam. lib. 3 sent. quest. 15. n. 4. l. testam. 24. l. & l. C. de inoff. testam.
Wel. consil. 17. n. 29. videtur propter eandem rationem idem ius in aduocatis legaliter
militantib. esse statuendū. Resp. ita: d. l. & l. Separantur aduocati à militari testamento, &
dicitur, quod debeat communiter facere testamentum aduocati. l. §. & l. h. s. idem affir-
matur, nam in p. constitutiones priuilegia tantum ad necessitatē expeditionum refe-
runt, sicuti sati dictum est.

Ad Thes. 13. & 14.] Obiicitur vehementer omnium Dd. sentential. in fraudem 15. §. testam. ff. cod. tit. vbi dicitur, testamentum ante militia factum à milite, si in militia de-
cesserit, iure militari valet, si militis voluntas cōtraria non sit. Ergo tantum contrarietas voluntatis quædā requiritur, non ut id ex aliquo actu. adiectionis resignationis & detra-
ctionis appetat. Resp. Hotroman. hic dicit, eum qui negat hæc contraria esse, contentio-
sum esse. Vnde respondendum hoc modo est: Verū est dici in d. l. in fraudem §. testam.
de voluntate, si illa contraria non est, verum ex hac thesi addendum & præsupponendum
est, de tractionem resignationem vel aliud quid præcessisse, illam voluntatem, hoc est, ali-
quod factum præcessisse, vnde illa voluntas colligi possit. Et idem etiam Viglius Myntsin-
gerus & alii huc sentiunt, scil. subiectam esse voluntatem contrariam. Si autem ex aliquo
contrario actu, illa voluntas contraria non appetet, dicendum est, valere testamentum.
Tribunus 2 o. §. & l. ff. eod. Et ita nec quicquam d. l. Tribunus obstat.

Ad Thes. 16.] Opponitur primo tale argumentum. Qui contra leges in ordine pec-
cat is sane male facit. Vos peccatis contra ordinem & quidem contra leges. Ergo male fa-
citis. Minorem probo per l. quis ff. qui testamentum far posse. vbi dicitur, primū in testamen-
to esse quærendum an persona possit facere testamentum, & an habeat suas solemnitates. Ergo pri-
mo loco fuisse de eo videndum, quænam persona testamentum facere possunt.
Resp. Agitur in ea lege de ipso testamēto, an valeat, & tū primo loco est videndū, an testa-
tor h. e. persona qua facit testamentum, habeat factiōnem testamenti. Nam si non habet
testamenti factiōnē, torum testamentū non valet quasi ab initio non subsistens, secundū
regulam Catonianam legis quod ab initio ff. de reg. sur. Deinde videndum est, an recte illa
persona solemnitates adhibuerit. Non autē agitur in d. l. 4. de ordine præscriptorum quo-
modo illa in libris proponi debeant. Illa enim commodiōtia via tradi non possunt, q̄ ve
primo loco de testamenti definitione & solemnitatib. agatur, deinde de personis quæ te-
stamenta facere possunt vel non. Manet igitur ordo verus. II. Affirmatur filiūfamil. te-
stari non posse ne quidē cum voluntate patris, cui oppono tale argumentum: Hominis sa-
no testamēti factio nō est admenda. l. ex fusto. 43. in pr. ff. de fulg. & pupill. subl. Filius sa. est
sab. homo. Ergo ei testamēti factio adimi nō debet. Resp. d. l. ex fusto, loquitur de furioso, q̄ .
dd 2 testa-

testamentum facere alias non potest, ut in thes. 18. dicimus, sed si resipuerit, testamentum facere potest. Nam inquit ICtus homini sano non est testamenti factio adimeda. Et sane hic non adimetur filios fam. testamēti factio, nisi lex illam ei ademiserit. Nā lex 12. tab. ita fuit scripta: *pater fam. & tū super pecunia tutelaue suarē legatiss, ita ius esto.* Ecce hic lex tantum facit mentionem patris fam. Ergo quādīus quis sub potestate patris sui, est non potest facere testamentū, quia nondūm est pater fam. Paterf. n. rūm quis est; quando est sux potestatis 1. 4. ff. de his qui sūs vel alieni iuris. III. Contra datam solutionem. Sub potestate existens potest alienare, potest manumittere, facere testamentum, legata relaque-reg. &c. supr. &c. Resp. Ibi textus loquitur de patres fam. pupillo, qui est sub potestate tutotū §. 1. sup. de tut. & tamen est sui iuris. De tali potestate hic nō agimus, sed de patria potestate. I. V. filii fam. milites testamentum facere possunt, ut in thes. 10. affirmamus. Ergo & filii fam. testari possunt. Resp. Id speciale est in militibus, qui vt volunt, vt possunt, testamentum de castrensi peculio faciunt, §. 1. h. t. n. V. Contra datam solutionem insto: hoc non esse speciale in filiis fam. militibus: & quidem probo id per Nosell. 117. *Et licet matri. Vel auia cap. 1. §. 1.* vbi dicitur quod filii fam. sub potestate existentes de peculio aduentitio possint disponere pro vt velint. Ergo testamentum facere possunt. Resp. Ponitur quidem verbum disponere, sed in Greco διοικεῖν, quod potius domesticam significat administrationem, non autem testamenti factioē. Si autem ponatur verbum aliud, aliud etiā esset dicendum. Ergo filius fam. nec in aduentitio peculio testamentū facere potest, quis habeat in eo proprietatē, & pater tantum vsum fructū; id quod D. Myrs. etiam affirmit in §. 1. n. 6. VI. Oppon. I. & l. in fin. §. ipsum, vbi dicitur, quod filii fam. in his duntaxat communis in quib. vsum fructū. patri acquiritur aon possint testari. Ergo vi particulae duntaxat, à contrario sensu in aliis casibus id licet, puta in profectitio castrensi. Resp. Alexan. in l. pen. C. cod. Myrs. in d. §. 1. n. 6. particulam duntaxat saltem esse positam, ut excludantur tantum Castrensi & quasi Castrensi bona, in quibus testatio procedit, ut supra est dictū, & hanc interpretationem necessariam est Viglius hic affirmit. Nam tempore illius constitutionis, unicus fuit casus, extra Castrense, & quasi Castrense peculium, quo patri non acquirebatur vsum fructū, videlicet cum sine consensu patris filius hereditatem adiit, quo casu non potest testari filius fam. Quoiescamen pietas suadet, de omni peculio aduentitio & profectitio filiū testari posse communiter est approbatum. VII. Oppon. hoc modo: filius fam. potest donare & quidem mortis causa, patre consentiente tacite vel expresse. Ergo etiam potest facere testamentū, cum in eo legata per omnia sint adæquata, §. 1. sup. de don. Resp. Donare potest filius fam. patre consentiente, quia donatio nō pender ex alieno arbitrio hoc est, ex legis arbitrio & dispositione, sicuti testamentum Ias. in l. senium nn. 9. C. qui testamentum facere possunt. Deinde absurdum esset etiam, consentiente patre filium facere testamentum de hereditate, quam nondūm adiit. I. X. Contra datam solutionem opponitur l. & l. & l. C. de impuberib. & aliis substitut. vbi dicitur filium & patrem haberi pro una persona. Deinde l. filius fam. 9. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vbi dicitur filios fam. in publicis causis haberip. patribus fam. Resp. Dd. l. & l. & l. loquitur ratione patriæ potestatis, haberip. filium in quibusdā causis pro patrefam. Inde tamen non sequitur quo ad testamenti factioē idem procedere. Deinde ad d. l. filius fam. quod attinet, loquitur illa de publicis causis, id est muneribus, in quib. filius fam. habetur pro patrefam. vt sit in tutela. §. 1. sup. qui testamento tutoris dari possunt: Hic autem expresse lex valet, filium fam. testamentum facere non posse vt supra vsum est. Ergo dum lex id inhibet, nec volente patre id fieri, quia q̄ contra leges factum fuerit, pro nullo habetur l. non dubium s. C. de H. Manet igitur verum respectu patriæ potestatis non esse integrum filius fam. personam in testamēti factioē, cum lex id prohibeat.

Vltimō obiicitur l.1.§.1. ff. detinet. & cat. vbi dicitur pupillum non habere testamenti factionem: Ergo nec mortis causa donationem. Resp. Loquitur ille text. in tali casu, quādo pupillus adhuc est. Is enim non habet testamenti factionem, cum nondum puberatatem sit ingressus, quo tempore licet testam. facere, l.1.§.ff. qui testam. fac. possunt. Et ideo nec mortis causa donari potest, quia cōparata est legatis, quia suam conditionem sine tutoris autoritate non facit deteriorem.

Ad Thes. 20.] Affirmamus † surdum qui nihil omnino audit, mutū qui nihil omnino loquitur testamentum facere non posse. Tum autem id fieri posse, si tarde audire possit, & tarde loquatur, vnde Iustinian. dicit, mutum & surdum non semper, vt Theoph. haberet, testamen. facere, quia nec olim id facere poterant, nisi id à Principe impetrarent, l.7. ff. qui testam. fac. possunt. Et Iustinian. postea sua constit. qua est in l. discretis. 10. C. quia testam. fac. possunt, dilposuit mutum & surdum sui iuris existentes, si vitroq; vitio naturæ laborent, testamenta omnino facere non posse. Si autem hæc naturalia non sint, sed ex accidenti, puta morbo superueniente, qui vocem amittat & aures concludat, acquisita fuerint; mutum & surdum testamēta facere posse, si literas sciūt, si autē alterutro vitio quis laboret, (quod tamen testē Iustinianoraro fit,) si tum fuerit surdus, & tum lingua articulate vti possit, siue natus factusve ita fuerit, cum omnia facere posse. Si fuerit mutus, siue natura siue ex accidente, tum facere posse testamentum, si est peritus literarum. Ratio autem quare mutus & surdus testamēta facere non possint, hæc est, quia mutus accire & rogare testes nec potest: Surdus testimonium sibi perhibentes audire non potest. Cuiac. in d.l. 6. ff. b. sit. Cum tamen opus sit in testamentis verbis proferendis & audiendis, l. heredes palam ff. b.t. Myns. in §. testes n. 8. supr. de ordin. testimoniis. Sed tamen † de militibus textus non distinguit, vt est distinctum in testamento solēni, d. l. discretis, vt supra dictum est. Deinde milites per alios possunt dare nomen militia, & iusserandū præstare modo fortes sint, & à Duce belli approbētur. Deinde notas etiam facere possunt vel nutu significare possunt quid velint: Ergo non statim dimittuntur propter illum morbum, cum æque pugnare possint. Hi autem ex causaria dimissione solent dimitti, qui morbo tali, qui eos pugnare impediat corripiuntur. l.2. §. ignominia ff. de his, qui nos infam.

Ad Thesiu 21.] Cæcus † secundum Iustiniani constit. testamentum facere tenetur, vt in Thesi habetur: Quamvis olim simpliciter facere poterit, cum accire valuerit testes, & eos perhibentes testimonium audire poterit, vt Paul. 1eb. 3. & 4. affimat, quod per Iustin. constitut. postea aliter se habet.

Ad Thema vltimum.] Affirmamus testamentum valere † iure postliminij, quod in ciuitate factum est, antequam quis est capite minutus. Cui oppono §. alio. inf. quib. mod. testamentum infirm. & l. 1. §. irritum de iniust. rupt. vbi dicitur, quod testamentum fiat irritum per capitum diminutionem, id est, seruitutem, sed iure postliminij, id est, fictione legis Cornelii. Pendet tamen illa irritatio donec ad tuos reverteratur. Tunc enim singit ius postliminij testamentum semper valuisse, & nunquam cum seruum fuisse. Is casus singulariter notandus est.

Ad Corollarium.] Huic assertioni ex æquitate perfecta, multa aduersari videntur, & opponitur §. illius autem temporib. & §. sed batenses. supr. de militar. testam. l. & l. C. de resist. mil. l. sancimus. & l. C. quib. non obiic. longa temp. prescript. vbi generaliter dicitur, quod nulli hoc pruilegium habeant, nisi qui sunt in necessitate expeditionum: Ergo dum hi non sunt in expeditione, sed in quiete † curationis gratia, cœlant in illis priuilegia militaria. 22 Resp. Etsi actu non sint in expeditione, tamen morbo impediti, animo adhuc in expedi-

tione versantur, nec sunt in totum dimissi, hoc est, iuramento liberati & soluti. Sed adhuc sunt obligati suo Principi & Duci, & post recuperatam valetudinem, ad eius nutrum redire coguntur. Aimo & mente & nomine adhuc milites sunt, & parati sunt quolibet tempore post cessantem morbum ad suam stationem redire & pugnare, & pro virili repellere hostem. Et fare iniquissimum est, his illud priuilegium militare denegare, cum habeat animū reuertendi, & omnia faciendi, que iurarunt. Iuris igitur fictione & subtilitate is, qui morbo corripitur, & in vicinā ciuitatē auchitur, habetur pro presente & pugnante, & iuris æquitate & benignitate omnibus gaudet priuilegiis, quibus alij milites fruuntur. Si avium reuertendi non habent, non sunt digni bisecc priuilegiis, sed in honeste dimissi dicuntur d.l.z. §. ignominia. ff. de his qui rotant. insr. Datur venia valetudini. Et censetur aliquis ibi esse, vbi habet animum reuertendi, l. nihil. vbi Batt. de captiu. & postlim. reuersi. Porro siue superueniens casus non infringit testamentū, §. præterea, quibz. non est permis. fisc. test. ita nec t̄ morbus tollit priuilegia. Hoc iam confirmato facile est respondere ad d. l. illis autem. & d. §. sed hactenus, &c. Itaque nos huic iam disputationi finem imponemus.

DISPUTATIO XV.

Ex tit. 13. lib. 2. Institut. de exheredatione librorum.

Thesis 1. De testamenti speciebus hactenus: consequens est, ut de testamenti partibus cum Imperatore subnectamus, ut exheredatione & institutione. Hinc exheredatio quo ad testamenti validitatem admodum necessaria est. Mynsing. in rubric. Instit. hoc tit.

2 Exheredatio est legitima exclusio liberorum ab hereditate & successione ob causam ingratitudinis commissæ. Myns. in rubric. h. tit. num. 2. Bart. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.

3 Eaque tam iure naturæ inducta, quam gentium & ciuili acceptata atque approbata videtur. Stephan. Forcatulus de occulta jurisprudentia, dialogo 36. num. 3.

4 Exheredare est aliquem hereditate & iure succedendi priuare. Myns. in rubric. hoc tit. Instit. num. 2.

5 Is autem, qui liberos utriusque sexus & cæteras per virilem sexum descendentes personas in potestate habet, videre debet, ut eos heredes instituat vel exheredes eos nominatim faciat, alioquin si eos silentio præterierit, inutiliter testabitur. in princ. circa fin. & §. 1. & §. sed hac quidem. Instit. hoc tit. l. maximum vitium. 4. C. de liber. præterit.

6 Adeo quidem ut si viuo patre filius sit mortuus, nemo heres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio testamentum non constiterit. in princ. vers. adeo quidem. Instit. hoc tit.

7 In posthumo non satis inter nostros conuenit: iure tamen nouellarum cum

eum exheredari neutquam posse plerumq; approbatione recte præualuit. Nouell. 115. in §. aliud quoque capitulo. auth. nou licet. & l. maximum vitium. m. C. de liber. praterit.

8 Nec interest suus & emancipatus: vterque enim vel heres institui, vel nominatim exheredari debet, eundemque habet effectum circa testamentū parentis sui infirmandum & hereditatem auferendam. §. sed hac quidem. Instit. hoc tit. l. maximum vitium. C. de liber. preter.

9 Adoptiui quidem liberi eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptiis quæstī.

10 Itaque heredes instituendi vel exheredandi sunt, secundum dilucidam Imper. Iustiniani diuisionem. §. adoptiui. & §. sed hac quidem. Instit. h. tit. l. penult. C. de adopt. §. sed hodie. cum §. seq. Instit. de adopt.

11 Idemq; plani iuri est, in liberorum quoque testamentis. Nouell. 115. §. iustum autem perspeximus. cap. 4. l. cum filius. C. de inoffic. testam.

12 Vtrum vero testatoris militis exheredatio vel præteritio, quæ pro exheredatione habetur, hodie annihilet, vel querelæ inofficiosi testamenti locum relinquat, dubio marte disceptatum est. §. sed si in expeditione. Instit. hoc tit. per Nouell. 115. §. aliud quoq; vers. sed hac quidem. l. 7. ff. de testam. milit. l. 8. & seq. C. cod. tit.

13 Mater porro vel annus maternus nouissimo iure necesse habet liberos suos aut heredes instituere aut exheredare, nec possunt eos silentio præterire. §. fin. vbi Mynl late Instit. hoc tit. d. Nouell. 115. §. aliud quoq; cap. 4. in princ. l. 4. C. de liber. præterit.

14 Causæ exheredationis certæ sunt factæ ex Iustiniani constitutionibus: sed quaeritur hic, an sic illæ causæ ad maiores vel æque graues seu patres extendi possint? Wescabec. in §. sed hac quidem. numero 3. Institut. hoc titulo.

15 Verum quæ de exheredatione parentum & liberorum diximus, tum demum vim suam obtinent, si parentes vel liberi vnam vel plures ex dictis causis testamento specialiter inseruerint. d. Nouell. 115. §. aliud quoque. & §. iustum autem.

16 Neq; tamen inseruisse suffecerit, nisi etiam scripti heredes vnam ex legitimis causis à testatore nominatis veram esse demonstrauerint.

17 Testamentum hodie confirmatur quo ad institutionem alterius cuiusdam heredis, & legata ac fideicommissa non annullantur. Bald. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 1. & 2. C. de testam. Wescabec. in paratit. ff. nu. 4. de liber. & posthum.

18 Denique exheredatio sub conditione prorsus fieri nequit.

216 | DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Corollarium: Quæritur, anne is, qui matrimonium contrahit iniussu parentum, exheredari possit? Cuiac. lib. 3. obser. cap. 5. Ioachim. à Beust. in tracta de sponsalib. cap. 20.

DISPUTATIONIS XV.
De exheredatione liberorum, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Exheredationis forma hodie plane alia est, quam olim fuit.
- 2 Exheredatione utrum opus sit, ut testamentum valeat.
- 3 Exheredatio quid sit, & an ex parte fieri possit.
- 4 Exhereditatio debet fieri à toto gradu & quomodo.
- 5 Exheredatio non presumitur nisi expresse probetur.
- 6 Exheredatio nominatum fieri debet.
- 7 Testator si silentio præterit filium suum in testamento, an testamentum valeat.
- 8 Miles si in testamento liberos suos silentio prætereat, silentium eius an pro exheredatione recte habeatur.
- 9 Mater & avus maternus an possint liberos suos silentio præterire.
- 10 Exheredationis causa ante Iustin. incerta, per eum certa facta sunt.
- 11 Causa exheredationis in Nouell. 115. an extendi possint.
- 12 Posthumous exheredarinos potest.
- 13 Testamentum an confirmetur quoad institutionem alterius cuiusdam hereditatis.
- 14 Testamentum per exheredationem patris & matris infirmatur, quo ad institutionem.
- 15 Exheredatio an sub conditione fieri possit.
- 16 Exheredari an possit qui iniussu parentum contrahit matrimonium.

QVAMVIS talia plane sit hodie exheredationis forma, quā olim fuit. Vigl. in §. Vlt. n. c. h. tit. & nihil attinet disputare de veteri exheredationis iure iam correcto. Wensem. n. 13. §. posthumus. h. tit. tamen quia gratum est antiquitates introspicere. §. 1. de ordin. test. libeat in thematum horum veritatem & contraria refutanda inquirere.

Ad Thefin I.] Affirmatur t̄ exheredatione opus esse, ut testamentum valeat. Cui oppono tale argumentum: Ius naturale per iuris ciuilis dispositionem tolli non potest. I. iura sanguinis. ff. de reg. iur. §. Vlt. s. pr. de legi. agn. tuis. sed hic per exheredationem tollitur ius naturale, quia natura liberis adiicit parentura hereditatem, l. cum ratio. 7. de bon. damn. l. scriptio. ff. Unde lib. & liberi sunt heredes. l. §. 2. infra. de hered. que ab intest. desertur. l. 11. tab. concedit patri extraneum facere heredem præteritis liberis, l. Verbis. 20. de verb. sign. Ergo male. Resp. Effectus iuris naturalis sepe impeditur, non in totum ius naturale tollitur: & ius ciuile aliquid detrahit iuri naturali, l. ius ciuile. ff. de iustit. & iur. Hinc parentes etiam si volunt possunt liberos contra ius naturale præterire in testamento, vel ex iusta causa exheredare, quæ tamen exheredatio hodie ex Nouell. 115. cessat, quæ institutionem eiusdem extranei, nisi iusta causa ex 14. illis causis probetur, prohibet. Ex quibus causis hodie posthumus non omnino possunt exheredari, cum nihil delinquent. Vigilius in §. posthumus. in §. tam. aut num. Vlt. in fin. h. tit. Poteſt igitur pater hodie ex iusta causa exheredare filium, idq; lex ei concessit & que ac heredem instituere.

Ad Thefin

Ad Thema 2. & 19.] Definitio hic proponitur exheredationis † que est legitima ex 3 clusio, hoc est, secundū leges facta, & quidē ex Nouell. 115 §. alind. vbi 14 causæ sunt que ab herede sunt probanda. Deinde requiritur, vt fiat exheredatio à tota hereditate, non à parte. Hinc est quod filius ab uno ex heredibus non recte exheredetur, l. non putant, 8. §. si ab uno ff. de bon. posseſſ. contra tab. Hinc si ab una persona testator aliquem exheredauerit, vi- tiola erit exheredatio, l. 3 §. filius ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. 19 ff. de lib. & posthu. Sed obiicitur l. Gallus Aquilus. 29. §. in omnibus ff. de lib. & postbum. vbi dicitur, quod aliquis possit exhereditati in parte hereditatis. Imo in l. quoties. 3. C. de hered. insit. dicitur, quod aliquis possit heres institui in certa re singulari: Ergo & exheredatio ex parte fieri potest. Resp. Non eadem est ratio institutionis, quia institutio fieri potest ex parte hereditatis in una persona, altera pars alteri persona dari potest & relinquiri. Deinde si quis in re certa est institutus, tacite ei accrescere debet aliqua hereditatis pars, si nullum alium coheredem habuir, alias legatarij loco positus est, d. l. quoties. At talis ratio non est in exheredatione, qua ab omnibus personis fieri debet, alias non dicitur exheredatus, sed portius institutus in parte hereditatis. Et diuersitatis rationem aliquam esse, satis clare ostendit Paulus ICtus in l. cum quidam. 19 ff. de lib. & posthu. vbi dicitur benignè accipi in institutione, exhered. autem non esse iuuandos. Deinde dicitur, quod à toto gradu aliquis sit exheredandus. Primum est institutionis. Secundus, tertius & quartus etiam sunt substitutiones, l. i. in pr. ff. de Culg. & pupill substit. A toto † gradu filius est exheredandus. d. l. 3. §. filius ff. de lib. & posthu. 4 Cui opponitur l. si posthumus. 14. in pr. vbi dicitur, quod quis à primo gradu possit exheredari, a secundo præteriti, quod etiam in l. natura et si. 15 ff. de iniusto iupt. dicitur: Ergo non à toto gradu est exheredandus. Resp. Totum gradum hic accipimus, siue sit institutionis siue substitutionis, unus totus gradus, nec tamē volumus ab omnibus gradib. aliquem necessario esse exheredādum, sed sufficit, si à toto gradu institutionis vel substitutionis aliquis exheredatus sit, non à parte illius gradus primi vel secundi. In illo contra dat. solut. ex d. l. 3. §. ante heredes ff. de lib. & posthu. vbi quis ab omnibus gradibus est submouendus. Resp. Loquitur ille textus in tali casu, quando aliquis est exheredatus ante heredis institutionē: tum enim censetur vel habetur remotus ab omnibus gradibus, hoc est, gradibus institut. & substitutionis. Hinc tamen non sequitur aliquē ab omnib. gradibus esse exheredandum necessario, cum id tantum in hoc casu militet. Potest igitur etiam aliquis à toto gradu exheredari, & hoc sufficit, non à parte gradus totius, id quod in d. Thes. & l. excludimus.

Ad Thes. 3. & 4.] Odiosa sunt restringenda, c. odio. de reg. iur. in 6. Ergo dum exheredatio est iniuriola quædam priuatio hereditatis serio promoueri & iuuari non debet, d. l. cum quidam. 19. in fin. ff. de lib. & posthum. Et ideo † non præsumitur nisi probetur ab herede, secundum d. Nouell. 115. & illud operatur affectio paterna l. isto. 8. in fin. ff. quod metus causa.

Ad Thesin 5.] Dicitur quod † nominatim aliquis sit exheredandus, nec quicquam refert au nome exprimatur, an vero aliud loco nominis fiat, hoc est, vt designatio certa ex circumstantiis colligenda fiat, l. nominatim. 24 ff. de manum. testamento. Sed affirmatur in eadem thesi in fine, † si testator silentio præterit filium suum, nec eum aut heredem insti- 7 tuat, aut nominat exheredavit eum testatorem inutiliter testari. Cui opponitur tale ar- gumentū: Si datur possessio bonorum cōtra tab. quando quis est præteritus, aut non quo- oporet modo exheredatus est, falsa est thesis nostra. Vbi dicitur aliquem tum inutiliter testari, sed datur bonorum possessio contra tab. §. eadem bac. infra. de hered. qua ab intest. de- fertur. l. 2. C. de bonor. posseſſ. contra tab. Ergo falsa videtur thesis: Quia quod nullum est &

inutile, tescissionē minime indiget l. 2. C. de bon. poss. contra tab. l. nam & sub conditione. ff. de iniust. rupt. Resp. Verum est dari bonorū possessionem contra tab. quæ rescindit testamentum. l. & liberia. 17. C. de collat. Sed l. 2. & § eadem, sepositis aliorum variis solutionibus, sunt iatelligenda de filio emancipato, qui per bonorum possessionem contra tab. vere rescindit testamentum. Nos autem loquimur de suis hereditibus in potestate mortis & delatae hereditatis tempore existentibus, qui hoc remedio tamen id agere videntur, quo nullum esse testamentum declaretur. Deinde secundum Bart. in d. l. 2. potest valere testamentum iure prætorio, non autem iure ciuilis: quia iuris ciuilis subtilitate inspecta nullū est, secundum thesin nostram. Et sic hunc nodum dissoluendum putat Vighus nam 3. quem sequitur Mynsing. m. §. l. n. 8. b. tit. n. Deniq; obiicitur l. posthumus. 12. in princ. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. test. vbi dicitur, quod bonorum possessionem secundum tabulas testamenti heres accipere possit, quamvis sit præteritus posthumus: Ergo dum secundum tabulas testamenti heres potest accipere bonoī possessionem, sequitur testamentū valere nec esse inutile, ut in thēsi affirmatur. Resp. Elegans est casus in d. l. posthumus. in pr. vbi dicitur, quod si posthumus fuerit præteritus, qui viuo testatore natus decebat, iuris scrupulositate nimiaq; subtilitate testamentum ruptum videatur, (quia scil. natus est posthumus) si tamen signatum fuerit testamentū, sustinetur æquitate præatoria, dando bonorū possessionem secundū tabulas, quasi adhuc valeret testamentum, q; tamen iure ciuili nō valere videbatur. Hinc & hic legata & fideicōmissa valent ex æquitate præatoria, licet stricti iuris ciuilis ratione inspecta, testamentum non valeat, ut in diffus. 18. videbimus.

Ad Thesin 6.] Adeo testamentū in quo filius est præteritus non valet, ut quamvis filius viuo parte moriatur, nihilominus tamen testamentū non conualescat: quia regula iuris est in testamentis & institutionibus frequentata; quod ab initio non valet, tractu temporis non conualescit. l. quod ab initio ff. de reg. iur. Sed obiicitur d. lex posthumus. §. idem & circa ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. Resp. Distinguendum est inter æquitatem iuris prætorij & rigorem iuris ciuilis, de quo alias plura.

Ad Thesin 12.] Miles in expeditione agens si testamentum facit, vel iure communis vel iure militari potest in eo liberos suos silentio sciens præterire, & eius t̄ silentium fauore militiae pro exheredatione est. Quæritur anne id de milite etiam sit mutatum, per Nouell. 115. §. aliud. ita vt eius silentium scienter factum amplius exheredationem non inducat, sed necesse habeat causam illam exprimere in testamento. Et Mynsingerus putat illam thesin esse correctam, per d. 115. Nouell. Sed eara non esse correctam ex sequentibus rationibus defendi potest. Prima ratio est. Quia milites prout possunt, prout volunt, testamentum facere possunt l. ff. de testamento militari. Et dum illa priuilegia hodie durant nec sublata sunt, vt satis supra est probatum: sequitur militem scientem se liberos habere & exheredasse, quos non instituit: quæ præsumti: o, ei si dura sit, & contra thesin 3. & 4. tamen fauore militiae militari, hocq; ex eo tum fundamento, quod militibus propter pericula & merita Reipubl. sit concessa licentia testamerū faciendi prout velint. II. Probatur id inde, quia in constitutionibus nouissimis extēsiones non facile sunt ferendq; secundum vulgarē regulam iuris & Dd. Maxime correclitoria non debent extendi. Constat autem in d. Nouell. 115. nihil esse in militum testam. mutatum, nec esse eorum factam mentionem. Manet igitur firmum, testamenta militum exheredationē continere in silentio à scientib. facto. Nam quod reperitur, cur state prohibeatur l. sanctus. C. de testamento. III. Inde probatur, quia militis testamentum non potest querelari, hoc est, querela inoficioſi aduersus illud institui non potest, etiam quoque modo sit factum, l. Papinianus. 8. §. si quis inutiliter ff. de inoffic. testam. Quæritur autem hic, au si per ignorantiaq; miles filium suum

Non instituit heredem, legata salte. non debeantur & dicitur, quod nec legata debeantur. *l. vniuersitatis codicilli. 36. §. miles in superius ff. de testam. milit.*

Ad Thes. 13.] Illa thesis est correc̄ta omnino per Nouell. 115. & dicunt aliqui, ut Cuiac. l. filio. 77. de iniust. rupt. &c. Azo in summa sua. Wesembec. l. 1. h. tit. Goueanus in l. 1. ff. de Vulg. & pupill. subff. quod Nouell. 115. tantum corrigit id, quod in hac thesi de t̄ma-
tre dicitur: quia præteritio patris totum testamentum annihiitat. Si illa fiat, idque ideo,
quia filius habet ius suitatis, quo ad paternam hereditatem, ut Vigilius hic refert. Nec il-
la est vera causa quod non cogitavit de liberis, quia illa æque militarent in matre, We-
sembe. §. Ultim. num. 2. h. 11. ut in thesi s. supra est dictum. Sed hoc graue est dicere,
præteritum cum parentum fiat mentio, & dum generaliter d. Nouell. loquitur, generaliter
est accipienda, & corrigit omnes leges de exheredatione loquentes, alias correc̄tio est o-
diola, c. odio. de regul. iur. in 6. Hic autem simpliciter est admittenda, dum generaliter d.
Nouell. loquatur: Ergo & d. l. filio. 17. ff. de iniust. rupt. est correc̄ta.

Ad Thesin 14. & 15.] Causæ exheredationis † certæ sunt factæ ex Iustinianis con-
stitutionibus. Nam Iustinian. in d. Nouell. 115. omnes nodos Gordianos, quæ varie hære-
bant, hic, Alexandri quasi gladio praecidit & amputavit. Wesembec. in §. sed hac. num. 3.
l. 11. n. Nec quiequam obstat l. 7. in princ. ff. de bonor. damnatorum. vbi dicitur, quod pa-
rentes debeant liberos suos ex meritis causis exheredare, vnde videtur dicendum, eas cer-
tas fuisse ante Iustinianum, non inquam obstat: quia & ante Iustiniani tempora, consti-
tutione ICtorum merita fuerunt causæ requisita. Sed certæ sunt illæ factæ per Iustinianii
constitutionem. Cuiac. in Nouell. 115. pagina 129. Quartus autem † an illæ causæ ad ma-
iores vel æque graues vel pares possint extendi? Et videbatur quod non, quia odiosa non
debent extendi d. c. odio. de regul. iur. in 6. Secundo, quia Imperat. Iustinian. in d. Nouell.
115. §. aliud. expresse dicit, causa ha sunt, quasi dicat, causa ha tantum sunt, & non plures,
quemadmodum in l. actionum. infi. de action. dicit. Actiones bone fides ha sunt, & certum est
plures non esse. Tertio quod opus esset enumeratione harum certarum causarum, si cau-
ſæ plures essent: Quarto frustra quereretur Imperat. in d. Nouell. grauiores causas olim
fuisses prætermisas, si licita esset extensio. Quinto, non esset sublata alteratio veterum
ICtorum. Sed hisce rationibus non obstantibus ex Dd. communis sententia in praxi ad-
mittitur extensio ad æque graues, si miles vel etiam maiores, quod tamen Vigilio in d.
§. Ultim. hoc sic. n. non placet, vbi dicit, nunquam grauius ab interpretibus peccatum esse,
quam in hac extene darum legum licentia, sed eius authoritas non obtinet. Manet igitur
verum eas causas olim fuisses arbitrarias, iam autem factas esse certas & extendi posse ad
æque graues, & procedunt tamen ha causæ in testamento, non etiam ab intestato, quia
ibi momentum ad exheredationem non habent. Jason in l. in arena. 11. C. de Citois. te-
stamento. Wesembec. num. 4. de liber. & posthum. nec facit etiam ad rem c. 6. in quib. cau-
sas feud. amitt. in Sibio. sec. d. vbi Albertus de Orr affirmat causas feudales ob quas feu-
dum amittatur esse incertas: quia illæ causæ certæ factæ non sunt, ut hic: Ergo potius di-
uisa illa sunt.

Ad Thesin 16.] Affirmatur nominatim causam exheredationis esse inferendam in
testamento. Vnde sequitur † posthumum exheredari nō posse l. die, cum nihil tale quid, 12
ex quo amittatur hereditas, committere possit. Sed obiicitur valde l. hic. posthumus. 14. §.
fin. ff. de lib. & posthum. vbi causa, id est, illuvium est probandum iure fforum: Ergo hoc
non est ex Iustiniani constitut. Respond. Olim probatio causæ requirebatur, sed cause
non graue, verum leuissima.

13. *Ad Thesis 17.*] Affirmatur hodie testamentum confirmari † quo ad institutiozem alterius cuiusdam heredis, & legata & fideicomissa non annullari, Bald. in l. hac consuliſſima. § ex imperfetto. n. 1. & 2. C. de testamento. Wefembec. n. 4. ff. de lib. & posthum. Et e- quidem voluit, vt supra dictum est, hoc tantum de mattis præteritione intelligendum, non etiam de exheredatione patris, id quod tamen graue est affirmare. Dicimus igitur cum Iustiniano, per exheredationem patris & matris † testamentum infirmari, scil. quo ad institutionem tantum, & quidem ex Iustinian. constitut. Non igitur obstat l. § fin. ff. de iniust. rupt. & irrito facto testamento. Quia olim quidem totum testamentum, per que- relam fuit infirmatum, non autem ex d. Nouell. 115. hodie etiam. Et ad d. l. 17. filio. quod attinet, apparuit ibi forte ex certis circumstantiis parentem voluisse aliquid relinquiri, et iam si ius ciuale repugnet, id est, præteritio & ultima voluntas ex æquo & bono est expli- canda. Insto contra datam solutionem opponendo l. cum mater. 18. ff. in offic. testamen. in qua lege expreſſe dicitur, quod etiam veteri iure legata & libertates valeant ad præteri- tionem, id quod in principio dicitur. Respond: d. l. cum mater. in princ. non agi de eo quæ- do in officiō testamenti querela intentatur, sed cum quis agit ex tacita voluntate matris, non ex præteritione vel exheredatione. Deinde filius d. l. cum mater, agit de in officiō testamento. Quam sententiam Cuiac. approbat lib. 10. obser. c. 22. Et scindendum est quando posthumus iniuste exheredatur, ipso iure esse nullam exheredationem, nec opus esse quæ- rela in officiō per d. Nouell. 115. Non autem id fluxit ex l. si quis in suo. § fin. C. de in offic. testamento. cum ibi nō dicatur exheredationem infantis quasi ingratii nullam esse, sed ex ea scriptura infantem non expelli à querela in officiō testamen. Tertio obiicitur, nec legata nec fideicomissa valere, non valente institutione, quia institutio est reale testa- menti, & formam addit testamento, & caput & fundamentum est testamenti. §. ante he- redis. de legat. Ergo dum principale non subsistit, nec etiam accessorium, l. cum principal. ff. dereg. iur.

Deinde obstat id, quod ab initio non subsistit tractu temporis, l. qui ab initio. ff. de reg. iur. Respond. Verum id quidem est, sed hoc operatur ultima voluntas, quæ dum errat in vno, scil. in institutione non legitime facta, tamen non videtur errasse in reliquis, & non dum hic effectum parit. Si autem testator exheredauit filiū, legitima causa non posita, va- let testamentū ipso iure, sed rescinditur per querelam, Wefemb in §. n. 4. b. sit. Alias forma nō seruata, actus regulariter est nullus. Deniq; obiicitur l. fin. ff. de hered. instit. vbi etiā iure veteri legata valent. Si nullū est testamentū, ibi institutio ipso iure nō valet ex tacita mēte testatoris. Et Imp. etiā illā testatoris mēte satis cōfirmat, d. l. Papinia. 8. §. Vlt. de in off. testa.

15. *Ad Thesis 18.*] Affirmatur † sub conditione exheredationem fieri non posse. Cui obiicitur l. 4. §. Vlt. ff. de hered. instit. vbi institutio fit sub conditione & exheredatio. Resp. Institutio fit sub conditione § heres. de hered. instit. non aut exheredatio, nec id ibi dicitur, quia odiosa est exheredatio, nō autem heridis institutio, quæ est fauorabilis. Deinde filius institutus sub conditione, deficiente conditione, deficit testamentum, vt pote nullo here- de instituto.

16. *Ad Corollarium.*] Quaritur, anne is qui contrahit matrimonium † iniussu paren- tum possit exheredari. Et dicimus quod non, nisi turpi persona se quis adiunxit. Nouell. 115. § aliud. Sed opponitur thesis 3. vbi affirmatur, quod exheredatio fit iniuria. Si est ini- uria, merito etiam comperit hoc in casu, vt ita vna iniuria, altera quasi pellatur: nam in- iuriosum sane est parentum consensum in nuptiis non adhiberi, cum tamen id naturalis & ciuilis ratio suadeat, hoc est, iuris ciuilis necessitate, & iuris naturalis vel gētium stimu- lo ad id impellamus, vt Imperator Iustinian. afficit, in §. 1. supr. de nupt. Resp. Est quædam iniuria.

229

iniuria parentes neglecto eorum consilio & consensu quasi contempnere, sed non est tam atrox iniuria, quales sunt causae quaes in d. Nouell. 115. referuntur, cum odiosa sint restrin-genda cap. edio. de reg. iur. in 6. Ergo & merito hic debent coactari, cum id hic fieri debeat. Nam obtinuit illas quatuordecim causas ad minores non posse extendi, sed ad aque graues vel grauiores, ut est visum.

Tertio, si honesta est persona, quam requiri muscegit illa quasi, & velat tunc contumum. Quarto civilis ratio, qualis est ex hereditate, non potest tollere naturalem rationem seu hereditatem, quam ius naturale quod est immutabile §. sed *natura* *alia supra de iuri* *notione gentium*, & *civilis* adiicit, l. cum ratio 7. ff. de liberis damnatorum, nisi una causa sit ex illis quatuordecim grauissimis, tum enim & legitima tollitur. Sed institutus opponendo l. cum te 18. cum l. seq. C. de inos. testamento. Respond. Dictæ II. magis confirmant nostrum corollarium, nam in d. l. 18. aliquis iussu patris contractum legitimum matrimonium debuit dissoluere, hic dum hoc filius facere non vult ad nutum patris, pater ipsum ex heredate, & dicitur quod filius habeat quærelam inefficiosi quia exhereditatio est ex leui causa, & non expressa hodie in d. Nouell. 115. Tertio obiicitur quod Carolus V. in casu nostri corollarii constituerit exhereditationem: Ergo merito illud ius novissimum est secundum, secundum l. 8. ff. de constitut. Respond. Carolus V. dedit constitutionem ea de re in suis terris hereditariis, quæ nondum est facta generalis, nec nos ligare potest. Id quod Wesenbec. affirmat in r. ff. de liberis & posthum. Quemadmodum nec Electoris Saxonici constitutiones nos ligant..

DISPUTATIO XVI.

Ex tit. 14. lib. 2: institut. de heredibus instituendis.

Thesis 1. Legitima heredis institutio est caput & fundamentum totius testamenti, quæ si amittitur, testamentum annullatur. §. ante heredis, institut. de legat. l. 1. ff. de hered. instit. l. 3. o. ff. de liber. & posthum.

2 Hereditas est nomen iuris: non autem significat per se res hereditarias. l. 8. in fin. ff. de rei vndicat. Mynsinger. in titul. institut. de hered. instit.

3 Et constat, quod hereditas pro diuerso possideri non possit, scilicet ratione iuris, quod est incorporale. §. incorporales. institut. de reb. corpor. & incorp.

4 Institutio heredis est ordinatio, qua quis post mortem suam in bonis suis alium dominum constituit per hereditatis aditionem.

5 Heredem instituere est, relinquere aliquem dominum omnium bonorum suorum. Mynsing. in rubr. num: 3. hoc tit.

6 Heredes deinde institui possunt omnes homines, siue liberi, siue servi, proprii vel alieni, dum modo legibus non prohibeatur. in princip. institut. de exheredat. liber. & in princ. hoc tit. l. 9. & 11. C. de hered. instit. l. 15. ff. de inos. testam.

7 Proprii olim quidem cum libertate: hodie vero etiam sine ea recte heredes institui possunt. *in princip. vers. proprios institut. hoc tit.*

8 Quod non per innovationem induximus, sed quoniam æquius erat, & Atticilino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Maturium Scabinum, quam ad Plautium scripsit, refut. *in princip. vers. quod non institut. hoc tit.*

9 Et non unum solum, sed & plures heredes, quot quilibet testator voluerit, etiam in infinitu usq; instituere licet. §. & *unum. instit. h. t. l. 13. §. 1. ff. eod. t.*

10 Suus heres est, qui in porestate parentis existit.

11 Seruitus cum hodie inter Christianos sit sublata, odiosum est plura de ea monere.

12 Proprii serui dicuntur quoq; ii, in quibus testator nudam proprietatem habet, alio usum fructum habente. *in princ. circa fin. instit. hoc tit.*

13 Seruus alienus dicitur, in quo testator usum fructuum habet. §. *alienus institut. hoc tit.*

14 Seruus à domino suo heres institutus, quamvis eadem in causa manescit, ex testamento liber fit heresq; ei necessarius. §. *seruus autem instit. h. tit.*

15 Alienus quoq; seruus heres institutus, eadem in causa durās, iussu ciui domini hereditatem adire debet: si vero alienatus sit ab eo, aut viuo testatore, aut post eius mortem, antequam adeat, iussu noui domini adire debet. §. *alienus quoq; institut. h. tit.*

16 Seruum institutum à domino heredem, contemplatione libertatis futuræ liberum fieri dicimus. §. *est tamen instit. hoc tit.*

17 Seruus quoque alienus post domini mortem recte heres instituitur, §. *seruus etiam hoc tit.*

18 Hereditas namque nondum adita, vicem personæ sustinet, non heredis futuri sed defuncti, cum & ciuis, qui in utero est seruus recte heres instituitur. §. *seruus etiam. vers. nondum, hoc tit.*

19 Seruus vero plurimum, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus heres uniuicq; dominorum, cuius iusu adierit, pro domini portione hereditatem acquirit. §. *seruus autem. instit. hoc tit.*

20 Hereditas plerunq; diuiditur in 12. vñcias, quæ appellatione assis continentur, & hæc partes habent propria nomina ab vñcia usq; ad assim, nec utique semper 12. vñcias esset oportet. §. *hereditas. hoc tit. l. 13. §. 1. & l. 30. in fine ff. hoc titul.*

21 Pluribus heredibus institutis, partium distributio tum demum est necessaria, si testator eos ex æquis partibus heredes esse nolit: satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos esse heredes, §. *si plures. hoc tit. l. quoties. §. heredes. cum l. seq. ff. eod. tit.*

22 Pars aliqua si vacet, nec tamen quisquam sine parte sit heres institutus, constat vacantem partem singulis tacite pro hereditariâ parte accedere, & ex diuerso si in plures heredes scripti in portionibus sint, tacite singulis decrescere. §. videamus institut. hoc titul. l. 17. l. ass. tot. 77. ff. hoc tit.

23 Aste superato, videtur testator heredes instituere voluisse in dupondium: & idem est, si dupondius expletus sit. §. et si plures. institut. hoc tit. l. 18. ff. eod. tit.

24 In heredis porro institutione tres qualitates, sicut in aliis legitimis aetibus, obseruantur. argum. §. omnis stipulario institut. de verb. oblig. l. 10. ff. de verb. signif. nam aut pure simpliciterq; fit institutio, aut in diem, aut sub conditio-ne. Ex certo vero tempore, aut ad certum tempus non potest, & dies adiectus pro superuacaneo habetur, estq; perinde ac si pure institutus esset heres. §. heres. vbi Vigilius n. 7. Myns. n. 1. 2. inst. hoc tit. l. 34. ff. cod. tit. l. 1. & tot. tit. ff. de condit. institut.

25 Conditio impossibilis institutionibus, legatis, fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur. §. impossibilis. institut. hoc tit. l. 20. ff. de condit. inst. l. 3. ff. de condit. & demonstrat. l. 104. §. 1. ff. de legat. 1.

26 Si plures conditiones institutioni adscripta sint, coniunctas, cum vi-nius loco habeantur, omnes expleri oportet: disiunctas vero seu alterna-tiuas ex parte tantum. §. si plures. inst. hoc tit. l. 5 ff. de condit. inst. l. 129 ff. de verb. obligat.

27 Institutionis effectus est, quod heres statim à morte testatoris adire-eriam animo hereditatē, & ea aditione in ius defuncti vniuersum succede-re possit. §. fin. institut. de hered. qualit. & differ. vbi Vigilius num. 1. l. 6. C. de iure de-liber. l. 24. ff. de verb. signif. l. 63. ff. de reg. iur. & ad rubric. titul. Cod. de edict. diui Hadrian. toll.

28 Possunt heredes institui ignoti quoq; & quos nunquam vidit testator. §. & vnum. inst. hoc tit. l. extraneum. 11. C. eod.

29 In extraneis heredibus illud etiam obseruatur, vt sit cum illis testa-mentis factio. §. in extraneis. inst. de hered. qualit. & differ.

30 Deportati, in metallum damnati, hæretici, Anabaptistæ, illicitum collegium, spurii & incestuosí, in testamento heredes institui non possunt. in §. legari. vbi Accurs. fin. inst. de legat. l. 1. C. de hered. inst. l. si metallum. de iis qui pro non script. hab. l. hi qui l. manichæos. l. collegium. C. de apostat. & manich. §. fin. in Nov. quib. mod. natur. offic. sui.

31 Denique mulier intra tempus luctus nubens, heres nec institui, nec fieri potest. l. 1. Cod. de secund. nupt. Mynsinger. in princip. num. 2. institut. hoc titul.

Corollarium: Non parum controuersum est, an hereditas per procuratorem adiri possit. I. actus legitimis. ff. de reg. iur.

DISPUTATIONIS XVI.

De heredibus instituendis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Heredis institutio est caput & fundamentum testamenti.
- 2 Exhereditatio requirit iustitiam legis & hominis.
- 3 Legitima in testamento tolli non potest statuto vel pacto.
- 4 Hereditas est nomen iuris, & non significat per se res hereditarias.
- 5 Heres an cum diphthongeo scribi debeat.
- 6 Successio & hereditas an pro rebus ipsis accipienda sint.
- 7 Hereditas, an sit successio in uniuersum ius.
- 8 Possessio nulla acquiritur nisi corpore & animo simul.
- 9 Heres & bonorum possessio quomodo differant.
- 10 Viuentis an sit aliqua hereditas.
- 11 Heres suus quis dicatur.
- 12 Filius exhereditatus, adhuc manet in patr. potestate.
- 13 Hereditas de qua quid sit.
- 14 Testamenti factio cum seruis est ex persona dominorum.
- 15 Legatum consistit ex persona serui.
- 16 Seruus alienus an post dominum mortem, esse heres instituatur.
- 17 Hereditas quomodo dividatur.
- 18 Qualitates tres in heredis institutione obseruanda.
- 19 Conditio hereditatis duplex est.
- 20 Actus legitimis in institutione heredis quomodo accipiuntur.
- 21 Institutione heredis ex die certo fieri non potest, & quare.
- 22 Conditio impossibilis si testamento adiscatur, an institutione heridis & legata carentur.
- 23 Heredes an institui possint quos testator nunquam vidit.
- 24 Deportatus in insulam an heres scribi possit.
- 25 Damnati in metallum cur prohibeantur heredes scribi.
- 26 Hæretici cur non possint heredes institui.
- 27 Anabaptista & apæstata heredes scribi non possunt.
- 28 Monachi Franciscani cur non sint capaces hereditatis.
- 29 Mulier intra tempus lucis nubens, an heres fieri possit.
- 30 Hereditas an per procuratorem adiri possit.

AD Thes. I] Heredis institutio est caput & fundamentum testamenti, quæ si omittitur testamentum annullatur, estque reale & substantiale testamenti, quæ nec in testa-

testamento militis omitti potest, cum det ipsum esse totum. *supt. de testamento militari.*
 Tamen hodie si heredis institutio non sit recte, per querelam inofficiosi rescinditur te-
 stamento quo ad institutionem, cetera tamen firma permanent, scilicet legata & fi-
 deicommissa, ut superiori disputatione fuit dictum. Si autem digna est exhaeredatio,
 & que ea fieri potest, pater enim ex l. 12. tab. *vis pateram. Et c.* habet licentiam, filium ex-
 haeredandi vel instituendi, ex iusta ratione causa, in d. *Nou. 115.* relatam. Nunc exhaeredatio
 liberorum, utriusque parentis querit iusticiam & iusticiam hominis gl. in §. exhaeredatus.
Verbo, iusta in Nou. de hered. Et sicut. Iustitiam legis ut nominatum fiat exhaereda-
 tio, & recte iustitiam hominis, ut iusta & legitima causa fiat, ut quia ingratus fuit. Et
 haec causa testamento inscratur & ab herede probetur, seu ut loquitur *Baldus in auth.*
non licet Cod. de libero praeferito: requiriatur talis causa, pro forma & iustitia: ratio-
 ne formæ, ut adiiciatur testamento, ratione iustitiae, ut probetur in iudicio. *leg. o-*
mnes. ff. de in integr. restitut. Ergo si causa non est expressa, nullum est testamen-
 tum. *Wesenbecker consil. 29. num. 12.* & potest fieri coniunctum in testamento insti-
 tutio heredis. Non autem exhaeredatio, tunc enim potius sit iniuria & odiosum quid-
 dam, ut supra est dictum. Sed notandum exhaeredatione legitimam posse tolli, que
 ratione est iuris naturalis. Et quidem legitima potest tolli ex iusta causa à patre, qui, ut
 supra dictum, habet illam potestarem à lege datam, legitima autem statuto vel pacto
 tolli non potest, communis doctorum sententia. Quia iura sanguinis nullo iure ciuili
 dirimi possunt, h.e. iuris ciuilis pacto vel statuto legis. *Iura sanguinis & ibi Decius. ff. de*
reg. iur. Wel. con. 24. Eaque sententia in Camera est recepta. *Myasinger. 105. ob. 43.* Gail.
lib. 2. obseruat. ob. 122. & num. 1. ac 2. Minui quidem potest legitima, id quod iuris ci-
 uilis est proprium *l. iuris ciuileff. de iust. & iur. §. vlt. iust. de legitima agnatorum tut. in fin.*
verb. non siveque, hoc est, Et Theophilactus veritatem non omnino.

Sed obiicitur l. 8. §. sed impuberis. *ff. de inoff. testamento,* ubi mater impuberis non po-
 test habere inofficios querelam, qua legitimam consequitur quis *Nouell.* Et 18. tot.
 sit. offertur *C. de inofficio testamenti.* Ergo etiam filius non potest habere legit-
 imam, si id legi aliqua vel statuto prohibetur. Respond. Naturalis ratio adiicit libe-
 ris parentum hæreditatem, *dict. l. cum ratio 7. in princip. ff. de bon. damnat.* Sed in *dict. l.*
§. Ver. impuberis. pater facit impuberis testamentum, & in eo procedit legitimam non
 dari vxori. Vbi tantum ciuilis subestratio, non naturalis, *Wesenbecker consil. 24. num.*
1. alia res est inter patrem & filium. Quis pater non nisi ex iusta causa filium ex hæ-
 redare potest.

Ecinde opponitur *dict. Nouell. 1.* Et 18. in qua dicitur quod lex det legitimam: Er-
 go etiam iure ciuili, puta statuto tolli legitima potest. Respond. Origine legitima est
 iuris gentium seu naturalis, & ideo tolli ciuili ratione omni modo non potest, quamvis
 possit diminui. Iuris autem ciuilis est quoad ordinatur triens vel semissis, & tum initi-
 um habuit ex iure naturali, & aliquam externam formam & dispositionem tantum ex iure
 ciuili, scilicet quoad triens vel semissis est constitutus, *in Nou. 8.* Vnde sequitur eam
 tolli non posse, licet diminui vel augeri ill. & statuto possit. Ecinde actio pro legitima
 repetenda vel consequenda est iure ciuili introducta, scilicet in officiis querela tot. *iii. ff. Et*
C. de inoff. testam. Ipsa autem legitima est ex iure naturali debita, & ideo tolli statuto vel pa-
 ctu non potest, id quod etiam in contractibus ita fieri videmus, qui iure naturali, inspecta
 origine, sunt in traducta, licet de iure ciuili quandam formam acceperint.

Ad Thes. 2. & 3.] Hæreditas & iuris est nomen, non autem significat per se res hære-
 ditarias, quamvis in illo iure, hoc est, in hæreditate plerunque sint res hæreditales: Et
 ff quod

quod sit iuris nomen, expresse constat ex *lege Pomponius* §. in fin. ff. a. rei vindicat. vbi dicitur, q̄ hæreditas pro diuerso possideri nō poslit scil. ratione iuris, quod est in corporale, §. *incorporales supr. de reb. corporalib. & incorporalibus*. Sed obiicitur quod diuidi possit hæreditas, vt in thes. 19. & 20. affirmatur. Resp. Id sit inspectis rebus, quæ in hæditatis iure continentur. Eodem modo v̄lusfructus diuiduus est, scil. ratione rerum vel fructuum, in quibus v̄lusfructus consistit, vt infra satis dictum fuit. Et hoc soluit ita ipse Instinianus in d. §. *incorporal. supr. de rebus corporalib. & incorporal.* vbi dicit, hereditatem esse ius corporale, nec ad rem pertinere, res plerunq; hæreditarias esse corporales, cum & fructus in v̄lusfructu plerunq; sint corporales. Deinde in thes. 3. dicitur, quod hæres sine diphthongō scribi debet. Cui opponitur quod potius † hæres cum diphthongō sit scribendus, cum veniat ab hærendo secundum Grammaticos non ab hero. Resp. multi scribunt adhuc pere, & deducunt ab hærendo recte, idque Grammatici sequuntur, quia vnu hæres quasi alteri cohæret. Deinde obiicitur, quod quāritas repugnat in hac deriatione. Quia hæres habet primam longam, herus primam breuem. Vnde adhuc dicendum videtur hæres ab hero non deduci posse. Resp. Veruna est repugnat quantitas, sed id non facit quicquam ad rem, quia videmus id in aliis vocibus, vt in lego, quod rāmen primam breuem habet, à quo deducitur lex, quod habet primam longam, quod sepe accidere potest, cuiusmodi alia annotationes Mummellius in *Prosdicia*. & Gellius alicubi earum vocationes similes recenset. Et ICti in deducendis vocabulorum originibus imitantur stoicos, qui vt Cicero lib. 1. officiorum refert, propemodum ea in re delitarunt, dum curiose nimis vocabulorum etymologias considerarunt, & secuti sunt potius rem ipsam, ac naturalem rei ordinem in etymologiis respexerunt, quam literarum ordinem & syllabarum quantitatem. Et sane hoc magis est ex naturahæredis, vt deducatur ab hero, hoc est, dominio, quia est quasi familiæ vel hæreditatis dominus §. *lib. inf. de hered. qualitat. & differentia*. Et propemodum est vnu quasi dominus, & vna persona hæres & defunctus, §. *lib. inf. de hered. qualitat & differentia* l. suis II. ff. de lib. & posthum. &c.

Ad Thes. 4. 5. 6.] Proponitur & explicatur in hisce thesibus definitio hæreditatis, que est successio, hoc est, ius succendi, non autem significat ipsas res hæreditarias. Sed contra sic opponitur ab Alciato: *Verbalia*, vt est successio, significat ipsas res. Ergo & hic ipsas res, Resp. ICti eiusmodi vocabula pro iuribus accipiunt, nec patiuntur se allegari ad regulas Grammaticorum. Sic possessio iuris nomen est, l. *hæreditatis appellatio ff. de Verb signif.* Sic hæreditas iuris nomen est, nec diuidi potest l. *Pomponius in fin ff. de rei vindic.* Ergo & genus hæreditatis secundum definitum debet intelligi. *¶* Vicit Alciatus *heres dominum* significat. Ergo propter rebus ipsis successio & hæreditas sunt accipienda. Resp. Id argumentum refutat Iustin. Imp. in §. *incorporal. supr. de reb. corpor. & incorporal.* vbi dicitur hæreditatem esse ius, h. e. incorpore quiddam. Nec, inquit, refert in hæreditate existentes, vt plurimum esse corporales, quia idem & in v̄lusfructu accidit, qui tamē ius est. Quamuis Cicero in topicis aliquanto crassius hæreditatem definit pecuniam, illa enim continetur in illo iute vniuerso. *Terrio* inquit Alciatus *hæreditas divisionem recipit l. seruum. §. fin. ff. de hered. inserviend.* id quod in thes. 19. & 20. affirmatur. Resp. Id sit ratione rerum in hæreditate existentium non ratione iuris. Sic bonorum possessio dicitur diuidua possessio, ratione rerum; v̄lusfructus diuiduus ratione rerum. Deinde dicitur in definitione, est successio in vniuersum ius. Cui opponitur l. *cum hered. 23. in prff. de acquirend.* Vel omitt. posse. vbi dicitur, quod si aliquis sit hæres scriptus, ad eum possessio non pertinet, nisi materialiter sit apprehensa. Ergo non in vniuersum ius ad heredem transit. Respond. Possesso transit, sed opus est naturali apprehensione, cum facti multum habeat, & corporis etiam

235

etiam actum requirat: & nulla possessio acquiratur, † nisi corpore & animo simul. § quemadmodum 8. ff. de acquir. poss. Hæreditas autem iuris potius est non facti, tot. tit. ff. de acquir. Et hæreditas postfaktionem non habeat.

II. Obiicitur: *I. furti 6. §. illud. ff. qui notant infamia.* vbi dicitur hæredem non succedere in tutelam & societatem. Sed tantum in æs alienum, vt id soluat. *L. actione disstrahitur §. morte. ff. pro socio.* Ergo falsum est, hæreditatem esse successione in viuierum ius quod defunctus habet. Respond. Hæres socii vel tutoris non est, quia vt tutela expirat morte. §. Vlt. supr. quibus modis tutela fin. ita etiani societas. §. soluitur de societate.

III. Obiicitur *I. l. §. si ex fundo. ff. de hered. instit.* vbi dicitur quod quis hæres institui possit ex certo fundo. Ergo non in viuierio iure. Resp. Verū quidē est ex certo fundo ibi aliquem esse heredē institutū, sed tamen quia sine coherede erat institutus, solus ex præsumta testatoris voluntate tota reliqua hereditari pars ei acrevit: Id q̄ etiā verba illa de tracta fundi mentione satis important, quod non amplius sit dicendum, cum esse hæredem institutum in uno fundo, sed in tota hereditate detracto, id est, recto quasi fundo, & sic accipit hunc §. d. l. I. Viglius in §. sed & si quis, quibus modis testamenta instrumentur: & Welenbec. in institut. tit. ff. heredem institut. num. 5. idem sentit, nam alias pro parte testatus pro parte intestatus quasi decederet, quod ius nostrum non patitur leg. ius nostrum ff. de regul. iuris.

IV. Obiicitur *I. quoties C. de hered. instit.* vbi aliquis instituitur hæres in certa re: Et dicitur quod legatarii loco sit. Resp. Id in tali casu procedit, quando quis habet coheredes, si tunc in aliqua certa parte institutus hæres sit, legatarii loco est habendus. Et solutionem similiter in dictis Viglius & Welenb. agr. oscunt. Quinto, tota hæc definitio videtur esse mala, cum coincidat cum bonorum possessionis definitione. Vnde putat Welenb. ff. h. tit. num. 2. addendum esse vocabulum *civilis* quasi sit civilis successio, ad differentiam præteritæ successioneis, hoc est, bonorum posses. Respond. Non opus est vocabulum *civilis* addi, quia locus & subiecta materia hoc satis clare ostendit, cum & Iustinianus ipse dixerit in §. vlt. supr. de vñs & habit. & §. vlt. per quas person. nobis acquir. se de eius iure hic aelerum. Nam in 3. lib. tit. de bonorum posses. agit de iure prætorio. Et ius prætorium, hoc est, bonorum posses. ac ius ciuile, hoc est hæreditas, in effectu nihil differunt, scilicet in causa efficiente, quia † lex facit hæredem prætor bonorum posses. forem. §. 1. infra de bon. poss. & quamvis secundum multorum sententiam in plurimis aliis differant, cum per omnia non sint coquata, ex quadam constitutione hæreditas & bonorum posses. vt legata & fideicommissa, donat. mortis causa & legata. §. 1. supr. de denat. & delegat. Et quodam dicunt bonorum possessionem contra tabulas dari emancipato filio, §. emancipatus supra de exhered. liber. §. emancipatus infra. de hered. quibus ab intestat. defer. non autem hæreditatem §. emancipatus, id quod verum est. Deinde per procuratorem peti & agnosci potest bonorum posses. vt expresse probatur ex I. si quis al. locis. 48. ff. de acquir. hered. l. si maritus Cod. mandati. Dicunt autem id non fieri in hæredit. quam non posse per procuratorem adiri putant, per leg. per procuratorem. 90. ff. de acquir. heredit. Contrarium tamen in corollario assertimus, vt infra videbitur.

Tertia differentia patet ex I. si quis institutus 23. impr. & §. 1. ff. de hered. inst. vbi hæreditas non dicitur adiri posse, sed bonorum posses. Sed vt sit, in nouissima constitutione Iustiniani non attenditur bonorum posses, sed tantum hæreditas. Deinique in definitione hæreditatis adduntur illa verba, quod defunctus habuit.

I. Nam viuentis nulla est hæreditas *l. i. ff. de hered. infra. l. i. ff. pro hered.* Sed obiicitur *l. de hered. 19. ff. non tamen ff. de castris peculio.* Vbi dicitur, hæreditatem esse viuentis. Resp. Ibi hæres pro domino accipitur, qui adhuc viuit, nec est defunctus. Secundo obstat quod filius viuente patre hæres existat: Ut dicitur in §. sui infr. de hered. qualitat. & differentia d. *l. in suis II. ff. de lib. & posthum.* Respond. Hæreditas patentum ex eorum communi voto liberis adiicitur. *l. 15. ff. de inoff. testamento. l. cum ratio 7. in fin. ff. de bon. damnat.* Vnde fictione & subtilitate iuris potius dicimus, viuo quasi patre filium esse hæredem, sed additur, quod quodammodo sit hæres, quæ particula satis indicat, nec per omnia viuo patre filium esse hæredem, sed tandem defuncto patre, quamvis respectu patriæ potestatis, eiusque effectu inspesto, pro una persona habeantur pater & filius. *l. fin. C. de impuber. & alii substitutis.* Si autem defunctus est pater, vere est hæres filius, adira tamen hæreditate non amplius est hæreditas, sed filii proprium patrimonium, Bartol. in *l. Titius in princip. ff. ad S. C. Tum Trebell. Welenbec. num. 3. ff. eod.* Recte autem omittuntur indefinitio hæreditatis illa verba *Tempore moris:* quia post mortem testatoris omne commodum, quod accedit hæreditati, acquiritur hæredi, non tantum id quod præsens est, quando moritur hæres. Interim autem dum hæreditas iacet, hoc est, nondum est adira, acquiritur hæreditati, quæ singitur personæ, & personæ vicem obtinenter, cui acquiritur interim §. seruus. h. r. vnu. Egc.

II. Ad *Thef. 10.*] Suus hæres hic definitur, † qui in potestate patris exsistit. Cum autem filius exhæredatus suus hæres non sit, cum ex hæredatione ius filii absindatur omne, & repellatur filius non tantum à paternis, sed & à liberorum paternorum bonis, nec quicquam ei relinquatur, nisi ut in hæreditario sepulchro possit sepeliri, & suam posteritatem auferre. *l. 6. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun.* Existit tamen adhuc in potestate filius exhæredatus, quæ exhæredatione non soluitur patria potestas, *tot. iii. infra. supr. quibus modis patria potestas soluitur.* Ergo, dum hæc definitio ante posita æque conuenit filio exhæredato, qui in potestate est, nec tamen suus, addita sunt, illa verba. *Delata hæreditatis 3 tempore in proximo gradu.* Delata † hæreditas dicitur, quæ adiri potest. *l. delata. 15. ff. de verbis signif.* Nam si filius exhæredatus habet filium, ille filius, quod est nepos respectu avi, habet proximum gradum delata hæreditatis tempore, quamvis filius exhæredatus habeat proximum gradum mortis tempore, & adhuc in potestate existat. Et qui suus hæres est, quodammodo ad propriam venit hæreditatem, h.e. quodammodo vna est persona, cum persona defuncti; sed notanda est particula quodammodo, quæ satis indicat proprietatem. Nam nihil omnia ducuntur personæ: Et pater dum viuit filius hæres vere non est sed ficte, *d. l. in suis II. ff. de lib. Egc. pos. Et supr. dictum est.*

III. Ad *Thef. 11. cum aliquot seqq.*] Oppon. sic: Serui pro nullis habentur, &c. cum iis non est testamenti factio pastuua, h.e. non possunt quid ex testamento capere, & per cōsequens odiosum est plura de seruis hodie monere, cum teste & Zasio seruos ignoret Germania. Resp. Serui capiunt quid ex testamento respectu dominorum, qui liberi sunt & quibus omnia acquirunt, §. 1. sup. de his qui sunt sui & vel alieni iuris. Deinde contemplatione libertatis futuræ id fieri dicimus. Quia seruus institutus à domino fit ex testamento liber, ut in *thef. 16.* affirmatur. III. In finibus imperii Romani, nulli adhuc sunt serui, qui æque misere ac acerbe tractantur, arque olim fuerunt tractati. Hoc tamen bene notandum est, non aliter seruum ex testamento capere posse, nisi dominus capere possit. Nam cura serui † testamenti factio est ex persona dominorum. Sed obiicitur contra eam assertione primo *l. 7. ff. de legat. 1.* Vbi dicitur incapacis domini, h.e. deportati seruo fit fideicommissum. Ergo viciū non est incapacis domini seruo in testamento nihil reling posse. Resp. Fideicommissum

deicōmissum erat relictum seruo anteq; deportaretur dominus, sed cessit dies fideicōmissi post deportationem, utile est fideicōmissum, quia seruus habuit capacem dominum ante. Die etiam cedente habuit dominum capacem, puta fiscum & ei legatum acquirit. At si Titius dominus fuerit restitutus, antequam dies cederet fideicommissi, ei acquiritur fideicommissum, non fisco. Secundo obiicitur *L. eti maxime. 5 ff. de seruit. legata*, in qua P̄ctus Papinianus expresse ait fundum domini per seruum frustra legari: Ergo verum non est, cū seruis esse testamenti factionem ex persona dominorū. Resp. Legatum seruo relictum non valet ex persona domini, sed ex persona ipsius serui. Domini persona ad hoc tantum inspicitur, vt sit cum seruo testamenti factio. Ceterum ex t̄ persona serui legatum consistit, *L. debitor. 5 ff. de legat. 2.* Et tum legatum seruo relictu valet, vt si liber seruus factus sit, possit capere quod legatur. At in d. l. *et i maxime.* seruus si liber esset, non esset capax legari. Seruitus enim ei qui prædium non habet legari non potest. *S. inter. supr. de seruit.* vt supra fuit dictum. Nam seruitus realis à fundo uno seruiente alteri fundo dominanti debetur, & quidem vicino, *L. ergo ibi nisi fundum vicinum habeat. ff. de seruit. rust. præd.* Tertio obiicitur *L. etiam ea. 17. S. fin. ff. de legat. 3.* vbi dicitur, quod seruitus seruo prædium habenti recte legatur. Seruus autem non potest habere prædium nisi ex causa peculiari. Id autem domini est. Igitur seruitus seruo ad prædium domini legari potest. Resp. Putant ita legendum esse: seruitus non prædium habenti recte legatur, quam lectionem confirmat *L. Labco. ff. de seruit. rustic. præd. & L. si seruitus. 5. & l. ff. de seruit. erb. præd.* illæ illi indicant, futuro prædio acquiri posse seruitutem per legatum aut alio modo. Atque ideo verum manet ei posse legari, qui nondum prædium habet.

Ad Theſin 17.] Affirmatur t̄ seruum alienum post domini mortem recte institui heredem, & additur ratio: Quia cum seruis hereditatis est testamenti factio. Resp. Sed obiicitur, quod inutiliter instituatur seruus, cum hereditas ei nō possit acquiri, vt qui domino careat, & ex eius persona habeat designationem, vt ante diætū. Resp. Valet illa institutio propter fictionem iuris, qua hereditas iacens, id est, nondum adita personam defuncti sustinet. *L. hereditas. ff. de acquir. rer. dom. S. seruus. h. tit. n.*

Ad Theſin 20. & 21.] Agitur hic de hereditatis diuifione. Dividitur hereditas in t̄ 12. vncias, hoc est, partes, quæ diuifio vocatur soleannis assis distributio, *L. interdum. 3. S. part. terfam. ff. de hered. infit.* Et sumserunt ICti illam distinctionis rationem ab Astrologis, qui omnes res reuocant ad 12. partes, menses, horas, signa. Hanc autem rationem distribuendi hereditatem non perpetuo obseruare tenetur testator, sed tamen intellectu, tum iuris subtili ratione, nihilominus partes nominatae ad 12. partes vel vncias reduci possunt. Etsi 4. ex tertii, id est, tribus partibus instituuntur heredes, perinde est acsi vnuſquisq; ex quarta parte heres scriptus fuisset, *S. Videamus. b. tit.* Nam singulis tacite quarta pars accedit, pro modo tamen parti eius, in qua quis est institutus, & fit intellectu magis & iuris potestate, quā re ipfa. Totus enim as est compleatus, etiam si tantum tres partes testator fecerit. *d. L. interdum. 13.* Et testator id voluisse præsumitur extacita eius mēte, alias enim suas cuiq; partes assignasset, cum voluntates defunctorum plenissime sint interpretandas, *L. in testamento. ff. de reg. iur.* Sed obiicitur valde *L. cum quæst. 23. C. de legat.* vbi dicitur contrarium, animirum id, si quis agrum vel hereditatem reliquerit, & quidem primo in totum, secundū heredem in partem dimidiām instituerit, vtrumq; in sex vncias esſe scriptum, & sex vncias esse reliquias, vel domino rei legata vel heredi. Resp. Vt & Aretin. & Mynsing. *ad d. S. Videamus. b. tit.* In d. l. *cum quæsto*, non apparuisse testatorem accedere aſtem voluisse, vt quia nō dixerit, in aliis sex vncias, sed simpliciter Titium ex aſſe, Mævium ex sex vncias instituit, vnde videtur detraxisse & ademisse Titio ex aſſe sex vncias. Itaq; vterque semissim habebit.

230 238 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Nos autem hic loquimur in tali casu, quando voluit testator transcendere hereditatis legitimum diuisionem, idque expresse constat, quia Titium in 12. & Mœvium in aliis sex unciis instituit. Dicitio enim in aliis evidentem voluntatem testatoris indicat, & designat, cum exceedere voluisse communem assem, suamq; hereditatem diuidere in 15. partes, quæ tamen intellectu ad 12. optime reduci possunt.

- 18** Ad Thesis 22. 23. & 24.] Dicimus in thesi 22. in † heredis institutione tres qualitates, sicuti in aliis legitimis actibus obseruari. Per legitimos actus intelligimus contractus: nam in aliis contractibus similiter aliquid contrahitur, vel pure vel sub cōditione, vel in diem, quem admodū apparet ex §. omnis stipulatio. Inst. de Verb. oblig. vbi dicitur omni stipulationem fieri pure, in diem, vel sub conditione. Sed opponitur sic: Quæ nihil differunt, distingui nō debent. Sed fieri aliquid pure & sub conditione nihil differunt. Non ergo hec duo distingui debent. Minorē probō per l. qui liberis. 8. in pr. ff. de Vulg. & pub subst. vbi si quis ita est institutus: *Si filius meus intra pubertatem deceperit, Seius heres esto;* dicitur pure institutus, non sub conditione, cum tamen particula si inducat cōditionem. Ut si in capitolum ascenderis: si hoc vel illud feceris. Deinde substitutio hereditatis intelligitur cum conditione semper facta. tot. sit. ff. & Inst. de Vulg. & pupill. subst. Ergo inter ea quæ pure fiunt & quæ sunt sub conditione, distingui non debet, quod tamen in thesi fit. Resp.
- 19** Duplex est conditio: † una quæ intrinsecus est, & venit ex propria cuiusq; natura substitutionis, quæ sit in casum vel mortis tantū, vel etiam mortis & aditæ hereditatis, ut in seq. disputatur. videbimus. Altera est quæ non venit ex materia substitutionis, sed extrinsecus veniens, extrinseca dicitur, & de tali agitur in d.l. qui liberis, quia ibi non agitur de tali substitutione, quæ fiat in calum mortis instituti filij. Heres enim filius non erat institutus in easum acquisitæ hereditatis, hoc dum deest inspecta propria materia & conditione illa, quæ est in substitutione, dicimus omnino conditionem talem propriam substitutioni hic non adesse, sed talem quandam extrinsecus venientem, puta, si filius meus (qui tamen heres nō erat institutus) intra pubertatem deceperit, Seius heres esto. Est tamen conditio hic, sed non conditio talis, qualis est in substitutione, potius externa vel extrinseca quædam, non pendens ex propria natura substitutionis. Conditio autem extrinseca substitutionis hæc fuisse: si filius meus heres erit & intra pubertatem deceperit, Seius heres esto. Eo dum ICtus Vlpian. ibi respicit, dicit talem conditionem, si filius intra pubertatem deceperit, esse puram, respectu internæ conditionis quæ est in substitutionibus. Et hanc solutionem gloss. sc̄tis inquit, quam etiam nuper in disputation. de substitutionib. Clarissim. vir D. Horstius dedit. II. Obiicitur l. liberes. 79. in pr. ff. de condit. & demonstrat vbi id, quod conditionale est, sua natura purum esse dicitur. Resp. Hic non attenditur conditio futuræ mortis, cum certum sit aliquando moriturū, quamvis ignoretur quo die quo tempore, l. i. §. 1. ff. de conditionib. & demonstrationib. & ibi glossa. Quia ergo certum est, aliquem moriturum, dicitur illa conditio pura, quia certò existit tandem, quāvis mora aliqua suspendatur, hoc est, differatur in tempus & diem mortis. Aliæ autem conditions, puta: *Si natus ex Asia redierit: magis sunt incertæ, & facile possunt fallere, nec existere.* Tertio dicitis varias esse species in diem, & pure quid in testamento relinquunt. Cui oppono l. vbi pure. 19. ff. de SCto Trebell. l. epistolam. 75. §. 8. ff. ad Trebell. l. filiam. 16. in fin. ff. de auro & arg. legat. vbi dicitur, pure reliqtum & in tempus esse reliqtum, vnum esse: Ergo vnu idem q; hæc duo sunt. Resp. cum gl. & Dd. communiter iure quidem esse reliqtum quid, pure heredem esse institutum & quid legatum, sed tamen tacite inesse conditionem, & per adiectionem dici in totū quo quis capere potest: quod tempus purum, id est, certū est, sed tamen expectandū. IV. Oppono sic: *Aetus legitimū non recipiant diem aut conditionem, & per adiectionem dici in totum*

235

totum vitiatur, *l. actus legitimis ff. de reg. iur.* vos de actib. legitimis agiris ut testatur 22. thesi: Ergo sub conditione vel in diem id fieri non possit, quod tamen in thesi 23. affirmatur omnino autem & in totum vitiatur tales actus per diei adiectionem, cum tamen contrarium dicatis in thesi 24. in verbis; sed *Vitio temporis sublatu manet institutio*, id quod etiam dicitur in §. heres. h. tit. vbi dicitur *pro non adiecta habetur dies*, id quod etiam satis ex eo apparet, quod §. impossibilis statim §. heres subjiciatur, & certum est impossibilem conditionē pro nou adiecta haberi, subsistente tamen institutione. Resp. Ad priūm quod attinet, affirmatur quidem in thesi 22. institutionem esse aetum legitiūnum. Sed † non ita accipimus 20 illum actum legitirāum, quemadmodum in *d.l. actus legitimis*. vbi dicitur aetū legitimū ex quibus oritur legis actio *l. 2. §. 2. ff. de origine iuris*. Sed aliquando generalius pro negotio ll. approbato, vt sunt contractus, & alia, puta institutio heredum, ut hoc loco. Ad alterum quod attinet sciendum est, institutionem esse & fieri à moriente, cui plurimū ignoscendū est propter infirmitatem morbi & propter lucū cum morte, qui dum memor est mortis, videatur & singitur immemor oranum Iuris Regularū. Hinc si ex die vel ad diem heredem instituit contra regulas turis in *Litus nostrum. ff. de reg. iur.* ignoscitur hoc ei, & detrahitur mentio dici, & habetur dies pro non adiecto, & institutio nihilominus robur suū obtinet, detrac̄tioq; obriuet. Si aut̄ heres penes quem consistit adiuto, hoc est, actus vere legitimus, ad diem vel ex die id facit, redditur inutilis & virtuosus ille actus totus, per temporis vel dici adiectionem *l. actus legitimis*, & quando dicimus in diem post fieri institutionem, intelligimus diem incertum, ut cum morieris, cum poteris *l. 1. ff. de cond. & demonstr.* Cuiac. lib. 3. obſ. c. 34. quia dies incertus pro conditione est. *d.l. l. dies incertus ff. de condit. & demonstr.* dies certus non est pro conditione *l. cedere diem ff. de Verb. sign.* V. Opponitur valde *l. si quis instituatur. 23. in p. ff. de hered. inst.* vbi dicitur, quod recte aliquis instituatur in diem certum vel incertum: Ergo falsum est quod dictum fuit, in diem certum fieri non posse institutionem. Resp. Duplici modo in diem certum fit institutio: & h.c. quod vult Cuiac. ibid. & exponit, ex die certo institutionē fieri posse. Sed dum detrahitur dici mentio, & manet institutio secundum *l. hereditas. 34. ff. eod. & §. heres. h. tit. n.* Deinde *d.l. si quis. 23.* loquitur in tali casu, quando novum est adita hereditas, si tum creditores quib. debetur & alienum urgent nimium solutionem, potest saltē ab aliquo cognosci bonorū possessio, & hereditas distrahi. Et hoc speciale tamen est in casu creditorum instantium. Nec quicquā refert, an ex die certo vel incerto facta sit institutio. Alias † ex die certo vel ad diem certum facta 21 institutio ideo non valet, quia si ex certo tempore fieret, pro parte testatus pro parte intestatus decederet, quod iura nostra non patiuntur *d. litus nostrum. ff. de reg. iur.* Deinde ad certum tempus non potest fieri institutio, quia qui semel acquisierit hereditatem adēndo, desinere heres esse nō potest, *l. et si. 8. §. sed quod ff. de minorib. §. extranei autem. inst. de hered. qualit. & different.*

Ad Thesin 25.] Affirmatur impossibilem conditionē per se quidē vitiari, † manere 22 autem heredis institutionem & legatū per se firmum, quemadmodum & supra de dici adiect. detrah. & superuac. dictum fuit. Cui oppono *l. cum heres. 4. §. 1. ff. de stabilib.* vbi dicitur q̄ statim liber non fiat, cui in impossibile conditionem differtur libertas: Ergo & legatū & libertas & alia non valent, si conditio est impossibilis. Resp. Ad *d.l. cum heres. 4. §. 1. q̄ attinet, ibi non fit liber si qui statu liber est, quia est pene impossibilis, seu tamen natura possibilis. Nam impossibilis conditio ea est, quae per terū naturam p̄stari nō potest. Deinde ex impossibili pene conditione adiecta apparet, testatorē non voluisse eum heredē, vnde totus actus ex p̄sumta testatoris voluntate annullatur. Nam si voluisset testator eum liberā, non tam *d. difficilē conditionem adieciſſet.* II. Opponitur *l. si mihi. 12. §. si quis seruos. ff. d. leg. 1.**

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

232 vbi quis impossibilem conditionem apponit ad legatum, & tamen valet. Resp. Est quidem difficilis, sed tamen sua natura possibilis. Tertio opponitur *l. si Tius. 16. ff. de constit.* vbi non valet impossibilis conditio, nec etiam institutio tota: Ergo est falsum vitia in conditione manere institutionem. Resp. Id sit propter prolixitatem & impossibilitatem istius institutionis. Quarto oppono *l. 9. l. §. si inter. ff. de verb. oblig.* vbi stipulatio tota sit irrita propter impossibilitatem condit. Ergo & institutio heredum & legata. Resp. Magna est differentia inter contractus & ultimas voluntates: nam in testamento sive mendum & vietum excidit in scribendo vel nuncupando, propter infirmitatem, id detrahimus hoc colorem, quasi à morte sit commissum, & ita seruamus defuncti voluntatem, qui quasi cōficiatur cum morte, nec habilis habetur ob metum præsentem. Vnde omnia ei condonantur. Non ita est in contractibus, qui sunt inter viuos. Si sunt illi adiecta tali conditione impossibili, sibi id imputent. *l. non solum. ff. de oblig.* Et alii, quia non est verisimile, ambos contrahentes impossibilem conditionem non animaduertere, vel contra eam non excipere: nec videtur iis mendum tale excidisse, cum infirmi non sint: Eo igitur colore contractus seruari non possunt: Nam si tum alter non corrigit mendum, colludere præsumitur. *l. non solum Dd. hic communiter.* Quinto opponitur *§. 8. l. infi. de leg. ut. vbi dicitur, impossibilia legata non valere:* Ergo falsa est nostra assertio. Resp. Agitur ibi de legis pœna nomine relictis, quæ olim non valebant, valent tamen ex Iustiniani constit. in *l. 5. Nic. C. de ius, qua pœna nomine relinqui.* quæ tum si sunt impossibilia per se, scilicet non valent, quia impossibilium nulla est obligatio. *l. impoſit. ff. de reg. iur.* Denique contra assertionem oppono *l. falla. 63. §. si sub condit. ff. ad SCtum Trebell.* vbi dicitur, difficilem conditionem ascriptam fideicommissio non valete, & totum actum infirmari: Ergo non tantum per se conditio vitiatur. Resp. Commissarius fidei pro eo labore quo tenetur alteri hereditatem, vel partem, vel certam rem restituere, deducit Trebellianum, hoc est, quartam ex fideicommisso, & si turpis vel difficultis conditio esset adiecta, non tenetur eam implere, quia officium suum nemini debet esse damnosum. Et hoc solario etiam à D. Horstio publice fuit data, nec comparantur inter se turpis causa vel conditio. Insto contra dat. solut. quia dicitis comparari difficultem & turpem conditionem respectu fideicommissi. Et opponitur *l. filius fam. 15. ff. de condit. infi. vbi turpia sunt impossibilia.* At turpis conditio commutat totum testamentum. Resp. Certum est contra edicta prætorum & Impp. conditionem appositam legato, non infirmare totum testamentum, sed tantum eam ipsam conditionem *l. conditions ff. de condit. infi.* speciale tamen est filio fam sub conditione impossibili scripto herede à parte. Illa enim totum vitiat & infirmat testamentum patris, quia contra pietatem & ll. fecit, & tum procedit *l. 5. C. de ll. scil. ipso iure nullum esse,* quod sit contra ll. In primo autem casu institutus est extraneus heres sub conditione impossibili vel turpi, & imputatur id potius infirmitati testatoris, ut supra dictum est.

233 Ad *Thefin 2.8.*] Affirmatur eos posse institui heredes, quos testator † nunquam vidit. Cui opponitur *l. quovis. l. §. 2. ff. eod. §. incertis. infi. de legar.* vbi dicitur incertam personam non posse institui, nec ei quid legari. Resp. Hic non agimus de incertis personis, sed tantum deignosis, & est incertitus, quædam in accidentibus personæ, puta qualitate, quantitate, nomine, facie, &c. non in substantia personæ, quæ certa est.

244 Ad *Thefin 30.*] Iura quosdam institui prohibent. Primo prohibit in Insulam deportatos. Cui opponitur *l. deportatus. 15. in fin. ff. de interd. & relegat.* vbi expressis verbis dicitur, quod deportatus in Insulam heres scribi possit. Resp. Aliud ad illam l. responderi non potest, nisi quod illa lex, ut aliae præcedentes dubiq̄ sint authoritatis, nec à compilatoribus iuris, sed ab interprete quodam inserta, & absunt etiam à veterib. probatis libris, id quod

quod & Pacij exemplar satis ostendit, vbi minutoribus typis illæ ll. vt & alia omnes dubiae authoritatis sunt excusæ. Deinde cum d.l. *deportatus* pugnat. l.16. *proxime sequens. cod. tit.* ex qua pugna illa dubia authoritas satis etiam elucefecit. Et notandum, deportatos pro peregrinis haberi, cum patientur medium capitum diminutionem. Secundo prohibentur in † metallum damnati ideo, quia pro peregrinis, non pro ciuib Romanis habentur, quia ²⁵ maximam capitum diminutionem patientur, cum ferri poena efficiantur. §. *maxima. sup. de cap. diminut.* §. *pœna. supr. quib mod. patr. potest. solvitur.* Tertio † hæretici non possunt he ²⁶ redes institui, cum ipsorum bona ad fiscum deuoluantur, tot. tit. C. *de haret. & Manich.* vbi dicitur cōfiscari bona hæreticorum. Loquitur autem illa lex de liberis orthodoxis ex hæreticis parentibus natis, qui si à prauitate paterna discedunt delicti veniam, vt pœnitentes habent, id quod eleganter ostenditur in l. *Manicheos. 4. C. de haret. & Manich.* Si autem liberi hæreticorum non sunt orthodoxi, heredes scribi non possunt, cum non succedant, & parentum bona confiscentur. Quarto, † *Anabaptistæ & Apostatae* cum videantur exempti ²⁷ numero Christianorum propter abnegatum Christianismum. His annumerantur etiam † *Monachi Franciscani*, qui nihil propri habuerunt. Vnde nec heredes esse possunt & ca ²⁸ paces hereditatis. Mynsing. n.2. §. i. h. tit. Et hoc habent ex authore primo illius ordinis, qui nihil propri habere voluit, sed emendando se maceravit, id quod etiam ille ordo ita st̄ete obseruare voluit.

Ad Theſin 31.] Dicitur, quod † mulier intra tempus luctus nubens, heres fieri non ²⁹ possit. Cui opponitur l.1. *in fin. C. de secund. nupt.* vbi dicitur contrarium. Resp. Pœna ibi ponuntur *in pris. satis fortes*, illius mulieris quæ nabit intra tempus luctus, ideo quod r.º præfet reuerētiam priori marito defuncto. Et quidem primo, iure est infamis notissimo l.1. ff. *de his qui not. infam. l. liborum. 11. §. i. de his qui not. infam.* deinde ex d.l. i. C. *de secund. nupt.* tenetur tantum tertiam partem bonorum in dotem dare secundo marito, qui etiam non plus quam tertiam partem tenet ei relinquere in testamento. Deinde omnium hereditatum legatorum fideicommissorum in testamento relictorum est expers, quæ habeat heredes, qui ei ab intestato succedunt. Deinde amittit etiam ea, quæ prior maritus ei reliquit, quod alij habeant Deniq; adhuc aliquid ei vxori cōdonatur in hereditatibus ab intestato, ei delatis nō ex testamento. Nam intestato si succedit legitimas seu honorarias hereditates, non tamen ultra tertium gradum potest vindicare. Habet igitur vxor illa, vniū illud indultum sibi lege, inde tamen non sequitur, mulierem intra tempus luctus nubentem heredem institui posse, cum ab intestato saltem quid habeat, non tamen ultra tertium gradum.

Ad Corollarium.] Non parum est controuersum, an per † procuratorem adiri pos- ³⁰ sit hereditas, id est, an legitimus actus aditionis hereditatis per eū possit celebrari, secundum l. *actus legitim. ff. de reg. iur.* Nos affirmatiuam tuemur, quod per procuratorem hereditas adiri possit. Fundamenta nostra hæc sunt: Primo, quia bonorum possessio potest peti per procuratorem l. *si quis alicui. 4. ff. de acquir. hered.* Ergo & hereditas, quia hereditas & bonorum possessio ex Dd. sententia fere nihil differunt in effectu, nisi quod prætor dat bonorum possessionem, lex autem hereditatem §. i. *inf. de bonor. posse.* Id q; causam efficientem potius respicit. Secundum fundamentum, qui per procuratorem acquiri potest. l.8. C. *de acquir. & retinend. possess.* l.1. C. *de acquir. pos.* Tertio confirmatur satis ea sententia, si cōtraria, quæ videntur obstare, refutantur. Primo non obstat, l. *per procuratorem. 9. o. in pr. ff. de acquir.* Vel omisit. hered. vbi dicitur, hereditatem per procuratorem acquiri non posse, quia ibi rectius legitur secundum exemplar Florent. per *Curatorem:* Per curatorem enim non potest acquiri hereditas, sed per tutorem. Nam ad id inutilis est curator. l. *tutus*

in vna §. 17. in fin. ff. de appell. id quod probat Duaren. lib. 2. anniuers. disput. cap. 27. Secundo obstat l. 1. §. 8. ff. de offic. procurat. Cæsa. vbi dicitur, quod præcipuum hoc sit in procuratore Cæsar, quod hereditas eius iussu per seruum aditi possit. Si hoc præcipuum & quasi speciale esset in procuratore Cæsar, alij procuratores id facere non possent. Resp. Loquitur illa lex de procuratore vniuersale mandatum habente, qui regulariter adire non potest hereditatem, nisi sit procurator Cæsar, cui omnium bonorum Cæsar administratio est commissa. Nos autem non loquimur de vniuersali procuratore, sed de eo cui specialiter est quid mandatum, is hereditatem adire potest, quia iussus ille tantum operatur, argumento §. item *vobis supr. per quæ person. cuique acquir.* Tertio non obstat illa ratio, quod cum quis procuratorem dat, ad hereditatem adeundam, hoc ipso adire videatur, & idcirco nihil relinquatur procuratori, quia fieri potest, vt si qui mandat hoc procuratori, cogitet eum non statim id facturum esse, sed totum medium tempus liberum fore sibi ad iudicandum. Denique non obstat l. post mortem. 25. §. 8. ff. de adept. vbi dicitur, aliquem non posse adoptare vel arrogare per alii. Arrogatio & adoptio sunt actus legitimi, vt & hereditatis aditio d. l. *actus legitim. ff. de reg. iur.* Ergo nec hereditatis aditio per alium fieri potest. Hoc inquam non obstat, quia quod statuitur in uno legitimo actu, id statim non obtinet etiam in aliis. In adoptione & arrogatione propter magnam solennitatem id constitutum est, ne per alium fieri possint. Illæ autem solennitates cessant in additione hereditatis, quæ autem illæ solennitates sint, *in tit. de adopt.* supra explicatur à Dd. &c.

DISPUTATIO XVII.

Ex tit. 15. & 16. lib. 2. Institut. De vulgari & pupillari substitutione.

CONTINVATIO.

Hactenus de instituendi primi gradus heredibus actum est: iam vero de substituendis secundi vel tertij gradus heredibus tractabimus.

Thesis 1. Substitutio est secundi heredis appellatio, seu in locum cuiuscumque instituti heredis deficiens suppositio: estque directa & obliqua seu fideicommissaria. Mynsing. *in rubric. tit. Instit. de vulg. substitut. num. 3. & 4.*

2 Directa substitutio est aut vulgaris, aut pupillaris. Mynsing. *in rubric. tit. de vulg. substitut. Instit. num. 6. l. 8. C. de impuber. & alius substit. l. 4. l. 39. §. filio. & per tot. ff. de vulg. & pupill. substit.*

3 Vulgaris est, secundi heridis in locum primi non adeuntis institutio, quæ & cuilibet, & à quolibet de populo testamenti factionem habente, verbis vulgaribus, apertis & communiter visitatis fieri potest, nihil specialitatis habens. Mynsing. *in princip. Institut. hoc tit. num. 1.*

4 Vulgaris substitutio est vel expressa, vel tacita. *l. cum proponas. C. de hered. Instit. l. si pater. ff. de hered. Instit. l. 4. ff. de vulg. & pupil. substitut. l. quamuis. 4. C. eod. tit.*

5 Expressa est, quæ verbis negatiuis, vulgaribus & expressis fieri solet. Myns. in princ. Instit. de vulg. substit. num. 3.

6 Tacita est, quæ constat verbis affirmatiuis, in quibus tamen inclusue negatio subintelligitur. Mynsing. dicto loco.

7 Potest quis in testamento suo plures gradus heredum facere, posteaq; in quantum testator voluerit, substituere potest, vt tandem in subfidium vel seruum necessarium heredem instituere possit: Deinde plures quoque in vnius locum, vel vnum in plurimum, vel singuli in singulorum vel inuicem ipsi, qui heredes instituti sunt, substitui possunt. in princ. & §. i. Instit. de vulg. substit.

8 Et si ex disparibus partibus heredes scriptos inuicem substituerit, nullamq; mentionem in substitutione fecerit, eas partes in ea dedisse videtur, quas in institutione expressit. §. & si ex. Instit. hoc tit.

9 Sivero instituto heredi, conherede substituto dato, aliis eis substitutus fuerit: Diu Seuerus & Antoninus sine distinctione rescripsierunt, substitutum ad utramq; partem admitti. §. sed si. Instit. hoc tit.

10 Pupillaris substitutio est ordinatio heredis à patre in testamento filio impuberi in potestate constituto facta sub ea cōditione, si impubes decesserit. Myns. in rubric. Instit. de pupil. substit. num. 2.

11 Dicitur pupillaris à pupillo seu puerō, quemadmodum vulgaris à vulgo. Myns. in Instit. tit. de pupil. substit. num. 1.

12 Hæc est vel vera pupillaris vel quasi, quam exemplarem vocant. §. quare ratione. Instit. hoc tit. Vera pupillaris sit liberis impuberibus in potestate existentibus, & posthumis. in princ. Instit. de pupil. substitut.

13 Exemplaris substitutio dicitur ea, quæ fit liberis puberibus, mente captis vel prodigis, & ad exemplū pupillaris introducta. §. quare ratione. vbi Wembec. num. 8. Instit. hoc tit.

14 Solus pater pupillatiter liberos substituere potest, & non mater, excepto unico casu; alias non. in princ. vbi Myns. num. 5. Instit. hoc tit. §. feminæ. Instit. de adopt. §. sui. Instit. de hered. qualit & differ.

15 Hinc apparet, duo quodammodo testamenta in pupillari substitutio ne, alterum patris felicet, alterum filii, vel potius reuera vnicum saltem testamentum, duarum scil. hereditatum esse. §. igitur. Instit. b. tit. l. 2. §. interdum. & §. 12. ff. eod. tit. l. 79. ff. ad leg. Falcid.

16 Non tamen interest, an pater sibi per scripturam, filio vero per nuptiationem, vel contra testamentum fecerit. §. sin autem quis. Instit. hoc tit.

17 Parentes autem non solum heredibus institutis impuberibus liberis, sed etiam exheredatis, ita substituere possunt. §. non solum. Instit. hoc tit.

18 Si itaq; hoc casu quid exheredato pupillo ex hereditatib. legatis aut

236 174 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

donationibus propinquorum atque amicorum acquisitum fuerit, id omne ad substitutum pertinebit. §. non solum. vers. itaq; eo casu. Instit. hoc tit.

19 Quæcunq; nunc diximus de substitutione impuberum liberorum vel heredum substitutorum vel exheredatorum, eadem quoq; de posthumis intelligemus. §. non solum autem. vers. quæcunq;. Instit. hoc tit.

20 Liberis autem suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi faciat, pupillare enim testamentum est pars & sequela paterni testamenti, adeo ut si patris testamentum non valeat, nec filij quidem valebit. §. liberis autem. Instit. hoc tit.

21 Denique extraneo vel filio puberi herede instituto, nemo ita substituere potest, vt si heres extiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius eius heres: verum hoc saltem permisum est, vt eum per fideicommissum testator obliget alii hereditatem eius, vel totam, vel pro parte restituere. §. fin. Instit. hoc tit.

Corollarium: Satis eleganter quæritur, an si quis substituatur alicui filio impuberi in vulgarem casum, & is filius impubes moriatur, an mater superstes suam legitimam portionem auferendo, substitutum excludat?

DISPUTATIONIS: XVII.

De vulgari & pupillari substitutione, obiectiones & resolutiones.

S. V. M. M. A. R. I. A.

1. Substitutione quid sit.
2. Substitutione potest fieri in tot gradibus, quot testator voluerit.
3. Serum necessario ultimo loco substitui potest.
4. Substitutione an semper, debeat esse conditionalis institutio.
5. Substitutione directa an recte dicatur duplex esse.
6. Reciproca substitutione non facit nouam substitutionis speciem.
7. Substitutione breuiloqua non est noua species substitutionis.
8. Substitutione exemplaris nouam speciem non facit.
9. Substitutione compendiosa quid sit.
10. Substitutionis quot sunt species.
11. Substitutione vulgaria an etiam à matre fieri possit.
12. Substitutione vulgaria fit semper in casu nondum acquisita hereditatis.
13. Substitutione eadem respicere putatur, qua sunt in institutione expressa.
14. Substitutionis hodie ad vitramq; partem admittitur, instituto deficiente.
15. Substitutionis an nunquam admittatur, ea cum instituto.
16. Pupillariter solus pater substituere potest.
17. Mater an etiam filio pupillariter substituere possit.

- 18 Pupillaris substitutio quomodo Vulgari insit.
- 19 Pupillari substitutio in duo inquit testamenta.
- 20 Pupillaris substitutio est pars & sequela testamenti patrum.
- 21 Exhereditatis liberis quomodo substitutus possit.
- 22 Substitutio an possit in institutionem procedere in testamento.
- 23 Exhereditato filio emancipato, nec miles potest substituere.
- 24 Substitutus alicui filio impuberi in Vulgarem casum, an si filius impubes moriatur, & mater superflue suam legituriam portioneam anferat, ipse excludatur.
- 25 Mater a pupilli bonis excluditur per substitutionem pupillarem.
- 26 Filius testamentum facit, & matrem preterit, ea querelam in officio habet.
- 27 Mater exclusa à substituto pupilli, si magna egestate prematur, substitutum cogere potest, ut sibi alimenta praestet.

SV B S T I T U T I O N V M materia referente Schneidevino hic in principio, commendatur a difficultate, subtilitate & utilitate. Sunt enim in ea secundum Iasonem in Rubr. ff. eod. subtilitates sine numero: Vincit tamen istam difficultatem utilitas, vt ibi Iason inquit, adeo vt dicat Raphael Cunam ex Baldo audiuisse, quod de ista materia confulendo, ultra 1500 d. ducatorum sit consecutus. Deinde Zasius in tract. de substit. num. 2. affirmat materiam substitutionum vltro difficultem esse, idcirco nihil addere vult ad defagationes studiosorum & ad materiam obscuritatem.

Ad Continuationem & Thes. I.] Affirmatur in continuatione, hæredes primo gradu in instituto, secundo vel tertio substituti dici, per l.i. in pr. ff. de Vulgar. pupill. & substit. Deinde in thes. I. dicitur, quod substitutio non nihil sit aliud, quam secundi hæreditis appellatio, vbi dicitur, posse aliquem in testamento plures gradus hæredum facere & in quantum velit testator substituere. Non igitur substitutio sit secundo gradu tantum, sed etiam vltiori, & male definitur. secundi hæreditis appellatio, male etiam in d.l. i. in princ. dicitur, secundo vel tertio gradu substitui, cum in quantum velit testator substituat, in pr. tit. hanc, d. §. I. de Vulgar. substit. Resp. Necessarium est certe hoc in loco hanc rem explicare, sine cuius cognitione misere in hac materia versamur. Sic igitur habendū de hac materia. Institutione fit a testatore, hoc est, testator primo in testamento instituit sibi hæredem filium eo, vt haec tenus dictum est, modo. Puta filius meus hæres esto. Deinde si facta est illa institutione, potest etiam testator suo filio facere testamentum, id est, substituere ei hoc modo: si filius hæres non est vel si filius heres erit, & intra pubertatem decedat, Scius vel Sempronius hæres esto. Hæc est substitutio, yna vulgaris; Altera pupillaris. Hæc substitutio dicitur secundus gradus, hoc est, secundi hæreditis appellatio ac instituto, & substitutio dicuntur duo gradus. d. l. l. 3. §. ante heredit. ff. de lib. & posthum. Summe tamen notandum ac sciendum est, posse fieri substitutionem non in plures gradus, hoc est, in tot gradus, quod testator voluerit, potest fieri primo gradu substitutio, & tum respectu institutionis est secundus gradus, vel secundi hæreditis appellatio. Primi hæreditis appellatio est in institutione, secundi hæreditis appellatio fit in substitutione. Hoc igitur in definitione fuit ponendum. Nominatur autem ita substitutio, quam primum secundus hæres instituit, hoc est, quando filio fit testamentum. Id igitur in definitione exprimi sufficit, scil. quando incipiat substitutio. Exempli gratia: Titius testator hoc modo instituit: Scius filius meus hæres esto. Deinde huic vulgariter substituit hoc modo: Si Scius filius meus hæres non erit, Caius hæres esto. Hic particula s1 quæ est in omni substitutione, indicat substitutionem esse. Primus hæres est Scius filius, secundus, hæres filio Scio datus &

substitutus est Caius. Manet igitur verum, substitutionem omnino esse secundi hæreditis institutionem & appellationem. Deinde non pugnat etiam cum omnibus hisce, quod Iustin. in pr. sit. de vulg. substit. afficit, testatorem plures gradus hæredum in substitutione facere posse quotnam voluerit. Nam in institutione possunt esse plures gradus, hoc est, testator, si secundum hæredem nominavit, potest etiam illi primo substituto hæredi, secundum substituere hæredem. Deinde secundo substituto tertium substituere, & ita quæquot voluerit substituere: Idq; propter ultimæ voluntatis honorē & obsequium est indulatum l.r. C. de S. S. Eccles. Et hoc non pugnat cum eo quod Paulus in sententia dicit, & in d.l.s. vbi dicit secundo vel tertio gradu substitui: Nam etiam si sint plures gradus substitutionis, vel sub veteriōti gradu fiat substitutio; tamē semper est secundi hæreditis appellatio, licet in illa secunda institutione plures esse possint gradus fauore liberorum, quibus substituitur, & fauore ultimarum voluntatum. Supt quidem plures gradus substitutionis, sed tamen est una secundi hæreditis appellatio. Deinde hoc modo potest esse secundi hæreditis appellatio, vel institutio in veteriori substitutionis gradu. Nec dicit. l. 4. in princ. nec Paulus in sententia volunt, non esse plures gradus, quam secundum & tertium, quia saltem exempli gratia ponunt gradus duos, veteriores ex aliis textibus sunt afferendi, puta ex d.l. potest h.b. tit. num. de vulg. substit. Nam nouum non est legem ad legem addi pro conditione. l. non est nouum ff. de ll. Denique notandum in d.l.s. C. in sententia Pauli primum gradum substitutionis vocari secundum, & secundum tertium. Id namque fit respectu institutionis quæ dicitur primus gradus per se, substitutio secundus gradus per se, vel etiam respectu graduū, qui in substitutione sunt, dicitur institutio hæreditis, puta filii puberis vel impuberis primus gradus, substitutio secundi substituti 3 dicitur tertius gradus, & ita deinceps, ita ut t. ultimo loco seruus necessario substitui possit, qui nolens volens cogitur esse hæres filio instituto §. 1. supra ex quib. causis manum. non licet, §. 1. infra de hæred. qual. C. differentia. Nam si omnes deficiunt hæredes substituti, hoc est, vel esse nolunt, vel non possunt hæredes substituti. Sic igitur satis nunc substitutio definitio Caii, quamvis tamen Zalus in tract. de substitut. aliter substitutio nomen definit, nimirū quod sic sequenti loco facta subordinatio, id quod tamen cum hac definitione coincidit, Cuiacius etiam eodem modo in lib. sentent. Pauli 3. cap. 4. definit, quamvis secundo & sequenti gradu in substitutione, id quod similiter idem est, quamvis idem Cuiac. in prefat. parat. supr. ff. indicat, multos super annum legisse, in inuenienda substitutionis definitio.

- Porro in definitio dicitur quod t. substitutio sit conditionalis institutio. Natura enim substitutionis omnis requirit, vt per particulam S i conditionalem effterantur substitutionis formulæ, hoc modo: Si filius hæres non erit, Caius hæres esto: quamvis tamen particula S i ex natura alias tacite intelligatur, & inesse, putetur. Sed obiectum l. qui liberis 8. in print. ff. tit. vbi dicitur, si quis ita est institutus; Si filius meus intra pubertatem decesserit, Seius hæres esto, &c. Vnde falsum videtur esse, substitutionem definiti secundum conditionalem institutionem. Respond. Loquitur ille textus de extrinseca quadam conditione, quæ non est conditio respectu substitutionis, & pro pura vel extranea habetur, interna autem conditio est substitutionum materia, quemadmodum ante est dictum. Denique in definitio Accursiana ponuntur illa verba: facta verbis dicitur: Cui opponitur §. vlt. infra de pupill. substit. vbi dicitur, quod etiam obliquis seu precariis verbis substitutio possit fieri, puta filius meus hæres esto, est institutio, si hæreserit, & intra aliquod tempus decesserit, rogo te Titi ut Sempronio hæreditatem des. Nā ibi est precaria substitutio, hoc est, rogatur Titius Sempronio hæreditatem vel partem restitu-

restituere, & quidem per verbum rogo, ero, peto. Nam ciuitibus vel directis verbis sic ita, si filius haeres non erit, Caius haeres esto. Respond. Agimus hic tantum de directa, non autem de fideicommisaria substitutione, qua^m quales sit, ex titul. de fideicommisaria substitutione facilius intelligi poterit, Justinian. in dict. §. 5. de pupill. substit. Zafius in tract. de substit. cap. 5. & dum de directa substitutione hic tantum agimus, de precaria vel obliqua in definitione substitutionis hoc loco nihil dicendum fuit.

Ad Thes. 2.] Duplex est directa + substitutione, vulgaris & pupillaris. Sed opponitur valde l. iam hoscure 4. §. 1. ff. hoc tunc vbi dicitur, quod tertium genus substitutionis sit, scilicet substitutione breuiloqua. Resp. haec alias à Dd. & gl. in l. Lucius ff. eod. vocatur breuiloqua, sed ineptius, cum non sit breuitas verborum, sed vicissim, quæ substitutionem reciprocam facit hoc modo: Primus haeres esto ex semisse, secundus item ex semisse. Si primus haeres non erit in parte iphus, sit haeres secundus: si secundus heres non erit, primus in parte secundi sit substitutus. Melior igitur vox ICtorum qui eam reciprocum vocant. Vigilius §. & plures nu. 4. b. tit. Nec iuuatur Dd. sententia, de illa appellatione in l. cum in testamento §. 1. ff. de haredi institut. vbi est vox breuiter, quia ille textus loquitur de institutione, non de substitutione, quemadmodum Vigilius in d. loco ostendit. Nunc igitur facile ad dict. l. 1. §. 1. responderi potest, negari scil. non posse, tertium ibi genus vocari reciprocam substitutionem, hoc est, tertiam speciem more legati, generis nimurum pro specie positio, vt & alias in l. 3. §. genera ff. de acquir. poss. Zafius in tract. de substit. Sed sciendum est + reciprocam vulgarem vel pupillarem reuestra esse successione inspecta, licet quædam vicissim & reciprocatio sit in substitutione, respectu etiam institutionis, vt supra exemplum est positum. Et ideo magis à forma quadam & modo illius reciprocationis, dicitur reciproca & tertium genus substitutionis.

Quamvis inspecta successione duplex proprie sit substitutione: vulgaris & pupillaris, ad quas etiam reciproca reciprocitate referri potest. Vnde Zafius cap. 4. de substitut. breuiloqua, dicit hanc non esse speciem + destinatam ab aliis, scilicet quæ alias in se continent substitutiones, sed quandam adiectionem, sicut quando agitur ex peculio contra patrem, peculium non est nomen actionis, sed quædam qualitas circa actionem l. 3. §. cui congruit ff. de peculio. Iason dicit idem, nimurum modum substitutionis esse alium non materiam circa quam versatur. Et breuiloqua dici potest tum, quando sic dicitur; Titius, Caius; Seius substituti inuicem mihi haeredes sunt, vel vos inuicem substituo, ibi alter alteri breuibus verbis est substitutus d. Liam hoc iure l. coharedi. §. qui discretas ff. de Vulga. & pupill. substit. l. hareditatem C. eod. l. Titius 2. cum l. seg. ff. de hared. institut. Et sic similiter responderi potest ad + exemplarem substitutionem, quam in 8. thes. 13. ponimus. Nam est genera substitutione quasi pupill. successione inspecta, licet substitutione pupillaris non sit proprie inspectis personis, quæ dum maiores sint sape quatuordecim annis, puta furiosi, maiores, tamen quia carent iudicio l. suriosiss. ff. de reg. eur. commiseratione quædam illis substituti pupillariter potest, vnde exemplaris dicitur quasi ad exemplum pupillaris introducta, quæ olim à principe tantum impetrabatur l. ex facto, ff. de Vulga. & pupill. Hodie ex Justin. constitut. non est necessarium eam a principe impetrari l. humanitatis Cod. de impuberib. & alibi substitut. Manet igitur verum ratione personarum, & ratione scriptura varias esse substitutiones, non autem ratione substantiarum successioneis. D. Borcholt. ad Rubric. titul. ff. de Vulga. substitut.

Quid nunc de compendiosa est statuendum? Huius materia non potest inueniri si
 nis, inquit Zasius cap. 5. de compendiosa substitutione. Compendiosa à Zasio definitur substitu-
 tio, t̄ quæ sub conditione mortis vel alia plura tempora complectitur. Et breuitate fit
 verborum, quemadū adūm breuiloquentia, sed tantum respicit viam personam compen-
 diosa: plures breuiloquentia, quæ differentia est vetior. Affirmat autem pro Reponio
 Zasius, ratione persona militis esse distinctam speciem, non autem inspecta materia,
 hoc est, successione, id quod similiter in aliis dictum fuit. Et sciendum est extraneo &
 puberi, post aditam hæreditatem, id est, ultra primum casum, directo substitutu non pos-
 se. Eiusque rei ratio est: quia scilicet qui semel heres alicuius est factus, iure civili desinere
 heres esse nequit. I.e. qui ff. de hæred. institu. nec potest unus ad tempus heres institui, at-
 que ex tempore. §. heres supr. de hæred. institu. & vulgaris adita hæreditate exprimat. I. post ad-
 tam. C. eod. & per pupillar. & exempl. patrum non filio succeditur: In militum vero testa-
 mentis (quæ ex voluntate testatoris sustentantur. I. ff. de militari testamento.) hæreditis
 institutio ad tempus & ad tempus toleratur. I. miles ita ff. de militar. testamento. Ipsi igitur
 extraneo ad tempus, & puberi. I. centurio ff. eod. & emancipato sustinere directo pos-
 sunt; ad quamcunque ætatem, vel sub quacunq; conditione. Et hæc magna est inter mi-
 litem & paganum differentia, & sit ultra pubertatis annos vel tempora, aliquando expres-
 sion ad certam ætatem, aliquando sub moitis conditione & incertitudine per clausu-
 lam, quandocunque decesterit heres institutus. §. Glt. infra. de pupill. substitut. Eam vero quæ
 plura in se tempora subverti viuis compendio comprehendendat, siue ante pubertatem siue
 post mortuus fuit compendiosam vocat, quæ quidem semper directa esse potest in mi-
 lite cum pro ut velit testamentum facere possit. d. I. ff. de militar. testamento. §. I. supr. de
 testamento militari. Secus autem in pagano, qui per fidicommisso filio emancipato
 vel puberi vel extraneo substituere tantum potest. d. §. Glt. infra. de pupill. substitut. & ibi Vi-
 glius, Zasius, cap. 5. de compendiosa substitutione D. Borcholt. ad d. l. §. Glt. vbi explicat d. I.
 10 precibus & d. l. centurio. Manet igitur verum duas esse t̄ species substitutionis inspecta
 successione, quamvis alias inspectis aliis qualitatibus vulgo s. species enumerantur, sub-
 stitutio vulgaris, pupillaris, reciproca, exemplaris & compendiosa. Zasius in pr. tract. de
 substitut. Mynsing. ad Rubr. de substitut. n. 6.

Ad Theb. 3. 4. 5. 6.] Vulgaris dicitur communis & simplex quando liberis puerib⁹
 & impuberibus etiam extraneis substitutur. Et hanc habet vel facere potest pater & ma-
 ter. I. §. Glt. ff. tit. num. quæ ex de patre loquitur, unde in theb. 5. quando de patre dici-
 mus, non excludimus matrem sed patrem tantum ut potiorem matrem, & sapientiam
 II ac frequenter testamentum facientem nominamus. Nam certum est matrem vulga-
 riter substituere posse. I. similes 33 in princ. ff. b. tit. num. Et notandum est verba in sub-
 stitutio pupillari esse accipienda, ut reciproca sit expressa vel tacita pro conditione per-
 sonarum. Nam vulgaris expressa in se continet tacitam pupillarem. Vnde pro duplice
 habetur. I. 4. in princ. ff. d. tit. Zasius in tract. de substitut. cap. 1. Viglius in §. Et plures autem Glt.
 Fit etiam filio exhaeredato, tum scilicet, si per querelam testamenti in officio obtinet
 filius exhaeredatus, sed tamen hæreditatem istam, à qua est repulitus iniuste, tot. tit. de in-
 12 off. testamento, nondum acquisiuit. Semper enim vulgaris substitutio sit in casum non-
 dam acquisitæ hæreditatis, hoc modo: Si filius meus heres non erit, Seius heres esto.
 Ergo nondum acquisita est hæreditas. Et quamvis olim per querelam in officio totum
 testamentum infirmabatur, quo ad institutionis substitutionem, legata, fidicommisso. I.
 Papinius 8. §. Glt. ff. de inoff. testamento, tamen hodie sola institutio infirmatur facta in
 eiusmo-

eiusmodi testamento inofficiose , & manet substitutio & alia , per Nouell. 115. Et cum de appellat. §. aliud. in fin. Substitutus igitur filio ex hac cedato, tunc haereditar, hodie ex substit. capit quando filii heres institui, obinet in querela inofficiose, sed tamen haereditatem non acquisit. Deinde sciendum est substitutionem vulgarem esse, eamque duplicem, communem videlicet & simplicem , quæ in liberis omnibus & extraneis sit, pupillarem vero tantum in impuberibus & puberibus furiosis, & mente captis fieri. Sic vulgaris substituto fit in casum nondum acquisitæ haereditatis, ut supra dictum est. Sed pupill. contra, non enim vigeret, sed extinguitur vulgaris substitutio post aditam haereditatem l. post aditam C. cod. Zal cap. i. trat. de subst. § i substitut. Deinde si vulgaris substitutio, si haeredem pater vel mater instituit, hoc est, si institutio praecedit, id quod glossa & verborum vis efflagitat. Nec obstant dd. ll. in contrarium adductæ. Quia recte intelligendo in utrisque non sit mentio institutionis , sed potius institutionis cum conditione factæ. Deinde obicitur quod in legatis & mortis causa donationibus substitui possit, cum tamen nulla procedat institutio. Respond. Substitutione est secundi haereditis institutio, sacerditis substitutus in uniuersum ius haereditis instituti , & agimus hic de uniuersali substitutione, non de rerum singularium successione, qualis est in legatis, & mortis causa donationibus. §. & l. supr. per quas person. cuiq; acquir. Et in singulari hac successione verbum substitutionis ad legata & donationes causa mortis , magis abusue vel in aliqua significatione , non secundum nostram ante positam definitionem accommodatur.

Ad Thes. 7. & 8.] Ante de his thesibus fuit actum in thesa. Sed hic notandum, plures gradus haeredum fieri posse, vt puta, si ille haeres non erit, hoc est, si haereditatem non adibit. Ergo in casum aditæ haereditatis non cōcipientur haec substitutione vulgaris, sed tantum in casum nondum acquisitæ seu aditæ haereditatis. Vno tamen casu iustin. constitut. in Nouell. 1. de hered. & falcid. vt post aditam haereditatem substitutus nihilominus, haereditate ab integro sublata, admitti possit. Nihil etiam repugnat, quod raro aut nunquam etiam haeres deficiant, cum plures sint modi deferendæ haereditatis, vt patet ex principio tituli de hered. qua ab intestat. deser. Quia hic loquimur quando conditio in testamento apposito semper deficit. Hoc etiam admonendum est, interdum dubitari, sine institutione, an substitutione? Fab. & Aug. institutionem in utroque interpretantur. Nonnulli Cainum putant esse substitutionem. Prior sententia receptior est, quæ etiam placet Vigilio in §. 1. num. 6. de Vulgar. subst. Itaque cum sub conditione scripti haereditis , adire praecedente conditione non queat, potest tamen utrumque bonorum possessionem secundum tab. petere, quæ ipsis curam bonorum interea, dum veniat vel deficiat conditio, præbeat.

Ad §. et sex disparibus Instit. h. t. nu.] Affirmatur ibi hoc, quod si ex disparibus partibus heredes scriptos testator inuicem substituerit, & nullam mentionem in substitutione partiū fecerit, eas videatur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit. Nam tēadē respecta videntur in substitutione, quæ sunt in institutione expressa. Sed aduersantur tria. Primum oppon. l. fin. C. de impuber. & aliis subst. vbi æquales partes habent. Resp. Illa lex videtur magis confirmare thesin nostram. Nam ibi duo separatum & impuberis fuerunt instituti & substituti. Et ita habent viriles in institutione, & similiter in substitutione. Habent enim haec triates in substitutione, quia & trientes habeant in institutione. Secundo oppon. l. quoties 23. ff. ad S. C. Trebell. vbi dicitur, quod ex disparibus partib. heredes scripti æquas partes recipere debeant. Ergo falsa fuit §. assertio. Resp. Est ille causus specialis, quia pecunia dandæ quantitas aliam voluntatis coniecuturam inducit. Nam et si aliqui sint ex disparibus partibus heredes scripti; si tamen æquas partes dare iubent,

tur, & quas quoq; recipere debent, cum voluntatis ultimæ magnus sit favor. *I. i. C. de S. S. Eccl. Deniq; c. 24 ff. ad S. C. Trebel.* quæ lex ex d. l. quæcunque precedente dependet. Rely. procedit hic §. tum, quando substitutio sit appellatio & communis nominis heredis, ut quia testator pluribus institutis heredibus dixerit, heredes meos inuicem substituo: Sin vero propriis nominibus expressis substituat, tum quia non ad partes datas in institutione, sed ad personas habita fuit relatio, & quale erit ex substitutione omnium commodum. *I. s. heredes nominatim 12. de legat. 1.* Et id diligenter animaduerendum luate Viglius in d. §. et si ex diffaris n. 5. Mynl. n. 7.

Ad Thes. 9.] Affirmatur in thes. 9. si instituto heredi, coherede substituto dato, alius substitutus ei fuerit D. Seuerum Antonium sine distinctione respexisse ad utramque partem substitutum admitti: Inquit enim sine distinctione, quia videbatur in hoc casu, quando primus & secundus heredes erant instituti, & secundus primo substitutus, & secundo item tertius, non aliter admittendum tertium ad utramque partem, quam si primus primus, deinde secundus repudiauerit aut deceperit, ut primi pars secundo delata, sic deinceps ad tertium veniret. Imp. tamen rectipserunt tertium sine distinctione ad utramque substitutum admitti, h. e. secundum Papinianum in *I. cohredi. ff. b. 1.* siue ante substitutionem siue postea substitutus fuerit, siue prior substitutus post institutum, sine antea deceperit. Ego inquit Vigl. in §. sed si in instituto, n. 3. h. sit. à communis hac opinione non discedo, nec villa est dubitatio, modo dicamus primi partem iure accrescendi deferri tertio, quando ignorantem partem vacantem alteri accedere, nec ad id quicquam opus erit constitutione principiū. Et quamvis secundus non esset substitutus primo, haberet tamen locum ius accrescendi. Ergo aliquid hic operatur huiusmodi substitutio, non ut iure substitutionis primi pars ad tertium veniat. Verba igitur illa (sine distinctione) voluntate substitutionis hodie ad utramque partem substitutum admitti, nec respiciendum amplius eo est, utrum substituerit testator tertium secundo, antequam secundus substitueretur primo coheredi, an vero postea id fecerit, h. e. nō spectādus est hoc casu ordo scriptura, sed ordo successionis, utrū scil. secundus primo repudiauerit, an vero postea, ut Papinian. in *d. l. cohredi.* docet, Varie autem hæc lex soluit, sed omnium verior & magis conueniens est sententia quam etiam D. Horstius præceptor venerandus publice est lectus, si dicimus diversitatem esse in casibus. Nam in thes. nostra requiri mus hoc. Titius instituit duos heredes, Semproniu & Caium. Deinde substituit Sempronio. Deinde Caio Pamphilum: querituranne Pamphilus substitutus secundus ad repudiantis forte hæreditatem Sempronii, cum Caio ad utramque partem admittatur? & dicitur quod sic, ut & in *I. s. Titus 27 ff. de vulgar. & pupill. substitut.* Sed in *I. qui habebat,* longe aliis est casus. Ibi enim soror impubes fratri non est coheres. Simplieiter igitur substituitur filia a testatore patre, non ut coheres: nam est ex hereditate, quemadmodum in thesi dicimus. Relinquimus igitur nunc Viglii prolixam de hac re disputationem: nec etiam curabimus sententiam eorum, qui distinguunt inter vulgarem & pupillarem substitutionem. In vulgari substitutione de voluntatum agitur hæreditate, ideoq; ea non scinditur per legitimum hæredem, sed eam totam substitutus vindicat. In pupillari vero substitutione duo sunt testamenta & duas hæreditates. *§. igitur in pupillari. infra. tit. pup.* Itaq; nihil vetat vñā hæreditatem ex testamento vindicari, alteram ab in testato defteri. Et in vulgari nihil interest an substitutus coheres, ante substitutionem decedat nec ne, secundum nostram thesin. At in pupillari de qua in *d. l. qui habebat,* si prior substitutus ante deceperit, quam institutus defeccerit, posterior substitutus ad solam prioris substituti, si modo coheres quoq; fuit, partem admittitur. Ratio differentiae sumitur ex substitutionis iuriusq; ratione diversa. Nam ex vul-

gari substitutione succedit testatori, quia una est & indiuisa: in pupillari veluti duæ sunt hæreditates, una patris altera filii. Iam vero causa quare substitutes ad alteram etiam partem admittatur est, ne quis pro parte decedat testatus, pro parte vero intestatus, quod fieret, si in una parte substitutus ex testamento, in altera vero legitimus ab intestato succederet, id quod in substitutione pupillari non est meruendum. Quia cum hæreditas sit duplex, fieri potest ut in patris hæreditate succedat testamentarius, in hæreditate pupilli legitimus hæres. Vnde in difficulti responsō nō simpliciter dicebatur, an hæreditas patris sed an hereditas filii, ad uxorē & sororē testatoris, iure substitutionis pertineat. Et hoc ita in ultima solutione in effectu responderet etiam Viglius d. s. sed si instituto b. e. sed dum prior sit plena, & perspicua, nihil amplius est dubitandum, &c.

Ad q. & l. in s. de vñgl. subst.] Substitutus cum instituto non adreittitur, l. 3 ff. de acquir. Gelomst. herod. Ab hac regula fauore ultimatum voluntatum casus singularis excipitur, quem Imp. hic proponit, & est talis: Parthenius seruus Tyberii Imp. cum liber existimat, heres institutus est, eique in primū casum, si hæres non esset, Mævius ei est substitutus. Post mortem testatoris, Parthenius seruus iussu Tyberii hereditatem adiicit, quæcumque fuit, an ob errorem testatoris Mævius simul deberet admitti. Et constituit Imperator Tyberius Mævium admittendam esse in partem, & quidem dimidiā, hoc est, ut quilibet semissim habeat. l. si paterfam. cum l. seg. ff. de hered. institut. Sed obiicitur i. d. l. si paterfam. vbi dicitur alterum semissim inter substitutū & Tyberium & quis portionibus esse diuidendum. Resp. In h. l. soluenda & que grauiter inter pp. laborant, videbatur enim nunquam illa ratione effici posse, quo minus verba illa Et alter semis videantur obstat, dicendum igitur est simpliciter in d. s. & l. totum semissim habere institutum (qui nude & simpliciter fuit substitutus, nec heres simul institutus) non partem dimidiā semissim: In d. Vero l. si paterfam. cohæres erat datus substitutus, quo casu verum est duos semilles fieri, quorum alterius coheres capit iure institutionis: alterum cum domino serui ob errorem substitutus dividit. Et hæc est sententia & solutio Anton. Goueani lib. 1. Variar. s. 6. quem sequitur W. El. kic. reiecta sententia Cuiacii, qui diuiniando potius affirmat, natum esse hoc vitium ex errore notarum, quasi pro A. S. incognititia & incuria librariorum sit scriptum, alter semis, cum & alias certum sit multa in libris nostris notis fuisse prescripta, & lusit, in iis explicandis sapius lapsus fuisse l. l. Cod. de Ver. iur. encl. Quam Cuiacii sententiam tamen sequitur Borcholt. in dict. l. & l. Secundo obiicitur l. cum proponas. 3. C. de hered. institut. vbi contrarium dicit. s. afficitur. Resp. Ioachimus Flopperus insuis ad inst. notis post Accurs. in illa l. tantum hoc tradi dicit, cum seruus alienus, qui paterfam. esse putabatur, heres institutus, eique substitutus, voluntaris esse questionem, multumque interesse quid testator voluerit, non etiam tradi, quid in ambiguo sit constituendum, quod in h. s. nostro definitur. Et hæc solutio colligitur ex verbis illis voluntatis questio est. Et sanc in h. s. n. testator ignorauit heredem scriptum seruum esse, & ideo eo casu substitutus in partem admittitur. Si autem scit hoc testator, tunc videtur testator voluisse, ut hereditas ad serui dominum deuolueretur. Viglius etiam præter ante datam solutionem n. 6. in h. s. dicit, testatorem forte militem fuisse hic, maxime propter illa verba Est voluntatis questio. Et reiecit iuris subtilitatibus militis voluntas vbiique valet. Denique obstat id, quod in testamentis voluntas defuncti totum negotium conficiat l. ex facto ff. de hered. inst. Voluntas autem defuncti fuit, se liberum hominem institutum heredem nō seruum. Ergo non potest illa voluntas valere, cum potius sit noluntas. Error non voluntati & consensi est contrarius l. 20. ff. de aqua & aqua pluvia. Resp. vt vtriq; consulatur &

domino serui & substituto, aequius esse putatum est, inter utrumque hereditatem diuidi, quam contra voluntatem testatoris institutione & substitutione annihilata voluntatem testatoris euerit, qui testatus non autem intestatus decedere vult. Deinde est quidam error in qualitate personæ, non in ipsa persona, quæ certa erat testatori, & nota, nam ut persona aliqua nota sit, verisimiliter tamē qualitas eius psonæ ignota & inulta esse potest.

Ad Thes. 10. II. 12. 13. & 14.] Hactenus satis dictum fuit de substitutione vulgaris, nunc in posterum de pupillari erit agendum, quæ fit filii impuberibus tantum, qui sunt in potestate tutoris, non etiam extraneis, hoc est in potestate testatoris non existentibus §. 1. h. Solus igitur pater pupillari substituit, nō mater, quæ liberos in potestate non habet. §. famina. supra de adopt. §. fin. infra de hared. qualitat. & differentia. Intuitu tamen pie-
tatis seu humanitatis, non patria potestatis, mater exemplariter futioso filio substituere potest. Extra illum casum mater pupillariter non potest substituere, id quod in thes. 14. affirmatur. Sed valde obiicitur ab omnibus l. si mater 33. in princ. ff. de vulg. & pupill. sub-
stit. quæ lex est Africani Icti, vbi mater facit testamentum, & filio pupillariter substituit, & quidem non exemplariter, & illud testamentum vocatur tabulae pupillares. Fal-
sum igitur est quod diximus, matrem pupillariter substituere non posse. Respond. Ma-
ter ibi non substituit pupillariter, sed vulgariter, id quod potest mater, nam vulgaris sub-
stitutione fit vulgaribus verbis, & à personis ut supra dictum est. Et quidem mater substitu-
uit vulgariter, quamvis fiat mentio tabularum pupillarum; & quidem ob id, quod ma-
ter prudenti consilio quam substituere morienti intra 14. annum non potuit, haredem
eum instituit, si erit pubes vel cū erit annor. 14. Effectum enim habet pupillaris substitu-
tionis. Sed contra datā solutionem obiicitur q̄i institutio non possit fieri ex certo tempo-
re. Resp. Multa in testamentis si exprimantur effectum nulluna habent, quæ si verbis te-
gantur, valent, etiamsi eundem effectum habent, quem habet expressa l. expressa. ff. de reg-
iur. Hæres igitur institutus, recte substituit nominatum ex certo tempore, sed tate d. §.
heres. Et hodie quidem non fit institutio in pubertatis annos, toleratur tamē ob prudens
matris consilium. Vigl. in §. 1. n. 6. de pupill. substit. Et dicitur testamentum hoc tabulae pu-
pillares, quod fiat in casum mortis impuberis filii, antequā in suam tutelam venerit. Col-
lata n. in institutione in tēpus mortis hæc verba: *Si heres non erit, sic excipiuntur, si intra*
pubertatē deceperit. Cuius ad Africa tract. 2. fol. 29. Deinde videtur & hoc obstat, q̄ possit
naturalib. liberis substitui, arguimēto auth. si quis liberos. C. de naturalib. liberis, q̄ tamē nō
sunt in patris potestate. Ergo nō tantū illis quos in potestate habem⁹ potest substitui. Ré-
spon. Qui dā volūt naturalib. liberis substitui posse, modo pater naturales illos nō appellat
filios. Veiū hæc sententia videtur vix substituere posse, cū verba enumerativa, ne in instituti-
one quidē aliquid importet. Auth. si quis. C. de elecd. l. ex facto. ff. de hared. instit. Deinde no-
tandum est pupillaris substitutionis exemplū illud, quod in pr. ist. de pupill. substit. ponitur,
continere vulgarem & pupillarem expresse alias & tacite. Nam in vulgari inest pupillaris
ex præsumpta testatoris voluntate l. 4. ff. eod. l. 4. C. eod. Wēs. in §. suis autem n. i. b. r. n. & non
ex verbis sed legis potestate inducta. Zal. in tract. de substit. c. 2. Vnde & Theophilus vulga-
rē pupillaria, quæ si mixtā vulgarem vocat. Myns. n. 14. instit. de pupill. substit. & Mōdestin. in
l. 1. ff. eod. voluit duplicē eam substitutionē esse. Vnde etiam expressa pupillaris racitā cōti-
net pupillarē. Sed obiectur q̄ in vulgari inest pupillaris l. 4. ff. eod. Ergo q̄ vulgariter est sub-
stitutus, cogitare potest, se etiā pupillariter esse substitutū, & ita per cōlequens sibi immi-
nitere periculum. Respond. Quando dicitur, quod t̄ pupillaris substitutio vulgariter inest,
intelligendum id est ex præsumpta testatoris voluntate, d. l. 4. quæ vbi contraria appetit,
eam non esse intelligitur. Porro notandum est, vulgarem esse l. 12. tab. introductam,

pupillarem vero moribus, hoc est, vsu populi Rom. & ideo introductam, ut cum pupillus sibi ipsi testamentum facere non possit, defecutus atatis, patet ei testam̄tū praeuiderit. Nam in vulgari substitutione est vnum testamentum, in pupillari duo quodammodo sunt, quia in pupillari filius eius atatis non est, vt sibi ipse testamentum faciat.

Ad Thesin 15. & 20.] Affirmatur in hac thesi, † duo esse testam̄ta in pupillari substitutione, vsum patris alterum filij. Cui oppono *l. panis & filij. 20. in fr. ff. h. tit. n.* vbi dicitur, quod patris & filij testamentum pro vno habeatur, & quidem iure pratorio. Resp. Verum est, reuera vnum est testamentum, quia fit ab vno & eodem, & eadem est vtrinq; solennitas, nempe 7. testes, & 7. sigilla, *d. l. patris & filij. 20. ff. co.* quia iure pratorio illa exigitur, vt supra dictum est. Deinde vna eademq; Falcidia ex vtroq; decipitur *l. ff. si cui plus quam per l. Falcid. l. in ratione. 11. §. quod Culgo dicitur. ff. ad l. Falcid.* Vnde non simpliciter dicimus, duo esse testamenta, sed duo esse quodammodo, quæ particul. quodammodo innuit, esse quidem vnum testamentum quo ad consecutionem, ordinationem & solennitates. Quia tamen duæ sunt tabulæ principalis & pupillaris, principalis facta patri, pupillaris facta filio, ideo dicimus quodammodo esse duas hereditates, cum tamen reuera sit vna: Et quodammodo duo testamenta cum tamen reuera sit vnum, id quod expresse affirmatur in *l. 2. §. 4 prius. hoc tit. n.* Et quamuis in *l. 1. §. ncq; interest. ff. si cui plus quam per l. Falcid.* duplex sit testamentum, nec adiiciatur particula, quodammodo, tamen id ideo fit, quia in una parte testam̄tū est institutio, hoc est, patris testamentū: in altera pagina testamenti est substitutio pupillaris, facta fauore filij, reuera tamē ab vno eodemq; tempore, testamentū est factum & vnius testamenti solennitatib. Et hinc est etiam, quod ICtus in *l. qui plures. 38. in fin. ff. de Culgo. & pup. subst. affirmit.* pupill. tab. prioris testamenti esse partē, & in *l. pen. ff. testi. quemad. aper.* secundas tabulas eodem modo principalium tabularum esse partem, vt codicilli testamenti pars. Deniq; datas solutiones non posse subsistere probō ex textu *l. pater fam. 28 ff. de reb. auth. iud. possib. vbi dicit ICtus Iauolenus:* Me illud maxime mouet, quod praeceptotibus iuris placet vnum esse testamentum: Ergo cōtrouersia fuit hac de re inter ICtos, & sententia eorum est reprobata à Iustin. in *§. liberis. h. tit.* qui putarunt vnum esse testamentum, cum Iustinian. dicit, duo esse quodammodo testamenta. Hoc dum verum est secundum Hortom. in *d. §. liberis. h. tit.* sequitur falsas esse, ante datas solutiones, quibus vtramq; sententiā conati sumus temperarare & mollire. Resp. Iustinian. vtramq; sententiam retinet, & tolerat particula, qua quodammodo dicit duo esse testamenta, scil. ratione tabul. & eaurum respectu duas etiam quasi hereditates, secundum *d. l. 2. §. prius. h. tit.* ratione: tamen ordinatiois vnum reuera est testamentū. Et ita Iustin. conciliat istas duas discrepantes ICtotum sententias, vbi & hoc addit, aut certe vnum est testamentum duarū causarum, id est, hereditatum, secundum *d. l. 2. §. prius. h. tit. n.*

Deinde in eadem thesi 15. & 20. affirmatur, pupillarem substitutionem debere fieri post patris testamentum, non conuerso ordine scripturæ, ita vt institutio præcedat, substitutione pupillaris sequatur, cum nemo liberis suis testamentū pupillare facere possit, nisi & sibi prius faciat. Nam † pupillare testamentum est pars & sequela patris testamenti. Vnde dum principale, id est, patris testamentum non valet, nec filij testamentum valebit, *l. cum principali. ff. de reg. iur.* Sed opponitur *l. 2. §. quisquis. vers. ceterum. ff. Culgo. & pupill. subst. vbi dicitur,* quod miles possit soli filio facere testamentum, & sibi nullum: Ergo falsum est quod dicitur, neminem liberis suis testamentū facere posse, nisi & sibi faciat. Resp. Multa sunt singularia in testamento militis, vt supra dictum est, ideo miles hic excipitur qui propter probabilem iuris ignorantiam & simplicitatem, prout vult, prout potest, testamentū facit, præsertim dum etiam pericula sustinet & experitur, dum in expeditione versatur *l. ff.*

de testamento milit. vnde & soli filio potest substituere nec sibi testamentum facere, hoc est, 21 instituere. II. Obiicitur, quod substitui etiam possit pupillariter & exhereditis liberis, id que in thes 17. affirmatur, quorum tamen respectu testamentum nullum esse possit, cum exhereditati habeantur, & vero duæ debeat esse hereditates, & filius exheredatus excludatur à tota hereditate, L. 3. §. filius. ff. de liber. & posthum. id quod supra dictum fuit.

— Resp. Liberis exheredatis si substituitur parris testamentum est factum, hoc est, in eo est facta exhereditatio, quæ & que sustentat testamentum atque institutio, §. i. supr. de exhered. lib. & à quo & que potest incipere testamentum, L. i. in pr. ff. de exhered. inst. Deinde si exhereditatur filius alius, instituitur forte extraneus respectu illius institutionis, nihilominus duæ sunt tabula, vna patris, altera filij. Vnde respectu institutionis extranei heredis sustentetur tab. testamenti, vt sentit Cuiac. ad Vlpian. in fragment. tit. 23. §. etiars exheredatis Vlt. Si autem tum ei aliquid fuerit donatum, id ad substitutum transfert, vt in thes 18. affirmatur.

III. Obiicitur d. l. 2. §. sed si quis. ff. h. tit. n. vbi dicitur & prior est substitutio deinde institutionio, hoc est, primum testator filio substituit, deinde & sibi facit testamentum, & dicitur quod testamentum valeat, sicut conuersa scriptura, cum tamen certum sit ex L. i. §. fin. ff. eo. nihil in testamento velile scriptum sine institutione, hoc est, nisi prius sibi pater fecerit testamentum, in d. l. i. §. prius. & §. Vlt. ff. hoc sic. vbi dicitur quod scriptum non debeat conuerti, sed eius ordo ad vnguem seruari. Resp. In hoc nodo soluendo omnes Interpp. plurimum laborant. Alexand. amplectitur postremam sententiam Accursij, quam & sequitur D. Borcholt. scil. & subditum pupillariter filio instituto aut filio exheredato, si filio exheredato pupillariter substituitur, tantum in casu mortis, non etiam aditæ hereditatis & simul mortis substituitur. Priori casu non seruatur, inquit, ordo scripturar, cum potius ordo successionis spectetur, atque sic intelligendum d. §. sed si quis. d. l. 2. Posteriori casu, quia non potest esse ordo successionis, ordo scripturar est attricendus, secundum d. l. 2. §. prius. & §. Vlt. ff. eod. Ab hac sententia recedit Gaucean. lib. i. Variar. lection. c. 9. & putat in d. L. §. prius. d. l. 2. pro comprobata, legendum esse improbat, quasi ibi senectia de ordine scripturæ seruando improbaretur. Sed ea correctio pugnat cù conclusione d. l. 2. §. Vlt. Recedit igitur sentit Vigilius, in §. liberis h. tit. & Alciat. in d. l. i. in verbis si quis antem. ff. de Vulg. Et pupill. substitut. quos sequitur Iohan. Robert. in lib. i. recepta iuriis ciuilis lectionis cap. 34. qui dicit, ordinem scripturæ non attendendum si de voluntate testatoris constet. IV. Obiicitur L. si ita quis institutus. 28. ff. de hered. inst. vbi quis potest ante heredis institutionem substituere. Respon. Id in vulgati est substitutione, quæ simpliciter ante heredis institutionem fieri potest.

Ad Theſin 17. & 18.] Affirmatur quod liberis exheredatis possit substitui, id quod ante fuit explicatum. Sed obiicitur theſis noſtra 11. vbi dicitur, quod primo pupillaris substitutio fiat in casu aditæ hereditatis & mortis simul. Hic autem casus aditæ hereditatis & mortis simul in exheredatis quibus substituitur, esse non potest. Quia non est successio ibi, cum repellatur exheredatus à tota hereditate. Resp. Verum est id, exheredato substitutiū in casu mortis, id quod debuisset admoneri. II. Obiicitur ita: Pupillus exheredari hodie non potest, L. si quis in ſuo. C. de inofſic teſtamento cum & ingratuſ ita eſte non poſſit d. Nouell. 115. §. aliud. Ergo pupillo exheredato non poſſet substitui. Resp. Noſtra propositio accipitur de pupillo pubertati proximo, qui ingratuſ eſte poſteſt, & ita etiam exheredati §. stem. inf. quib. mod. teſtamentum inſirm. Vigil. in §. non ſolum. num. Vlt. in fin. b. tit. Et quod de exheredatis dicitur, eodem modo de preteritis dicitur, per d. Nouell. 115. §. aliud. III. Obiicitur in aduentiis pater nihil habet iuris: Ergo in iis nec quicquam diſponere poſteſt, scil. vt pertineant ad ſubstitutum, per §. i. supr. per qua perſonā cuiq. acquir. Resp. De bonis

bonis aduentitiis pater nihil potest disponere, & si hoc respondebit o bonorum quae patris non sunt. Sed propter patria potestatem. IV. Obiicitur l. 41. miles. §. ex heredato ff. de mil. testa. vbi filio exheredato à militi potest pupillariter substitui, & dicitur sicut futurum, ea tamen bona habiturum, quæ exheredatus prius habuerit, aut postea acquisiuit. Resp. Mynsing. affirmat Viglianam emendationem omnem alterationem tollere & sopire, quæ hæc est, d l miles. interpunctionibus esse corruptam, & verbum *exheredato* præcedentis §. fini annoctendū esse, vt sit vnitū cum §. miles & emācipato. Exheredato igitur filio emācipato, nec miles poterit substituere, cum de propriis illius disponere non possit. Porro obiicitur l. precib. 8. C. h. i. in qua dicitur, illa tantum bona pertinere ad substitutum, quæ patris ipsius, cum moreretur, fuerunt. Resp. Illa lex de fideicommissis substitutione agit, in qua heres regatus potest transferre, sed non cogitur nisi qd ad ipsum peruenit. Deinde obiicitur tale argumentum: Cum secundæ tabul. sint pars testamenti paterni, sequitur vt tabul. prioribus sublati, posteriores etiā simul sublata esse intelligantur, qua in re pugna esse videtur inter Vlpian. & Papin. Ait enim Vlp. in l. fcd. splices. 10. §. 4. ff. b. ita n. si ex alio heres institutus à patre, filio exheredato si substitutus, patris hereditatē recipudiauerit, cum non haberet substitutum, non poterit filij hereditatem adire. Papin. vero ait in d. l. 12. ff. cod. Si filius qui patiū, ac postea fratri, ex secundis tab. heres extitit, hereditatem patris recuset, fraternalm autē retinere malit, audiuri debet, idq; Vlp. ante diserte negauerat. Resp. Papinian. loqui de herede suo: Vlpian. de herede extranco in priorib. tabul. instituto. Qui semel heres est, is heres esse non definit, l. ei quis. 88. ff. de hered. inst. Glossa ita respōdet: Papinian. loqui de fratre substituto, illum posse patris hereditatē recusare. Vlpian. vero de extranco substituto, quæ solutio etiam videtur recte conueniri ex d. l. 12. Nihil etiam facit ad rem l. 2. ff. b. ita. in qua dicitur, si omīla causa principalis testamenti, ab intestato possideatur hereditas, nihilominus substitutum seruandum. Quo loco priores tabulae sunt sublata & posteriores nihilominus subsistunt. Nam substitutus si seruari debet, necesse est secundas tabulas seruari, in quibus heres scriptus est. Non inquam ad rem facit, quia sit id à pratore, quod alias ipso iure faciendum non fuerat. Nos autem dicimus de eo, quod ipso iure substitutus. Atq; ita illa vere loquitur de pratoris tanquam Magistratus auxilio.

Ad Theſin 21.] Assertioni theſi. 21. obiicitur l. ſci. eius. 34. ff. ad SCtum Trebell. Ibi pater duos filios heredes scripsit, & cum qui supremus moreretur rogauit, vt partem suam Titio restitueret. Fratres simul perierunt in naufragio. ICtus Martinus scribit fideicommiss. intercedere, & matrem ex SCto Tertulliano, vtriq; succedere. Resp. Nonnulli interpretum differentiam solent hic constituere, inter substitutionem & restitutio[n]em, sive precariam substitutionem, quod neutiquam probandum est. Nam nulla est hac in parte differentia inter substitutionem precariam & directam. l. Titia Seio. 82. §. Scia. ff. de leg. 2. Ita igitur potius dicendum est quod in l. qui duos. ff. de Gulg. & pupill. substit. substitutus totum erat habiturus per supremum motientem, si ordine discesserit filij. Etsi igitur hic nō apparet, quis prior sit mortuus, nihilominus tamen hereditas ad substitutum perueniat. At in d. l. Seiu. partem tantum substitutus per fideicommiss. erat habiturus, id eū non conferat ut supremus fuerit mortuus, merito fideicommissum extinguitur.

Ad Corollarium.] Quaritur satis eleganter; † si quis substituatur alicui filio impuberi in vulgarem casum, & si filius impubes moriatur, an mater superstes suam legitimam portionem auferendo excludat substitutum? Sed cōmunior est sententia, quod mater non excludat substitutum, idque satis plane colligitur & exprimitur in l. Lucius Titius. 45. in fin. princ. ff. de Gulg. & pupill. substit. vbi dicitur, Matrem ab intestato tantum succedere: Ergo substitutes ex testamento admittitur. Deinde id ostenditur ex l. Papinian. 8. §. sed nec im-

puber. ff. de inoffic. testamento, vbi dicitur, quod mater non possit queri de inofficio testamento, quamvis mater à successione pupilli per substitutum pupillarem sit exclusa, quia pater filio heredem fecit, hoc est, eum instituit ibi heredem, non uxorem, quæ non admittitur ad querelam inofficiis eo casu, quia non est præterita à filio, sed à marito. Deinde id satis constat ex iure Canonico, quo tamen hac in parte ius ciuale sequitur in cap. 1. §. 6. lib. de testamentis. num. 6. vbi Papa expressis verbis tamen excludit matrem à pupilli bonis, propter substitutionem pupillarem. Deinde haec sententia iuuatur per l. si quis ff. in princ. de testamentaria tutela, vbi dicitur, quamdiu speratur testamentaria tutela, cessat legitima. Sed substitutus sperat testamentum: Ergo mater hac substitutione excluditur. Deinde est haec ultima patris testatoris voluntas, ut mater excludatur, cui parendum, l. 1. C. de SS. Ecclesiast. Hanc communem esse sententiam fatetur Zasius in tract. de subst. cap. 1. in 6. effetu, & inquit Vigil. in §. num. 15. eam sententiam multarum ciuitatum institutis confirmari. Sed obiicitur primo. lex nam et si. in princ. ff. de inoffic. testam. vbi dicitur, quod liberis parentes succedant etiam turbato mortalitatis ordine. Resp. Id non est ex testamento, vel ab intestato, vel si mater est à filiis iniuste exhereditata. Tunc enim habet pater & mater inofficii, querelam, d. l. nam et si. Et ita quoque intelligitur lex mater §. C. ad SCtum. vbi dicitur matrem filio succedere ex testamento vel ab intestato, nec ibi sit substitutionis mentio. Secundo obiicitur sic: Legitima debetur iure naturali gentium & ciuii: Ergo matri auferri non potest. l. Vn. C. Vnde vir. Deinde ordine successionis ab intestato procedit mater, Nouell. 118. §. 12. Respond. Hic ius naturale non est inter matitum & uxorem. Nam pater testamentum facit, ut expresse loquitur d. l. Papinian. 8. §. sed nec impuberis ff. inofficio testamento. Inter liberos autem & parentes est ius naturale l. 7. de bon. damn. Vnde dum pater filio facit testamentum, eique substituit, à matre impugnare non potest. Alias 26 legitimam mater habere potest tamen in officio inofficii, si filius testamentum facit & matrem præterit, vel iniuste exhereditat. §. 1. inf. de inoffic. testamento. Deinde mater ab intestato succedit, si non est testamentum factum: Ergo cessat legitima successio.

Tertio obiicitur valde l. Ultim. C. de inst. & subst. vbi mater præfertur substituto, quemadmodum expresse ibi dicitur, & redditur ratio, ne luctuosa ei sit filij hereditas. Respond. Ibi mater erat in parte instituta, in quo casu nos non loquimur: Ergo præfertur mater.

Quarto obiicitur l. precibus C. de impub. & alii subst. Resp. Vaudus lib. 1. quæst. 44. illam legem ad paganorum testamenta non pertinere, sed tantum ad testamentum militum, quæ à iuri ciuilis subtilitatibus & observationib. sunt exenta, l. D. Traianus. ff. de milit. test. Verum igitur manet præferti matri substitutum, & multo magis fratrib. qui in collateralibus sunt successione & vltiori gradu, d. Nouell. 118. §. 1. & 2. Nec facit pro hac re l. acutissimi. C. de fideicommiss. quæ procedit præsumptione aliqua adiuuante, id est, quando id ex mente testatoris potest colligi vtcunque. Putat ramen Zasius in d. tractat. subst. cap. 2. in 6. & quius esse, ut mater hoc casu si excluderetur à successione pupilli, & magna egestate vrgetetur, substitutum cogere possit etiam de iure ciuali, ne dum in foro conscientia, vt præster alimenta matri pupilli, quæ ratione naturali dantur, l. si quis autem liber. §. parens. cum §. seq. de aliend. liber. &c.

DISPUTATIO XVIII.

Ex tit. 17. 18. & 19. lib. 2. Instit. quibus modis testamēta infirmentur, &c.

CONTINVATI O.

Hactenus testamenti species & partes ponderauimus: sequitur, ut modos eiusdem dissoluendi videamus.

Thesis 1. Testamentum tamdiu valet, donec rumpatur seu irritum fiat, modo tamen illud iure sit factum. *in princ. Instit. quib: mod. testam. infirm.*

2 Rumpitur testamentum aut agnatione sui heredis: adoptando scil. in manum conueniendo, in locum sui heredis succedēdo & manumissionē, aut mutatione prioris testamenti. §. rumpitur. *Instit. hoc tit. l. penult. C. de adopt.*

3 Deinde posteriori quoq; testamēto, quod iure perfectum est, superius rumpitur, etiamsi nullus ex illo testamēto heres existat. §. posterior quoq;. *Instit. hoc tit. l. cum in secundo ff. eod. tit. arg. l. 4. ff. de adim. legat. l. pacta. C. de pact.*

4 Velix certis saltem rebus in eo heres institutus sit. §. sed et si quis. *Instit. hoc tit. l. si quis priore ff. ad SC. Trebell.*

5 Irritum testamentum est, quod ab initio valet, sed ex qualibet mutatione status testatoris, vis eius quoq; fit languidior. §. alio autem modo. *Instit. hoc tit. l. si quis filio. §. eius qui, & §. sed et si. ff. de iniusto testam.*

6 Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae ab initio iure facta per capitum diminutionem irrita facta sunt: nam si septem testium signata sunt, potest scriptus heres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere; si modo defunctus & ciuis Romanus, & sua potestatis tempore mortis fuerit. §. non tamen. *Instit. h. tit. l. 12. ff. de iniust. irrit. testam.*

7 Nam si ideo testamentum irritum sit factum, quia ciuitatem vel etiam libertatem testator amisiit, aut quia in adoptionem se dedit, & tempore mortis in adoptiui patris potestate sit: non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere. §. non tamen per omnia. vers. nam si ideo. *Instit. hoc tit.*

8 Tabulae testamenti prioris iure factae ex diuī Pertinacis oratione irritae nequaquam fiunt, nisi sequentes iure ordinatae & perfectae fuerint. §. ex eo autem solo. *Instit. hoc tit. l. 2. & 11. ff. de iniust. testam. l. 29. ff. qui testam. fac. poss.*

9 Liberis iniustis exheredatis, vel silentio in testamento præteritis datur ad illam iniuriam vindicandam & legitimam auferendam querela inofficioi testamenti. tot. tit. ff. & C. de inoffic. testam.

10 Inofficium testamentum est, quod contra pietatem à parētibus sit,

qui liberos suos excludunt in testamento à successione hereditatis sine iusta causa exheredationis, inducti ut plurimum nouercalibus persuasionibus. tot. tit. Instit. ff. & C.

11 Tria remedia dantur exheredatis vel iniuste præteritis, scil. ius dicenti testamentum nullum, querela in officiis testamenti, & supplementum legitime.

12 Parentes cum liberos suos plerumq; sine causa exheredant vel in testamento omittunt, eorum liberi non immerito de inofficio testamento agere possunt, conquerentes, aut inique se exheredatos, aut inique præteritos, hoc colore, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamētum ordinarent, in princ. Instit. de inoffic. testam. l. 2. ff. eod. tit.

13 Soror vero & frater turpibus quidem personis scriptis heredibus, ex sacris Constitutionib. præferuntur; ultra fratres & sorores cognati neutiquā aut agere possunt, aut agētes vincere. §. non autem liberis. vers. soror autem. Instit. hoc tit. l. 21. & l. 23. C. eod. tit.

14 Tam autem naturales liberi, quam ab ascende[n]te adoptati tum demum de inofficio testamento agere possunt: si nullo alio iure ad defuncti bona venire possunt: venientes enim alio iure ad hereditatem totam vel partem eius, de inofficio agere nequeunt. §. tam autem. Institut. hoc .titulo.

15 Posthumi quoq; qui nullo alio iure venire valent, de inofficio testamento agere possunt. §. tam autem. vers. posthumi. Instit. hoc tit.

16 Accusatio de inofficio locum habet, si nihil penitus liberis à testatoribus testamento relictum sit: sin vero quantacunque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta, de inofficio querela quiescente, id quod eis deest usque ad legitimam partem repleatur, licet non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam compleri. §. sed hac ita. Institut. hoc tit. l. omnimodo. 30. C. eod. tit.

17 Quod si tutor nomine pupilli, eius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum accepit, cum nihil tutori à patre suo erat relictum, nihilominus poterit nomine suo de inofficio patris testamento agere: sed econtra si pupilli nomine, cui nihil erat relictum, de inofficio egerit & superatus est, ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatum, relictum est, non amittit. §. si tutor. Instit. hoc tit. l. si pars. §. fin. ff. eod. tit.

18 Hactenus de inofficio testamento satis dictum: iam vero de heredum qualitate & differentia agemus. Mynsing. in rubric. Institut. de hered. qualit. & differ. num. 1.

19 Heres est successor in universum ius, quod defunctus tempore mortis ha-

tis habuit: estque vel testamentarius vel legitimus. l. 37. ff. de acquir. hered. l. 59. & seq. ff. de reg. iur. Vulteius in princ. Institut. hoc tit.

20 Testamentarius est, qui vel in scriptis vel nuncupatio*n* instituitur: legitimus, qui nullo fact*o* testamento succedit ab intestato secundum legis prouisionem.

21 Porro heredes sunt aut necessarij, aut sui, aut extranei. Necessarij sunt serui, qui à non domino heredes instituti cum expressa & tacita libertate donati, hereditatem & libertatem consequuntur. in princ. Institut. de hered. qual. & differ.

22 Sui heredes sunt, qui ex tempore quo sit testamentum, in potestate testatoris sunt, & proximo liberorum gradu cum attingunt. §. sui autem. Institut. hoc tit. Lin suis. ff. de liber. & posthum.

23 Extranei heredes sunt, qui neque sui, neque necessarij, neque in potestate testatoris existunt, vt liberi emancipati. §. ceteri qui. Institut. hoc tit.

24 Qualitas heredum in eo etiam potissimum versatur, vt cum heredibus sit testamenti factio, quæ duobus temporibus inspicitur, tempore testamenti facti, & mortis tempore. §. in extraneis. Institut. hoc tit.

25 Et licet ius deliberandi heredibus competit, an adire hereditatem velint, necne. §. extraneis autem. Institut. hoc tit.

26 Hodie tamen loco iuris deliberandi beneficium inuentarij introduc*re* sum est, vt auxilium deliberationis non sit necessarium. §. sed nostra. Institut. hoc tit.

27 Illudque inuentarium intra 40. dies confidere omnis heres debet de omnibus bonis, nisi creditoribus & legatariis vult teneri ultra vires hereditarias, & quidem à notario ad hoc rogato. §. sed nostra. rbi Myns. late num. 16. Institut. hoc tit. l. scimus. §. 14. C. de iure delib*er*.

28 Deniq*ue* adire hereditatem heres potest vel verbis, hoc est, nuda voluntate expressa, vel fact*o*, si quis se pro herede gerit, hoc est, actum aliquem exercet, qui non nisi ab herede fieri quicat. §. fin. Institut. hoc tit. l. 20. ff. de acquir. heredit.

Corollarium: Non patum ineleganter queritur: an sola institutio querciam excludat, seu an legitima hodie liberis necessario sit relinquendo titulo institutionis, vt de inofficio agere nequeant? §. vlt. rbi late Dd. & Mynsing. Institut. de inoffic. testam. Nouell. 115. §. aliud quoq*ue*. Gomez. tom. 1. variar. resolut. cap. 11. num. 24. Grass. in §. testamentum. quest. 35.

DISPUTATIONIS XVIII.

Quibus modis testamenta infirmentur, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. Testamentum quamdiu valeat.
2. Ruptura testamenti per agnationem sui hereditatis, quo modis fiat.
3. Matris prateritio est pro exheredatione.
4. Testamentum an rumpatur agnatione.
5. Posthumi prateriti testamentum non rumpunt, nisi nascantur.
6. Adoptione sui hereditatis an rumpatur testamentum.
7. Testamentum quomodo rumpatur mutatione.
8. Testamentum non mutatur sola & nuda voluntate, nisi ea expresso & clare aliquo signe evidenter demonstretur.
9. Testamentum irritum quid sit, & quomodo fiat.
10. Testamentum an etiam minima capituli diminutione irritum fiat.
11. Exceptio infirmatur & eliditur id quod alias ipsis iure valeat.
12. Tabula prioris testamenti iure facile, quando per tabulas posterioris irrita fiant.
13. Testamentum imperfectum cur, & quando sustineatur.
14. Princeps testamentum imperfectum corroborare, & ex eo quid capere non potest.
15. Querela inofficiosi testamenti quid sit.
16. Actio inofficiosi testamenti quando proponatur.
17. Querelam inofficiosi testamenti an parentes habeant.
18. Querelam inofficiosi fratres & sorores habent.
19. Cognati reliqui ultra fratres, an ad querelam inofficiosi admittantur.
20. Posthumi possunt querelam inofficiosi testamenti instituere.
21. Spuri querelam inofficiosi testametri, in testamento matris habent.
22. Accusatio de inofficio testamento quando locum habeat.
23. Legitima in testamento quid sit.
24. Legatum qui accepit an de inofficio testamento recte agere possit.
25. Heredes quomodo differant.
26. Heredes necessarij que sint.
27. Heredes sui cur sic dicantur.
28. Heredes sui & necessarij non dicuntur proprie adire hereditatem.
29. Hereditum qualitas in quo versetur.
30. Heredes sui & necessarij, quomodo habeant beneficium abstensionis.
31. Quartam auctoram unde quis habere dicatur.
32. Institutionis titulo aliquid relinquendum est, si querela inofficiosi testamenti excludatur.

Naturale est omnibus rebus, ut non tantum certis modis constituantur, sed etiam certis modis infirmentur. Id quod in patria potestate, tutela, & in hac materia testametaria, & alias in hisce institutionibus more Iutorum, & iuxta voluntatem methodum proposuitur.

Ad Thef. 1.] Testamentum tamdiu valet † donec rumpatur irritumque fiat, modo tamdiu iure testamentum sit factum. Nam quod nullum est, necesse non habet ut amplius nullum declaretur. Ipso iure ergo valet testamentum quod rumpitur. Item quod irritum fit, ut ex seq. apparet *l.s. ff. ead.* licet ex post facto insinuerit. Nullum autem testamentum dicitur, in quo desunt tollennitates *l.s. ff. de insuff. rupt.* Et id quod etiam iniustum dicitur, & nullius momenti est, in quo filius præteritur, licet hodie ex noua constitutione valeat tantum quoad legata, & fideicommissa, non quoad institutionem, quæ annihi-
latur per querelam inofficiosi testamenti.

Ad Thef. 2.] Rumpitur testamentum aut agnatione sui heredis, aut mutatione prioris testamenti. Primo hic agitur de ruptura, quæ sit per agnationem sui heredis, † id sit varie. 1. fit adoptando, modo tamen fiat per auum *§ sed hered. sup. de adopt.* 2. in manum conueniendo. 3. in locum sui heredis succedendo. 4. Mutatione. De primo modo hic agitur. De quarto & secundo modo non attinet hic dicere, qui de foro nostro decesserunt. De tertio agitur *supr. in §. posthumorum. de exheredit. liberor.* Nam posthumus nati rumpunt testamentum agnoscendo, hoc est, in locum sui heridis succedendo, qui forte mortuus est vel emancipatus, idque ex secundo cap. legis Velleia, de qua agitur in *l. Gallus Aquilinus ff. de liber. & posthum.* Non autem rumpitur testamentum præteritione sceminae. *l. Gallus §. nunc de l. Velleia. in fin ff. de liber. & posthum.* quia † matris præterito est pro exhereditatione. Sed obiicitur *l. posthumus 12. in pr. ff. de insuff. rupt.* Et vbi posthumus præteritus viuo testatore natus rumpit testamentum, & tamen dicitur, quod testamentum valeat, nam si signatu fuerit, potest scriptus heres bonorum possessionem agnoscere, & legatarii ac fideicommissarii relieta consequi possunt. Ergo falsum est, testamentum rumpi † agnatione sui heredis. Respond. Specialis est casus in d.l. posthumus. Nam posthumus exhereditatus & quidem viuus natus statim decepit. Inspecta igitur iuris subtilitate (quæ in eo est; quod sit præteritus, deinde quod viuus sit natus, & per illam natuitatem rumpit testamentum) seu summo iure inspecto, hoc casu dicendum videtur testamentum esse ruptum. Sed ex æquitate tamen prætoria testamentum sustinetur (quæ æquiras in eo est, quod post natuitatem & sic post irritationem iuris civilis subtilitate factam, statim sit mortuus posthumus) & datur bonorum possessio secundum tabulas testamenti, quasi adhuc testamētū valeret, quasi ruptum nondum esset. Et prætores semper æquitatem sequuntur. *§. emancipatos infr. de hered. quæ ab intest. defer.* & alias modicum tempus natuitatis non curant; sed quasi non factam prætereunt. Datur igitur bonorum possessio secundum tabulas testamenti, non hereditas, quæ iuris civilis subtilitate inspecta euauit, cum sit iuris civilis: heredem enim lex facit, bonorum possessorem prætor. *§. infr. de bonor. poss. eff.* Et hæc solutio ob æquitatem & iuris civilis duritatem seu summum ius est Ethica & bene notanda. Alias si posthumus diu vixisset, nec bonorum possessio valuerit, sed & illa annihilata fuisset. Hoc autem casu quia statim moritur, nihilominus bonorum possessio secundum tabul. testamenti datur, hoc est, quasi adhuc testamentum suas vires haberet, ac legata etiam & fideicommissa debentur. Insto contra dat. solut. *ex l. i. C. de posthum. hered. instituend.* vbi similis est casus, & ibi dicitur, quod ex rupto testamento nihil debeatur. Vos autem cum d.l. posthumus dicitis, quod legata & fideicommissa valent. Respond. Illa lex loquitur in tali casu, quando diu viuit posthumus, ita ut efficaciter etiam, quod bonorum possessiōnem rumpat testamentum, in d.l. posthumus ex æquitate sustineat ut testamentum contra iuris civilis subtilitatem, scil. quia statim moritur. Nostra igitur thesis omnino consentit cum d.l. i. C. de posthum. hered. instituend. scil. eo casu, quando reuera nascitur posthumus & diu superest, ut effe actualiter rum-

pat testamentum, nec quicquam ex eo testamento valeat, quamvis tamen thesi, hæc proprie in casu adoptionis loquatur, tamen ad d. § posthum. sup de exheredat. liber. optime referri potest, quia posthumus agnascitur ut si qui adoptatur. Insto ex regula Caton. quæ est in l. quod ab initio ff. deregul. sur. quod ab initio noa valet, tractu temporis non conualescit. Testamentum in quo posthumus est præteritus, noa valet. Ergo non conualescit. Respondet D. Mynsing, in §. 12. num. II. de exhered. liber. testamentum in quo posthumus præteritur, valet iure ciuili & prætorio, quia alias non ruperetur, nisi valeret, vel frustra rumperetur. Si ergo nascitur, rumpit quidem testamentum in totum d.l.i. Cod. de posthum hered. instituend. Si autem nascitur & statim decedit, ciuilis iutis subtilitate inspecta testamentum ruptum dicitur, ex æquitate tamen præatoria, & supr. est dict. sustinetur. Deinde sustinetur testamentum in quo est facta præteritio, si instituti sunt illi, qui ab intestato essent successuri, idque duplice fauore sustinetur. 1. propter fauorem ultimæ voluntatis. 2. quia alias ab intestato illi essent successuri. dict. l. posthumus de iniusto rapto, &c. Insto tamen adhuc contra dat. solut. testamentum scil. ab initio non valere, quia posthumus præteritus rumpunt ipso iure testamentum, quamvis non sint nati l. qui in vtero ff. de statu hominum. Respondet Mynsinger, in dict. §. i. de exheredat. liber. agi quidem hic de ipsorum commido, quo casu pro iam natis habentur, sed tamen quia nondum nati sunt, & multa eueniæ possunt, ut non nascantur, argument. l. 2. 3. Cod. de posthum. hered. instit. merito etiam tamen testamentum non rumpunt, nisi nascantur & diu viuant, & effectualiter testamentum rumpant. Denique contra id quod dicitur, agnatione sui heredis per adoptionem rumpi testamentum, assertur l. filio. 23. § fin ff. de liber. & posthum. vbi dicitur, quod tamen adoptione nepotis non rumpatur testamentum. Respond. ibi Titius heres fuit primo institutus, deinde loco nepotis adoptatus; dum igitur institutus fuit, non rumpit testamentum. Idem est in eo, qui emancipatus & postea exheredatus fuit. Is enim non potest rumpere testamentum l. non potuit 8. §. si quis emancipatum. ff. de bonorum possess. contra tabul. Viglius in §. i. h. ss. cul. nostro.

7. Ad Thes. 3. & 4.] Rumpitur testamentum tamen mutatione, scil. testamento posteriore iure perfecto. Nam plura testamenta fieri possunt, cum ambulatoria sit ultima voluntas usq; ad mortem l. 4. ff. de adm. & transfer. legat. & priores tabulae vim suam amittunt, nisi posteriores tabulae consentiant: Tunc enim censebitur unum testamentum pluribus codicibus factum §. pen. §. supr. de testamenti. In tantum autem testameatu rumpitur prius per posterius, ut quamvis in eo heredem instituerit ex certis rebus, tamen rumpatur posterius detracta rerum mentione. Deinde non valet iure ciuili, nisi hoc sit expressum. Liam 14. C. de fidescom. Et quidem in eo casu, quando posterius testamentum non valet ex defectu heredis, quia tum testamentum posterius quod rumpit prius, non valet simili ter scil. ex defectu heredis. Sed oppon. l. Clodius 97. ff. de acquir. Vel omittenda heredit. vbi dicitur, quod aliquis fecerit testamentum & quidem inutiliter, & tamen per illud inutile testamentum prius testamentum vtile factum est ruptum, contra regulam iuris: vtile per inutile non vitiatur. capit. 8. tyle. de reg. iur. in 6. Resp. ibi scriptus heres voluit adire hereditatem, ex secundo testamento inutiliter facto, sed dum per inutile vtile non vitiat. d.c. 8. tyle. ei hoc non est obest. Est error heredis scripti excusabilis. Intestatus autem nihilominus decedit testator, quia primum testamētum per secundum, & quidem per actū testatoris, vel per demonstrationem voluntatis, quæ ex secundo testamento scripto apparet quasi rumpitur. Et licet secundum testamentum non sit rite factū, tamen animus & voluntas testatoris mutata, inde satis colligitur: idq; argumento est euidenti. Non igitur

ium posterius infirmat prius, quia posterius est inutile, sed tantum quia apparet ex posteriore mutata voluntas, eo non obstante, quod non valeat, quasi rumpit & infirmat prius testamentum. Et dum prius testamentum non valeret ob voluntatem mutatam, & posterius non valeat, quia est inutiliter factum, forte herede in eo non instituto, vel amissis solennitatibus debitis intestatus testator deceedit, cum sit sine herede, & ideo testamentum non valet *l. proxime ff. de iis qui in testam. delentur.* Secundo oppon. *l. hac consultiſſima 21. §. si quis autem C. de testamētū.* vbi rumpitur prius testamentum per posterius etiam non iure factū, puta, forte omissis solennitatibus. Resp. id est in eo casu, quando in priore testamento fuerant instituti ii, qui ad successionem venire non potuerūt: In secundo autem testamento ii erant instituti, qui ad successionem venire poterant. Nam semper facilius admittuntur ii qui ex testamento succedant, quam extranei, argum. *l. si filius ff. de Vulg. & pupill. substit.* Licet igitur secundum testamentū sit iniustum, tamen valet per institutionem factā in iis personis, quae ab intestato succedere poterant, id quod similiter ita disponitur in d. *l. posthumus 12. ff. de iniusto rupto, &c.* Et in d. l. 2. ff. eod. vbi dicit Vlp. testamentū subsistere, nec rumpi etiam testamentum iniustum, modo tamen bonor. posselli data fuerit, ei qui ab intestato res auferre possint. Et ideo etiam legata & fideicommissa valent. Tertio oppon. *l. sanctius. 27. C. de testamētū.* vbi dicitur, quod prius testamentum possit tolli per posterius, tantum per 3. testes prolatum & apud acta manifestum. Ergonon est verum per posterius testamentū iure perfectum rumpit prius. Resp. in *in d. l. sanctius.* similiter est casus *is specialis, ut & superior, & quidem tum, quando testamētū posterius apud acta manifestatur h.e. in iudicio corā 3. testib. idoneis, tū ex autoritate iudiciali prius testamētū, propter mutatā voluntatē, propter lapsū decēnii rumpitur, alias sola & nuda voluntas non mutat testamētū prius, nisi id expreſſe & claro aliquo signo & argumētō euidenter demonstretur. §. ex eo autem quib. mod. testam. infirm. vbi particula autem superiori sententiā contrariam & aduersariam inducit, & certum est alias, debere aliquid tolli eo modo, quo est constitutū *l. nihil tam naturale ff. de reg. sur.* Et ut Theophil. dicit, quae facta sunt, iure tolli & perimi debent. Vide glossa ita soluentem, in §. ex eo. Vers. perfecta fuerint h.e. Scriptura autem testamētū prius est factum, & sic voluntas confirmata: Scriptura ergo illud testamētū tolli necesse est, nec sufficit nuda voluntas. Sed cōtra dat. explicationē oppon. *l. 1. si stabul. testam. null. extab.* vbi dicitur, mutata voluntate testatoris scriptum heredē non posse adire. Resp. ibi mutatione voluntatis testamenti superioris declarata fuit, puta & sigilla inciderit. *l. coheredi 41. ff. de Vulg. & pupill. substit.* §. ex eo a. infir. h. 1. Quarto oppon. *l. quarebatur 19. ff. de testam. milit.* vbi dicitur, quod miles possit plura testamenta facere, omnianq; valere ex militis voluntate expressa. Relp. id speciale est in milite, qui prout vult, prout potest, facit testamētū *l. 1. ff. de testam. milit.* §. 1. sup. de milit. testamētū. Sed contra dat. solut. oppon. *l. 1. C. de testam. milit.* vbi dicitur, quod si pater miles specialiter in bonis, quae in paganico habebat, te heredē fecit, bona quae in castris reliquerit, petere tamen non possit, etiam si is, qui hæres institutus est, adire ea noluerit. Resp. Miles pro parte testatus decidere potest. Ergo sola voluntas militis dum attendit, non opus est, ut quid amplius hic queramus, quam id fieri tantum propter ultimam voluntatem.*

Ad Thes. 5. & 6.] Irritū sit testamētū, quando testamētū quidē valet, sed ratione, psonae irritatur, & vocatur etiā ruptum, qui q; irritū est, ruptum quoq; est. Irritū a. fit testamētū per capitū diminutionē scil. maximā, quādo libertas & civitas amittitur p. subitā seruitutē, vel per venditionem libertatis, pretii participandi gratia. l. si quis. 6. §. irritum. ff. eod. Deinde per medianam vel minorē capitū diminutionē puta per deportationē, idq;

idq; ostenditur in d.l. si quis filio. 6. §. eius qui deportatur ff. eod. Et Vigl. in §. alius autē b.tit. dicit non esse dubitandum, quia maxima & media capitis diminutione testamentum irritum fiat. Sed obicitur d.l. si quis filio. 6. §. pen. ff. eod. vbi valet testamentū tale. Resp. testamentū eius, qui ab hostibus captus est, quasi ex posthliminio valet, hoc est, iure posthliminii vel beneficio l. Cornelii. §. & t. sup. quib. non est permis fac. testamentum. Et ille casus in d. §. aliis est teste Viglio. Notandum autem bene est, in d.l. si quis filio §. irritum ff. eod. dici, maxima cap. diminutionem adimere ciuitatem, cum tamen in §. i. de capi dimin. dicatur, eam adimere libertatem & ciuitatem. Sed sciendum est, id quod ei loco deest, ex aliis esse supplendum. Deinde quia in ciuitate includitur etiam hoc loco libertas, ut exemplis iubieatis omnia conueniant in d.l. si quis filio 6. §. irritum. Et §. eius qui autem eod. id quod gloss. in d.l. si quis ostendit, & satis apparer id ex §. non tamen. Vers. nam si ideo. hoc tit. Sed 10 quæritur annēt minima capitis diminutione, puta adoptione testamentum etiam irritum fiat? Et sciendum est minima capitis diminutione, puta adoptione, emancipatione, arrogatione irritum fieri testamentum. Nam filius fam. testamentum condere & relinqueret quidem potest. §. i. sup. quib. non est permis fac. testament. Et in ea sententia est Faber & Weseib. in §. alio autem. b. tit. Viglius autem in d. §. alio autem contrarium sentit. Sed dum nititur tantum textu in d.l. si quis. §. & t. b. tit. qui de milite loquitur ac de veterano, qui in milita iure militari testamentum facit, meritio eius sententia improbanda est, & arrogatione certum est rescindi testamentum, eaque est capitis diminutio minima, ut expressè probatur ex l. qui ex libris 11. §. testamentum ff. de bonor. posse secundum tabul. Testamentum autem irritum & inutile factū per capitis diminutio minimā, sustentatur tum tantum, quād signis testium est signatum, & quidem sustentatur iure prætorio, hoc est, vires ex æquitate prætoria capit. Nam prætor bonor. possit secundum tabulas pollicetur, si modo defunctus sit ciuius Roman. & sux potestatis sit mortis tempore. Alias si propter solam libertatis vel ciuitatis amissionē, vel quia in adoptionem se quis dedit, & mortis tempore in patris adoptiū potestate est, heres scriptus non potest secundum tabulas bonor. possessionem petere. Nam cum maximam vel medianam patitur capit. diminutio nem, & mortis tempore est in patris adoptiū potestate, tabula ab illo relinqui non possunt, quia non est pater fam. d.l. §. i. sup. quib. non est permis fac. testamentum. Et quidem non potest valere iure prætorio, quia prætor exigit, ut is, cui bonorum possessio datur, utroq; tempore testamenti factioinem habuerit, & cum facit testamentum & cum moriatur. l. t. §. exigit ff. de bonor. posse. contratabul. Sed obicitur, d.l. qui ex liberis 11. §. testamentum ff. de bonor. posse secundum tabul. vbi dicitur: Si Titius testamento facto ad arrogandum se præbuit, ac in eo statu est mortuus, h.e. mortis tempore fuerit in potestate arrogatoris, scriptus heres petere bonorum possessionem potest, cum tamen Iustin. in §. non tam sum vers. non ideo, b. titul. contrarium dicat. Respondet Viglius ibidem, valere quidem eo casu ipso iure testamentum, sed tamen in effectu irritum fieri per exceptionem. Nam 21 si datur t exceptio peremptoria, semper ipso iure quidem aliquid valet, sed tamen infirmatur vel eliditur per exceptionem ut in d.l. qui ex liberis.

12 Ad Thef. 8.] Tabula testamenti prioris iure factæ irrita non siant, nisi sequentes iure ordinatae & perfectæ fuerint. Nam imperfectum testamentum sine dubio est nullum. Imperfectum autem testamentum est, in quo non est heredis institutio vel exhereditatio, L. inter cetera ff. de liber. Et posthum. Deinde testamentum est imperfectum & non iure factum, in quo desunt solennitates l. i. de iniust. rupto testament. Viglius in §. ex ea autem b. titul. Sed hic quædam obiciuntur. I. Obicitur l. hac consultiſima. §. ex imperfecto. C. de testamentis, vbi t imperfectum testamentum sustinetur. Respond. Id speciale est in testamento

tamento inter liberos facta, idque ratione commodi liberorum toleratur, alias si in-
commodum aliquod liberorum verteretur, posset testamentum ratione solennitatum
amissarum optime impugnari, id quod Vigilius in §. ex eo. h. titul. recte arbitratur. II. Ob-
iicitur l. eius militis 34. §. militia missus ff. de milit. testamento, vbi id quod imperfectum est,
rumpit id quod est perfectum. Respond. Ibi miles dimissus fuit, & cepit facere testa-
mentum iure communis post dimissionem, nec perfecit. Quareatur autem an prius testa-
mentum iure militari factum sit ruptum per hoc testamentum paganum, & tamen non-
dum totum perfectum? Et respondetur quod sic; quia testamentum militare solennita-
tes nullas desideratas etiam per imperfectum testamentum commune facilius potuit tol-
li, alias testamentum imperfectum paganum non posset tollere testamentum perfectum
paganum. Et ita textus habet & gloss. sentit. III. Obiicitur l. 2. ff. de iniustorupto, &c.
vbi imperfectum testamentum sustinetur. Respond. Si sunt instituti ii, qui ab intestato
succedunt de quo supra dictum est. IV. Oppon. l. Clodius ff. de acquir. heredit. de qua l. sup.
est act. V. Oppon. l. nostrarum C. de testamentis. l. 1. §. si heres ff. si tabul. testamenti nulla ex-
tabat, vbi ex imperfecto testamento quid debetur. Respond. ibi testator rupit & can-
cellauit priores tabulas, deinde etiam voluit intestatus decedere. Non igitur mirum,
quoniam ex voluntate testatoris testamentum sustinetur. Sexto obstat l. hereditas. C. de his
quibus ut indigne. Respond. ibi talia verba dixerit testator, quod heres fuit indignus
vel filia, quae plus faciunt, quam si simpliciter diceret, nolle si prius valere, quam si se-
cundum cepisset facere. Et ideo ibi receditur a primo. Septimo obiicitur l. coheredi. §.
cum filia. ff. de &ulg. & pupil. substitut. l. & ultim. Cod. de codillis. Respond. ibi clausula codi-
cillaris sustinet testamentum Welenbec. in §. ex eo. h. titul. num. 4. Manet igitur verum,
testamentum imperfectum non valere, & corruere multo magis, si testator ipse id can-
cellet, vel resignet, nec alio nec dum facto l. 1. 2. ff. de his, qui in testamento delentur. Sed &
si quid detrahatur vel addatur, cassabitur nouum testamentum, nec valebit nisi ex noua iusta-
que solennitate l. heredes. §. si quis post. de testamentis. Denique in eadem thesis affirmatur, i-
psum principem testamentum imperfectum corroborare non posse, cum ipse se l. alli-
gatum profiteatur. Si quis igitur reliquit principem in testamento heredem, nec tabu-
las legitime fecit, non adipiscetur princeps ex illa scriptura hereditatem, cui desit iuris
authoritas l. ex imperfecto 3. Cod. de testamentis. & h. §. n. Nam legibus solitus est quidem
princeps, id est, soleannibus testamentorum d. l. 3. C. de testamentis, cum lege regia & im-
perii, omne imperium in ipsum sit translatum, legibus tamen vult vivere, hoc est, secun-
dum l. viuere, ne quod aliis prescribit, ipse suo exemplo quasi infirmiter. Nam agitur syn-
cere, & sic exempla parantur, cum princeps alios quod monet, ipse facit. Ouidius. Ex quo
ita Welenbec. hie. Deinde inuercundum est. Imp. ex imperfecto testamento, legata & fa-
deicommissa capere. Docet enim tantam maiestate, eas seruare l. quibus ipse solitus
esse videtur l. ex imperfecto 23. ff. de legat. §. Dum igitur inuercundum est, graue est id fieri,
cum facta quae ledunt pietatem & verecundiam, facere non possimus iure naturali
etiam inspecto. l. pilorum. 15. ff. de condit. insit. Sed obiicitur l. a. & i. w. 15 ff. ad l. Rhod. ff. de
iactur. vbi Imp. dicitur dominus mundi. Ergo quiduis facere potest. Respond. ea qua
decet & verecunda sunt, nec ea quae sunt contra ius naturale, contra verecundiā. Deinde
obiicitur §. sed & quod principi placuit. supr. de iur. n. gent. & ciuit. vbi quod principi pla-
cuit legis habet vigorem. Respondent Dd. indignum est Imperatoria maiestate, et si ex-
quum etiam est. Et potius reticeri debet illa adulatorum vox, boni etiam prin-
cipes sciunt, quantum illi yoci blandienti sit tribuendum. Mynsing. hic.

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

Ad Thes. 9. 10. & 11.] Quando liberi iniuste exheredantur vel silentio in testamento prætereuntur, daturis ad illam iniuriam vindicandam & legitimam aufestram querela inofficii testamenti, quæ t̄ est singularis actio & species quedam petitionis hereditatis. tot. tit. instit. C. & ff. de inoff. testamente. Nam certum est, plura esse iudicia petitionis hereditatis. dict. l. Diuus & fin. ff. de petit. heredit. Et plura sunt ex causarum diuersitate. Vigilius h. titul. numer. 6. Sed dolendum est iuxta Dd. receperam interpretationem, hanc materiam valde esse astriktam gloss. in §. fin. b. titul. quatenus apud veteres nulla fuit celebrior, sed non fuit oīm ordinaria actio, quia populus oīm subuenit, ad quem supraea fuit provocatio, qua morti principes ex aquitate constitut. s̄is hoc populi extraordinariū auxilium confirmarunt, & subinde de querela inofficii testamenti rescriperunt, vnde res in assiduum iurisdictionem abiit, quia pater contra officium pietatis & natura facit, quando filius iniuste exheredat. Vnde furoris colore officium illud iniquum quasi tegitur & auertitur. Nec est quod dicamus, huius tit. vñsum adhuc esse frequentem, quia cum tantum procedit, quando pater filium exheredem facit ex certa & legitima exhereditationis causa, expressa in testamento & ab herede probata Nouell. 115. §. aliud. Vigilius tamen in pr. b. tit. numer. 4. putat illam huius tit. restrictionem ex mente Impp. non esse. Eumque hoc mouet, quod hic tit. ex ff. & C. in Baflici referatur. Et per d. Nossell. 115. hoc tantum esse correctum affirmat, quod cum oīm testamentum, in quo filius in potestate erat præteritus nullum esset, hodie quidem valer, & in heredis institutione tantum rumpatur: De querela autem correcta nihil omnino indicant. Et haud dubie, inquit, Iustin. eius rei ficeret mentionem, cum alias in Nouellis perpetua quadam iactantia appareat. Sed leuis est Vigili prior ratio, quia etiam si in Baflicis extant, tamen inde non sequitur eos titulos non esse per ius nouissimum restrictos. Deinde etiam si inofficii querela non mentionem faciat Iustin. in dict. Nouell. 115. §. aliud: tamen dum exhereditationis generaliter meminit, generaliter etiam est accipiens & intelligendus. Et leges veteres cum nouis conferuntur, si fieri poterit secundum d.l. non est nouum. ff. de ll. Et odiosa restringi debent si fieri potest, cap. odia de regis. in 6. Martinus antiquus glossator voluit querelam inofficii testamenti penitus hodie cessare. Vigilius in §. 1. b. tit. numer. 1. Hac autem 26 actio proponitur adita prius hereditate l. si filium §. sed cum exheredito. ff. de bonorum possess. contr. tab. Ante enim non est contra quem agant, quiue iudicium defuncti defendant.

Sed obiicitur honorum possessionem statim & contra ipsum testamentum antequam herus adiut dari solere. l. illud ff. de bonor. poss. contra tabul. Respond. Id verum est, & differentia ratio est ex l. filio. §. 1. ff. cod. quia per bonorum possessionem de iure partis per querelam, de iure testamenti queritur: Et loquitur illa lex de speciali quadam bonorum possessione, quæ nec ipsa dari potest, nisi adita hereditate. Deinde per hanc actionem rescinditur testamentum. Ergo testamentum ipso iure antea valuit: Otiosa enim esset omnino rescissio, si non valeret testamentum, & tunc ipso iure nullum esset, nec opus esset rescissione l. ex testamento 29. C. de fideicommiss.

Porro prætenditur color talis, quasi non sancta mentis fuerit pater, quando facit testamentam, quem colorem Bartolus in l. Titia. ff. cod. putat hodie cessare nec prætendi posse, cum non aliter querela competat, quam si legitima causa sit inserta, quod quidem cum sit obseruarum, demens non potest testator videri, sed valde sapiens, quippe qui secundum ll. præscriptum voluntatem suam ordinavit. Adhuc tamen cum colorem valere & attendi putamus, quando pater filio falsam causam obiicit. Vigilius §. n. 2.

Ad Thes. 12.13.14.15.] Agitur nunc quinam habeant inofficiosi querelam. *i.* Eam habent patentes, nisi forte sinus iure militari testamentum fecerit *L. Papirianus.* §. *Papi-*¹⁷*rianus b. 11.* Sed obicitur ex *thes. 15.* ita: Qui habent ordinarium remedium, ad extra-ordinarium procedere non debent *L. in cause 16. in princ. ff. de minor. 28. am.* Pater habet ordinarium remedium scilicet bonorum possessionem contra testamentum filii. *d. Pantocratorius. s. t. ff. quis à parente.* Ergo ad extraordinarium aliquod procedi non debet, scilicet ad querelam inofficiosi testamenti, cum querela illa cum demum detur, quando nullo alio iure ad defuncti bona quis peruenire potest, *Et in thes. 15. affirmamus.* Respond. Aliqui voluerunt patentes exheredatos tantum habere querelam, prateritos, bonorum possessionem contratabulas. Sed dicendum potius est cum Vigilio, patri dari bonorum possessionem, non ut patri, sed ut manum missori. *l. filio. §. l. b. t. n.* Et hoc ius prætor extraneo etiam largiebatur, tametsi alio capite, *§. sum autem de bon posse.* Naturali aquitate moevis decem illi personas proponebat. Ergo pater naturalis manumissor præmium reinebat, & ab intestato ex capite *Vnde legitimi §. sin. de legitima agnat. successi.* potest petere bonorum possessionem ad exemplum patroni. Atque hinc pendet intellectus *d. t. s. si quis à parente manumitt.* Ergo hic est ius singulare, & cum querela concurrit bonorum possesso, & quæ in fauorem sunt introducta non tuat in odium retorquenda. Et quoties duplice iure defertur alicui successio, tunc repudiatio novo iure, quod ante defertur, vetus supedit. *l. quoties ff. de reg. sur. id quod Vlp. in l. 1. §. liberos si quis à parente manumiss. Antiquum ius est querela.* Deinde ab initio in omni querela inofficiosi datur ordinarium quod conuenit cum extraordinario.

Porro obicitur *L. Papirianus. 8. in pr. eod.* vbi dicitur quod bonorum possessio litis ordinande gratia præcedat hanc de inofficio querelam vel actionem. Ergo tamen aliud remedium superest, antequam ad inofficiosi querelam perueniatur, & tamen nihilominus etiam actio de inofficio intendatur; & per consequens, si alio iura ad defuncti bona peruenire possumus, quæstio de inofficio moueri non potest. Respond. Verum est hanc bonorum possessionem litis ordinande gratia esse inuentam, & vulgo dicunt hanc quasi symbolum ac signum fuisse, quod à prætore iis dabatur qui iure ciuilis erant incogniti, veluti emancipatis quod ad querelam. Viglius tamen in *§. tam autem hoc t. t.* Græcorū interpretationem amplectitur, quæ hoc est; *Quemadmodū ad ordinandum indicium. petitiora hereditatis aditio & bonorum possitio ad bonorum possessoriam actionem præcedere debet, ita ad querelam inofficiosi ordinandam, esse inuentam hanc bonorum possessionem, ob id, cum enim exheredato non licet adire, obstante testamento, nec etiam vera bonorum possitio contra tabulas ei à prætore dari possit, l. non iuravit de bonorum poss. ff. contra tabul.* Atque ita nullum ius sit, cui innitatur petitio hereditatis, de inofficio tandem querela ad similitudinem aditioris & efficacis bonorum possessionis, hoc extraordinarium genū possessionis esse excogitatum, super quo lis inofficiosi testamenti ordinari potest. Omnis enim actio aliquo iure nisi debet: in suis autem ut supra vacante est bonorum possessio atque etiam aditio *l. quemadmodum eod.* ita nihil opus habet ad litē & querelam proponendam eiusmodi possessionis commentio, cum ius habeat ex suitate *l. ei suis de liber. & posthum.* Et hæc bonorum possessio nec ius tribuit nec possessionem sed tantum iter subsequenti iudicio quasi præstruit, nec vere bonorum possessionis vita habet, sed tantum imaginem & colorem super quo sequens lis de inofficio testamento fundetur, *l. 2. C. eod.* & affirmat Viglius, eam adhuc hodie esse necessariam si litigare volumus.

168
260 D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

28. Deinde in thes. 13. affirmatur fratrem & sororem † habere hanc querelam & quidem consanguineos ὄμοιατρίου ex eodem patre natos , cum his , i deſt , fratribus ferme rectior est consuerudo & necessitudo , cum quibus nobis per patrem communia iura nominis familiae & originis sunt. Neque obstat. fratri 21. Cod. eodem. vbi indistincte textus loquitur fratrem habere querelam , pura veterinos & consanguineos , nam interpretationem , ex l. fratres 27. C. eod. accipere debet , nec nouum est legem cum lege confert l. non est nouum ff. de ll. Reliqui † cognati ultra fratres non admittuntur ad querelam , licet alias ab intestato succedere possint , t. tit. infr. de legit. agnat. success. Nou. 118. de success. ab intestato. Sed obiicitur l. posthumus 6. §. si quis. de inoffic. testament. vbi dicitur si quis ex his personis quæ ab intestato non admittuntur , ad successionem de inofficio egerit , etiamsi calu vicerit , tamen non obtinet. Ergo à contrario sensu , si persona quæ tamen successionem ab intestato agit , vincet & obtinebit in querela inofficiosi. Respond. Argumentum a contrario sensu locum non habet , nec procedit nisi id iura patiuntur. Sed iura non patiuntur cognatis vltioribus competrere querelam , id enim expresse in l. 1. de inoffic. testament. negatur , vbi dicitur : Cæteri amici ultra fratres scil. consanguineos gloss. ibidem , melius facerent si se abstinerent nec se inanibus sumatibus vexarent , cum nullam obtinendi spem habeant. Verum ergo manet tantum sororem & fratrem consanguineos admitti ad querelam , ita tamen si turpes personæ sint instituta. Ergo si honeste personæ instituta sunt , ne quidem fratres consanguinei ad querelam admittuntur , dict. l. fratres. 27. C. eod. Viglius in d. §. 1 num. 9. Deinde † posthumi possunt querelam inofficiosi instituere , l. posthumus 6. ff. de inoffic. testament. & hic .
- Sed obiicitur Nouell. 115. §. aliud. vbi dicitur : neminem posse exheredari nisi ex iusta causa ingratitudinis , quarum causarum 14. ibi tantum ponuntur : quazum nulla in posthumum nondum natum , & qui nihil peccauit l. qui in vtero , de statu hominum , cadere poteſt. Resp. Putat Viglius in pr. num. 4. Et in §. tam autem num. 8. lim. in fine . sublatum hoc esse de posthumo , per dictam constitutionem Iustin. Sed dicendum est , etiam ob præteritionem dari querelam hodie posthumo , & rumpi testamento ipso quidem iure validum §. 1. in princ. h. sit. num. in Verb. quia ſape exheredant vel omittunt. id est , prætereunt. Si autem exheredatur ipso iure est nullum hodie testamento , per d. confit. in d. Nouell. 115. §. aliud. Viglius in tit. de exheredit. liber. num. 5. §. 21 posthum. Denique † spurii habent querelam cum matrem habeant certam , §. nouissime infr ad S. C. Orcisi : & quidem habent eam in testamento matris l. si suspecta 29. §. de inofficio. ff. end.
22. Ad Thes. 16.] Accusatio † de inofficio locum habet , si nihil omnino in testamento filio forte erret reliatum , nam si quantulacunque & minima pars hereditatis fuerit reliata , cessat querela de inofficio , quia odiosa sunt restringenda , Capit. odioſa de regul. iur. in 6. Agitur tum ad supplementum legitimæ conditione , ex Iustin. constit. l. omnino modo . cum seq. C. h. titul. quæ quinquennio extinguitur , quanquam putat Bartholus in l. si quis filium C. eod 30. annis , Decius confil. 303. Legitima † autem est ex testamento legitimæ portionis portio , quæ hodie est aucta in trientem vel semiſecu pro numero liberorum , etiam in parentibus. Wesenbechius confil. 17. p. 1. numer. 25. secundum communem sententiam ut Iason dicit in Auth. nouissima num. 35. Cod. de inoffic. testamento.

Ad 17. Thesin.] Is qui legatum percepit † non recte de inofficio agit, additur exceptio, nisi id totum alij administret: Tutor enim officij necessitate coactus, accusat eum à quo legatum accepit, puta pupilli patrem, à quo patre tamen est pupillus, *t. aduersus §. fin. ff. h. tit. l. tute. in pr. ff. de iis quibus & indignis auferuntur.* Nemini enim officium suum debet esse damnum, *l. sed si quis. 7. quemadmodum test. aperiantur, vt tutela est publicum munus ad quod necessitate attingimur, §. 1. supr. de exc. sat. sur.* unde pupillo commodū acquiratur *tot. tit. ff. de tutel.* Et rationib. distractib. Merito igitur habet saluum tutor ius querelæ, siue ipse aliiquid percepit, vel pupillo aliiquid acceperit, & ipse tutor forte à patre proprio sit præteritus, *t. aduersus §. 1. h. tit.* Sed obiicitur primo, *l. fin ff. eod.* vbi dicitur, quod si exheredatus petendi legatum ex testamēto aduocationem prebuit, procurationemve suscepit, remoueat exheredatus ab accusatione, id autem tutori hic nō accidit. Resp. Magna est diuersitatis ratio, procurator vel aduocatus sponte officium præstant, & à querela excluduntur, tutor necessitate officij in fauorem pupillorum cogit, vt supra dictum suit. Insto cōtra dat. solut. ex *l. qui cum maior. 14. §. si patroni. ff. de bonis libertorum.* vbi aduocatus non repellitur ab accusatione: Ergo falsa fuit responsio. Resp. Verum est ibi propter aduocationem accusatori liberti præstata, ius in bonis liberti filius patroni nō amittit, sed alius est casus, hic enim *in d. l. Vlt.* approbatione voluntaria ius querelæ amittitur. Nam qui sponte causam defendit, approbat eam, ibi autem *in d. l. qui cum maior.* nō aliter filius ius in bonis liberti amittit quam si accuset. At aduocatus non accusat *d. §. si patroni.* Deinde secundum Vigilium hoc aduocatum in proposito non excusat, qui non ex sua sed clientis persona approbet, cum tacitus eius consensus ex voluntario officio colligatur. Deinde obiicitur *l. inter officium. 5. 4 ff. de rei vindic.* qua expressè contrarium dicit, *d. l. Vlt. ff. de in-offic. testamento.* scilicet aduocatum vel procuratorem si alicui adfuit, non amittere dominium. Respond. Barthol. *d. l. Vlt.* loqui in eo casu, quando quis sciens aduocationem suscepit vel procuratorem: hic ignorans rem suam esse, alij etiam vindicati adfuit, & propterea dominium non amittit, nec actionem. Quia solutio ex textu *d. l. inter officium.* quodammodo colligitur. Vel dicendum est hic non agi de testamento, itaq; quis rem vindicare non prohibetur, nec officium adjudicationis ei nocet: Ibi autem *in d. l. Vlt.* agitur de testamento, quia exheredatus petenti legatum ex testamento altit, quod receptum est in gratiam testatorum, quia ne facile irritentur, sedulo semper cautum fuit. Et hanc solutionem Pacius ad *l. inter officium* amplectitur.

Ad Thesin 18. cum aliquor seqq.] Postquam fuit actum de inofficio testamēto: nunc etiam de heredum qualitate & differentia agitur. Differentia † heredum primo loco à Iustin. proponitur, quæ in eo consistit, quod aliqui heredes sint necessarij, aliqui sui & necessarij, aliqui extranei. Necessarij † heredes sunt serui qui nolentes volentes coguntur esse heredes. Sed obiicitur *l. iniuto. ff. de reg. iur.* vbi dicitur, iniuto beneficium non dari, sed hic iniuto datur beneficium, id est, libertas, quæ summum est pretium. Terent. *in And. scen. 1. act. 1. in pr.* Ergo male id asseritur. Resp. Regula illa tum militat, quando nulla alia certa caula lobit. Ethic cogitur esse heres nolens volens in fauorem ultimæ voluntatis, cuius est magnus favor *l. 1. C. de Sacrosant. Eccles.* idque ideo, de defunctus iniuria afficiatur. Si forte bona defuncti non erunt sufficientia vel saltem suspecta. Nam bona publice præscribebantur & vendebantur ignominiose. Cice. *pro Quintio. tot. tit. ff. de bon. aut iudic. possid.* §. 1. de hered qualit. & differentia. §. 1. supr. ex quib. caus. manumis. non licet. Sed quia heres etiam non potest, nisi sit liber, ideo si data non est, tacite data videtur libertas, ex ipsa scriptura *d. §. 1. supr. ex quib. caus. manumis. non licet:* præterea ieruu dum est in potestate domini, nec nolle habet nec velle. *l. ius est nolle.* Et *l. velle. ff. de reg. iur.* Quod dum verum est

est, vere voluntatem non habere potest seruus, nec c. i. a. voluntatem: Ergo in iusto beneficiis non datur, sed tali, qui iuri alicuius est subiectas. & videtur in s. g. hoc volens facere ob imperium domini, licet ad actum adoptionis requiratur libertas, q. consequitur solum ut impleatur ultima voluntas, & seru nomine bona hered. taria distrahantur, & fatus fiat creditoribus, ne defunctus sentiat damnum. Dominica igitur potest s. est cedula huius necessitatis, l. in sua. 1. ff. de lib. & posthu. Cur enim noui ceat dominio heredem eum vel in uitium instituere quem & occidere olim poterat. Tertia haec est causa, quia defunctorum interest ut successores habeant, l. & quia. ff. de interrogat. in sur. faciend. De definit. heredem suorum & necessariorum, in disputat. 16. fuit dictum.

Ad Thesis 22. cum seq.] Sui heredes ideo dicuntur, quia velut domestici sunt heredes & viuo parte quodammodo domini existunt. Existunt, inquit, quodammodo, scilicet iure

- 27 ciuili vel acquisitione secutura inspecta: Inspecta vero existentia reali, cum viuentis nulla sit hereditas. l. hereditas. ff. de reg. iur. dicimus quod heres nondum sit viuo parte. Sed obiicitur primo: Duo domini in solidum unius rei esse non possunt, l. sicut cert. §. sin ff. commoda. Ergo falsum est quod hic assertur. Resp. Duo possunt esse dominia; Unum reale, quod habet pater adhuc viuens, alterum intellectuale interpretationum. Nam fictione iuris civilis habetur filius pro eadem persona l. vlt. §. vlt. C. de impuber. & alii subsist. Vnde etiam εὐλογηνός, à Theophilo sui & necessarij heredes vocantur, quamuis re ipsa inspecta ηγέτη ἐπίστα hederes tantum sunt, Alciat. lib. 2. π. πρεπτῶν c. 15. non effectualiter & realiter: Vnde particula quodammodo adiicitur. Secundo obiicitur: Dominium communem fingitur & etiam possessio arguamento responsi legis 2. §. sui ff. pro herede. ex quo adeo filium cum patre possidere aiunt, ut nec usucapere pro herede possit, l. nihil. 2. C. de usucap. pro herede, vbi dicitur, nihil pro herede usucapi posse, suis heredibus existentibus: Ergo continuata est non novo titulo acquisita etiam possessio. Respond. Iason. s. d. l. in suis. in quartz column. vult loqui illam legem de rebus à patre donatis, que cum ob donationem filius semel possiderecepit, pro herede eadem deinde possit tene nequit, ob regulam iuris, qua dicitur neminem sibi causam possit. Titulus mutare posse l. 2. §. 1. ff. pro emitore. pro herede tamen usucapere res caret, optimo posse. Dum igitur dicitur in d. l. nihil. nihil pro herede posse usucapi, suis heredibus existentibus, hunc habet sensum: cum qui se sit pro herede possidere, à quo sumps reperire hereditatem possit, titulum non habere nec usucapere posse. Tertio obiicitur. d. l. in suis. 11. ff. de liber. & posthu. vbi dicitur, continuationem esse dominij inter patrem & suum heredem, ut nulla videatur distincta fuisse hereditas: Ergo omnino una est hereditas, nec est ponenda particula quodammodo. Resp. Iuris civilis fictione inspecta id dici potest, sed re ipsa nequam, quia filius heres dici proprio non possit viuo patre. l. i. ff. pro herede. Mortuo deinde patre continuatio sit iure ciuili, ut nulla videatur hereditas fuisse, illamque fictionem iuris civilis inducit verbum videtur, in d. l. in suis, quod impropteratem importat & post se relinquit, id scilicet realiter esse hereditatem. Hinc in l. quem ad modum. 7. ff. desnoffic. testament. dicitur, quod bonorum possessio ei, qui est in potestate, & suus est mortis tempore, non sit necessaria, & aditio hereditatis superuacua: nam possunt quidem adire, sed non coguntur id facere, id est, superuacua est aditio, quemadmodum si dico, ei qui donatum accepit, non esse necessariam emitionem. Et quainvis in l. de hereditate. 19. §. non tamen ff. de castri. pecul. dicatur, heredem filio viuo esse, tamen ibi heres significat dominum, secundum §. vlt. b. cit. Pater enim heres, id est, dominus viuo filio: idque magis sententiam nostram confirmat, & certum est si suos & necessarios heredes saltem se immiscere hereditati, nec adire dicuntur ut extranei, vnde secundum Accursi. l. nec crevere. 16. C. de iurs delsberandi. vbi dicitur, neminem compelli

compelli hereditatem damnosam adire, de extraneis heredibus est intelligenda, non de suis & necessariis.

Ad Thesin 24.] Qualitas heredum nunc est inspicienda & consideranda. Qualitas ²⁵ heredum in eo versatur, ut eum heredibus sit testamēti factio, quæ duobus temporibus inspiciuntur, testamenti facti tempore, & mortis tempore, & hic. Sed obiicitur l. si alienum 49. §. vlt. in fin. ff. de hered. inst. vbi dicitur, tria esse tempora inspicienda. Resp. Ex illa l. est desumus hic §. in extraneis. Et quidem in illis verbis. ¶ Et cum adeunt, etiam debet cum illis esse testamenti factio, continetur 3. tempus id quod etiam in thesi ponimus. Secundo oppon. valde l. si seruus eius. 82. ff. de acquir. & emittend. heredit. vbi seruus capere potest heredatatem, eamq; adire heres institutus, licet id de minus facere non possit: Ergo moris tempus non attenditur. Resp. Verum est triplici tempore capacitas domini requiritur & exigitur, unde valde diffidet d. l. si seruus. Accus. putat: d. l. si seruus. procedere secundum aequitatem, thesin vero & d. §. in extraneis, cum d. l. si alienum. §. vlt. procedere de rigore iuris. Vigilius putat id falsum esse, & sequitur Bart. solutionem, prius tuisse quidem cum domino testamenti factio, sed tamen illius hereditatis vel portionis capacem non extitisse, & satis est ut cum domino sit testamenti factio, tametsi quorundam bonorum non sit capax. l. debitor. §. fin. ff. de legat. 2. quæ tamen deinde herus capere & nouo domino acquirere potest: Alter putat Cuiac. in d. l. si alienum. 49. §. vlt. vbi dicit sententia susincri voluntatem testatoris, in d. l. si seruus, qui contra hanc iuris observationem in tempus capienda heredem instituere potest. l. in tempus. 62. c. de hered. inst. quiq; dum sciens heredem alienum facit, cuius rationem potius habet, quam domini incapacis, id intellexisse videtur, vel ut ipse liber factus heres existat, vel hic nouus dominus, cui postea subiectus esse ccepit.

Ad Thesin 25. 26. 27. 28.] Olim heredes sui & necessarij non habuerunt beneficiū abstensionis, id qd durū est, quia habent t̄ hodie ex aequitate prætoris beneficiū abstensionis, h.c. possunt abstinere, si sit dānoſa & non lucroſa, niſi forte ſemel ſe immiſſeant, poſtea non habent potestatem eam relinqueādi, niſi ſint minores, qui habent reſtitutionem in integrum, ſot. tit. ff. de minor 25. ann. Id quod etiam in extraneis ita obtinet: Sed obiicitur l. non vult heres eſſe ff. de reg. sur. vb. dicitur, non vult eſſe heres qui ad aliud transferri voluit hereditatem; potestigitur quis aditam hereditatem libere relinqueret. Resp. Loquitur d. l. non vult. de eo, quando extraneus heres scriptus vel ſiuſ nondū adiit hereditatem. Tum enim potest abſinere ſeu deliberaſte, & poſt factam deliberationem repudiare hereditatem, & ad aliud tranſferre, dum heres cſle non vult: Si autem ſemel extranei adierunt, vel ſeſ ſui immiſſeuerunt, non poſſunt relinqueret hereditatem, niſi ſint minores, quia lapſa ætati ſubuenitur, vel maiores ex certa cauſa, ſi grande as alienum emerſerit. Extranei etiam heredes ſolo animo ſeu facto adire hereditatem poſſunt, illud eſt pro herede gerere, id eſt, ipſo factō oſtendere & heredem eſſe. Adire, id eſt, verbis declarare ſe velle adire. Duaren. in tit. de acquirend. heredit.

Ad Corollarium.] Corollarium ideo ponimus, quod aliqui ſint in ea ſententia §. vlt. ſupr. de inoffic. testamento, non eſſe correſtum per Nou. 11. §. aliud quoq; vbi dicitur, ſolam inſtitutionem querelā excludere, non legatum, non ſideicommissum, hoc eſt, quartā quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſſit: Et quidē veteri iure relinquebatur querela ex iudicio testatoris l. Papinianus. 8. §. quomodo. ff. eod. Hodie ſi aliqua pars eſt reliqua inſtitutionis titulo ad ſupplementum agitur, ſi ſcilicet tota quarta non eſt reliqua, quæ tamen quarta etiam Nou. 18. eſt aucta ad trientem vel ſemimillēm, pro numero liberorum etiam in parentibus. Wefenab. confil. 17. part. 1. n. 6. confil. 29. num. 14. & 15. Vigilius d. §. vlt. num. 3.

Quartam tamen iam auctam dicit quis habere vel ex iudicio defuncti, vel legis repleione. Sed obiicitur *l. omnimodo. 30. in fin. pr. C. de inoffic. testam. vbi Iustin. constituit*, ut querela haberet locum si quid legati, fideicommissari vel hereditatis nomine fuerit relatum, quemadmodum & in d. §. *l. de inoffic. testament.* disponitur. Ne igitur sibi sit contrarius Iustin. dicendum est, illud non esse correctum *d. l. omnimodo.* Respond. Posteriores cogitationes semper sunt firmiores & robustiores. *l. vlt. ff. de const. princ.* Diuersum igitur disponitur in d. *No. 115 §. aliud. scil. propterito cum esse habendum*, qui non institutionis titulo aliquid est consecutus. Secundo obiicitur *l. ex affe. 52. in princ. ff. ad l. Falcid. l. qui filium. 4. ff. & b. pupill. educar. debeat. vbi dicitur, valere testamenta ipso iure, in quibus filiis nihil praeter legata est relictū: Ergo falsum est q̄ dicimus, institutionis titulo relinqui aliquid tantum debere, ut excludatur querela.* Relp. Ibi saltem ex sententia Viglij exhereditatio interuenit, quod ibi non negatur, & ideo ipso iure valer testamentum rescindendū per querelam, omniaq; solennia interuenisse putantur. Nihil igitur noui in Codice circa hanc rem Iustin. disposuit, & omnes etiam alias ll. ff. per Nonellam abrogauit. Vnde hodie *l. institutionis titulo tantum relinquitur quid ut excludatur querela*, id quod etiam iure Pontificio obtinet *c. si pater. lib. 6. ex sententia Fabri hic.* Quamuis Cuiac. quem sequitur Borcholt. hic dicat, quartam non excludere querelam seu elogium in testamento ascriptū & probatum ab herede, hoc est, debitam reliquam portionem non statim excludere querelam, sed ita demum, si causa exhereditationis ascripta sit in testamento, & ab herede probata, quod vix admitti potest.

DISPUTATIO XIX.

De Legatis.

Thesis 1. Posthaec videamus de legatis, quæ pars iuris extra prop̄positam materiam videtur: Nam loquimur de iis iuris figuris, quibus per universitatem res nobis acquirimus: sed cum omnino de testamentis & de heredibus, qui in testamento instituuntur locuti simus: non sine causa sequenti loco potest hæc iuris materia tractari. *in pr. hoc tit. nostro.*

2 Legatum itaque est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda. *l. legatum. 36 ff. de legat. 2. Constantin. Harmenop. in promtuar. iuris civilis. lib. 5. c. 10.*

3 Sed olim quidem erant legatorum genera 4. per vindicationem, per damnationem, finendi modo, per præceptionem: & certa quædam verba cuique generi legatorum significabantur: Caius lib. 2. *Institut. tit. 5. Vlpian. in fragm. tit. 24.* Sed ex constitutionibus diuorum Principum solennitas huiusmodi verborum penitus sublata est. *l. 21. in legatis. C. de legatis.*

4 Nostra autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis sed voluntatibus eorum fauentes dispositi, ut omnibus legatis una sit natura: & quibuscumq; verbis aliquid sit relictum, liceat legatariis id persequi, non solum per

per actiones personales, sed etiam per in rem & per hypothecariam, cuius constitutionis propensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est. §. nostra. h. tit. l. i. C. communia de legat. l. 69. non aliter. ff. de legat. 3. l. si duobus. 3. §. sed in his omnibus. Cod. communia de legat. l. seruo. 68. §. 1. ff. de legat. 1.

5 Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimauimus, cum enim antiquitatem inuenimus, legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem quae ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis ex quo sit inter ea differentia: sed quod deest legatis hoc repleatur ex natura fideicommissorum, & si quid amplius est in legatis per hoc crescat fideicommissorum natura. l. 2. C. communia de legat. l. 1. ff. de legat. 1.

6 Sed ne in primis legum eunabulis permistim ex his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem: operae premium esse duximus, interim separatim prius delegatis, & postea de fideicommissis tractare, ut natura vtriusque iuris cognita, facile possint permissionem eorum eruditii subtilioribus auribus accipere. §. sed ne. hoc titulo nostro.

7 Tam autem corporales res legari possunt, quam incorporales: & ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut suas actiones heres legatario praestet, nisi exegerit viuus testator pecuniam: Nam hoc casu legatum extinguitur, sed & tale legatum valet: Damna esto heres meus domum illius reficere, vel illum ære alieno liberare. §. tam autem. h. tit. facit l. cetera. 41. de leg. 1. Vide Paul. sentent. lib. 3. c. 5. I. etiam 17. ff. de legat. 3.

8 Ea quoque res, quae in rerum natura non est, si modo futura est, recte legatur, veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. l. quod in rerum natura. 24. in pr. ff. de legat. 1. l. heres. 15. & d. l. 17. etiam. ff. de legat. 3.

9 Non solum autem testatoris vel heredis res, sed etiam aliena legari potest: ita ut heres cogatur redimere eam & praestare, vel si eam non potest redimere, estimationem eius dare. §. potest autem. in fr. de sing. rebus per fideicom. relift. l. cum alienam. 10. C. eod.

10 Sed si talis res sit, cuius commercium non est, vel adipisci non potest, nec estimatione eius debetur, veluti, si quis campum Martium, vel Basilicas, vel templa, vel quae publico usui destinata sunt, legauerit: nam nullius momenti tale legatum est. l. non dubium. 24. ff. de legat. 3. l. cum seruus legatus. 39. §. fin. ff. de legat. 1.

11 Quod autem diximus, alienam rem legari posse, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat, forsitan enim si sciuisse rem alienam esse, non legasset. Et ita Diuus Pius rescripsit. *I. cum alienam. 10. Cod. eod. l. si vnum. 69. §. si rem tuam. versie. succursum. ff. de legat. 2.*

12 Et verius est, ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, sciuisse rem alienam legare defunctum: non heredem probare oportere, ignorasse alienam, quia semper necessitas probandi incumbit illi qui agit. *I. verius. 21. cum l. 2. ff. de probatio. & prasunt. l. fin. C. de rei vindic. l. 4. qui accusare volunt. C. de edendo. l. si quidem. 9. C. de except. §. commodum. infra, de interdict.*

13 Si rem suam legauerit testator, posteaque eam alienauerit, Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi: idemque Divi Seuerus & Antoninus rescripserunt. facit *l. fideicomissa. §. si rem alienam. ff. de legat. 3. & l. 3. C. eod.*

14 Idem rescripserunt, etum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri: Et ideo legatarium cum herede eius negare posse, ut prædia a creditoribus luantur. *d.l. qui post testamentum. 3. C. eod.*

15 Si vero quis parte rei legatæ alienauerit, pars quæ non est alienata, omnino debetur: Pars autem alienata ita detur, si non adimendi animo alienata sit. *d. §. si rem alienam. vers. si vero. hoc tit.*

16 Sed etsi rem obligatam creditori aliquis legauerit, necesse habet heres eam luere: & in hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena, ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse, & ita Diuui Seuerus & Antoninus rescripserunt. *§. sed & si rem. hoc tit. l. si res obligata. 57. ff. de legat. 1. l. licet. 15. ff. de dote prælegat. facit l. prædia. 6. C. de fideicomiss. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit: nō debet heres eam luere. d. §. sed etsi rem. vers. si tamen. hoc tit.*

17 Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo testatore legarius dominus factus fuerit: Siquidem ex causa emtionis, ex testamento actione preciū consequi potest. *l. Manius. 66. §. duorum. ff. de legat. 2. l. 83. nec stipulantem. §. si rem. ff. de verb. oblig.*

18 Si vero ex causa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere nō potest. Nam traditum duas lucrativas causas in eundem hominem & eandem rem concurrere non posse. *l. omnes. ff. de oblig. act. l. 1. §. lucrativas. C. de impon. lucrat. descript.*

19 Hacratione si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, interest, utrum rem, an estimationem ex testamento consequutus sit. Nam si rem habet, agere non potest, quia habet eam ex causa lucrativa: si estimationem agere potest. d.l. M. Aelius. §. 1. l. plane. 34. §. 1. ff. de legat. 1.

20 Si fundus alienus, cui legatur sit & cmerit proprietatem deducto usufructu, & ususfructus ad eum peruererit, & postea ex testamento agat: rede eum agere & fundere petere Julianus ait: quia ususfructus in petitione seruitutis locum obtinet: sed officio iudicis continetur, ut deducto ususfructu iubeat estimationem praestari. l. non quocunq;. 82. §. fundus. ff. de legat. 1. §. si cui fundus. cum vers. sed officio. hoc tit.

21 Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatum: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest: Et licet alienauerit eam, non debetur, nec ipsa res, nec estimatione eius. facit l. proprias. 13. C. eod. & d.l. M. Aelius. 66. §. duorum. in fin. & §. fundo. ff. de leg. 2. l. cum quis. 35. in pr. ff. de legat. 3. d.l. 41. §. 1. ff. de legat. 1.

22 Si quis rem suam quasi alienam legauerit, valet legatum. Nam plus valet, quod est in veritate, quam quod est in opinione, sed & si legatarij esse putauit, valere constat: quia exitum voluntas defuncti habere potest. l. si patet. 4 ff. de manumis. vnde. l. penult. regula. §. qui ignorauit. ff. de iuris & facti ignorantia.

23 Si quis debitoris suo liberationem legauerit, legatum utile est, & neque ab ipso debitore, neque ab herede eius potest heres eius petere, neque ab alio, qui heredis loco sit, sed & potest a debitore conueniri, ut liberet eum, potest etiam quis vel ad tempus iubere, ne heres petat. facit l. 3. §. nunc. ff. de liber. legat. l. non solum. 8. §. 1. ff. eod. tit.

24 Ex contrario, si debitor creditori suo, quod debet, legauerit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius per legatum habet. l. 28. cum l. seq. ff. de legat. 1.

25 Quod si in diem vel sub conditione debitum ei pure legauerit, utile est legatum: Quod si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus scripsit, utile esse nihilominus legatum. Non enim placuit sententia existimantium, extinctum esse legatum, quia in eam causam peruererit, a qua incipere non potest. l. debitor. 8. 4. in princ. ff. de legat. 2. l. idem est. 14. ff. de liber. leg. l. verbis. 5. §. fin. ff. ad leg. Falcid.

26 Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum, quia plenius est legatum, quam de doce actio: Sed si quam non accepit, dotem legauerit, Diu Seucrus & Antoninus rescripserunt: siquidem simpliciter legauerit,

rit, inutile esse legatum: Si vero certa pecunia vel certum corpus aut instrumenta dotis in prælegando demonstrata sunt, valere legatum. l. i. ff. de dote præleg. l. i. C. de rei uxoris. action. d. l. 84. in princ. ff. de legat. 2. facit l. legati. 25. ff. de liber. legat.

DISPUTATIONIS XIX.

De Legatis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. Continuatio materia legatorum, an recte facta sit ad materiam testamentorum.
2. Legata est plurimum testamento relinquensur, ratus ab intestato.
3. Legati titulus singularis est.
4. Legati definitiones quomodo accipienda.
5. Legatum est titulus lucrativus non onerarius.
6. Legati definitiones Iurisconsultorum differunt à definitione Iustiniani Imp.
7. Testatoris voluntas non verba insufficienda, in verbis fideicommissis & legati.
8. Legatum esse donationem probatur.
9. Legata est plurimum ab herede praestans.
10. Rusardi authoritas quanta.
11. Heres ipso iure qui est, opus habet apprehensione.
12. Hereditus in institutione confirmata, reliqua non facile infirmantur.
13. Donatio mortis causa fere per omnia legatu comparatur.
14. Donationes mortis causa in testamento non fiunt.
15. Legatum an semper ab herede praestetur.
16. Legatorum quot olim gener a fuerint.
17. Res aliena olim non nisi per damnationem relinquenter.
18. Legatis omnibus una & eadem natura imposita est.
19. Actiones legati competentes qua.
20. Actio ex testamento cur legatario detur.
21. Actio in rem cur legatario detur.
22. Legatarius quatenus detur vindicatio.
23. Legatarius qui agnoscit legatum, an statim ab adita hereditate, dominium legati acquirat.
24. Bona defuncti sunt obligata & hypothecata.
25. Actionem hypothecariam in rebus legatis quando quis habeat.
26. Legatum rem quando quis vere habeat.
27. Rei vindicatio de omni legato competit.
28. Legata qua constitutione fideicommissis adequata sint.
29. Fideicomissa an sint legatis adequata.
30. Fideicommissorum & legatorum una natura est facta.
31. Legari qua res possint.
32. Res futura an legari possint.

- 33 Spes in fauorem contractuum vendi potest.
 34 Res aliena legari potest & quomodo.
 35 Res Ecclesia alienationem atque ita legationem non facile admittunt.
 36 Vfusfructus morte finitur, & legari non potest.
 37 Seruo alieno legato, mortuo vel manumisso, nihil debetur.
 38 Manumisso morti comparatur.
 39 Res aliena si legata sit, cuius commercium non est, vel qua haberi non potest, nihil debetur.
 40 Militia quid sit, & an legari possit.
 41 Rem non esse in commercio, & non habere aliquem rei commercium, differunt.
 42 Bone legato mortuo an aliquid debetur.
 43 Probatio in iure an eius esse possit qui aliquid possidet.
 44 Testator sicut suam legat, & postea eam vendit, an legatum debeatur.
 45 Res pignori data quando alienari possit.
 46 Res creditori obligata, an legati possit.
 47 Legatarius alienare et legata & premium consequitur.
 48 Lucrativa causa duarum concurrens in unum subiectum.
 49 Rem sibi legatam qui emit, an premium consequi possit.
 50 Res extra sapientiam legata an sapientia debeatur.
 51 Iudicium legatorum, imitatur actionem bona fidei.
 52 Legatum inutile an sit, si res alicui legetur, qua iam ante eius fuit.
 53 Legatum an post alienationem ex post facto conualescat.
 54 Legatum an valeat, se quis rei suam quasi alienam legat.
 55 Legatum virile est, & Valeat si quod in dico debetur, pure legetur.
 56 Maritus si dotem uxori legauerit, legatum Valeat.
 57 Legatum plenus est quam de dote actio, & quare.
 58 Actio doto non datur in solidum contra maritum.

AD Thes. I.] Cum visitatum sit, continuationem huius tituli ad aliud vel materiam vnius ad aliam continuationem facere; Iustinianus quoque Imperator continuat hanc materiam ad praecedentia, ad materiam scilicet testamentorum. Dicit enim: sed cum omnino de testamento, & de hereditibus, qui in testamento insituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco potest hac materia iuri tractari. Dum autem hanc materiam legatorum Iustinianus † ad materiam testamentorum continuat, vt gloss. mones hoc in verb. sequenti, in princip. viderit Iustinian. sane velle hoc approbare, legata semper in testamento relinqui, non ab intestato, cum tamen certum sit novo iure legata & fideicomissa per omnia esse adaequata, & sicut fideicomissa ab intestato relinquitur. §. 1. infra, de singul. reb. per fideicom. reliq. ita & legatum. l. 2. cap. commun. de legat. Ergo videtur Iustinian. inepte hanc continuationem posuisse, & ad antiquum, non nouum ius respexisse. Respond. Verum est, Iustinianum continuare materiam hanc ad testamenti materiam, quia † vt plurimum legata testamento relinquitur, rarius ab intestato. Et hac intentione Iustinianus commode nimis hic ita continuationem instituit legati ad testamentum, cum primo tractet de legatis, decinde de testamentis; non ramen negat etiam ab intestato relinqui legata, quemadmodum & fideicomissa, vt constat ex §. 1. infra, de singul. reb. per fideicom. reliq.

Sed adhuc videtur ineptam esse continuationem hanc, quæ est in thesi 1. nostra, quia dicitur: haec tenuis actum est, quo modo per vniuersitatem res nobis acquiruntur: iam de modis acquirendi per singulas res agendum erit. Est enim legatum, ut & fideicommissum, modus acquirendi per singularitatem, §. Ultim. supra, per quas person. nobis acquir. Cum tamen in l. non amplius 26. §. Ultim. ff. de legat. i. dicatur vniuersitatem legati posse, scilicet partem bonorum seu hereditatis tot. tit. ff. pars heredit. petat. Id quod in continuatione Iustin. negat. Respond. Wesebe. in dict. §. Ultim. per quas person. nob. 3. acquir. Titulum legati esse singularem. tot. s. ff. pro legato. id quod etiam genus in definitione legati ostendit. Est donatio quadam, ergo est donationis species, & modus acquirendi singularis, & quod de genere praedicatur, etiam de specie praedicari certum est. Eodem modo vendi potest vniuersitas s. t. ff. de heredit. Vendita. Sic donari potest vniuersitas bonorum l. si quis argentum 35. §. sed est si quis vniuersitatib. C. de donat. Causa & titulus est singularis: Materia est vniuersitas, quæ non mutat titulum: vniuersitas legatur sed non defertur per vniuersitatem. Causa efficiens est singularis: Materia est vniuersalis. Wesebe. in §. 1. num. i. h. titul. n. Sic in rei vindicatione cadit grec, & distinguitur à singulis capitibus. Est enim vnum corpus ex distantibus capitibus §. grege. b. t. n. l. i. in princ. ff. de rei vindic. vbi dicitur, est actio singularium rerum. Deinde in d. §. fin. d. l. i. ff. de rei vindic. totus grec vindicatur non singula corpora. Nec etiam obstat, hereditatem fideicommissio relinqui, hoc est, rem vniuersalem, quia vel postulamus dicere, titulum nihilominus esse singularem, licet materia sit vniuersalis, quamvis Mynsing. dicat, comparationem legatorum & fideicommissorum de fideicommissis singularibus esse accipientiam, id quod etiam affirmat Duaren. in l. delegat. i. & Wesebe. in part. ff. de legat. l. num. 9. 10.

Ad Thes. 2.] Nunc ad definitionem legati accedemus. Definitiones legati 4. extant in iure nostro, una est Florentini: Altera Modestini. 3. Vlpiani. 4. Iustiniani. Sed 4. ICtorū definitiones sunt ad ius vetus ditecte, Iustinianai ad ius nouū, quia loquuntur in eo casu, quando tantū in testamēto legata relinquentur, cū certū sit, nous iure etiā ab intestato relinqui legata, Et sup d. est per d. l. 2. C. communia de legat. Florent. dicit in l. legatū 116. insr. ff. de legat. i. legatum est deliberationem hereditatis qua testator ex eo, quod vniuersum foret heredis, alieni quid collatum velit, ab hereditate autem plurimum hodie differt, cum sit legatum titulus singularis non vniuersalis ut hereditas, & sic titulus 5. t. lucratius non onerosus ut hereditas. Deinde facit mentionem heredis, à quo tandem poterat olim relinqui, & distinguitur fideicommissum à legato, cum hodie nullissimo iure per dict. l. 2. C. communia de legat. una sit legatorum & fideicommissorum natura, & sicut ab herede legatum potest relinqui: ita etiam à legatario, à quo olim tam legari non potuit. d. s. 1. insr. de singul. reb. per fideicomm. reliet.

Sed assertur tale argumentum contra definitionis verba illa: ab herede præstanda. Qui aliquid addit contra mentem ICtorum, ille male facit: Hic aliquid additur: Ergo male. ICti enim illa verba non agnoscunt. Respond. ICtorum definitiones aliæ 6. t. sunt, & alio respiciunt, & omnino sunt remotæ à Iustin. definitione, id quod ex examinatione apparebit.

Secundo ita obiicitur: Definitio quæ non est generalis, non est toleranda, hæc talis est, quia non tantum heres sed alius etiam præstat legata. Respond. In herede tamen semper est initium præstandi, licet tum ipse non præster, sed forte legatarius vel alius. Deinde in hac definitione attendimus id quod ut plurimum sit, non quod sit interdum, l. 3. 4. s. ff. de l. quæ est de l. loquantur, tamen generales sunt.

Modestini deinde definitioni in *Legatum 36 ff. de legat. 2.* non conuenit, quia dicitur legatum esse donationem in testamento reliquit, cum hodie etiam ad instar legati ab intestato recte relinquatur, ut supra dictum fuit. Deinde Vlpianus definitio in *tit. 24. in primis in fragm.* non conuenit, quia similiter dicit testamento relinquere legata: Deinde precatiis verbis opus esse in fideicommissis in legatis directis verbis: cum quasi legis nodo, h.e. Imperatoris verbis fiant: Hoc iam sublatum quoque esse per Iustinianum constitut. in *dict. l. 2. C. communia de legat.* vult Cuiac. in *parat.* *C. adh. s.* quem sequitur hic *D. p. acceptor Borgholten scil. nudam* & voluntatem testatoris inspici debere in verbis fideicommissis vel legati, non verba, vnde etiam si quid precatiis verbis sit reliquit, posse tamen nihil luminus esse legatum: Et econtra, quod directis verbis est reliquit, posse esse fideicommissum, quamvis tamen Wesenb. in *parat. ff. de legat. 1. num. 3.* & in *Institut. h. tit. dicat.* differentiam legatorum & fideicommissorum per *d.l. 2.* non esse sublatam, quo ad verba, id quod expresse ex illa constitutione probatur, dum aperte dicitur imponi rebus legem, non verbis, deinde dicitur in effectu & in propria natura esse legata fideicommissis adaequata, non in formalibus hoc, quod manet, vt & ibi Imp. adhuc. in *princ. d.l. 2.* distinguit, verba precatiis fideicommissorum à verbis directis legatorum, vnde & Mynsing, dicit in *§. sed non* & que h. *titul. n. 8.* Vt cuncti facta sit adaequatio, à Iustiniano tamen adhuc sunt differentiae.

Definitio denique Iustiniani Imperatoris in *h. s. n.* proposita plana est & nouissimo iuri accommodata, scilicet legatum esse donationem quandam. Legatum est & donatio. Eo enim animo quis donat hoc est legatus, ut liberalitatem exerceat. Mynsing hic. Nemo enim testatorem ad id cogere potest. Adiicitur verbum quandam, quod indicat legatum esse quandam speciem donationis, quamvis tamen illa particula omitti potuisse, ut quando dico: Homo est animal non opus est dici, homo est quoddam animal, quia id satis notum tum est. Emphaticae autem addi volunt, quia non est donatio simplex inter vivos, sed mortis causa, & est species ab aliis donationibus distincta, & est vocabulum directum, vnde tentari ex adaequatione possit fideicommissa directo relinquere. *dict. l. 2. C. communia de legat.* cum sola voluntas non verba attendantur, ut vult Cuiac. quod tamen, & *supr. dict.* alii non concedunt. Horstius enim dicit: Et quidem ex vocabulo quendam apparet, hanc definitionem aliam esse quam ICtorum. Deinde generalius loquitur à defuncto reliqua scilicet sine in testamento sine extra testamentum. Additur deinde à defuncto reliqua. Et sic aptius legitur, quia est generalius quam si legitur in testamento: quia secundum hanc Iustinianum definitionem conuenit & haec definitio fideicommissis *dict. l. 2. Cod. communia de legat.* Denique adiiciuntur illa verba: ab herede praestanda, quia ut plurimum & ab herede praestantur legata ut & fideicommissa. Vnde in posterioribus Iustinianis *constitutionibus in l. 1. 2. C. communia de legat.* & in *Nouell. 1. de hered.* & *falcid. c. 2. & 3.* semper fit mentio heredis in legatis & fideicommissis, nam heres adeundo hereditatem quasi contrahit cum legatario. *§. heres. inf. de oblig.* qd quasi ex contractu nasci. Hoc dum considerandum est, ex eo quod ut plurimum sit, definitiones fieri debent, non queratur ut id rarius contingit, quando testator damnat legatarium ut praestet legatum. Et id secundum *l. 3. 4. 5. ff. de ll. επιτάθη πλεῖστον iura fiunt ἐκ ἐκ ταχαγαληνου, quæ lex loquitur de iuribus & ll. in genere, cum & in generalibus iuris, illa materia proponatur.*

Et nos tamdiu retinemus illa verba, donec defendi possunt, & stant pro Iustiniano, presumiturque ipse ea addidisse, donec firmius contrarium probetur.

Sed obiicitur contra hęc verba, ea esse otiosa, & dubia autoritatis, & ideo non facile admittenda i. quia Russarius ea affirmat abesse à manuscriptis libris, quibus multis vobatur: deinde ea verba esse suppositia, cum ea Theoph. Græcus interpres, paraphrastes & Harmenopolus non agnoscant, quod etiam Hotom. putat. Respond. Rufardi t non tanta est autoritas ut hoc ex autoritate librorum scriptorum conuincat, vel illa verba ea ratione expurgat, cum & Cuiac. in parat. ff. ea retineat. Welenbec. Mynsinger. & alii magnarum autoritatis viri. Deinde etiam Græcorum autoritatem seponemus, qui interdum falluntur, ut Theoph. in §. duorum. insit. de nupt. vbi negatiuam contra analogiam iuris civilis interserit, & alias multa non agnoscit, qua tamen alia ratione facile possunt conciliari.

Secundo obiicit Hotom. quod illa verba refutantur contra rationem iuris civilis, id quod probat ex l. legatum 8o. ff. de legat. 2. vbi dicitur legatum recta via ad legatarium transire. Ergo non opus est factio heredis: cum ipso iure id habeat legatarius. Respond. Cessit quidem dies legati pure reliqui, & venit post mortrem testatoris, sed tamen si non vere, nam acquiri non potest, nisi adita demum hereditate tot. titul. ff. si dies legat. Sefides comm cedat l. cedere diem. ff. de verb. signif. Et quamvis legatarius ipso iure sit dominus factus legati: per factum tamen heredis, quem legatarius habet obligatum sibi, est praestandum. Ad quid enim ista actiones, quas habet legatarius? Et simile est in compensatione quæ ipso iure fit. l. Ultim. Cod. de compensat. iudicis tamen factum requiritur l. 2. 3. ff. de compensat. Sic quando aliquis ipso iure est heres, t opus tamen habet apprehensione l. cum heredes. ff. de acquir. poff.

Tertio illa verba expurganda esse probatur per Auth. ex causa Cod. de liber. & præterit. Et Nouell. 115. §. aliud. vbi dicitur: Ex causa exheredationis vel præteritionis irritum esse testamentum, quantum ad institutionem: Cætera namque firma permanent. Ergo ab herede cuius institutio nulla est, præstari non etiam legatum. Respondet Horstius voluisse testatorem ut heres præstet legata, sed tamē quia institutio irritatur, nihilominus is, qui heres fit verus, præstet legata, nimirum filius, dum est iniuste exheredatus vel præteritus, & agitur ibi tantum illud, t infirmata in institutione reliqua non statim infirmari.

IV. Obiicitur. Etiam ipse testator interdum legata præstat, vnde heres ea non præstat, & per consequens illa verba falso adiciuntur. Resp. Quando testator donat inter viuos, vel mortis causa donat, quia tamen fit inter viuos, id mortis tantum intuitu vel cogitatione l. huiusmodi. §. ff. Titio ff. de legat. l. tot. ist. ff. de mort. caus. donat. Erquamuis 13 donatio mortis causa t comparetur pene per omnia legatis. §. i. supra de donat. l. Ultim. Cod. de donat. mort. causa tamen id effectum tantum respicit, quia in d. l. Ultim. dicitur: Mortis causa donatio omnes effectus legati sortitur. Interim vetum nihilominus manet, donationem mortis causa celebrati inter viuos, non fieri in testamento, tot. ist. l. ff. de mort. causa. donat. Nam si fit in testamento est legatum, & hanc notari differentiam ipsa natura donationis mortis causa & legatorum suppeditat, & indicat Iustin. particula FERE in dict. §. 1. sepr. de donat. Cuiac. lib. 8. obseruat. cap. 2. & Viglius in §. i. supra de testamentis ordin. affirmit, se nou meminisse fieri donationes t mortis causa in testamento. Nec quicquam facit pro illa re l. se gilius 20. §. 1. & Ultim. ff. de legat. præstand. Quia ibi non agitur de donat. mort. causa in testamento factis, sed extra testamento, cum ibi expresse a legis distinguantur. Nulla etiam est ibi comparatio legatorum, quia nullum factum testamentum.

Iusto. Sed iure ff. fuerunt adæquata legata & mortis causa donationes, l. est §. r. sequid

Si quid in fraud. patron. l. marcellus ff. de mort. caus. donat. l. et si debitor. ff. eodem. Ergo id ante Iustin. obtinuit. Respond. In certis casibus de filio fam. & alias illi causa loquuntur, quod Iustinianus sua constitutione certum effecit. dict. l. Vltim. Cod. de mort. caus. donat.

Quinto obiicitur, quod legatum, non tantum ab herede praestetur, sed etiam à legatario, & herede heredis l. s. §. fin ff. de legat. 3. l. si legatarius & ff. eod. Item ab exheredato. l. coheredi 41. §. 3. ff. de vulgar. & pupill. substitut. Respond. Id t ratus contingit ut ante dictum fuit, vel respondemus id respicere adhuc formam externam. Ergo adhuc illa verba optimo iure tolerari possunt.

Denique obiicitur dict. leg. secundo, in fin. Cod. communia de legat. vbi legatarius & heres coniunguntur. Ergo in definitione vt pote secundum ius scriptum id fieri debet. Respond. Ibi quidem coniunguntur in eo, in quo id antea non obtinuit, quia à legatario omnino olim legati non potuit. §. i. infra de singul. rebus per fideicommissum. relatis. Ergo dicit Imp. idem debere obtinere in legatario, quod in herede: & tantum de definitione legati, nunc integre defensa.

Ad Thes. 3.] Legatorum porro t genera 4. erant olim, vnum per vindicationem, scil. ex iure Quiritum hoc modo: Do lego, sumito, capito, habeto. Theophilus hic. Et requirebat aut quis testator esset tempore conditi testamenti mortis testatoris ex iure Quiritum, indeque competit actio in rem id est, rei vindicatio. Secundum per damnationem heredis hoc modo. Heres meus damnas esto, hoc est, damnatus esto per syncopen, propria est vox ICtorum in §. tam autem corporales b. titul. nostro. & hoc genus legandi fuit optimum, Vlpianus. in fragm. b. titul. indeque erat actio in personam, & aliena res t olim non poterat relinqu nisi per damnationem, non per vindicationem, hodie tamen quovis modo. Welenbec. & Borcholt. ad §. non solum autem b. titul. nostro. 3. Sinendi modo. Heres meus damnas esto sinecire Lucium Titium illum rem sumere, sibique habere, indeque erat actio in personam, vel in rem misficio. 4. Per praeceptionem hoc modo. Lucius Titius illum rem præcipito, inde erat actio in rem & in personam. Et horum cuique generi certa & solennia latina etant olim verba, quæ ante Iustin. sunt sublata. Nam illis Imperatorum constitutionibus in l. legatis 21. C. de legat. Græca, vernacula & quævis verba sunt admissa. Cuiac. in parat. C. eodem.

Ad Thes. 4.] Iustinianus tandem superueniens sustulit differentias in actionibus, quia aliae actiones in rem: aliae in personam produxerunt, vnde Iustin. omnibus legatis t unam censemq; natum imposuit, & pro quolibet legato constituit tres actiones: rei vindicationem, personalem ex testamento, & denique actionem hypothecariam. 18 l. 1. C. communia de legat. easque etiam fideicommissa protrahit propter generalē adæquationem in d. l. 2. C. communia de leg. Actio autem ex testamento ideo datur legatario, t quia heres adeundo hereditatem quasi contrahit cum legatario. §. heres. inf. de obligat. 19 qua ex quasi contractu nascit. Sed obiicitur l. 1. in princ. ff. de obligat. & act. vbi dicitur obligations, seu actiones in personam esse vel ex contractu, vel ex delicto, idem in l. aliosnum eod. & §. 1. inf. de act. dicitur. Ergo non ex quasi contractu. Resp. actio in persona nō tantum ex contractu & delicto sed ex quasi contractu & quasi ex delicto nascitur. l. 5. §. heres. ff. de oblig. & act. d. §. heres. Adeundo enim hereditatem heres contrahere videtur. l. 3. §. fin. quib. ex caus. in poss. eatur. hoc est, videtur in se recipere solutionem legatorum. 2. In mm tera

254 252 D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

- 21 rem actio, hoc est, rei vindicatio ideo datur legatario † quia legatarius est tanquam dominus, & ideo eam habet non tantum contra heredem, sed etiam contra quemcunque alium possessorem rei legatae, quia plus est cautionis in tem, quam in personam. l. plus cautionis ff. de regul. suris. Et certum est legatarium dominium rei legatae fieri statim à morte testatoris sine traditione. l. à Tito 64. ff. de furi. l. i. in fin. ff. de public. in rem act. qua soli domino datur. l. in rem. 23. in princ. ff. de res vindicat. Et quidem contra l. traditionibus 20. Cod. de pact. vbi dicitur, traditionibus rerum dominia transferri non nudis patet.
- 22 cts. Et catenatis datur legatarius † vindicatio, quatenus statoris sit res legata. Cuiac in patet. C. tit. communia de legat. quod significat ICrus in l. à Tito 64. in fine ff. de furi. inquiens: ea quae legantur, recta via, ab eo qui legauit, ad eum, cui legata sunt, transire. Iustin. quoque in did. l. 2. Cod. communia de legat. docet, non de omnibus legatis competere vindicationem, sed de quibusdam, cum ait: quatenuseis liceat: Licet autem legatariis rem legaram vindicatione petere, si res testatoris est legata, ideo autem resi vindicatio non datur legatario, legatis rebus alienis, quia carum dominium testator in aliud transferre non potuit l. nemo potest ff. de reg. sur.

Sed obiicitur rale argumentum: Actione in rem petimus rem nostrā, hoc est, quod dominii iure ad nos pertinet, & ab alio possidetur l. actionem ff. de obligat. & act. At legatum dominii iure ad nos non pertinet, dum est hereditis, & dum heres legatario legatum tradit, tunc dominium legati legatarius acquirit. l. s. seruus Titius 70. ff. de legat. l. l. s. legatum 116. §. fin. ff. de leg. l. l. in omnibus ff. de ser. legat. Videtur igitur dicendum legatariis, cum dominium non habeat, legatum vindicare non posse. Resp. Hac de te verum legatarius † qui agnouit legatum, hoc est, constituit se velle habere legatum, statim ab adita hereditate dominium rei legatae acquirat, ita ut nec momento ullo legati dominium in persona heredis consistat, diuerse extant sententiae in ll. Nam affirmatiuam partem defendant ICti in l. seruo legato 69. ff. de leg. r. in princip. l. legatum 80. ff. de legat. 2. l. 3. §. si rem de legat. 3. l. à Tito 64. in fin. ff. de furi. l. quasistius 40. ff. de acquir. rerum dominio l. si tibi homo 86. §. cum seruus legatur de legat. 1. Contraria sententia defenditur in locis supra allegatis, & hanc pugna aliter conciliari non potest, quam ut dicamus, videndum esse virum per vindicationem an vero per damnationem legarum sit relicturn. Si per vindicationem legatum est relicturn, legatio agnoscendi, statim recta via sine fine facta hereditis ius dominii acquiritur, eiusque statim ab aditionis tempore particeps fuisse intelligitur. Et de legato vindicationis accipienda est d. l. seruo legato & reliqua ll. Si per damnationem legatum est relicturn, tunc legatum heredi acquiritur, per aditionem hereditatis, verum si legatarius postea legatum non repudiet, tunc acquiritur dominium rei legatae non per agnitionem sed traditionem heredi, qui damnatus est dare, & de damnato legato est accipienda l. s. seruus Titius cum ll. segg. supra enumeratis. Hodie differencia inter vindicationis & damnationis legatum est sublata, & eodem iure est damnationis legatum quo fuit vindicationis.

Inde sequitur hodie omnium legatorum dominium legatario statim ab adita hereditate acquiri, si legatarius legatum non repudiet. Cum igitur legatarius sit dominus rei legatae, si legatum agnoscat & constituit legatum ad se pertinere, ideo recte legatum vindicat.

- 24 III. Est actio hypothecaria, quia defuncti † bona sunt obligata & hypothecata,

cata, & solum bona testatoris l. Paulus 29. in princ. ff. de pignor. Sed obicitur ita: Actio hypothecaria tantum datur, quando vel res tradita est creditoris, vel saltem con-uenit inter debitorem & creditorem, ut res pignori esset. §. item serviana in-
frade ast. Sed inter heredem & legatarios neque conuenit ut res pignori esset, ne-
que etiam res est tradita. Igitur videtur dicendum quod legatarius aduersus here-
dem pignoritaria actione agere non possit. Respond. Legatario res heredis sunt oppi-
gnoratae tacite non etiam verbis expressis, & actio hypothecaria etiam tunc locum
habet, cum iure taciti pignoris res sunt obligatae. Et quidem habet quis † hypothe-
cariam actionem in rebus legatis, non quas habet, quia quod meū est, amplius meum
fieri non potest. l. neque pignus. ff. de reg. sur. nec in bonis heredis. dicit. l. Paulus. 29. in
princ. ff. de pignor. & hypoth. sed in aliis bonis à defuncto relictis. Mynsing. secutus gloss.
in §. nostra. num. 27. h. titul. n. Quamvis tamen aliqui malint, in illam ipsam rem,
qua legata est, habere quem actionem hypothecariam, quæ sententia placet Myn-
singer. & tunc Myns. putat non obstare quod res sua non possit hypothecari, scilicet si tradita est possit, non potest hypothecari, si vere quis habet, alias dum sicut
habet & incepit, non vere & complectit hypothecaria legatarius agere potest. † ve-
re autem habet rem legatam post actionem hereditatis: ante actionem habet fiducie
tantum: toto titul. ff. quando alios legat cod. l. cedere diem ff. de Verb. signif. Et Mynsing.
ac Duaren. in L. in fin. ff. de legas. 1. affirman per sonalem ex testamento, & rei vindi-
cationem olim habuisse legatarios ante Iustin. non autem hypothecariam Idem vult
Horstius. Cui videretur obstare dicit. l. Paulus 29. in princ. ff. de pignor. & hypoth. Respond.
non loquitur illa lex de legatario, sed de alio creditore, & quidem Iustinianus voluit
primum hasce actiones esse eiusdem naturæ, & pro quo cunque legato persequendo com-
petere, nisi forte actionum natura in quibusdam rebus repugnet, ut supra de rebus a-
liter & propriis legatis est data differentia in agendo. Sed obicitur l. cum filio. 76.
§. Varias. ff. de legat. 2. vbi Papinianus ostendit varias actiones dari, & legatum non
posse peti, partim actione in rem, partim in personam, sed vnam debere eligi. Re-
spond. ICtus Papinianus ibi non loquitur de omni genere legatorum, sed tantum
de legato vindicationis, quod verbum, datum, indicat, & ita etiam intelligitur l. si ser-
vius. 108. §. cum habet. & l. huiusmodi. §. Ultim. ff. de legat. 1. Sed hodie ex Iustin. con-
stitut. de omni legati genere competit † rei vindicatio, modo tamen res sit testa-
toris. Et olim plures comperebant actiones, sed magna erat diuersitas, pro quibus
rebus darentur & competenter.

Sic nec hodie simili competunt, sed vna electa altera consumitur, tollitur, ex-
pirat. Mynsing. in §. nostra autem b. titul. nostro. num. 8. Sic in l. 3. Cod. de legat. dicitur,
in personam actio est electa: Ergo electio plurium actionum in personam & rem
fuit ante Iustin. sed tamen non poterant ad omnia applicari ut hodie, quamvis Duaren.
dicat l. 31. si pluribus & l. huiusmodi 8. §. Ultim. de legat. 1. & l. cum filio 78. §. Variis.
l. 82. legatum de legat. 2. habere additam electionem à compositoribus ex Iustin. consti-
tutione, olim enim pluri. num interfuit. Denique affirmat Wesenbec. hic, non simel
posse intentari realem & personalem, l. 1. C. de furt. Hypothecaria est cautionis loco, &
tollitur solutione. l. si rem. 9. ff. de pignorat. ad. Mynsing. etiam cent. 1. obseruat. 58. dicit,
posse cumulari in uno libello per sonalem & hypothecariam, si res est aliena.

Ad Thes. 5.6.] Porro legata ex Iustin. constitut. in dicit. l. 2. C. communia de legat. per
omnia sunt adæquata fideicommissis, sed quod dicimus id factum esse † Iustin. consti-
tut. 28

284
276. DISPUTATION. IURIS CIVIL.

- 2 8 tut. virum patitur l. i. ff. de legat. 1. in qua dicitur, per omnia adæquata sunt legata fideicommissis. Et illa lex est Vlpiani, qui longe ante Iustinianus vixit; Ergo illa adæquatio Iustiniano minime ascribi potest, ut auctori primo. Resp. ad hanc l. varia multorum semper fuerunt somnia. Iason putat vires legatorum esse attributas fideicommissis per d. l. 1. sed per constitutionem Iustinianus fideicommissorum vires esse attributas legatis. Bartol. hanc solutionem ridet & putat id verius esse, ICtos adæquasse legata fideicommissis quidem per omnia, namque adæquationem ICtorum Imperatorem sua constitutione perfectiore, firmiore & clariore effecisse. Zal. in dict. l. i. ff. de legat. 1. Hoc autem addendum est secundum Duaren. in dict. l. i. Bartolum & Bartolinos velle legata esse fideicommissis adæquata per omnia ex sententia ICtorum & Iustinianus. Non econtra
- 2 9. ¶ fideicommissa legatis, ut etiam hic Wesenbecker refert, idque probat per l. princeps. ff. de l. vbi Augusta principi adæquatur, sed non econtra Augustus Augustam, deinde per l. maximum. ff. de liber. presor. ibi exæquantur feminæ masculis, nec tamen statim masculus feminis. Respondet Duarenus in dict. l. prima, ibi nullum esse adæquationem, debent itaque vereri penaam legis Corneliae de falsis. Cic. l. b. 2. de invent. & vt accedam ad d. l. i. volunt alii à compositioribus. ff. dict. l. i. ff. de leg. 1. suis interpolatam ex Iustinianus constitut. in dict. l. 2. Cod. communia de legat. Et forte Vlpianus dixisse, PENE vel proptermodum esse ea adæquata; id enim Iustinianus ipsis concessit, vt interdum aliquid adderent, interdum aliquid detraherent pro ut res ferret. l. i. 2. Cod. de iur. vet. enusl. sed si non nimium peccassent in excessu & defectu. Hotoman. in commentar. ad titul. de legatu. §. sed. non sive, enunc. 1. Corras. libr. quinto, Miscellan. cap. 17. Wesenbecker in institut. Duaren. libr. secundo, disputat. capit. 9. vbi dicit: vel non esse Vlpiani sed Tribonianus, vel Vlpiani verbis aliquid esse detractum vel adiectum ex Iustinianus constitut. & in dict. leg. primam ff. codem. idem Duarenus, Equinarius Baro in manualibus suis ad materiam legatorum. & hanc coniecturam auger varietas exemplarium. In Haloandrinis enim sine inscriptione legitur. Duarenus in dict. l. prima, b. titul. n. Cuiacius ut sit specialis, hanc habet solutionem dict. l. prima, pertinere ad edictum quod legatorum. l. i. Cod. quod legatorum, vbi dicitur legata & fideicomissa esse adæquata in retentione falcidiae, & inde legem esse desumtam probat ex inscriptione, quæ dicit dict. l. prima, esse ex libr. 67. ad editorum scilicet, quorum legatorum. Et hanc solutionem habet libr. octavo, obseruat. cap. 8. & in parat. ff. de legat. 3. quam solutionem probat tamen Wesenbecker in Apof. ad Schneidv. contra solutionem Cuiaci.

Sed Cuiacius sibi videtur esse contrarius, aut illa verba dict. l. i. id non patientur; per omnia, quæ sane verba hoc videntur velle, non tantum quo ad l. Falcidiae retentionem esse adæquata legata & fideicomissa, sed etiam in aliis. Respond. Aliud est per omnia adæquata aliqua esse, ii. vna tantum re: aliud est in omnibus esse adæquata. l. 2. §. furioso. ff. de iure codicilli.

Insto contra solut. Cuiac præcipue, & contra adæquationem in genere ex l. in quartam 91. in princ. ff. ad l. Falcid. vbi dicitur: in quartam hereditatis ex l. Falcidiae impuntantur res, quas iure hereditario quis capit, non quas iure legati vel fideicomissi, sed in fideicommissi hereditatem restituiri sive legati sive fideicommissi nomine quid relictum sit. Respondet Matth. Wesenbecker in parat. numero quinto, dicit hanc differentiam mansisse ex propria natura legatorum & fideicommissorum. Cuiac putat in d. l. in quartam. Vers. sed in fideicommissis. superiorum sententiam generalem

magis explicare, lib. 8. obser. cap. 4. Duaren. secutus Alciat. in paradox. statuit lib. 2. annivers. disputat. cap. 10. aliud adhuc lentit, quod tamen magis diuinatorium est. Tandem habere possumus generalem solutionem. ex l. 2. §. quibus. C. de iure vet. enet. vbi Iustinian. dicit: omnia merito nostra facimus. Id quod sequitur simpliciter Corras. lib. 5. Miscellan. cap. 17. num. 5. vbi etiam dicit d. l. 1. ff. de legat. I. Haloandro fuisse suspectam, ideoque cum dictam legem sine inscriptione reliquisse.

Deinde contra ante datam solutionem obiicitur Nou. i. de hered. Et Falcid. c. 7. vbi dicuntur, Falcidiā amitti ob non confectū inuentarium: Trebellianica autem ratione fideicommissi competens non amittitur, quæ lententia in Camera Imperiali est approbata. teste Mynsing. centur. 3. obser. 60. Gail. lib. 2. obser. 133. Et authent sed cum testator. C. ad legem Falcidiā. Idem vult Viglius & Mynsing. in §. penult. supr. de hered. qual Et differentia. Respond. Disputandi gratia defendi potest d. Nou. i. non tantum de legato, sed etiam de fideicommissio loqui, quia semper coniungit legatarios & fideicommissarios, Et in §. hinc nobis. Et si vero. Ergo in iis idem ius erit statuendum. Porro ad aequationem legatorum & fideicommissorum non perinde ex Iustiniani constitutione probo ex l. qua sub condicione. 8. §. in fideicommissis. ff. de condit. inst. vbi dicitur fideicommissa vice legatorum fungi: Ergo id non est ex Iustiniani constitutione. Respond. Id respicit editium de remittenda conditione iuris iurandi. d.l. 8. §. hoc editum. Et Duaren. ad l. 1. ff. de legat. i. vice legatorum funguntur: Ergo non post sunt comparata sibi; vice Rector nō est Rector, sicut est Rector, non per omnia.

Sic obiicitur contra idem l. Iustinianus. 40. ff. de manumis. testamento, vbi dicitur, in omnibus fere causis fideicommissarias libertates pro directo datis habendas. Respond. Particula F E R I totum soluit, quasi dicat, non in omnibus sunt comparata, quod tantum ex Iustinian. constit est factum.

Deinde obiicitur valde §. præterea. infra de fideicommiss. heredit. vbi dicitur hoc fideicommissa tantum ab intestato reliqui etiam posse & ex testamento: Ergo si Iustin. constit. est facta ad aquatio, & definitio legati Iustinianæ est intelligenda etiam de legato, quæ ab intestato relinquuntur, sibi Iustinianus in locis sane vicinis est contrarius, vel immediate loquitur. Respond. Iustinian. ipse affirmat permissionem legatorum & fideicommissorum subtilibus auribus esse percipiendam. Ideo primo agit de legatis, deinde de fideicommissis. Quod igitur in d. §. præterea, de fideicommissis tantum dicit, propter separationem materiae, id si ex quiparatio spectetur, etiam ad legata pertinet per d. l. 2. C. communia de legat. nouo iure inspeccio. Sic obstat Paul. lib. 4. sentent. tit. de fideicommiss. in fin. vbi dicit, nulla est actio prodicta pro fideicommissio, cum omne ius fideicommissa non in vindicatione sed in petitione consistat. Legata autem vindicari: Fideicommissa tantum peti l. mulier. 22. §. non est dubiatum. ff. ad S. C. Trebell. Respond. Ex Iustin. constitut. in d. l. 1. Et d. l. 2. C. communia de legat. fideicommissorum & legatorum † vna natura est facta, & quod vni inest, etiam alteri inest; Sic valde refragatur adæquationi etiam hoc: hereditas fideicommissaria non transit in fideicommissarium nisi restituta, l. restitu. 14. 37. l. facta 63. ff. ad S. C. Trebell. §. restituta. de fideicommiss heredit. In legato nulla opus est restituzione, l. à Titio. 64. ff. de furi. Item non cogitur fideicommissarius adire & restituere l. quia potero. ff. ad Trebellia. §. sed si recusabat. infra. de fideicommiss heredit. Legatarius non cogit heredem. l. si quis omessa causa testamenti. 17. Respond. Differentia non est de eo quod alterum sit legatum, alterum fideicommissum, quia fideicommissum singulare est adæquatum legato non valuerit, quia in sententia est Wefenbec. in parasit. 30 mm 3. ff. de

ff. de legat. i. num. 9. 10. Mynsing. hic vt supra monui. Denique adaq iationi refragatur tale argumentum. Legata libertate seruus sit libertus testatoris. l. cum Vero. 2. 6. ff. de fidei-commiss. heredit. per fideicommissum vero relicta libertate seruus sit libertus eius, a quo manumittitur. l. 7. C. de fideicommiss. libert. § fin. infra. de sing. rebus per fideicommiss. relict. Ergo non est eadem ratio legatorum & fideicommissorum, sed diuersa. Respond. Iason in d.l. i. ff. de legat. i. vocat hoc contrarium TERRIBLE. Et ibidem Zafius fatetur, quod se inde explicare non possint. Sunt autem aliqui qui dicunt dictas leges de veteri iure loqui, cum sint l.Cti Vlpian. Alexandri Imperatoris, qui ante Iustinianum vixerunt. Sed verius putat Duaren. in d.l. i. differentiam in eo non consistere an alterum sit legatum, alterum vero fideicommissum, sed quod in altero scilicet fideicommisso factum heredis requiratur: in altero vero, scilicet legato, non idem, idque cognoscitur ex verbis testatoris. Siue enim dicat testator verbis directis: Damnas esto heres meus Stichum meum manumittere; siue dicat precatis verbis: Rogo heres vt Stichum seruum meum manumittas, semper est necessarium factum heredis. Et tantum de adæquatione.

Ad Thesin 7.] Sequitur nunc ut videamus de rebus quæ legari possunt. Regulatissimæ omnes res corporales & incorporales, quæ non prohibentur, legari possunt. Mynsing in §. tam autem h. sit n. Et si per damnationem id factum est, tenetur heres cedere actionem legatario contra debitorem: si tamen non cessauit ipso iure vitilis actio legatario competit l. ex legato. C. de legatis.

3.2 Ad Thesin 8.] Et quidem etiam futuræ legari possunt modo sperentur. Sed obiicitur, de futuris contingentibus nulla est determinata veritas: Ergo futuræ res legari non possunt. Respond. Id in fauorem ultimarum voluntatum est concessum: Preterea procedit illud argumentum in Physicis, quamvis tamen in fauorem contraria etiam spes posuit vendi dict. l. emplio. 8. ff. de contrahend. emption. ut captus piciuntur.

Secundo obiicitur, cautionem esse præstandam ab herede l. seruo legato. § fin. ff. de legat. i. quæ hic omittitur. Respond. In d.l. seruo legato, dubium est, an quid sit in rerum natura, tum cauetur de persequendo & restituendo seruo: Si autem omnino nihil erit futurum, nullum est legatum, ut Chymera, gloss. Notandum tamen l. quod in rerum natura. 24. ff. de legat. i. tantum proponete exempla per damnationem. Borch. & Wese[n]b. hodie quoque factus aut partus ancillæ relinqui potest.

Ad Thesin 9.] Deinde non tantum res propria testatoris, sed etiam aliena legari potest, scilicet per damnationem, non per vindicationem olim, hodie & quoquis modo. Borch. & Wese[n]b.

Sed obiicitur primo tale argumentum: Nemo plus iuris in alium transfert quam ipse habet. l. nemo. ff. de reg. iur. Ergo res aliena sine facto alterius alienari vel legari non potest. l. quod nostrum. ff. de reg. iur. Resp. Non simpliciter res aliena alienetur si legatur. Sed redemtione opus est, facienda ab herede vel legatario, quamvis sit difficultis reparatio. l. cum seruus. 19. §. constat. de legat. i. deinde hoc sit in honorem præcepti testatoris.

Secundo obiicitur l. 12. tabul. vii quis super pecunia lute rei legassit: Ergo non alienæ. Resp. Olim non permisit hoc lex 12. tabul. Vel dicimus, ut plurimum rem suam, scil. per vindicat. vel per damnationem: Rem alienam tamen per damnationem. Horstius sic solvit. Suæ rei, scil. alienæ, quæ sit sua per redemtione.

Tertio obiicitur *c. filius. s. extra de testament vbi prohibetur res aliena legari. Resp. Ibi Pontifex respicit ad res Ecclesiæ, quæ alienationem non facile admittunt, ideo etiam in legatum viritate leges seculares non facile cadant.*

Quarto obiicitur tale argumentum: Oppignorari non potest res aliena *l. & t. t. C. de reb. alien. non alienand. & de probib. rer. alienat. & hypothecatione. l. i. ff. de pignor.* Ergo nec legari potest. Resp. Ab hypothece vel oppignoratione ad legatum non valet consequentia propter magnam diuersitatem rationis: nam oppignoratio semper præsumitur fieri rei propriæ inter viuos, legata rei alienæ fuit à moriente, & in honorem & obsequium ultimæ voluntatis tolerantur, quia redemptio opus in iis legatis rei alienæ erit.

Quinto obiicitur, *l. vxor. 2. c. de legat.* Resp. Ibi vxor legans res alienas, quarum habebat vsum fructum intelligitur voluisse vsum fructum suum legare, non res alienas, quod non potuit, ideo quia *ff. de legat.* res alienas, quod finit, *supr. de v. suffruct.*

Sexto obiicitur *l. si quis. 22. § fin. ff. de legat.* vbi dicitur, quod seruo alieno legato ante moram extincto damnum sit legatarij, non heredis, & estimatio non debetur. Respond. Hoc ideo ibi dicitur, quia seruus alienus legatus ibi fuit *† mortuus,* antequam heres moram faceret in dando seruo, & propterea ibi nihil debetur, nec debetur estimatio.

Septimo obiicitur, *l. si heres. 35. ff. de legat.* vbi heres fuit damnatus alienum dare seruum, & ICtus dicit, nihil ex eo legato debet: Ergo re aliena legata, estimatio non debetur. Resp. Ideo ibi estimatio serui non debetur, quia seruus ante moram hereditis à domino fuit manumissus, sive esse desit, & eius rei, quæ non est velesse desit, estimatio deberi non potest, & sicuti mortuus non est, ita & manumissus intelligitur non esse, quia *† manumissio morti comparatur. l. si mibi aliorum. 92. ff. de solut.* idem responderi potest ad *l. l. Sistus. 39. ff. de manumiss. testamento.*

Ad Thesin IO.] Si autem talis res sit, cuius *† commercium non est, vel adipisci non potest, nec estimatio eius debetur.* Et de tali re agitur *in dict. l. cum seruus. 39. § fin. de legat.* vbi testator quidem res alienas legat, & estimatio eius non debetur, ideo quia testator legavit eas res, quia non est commercium, hoc est, quæ à nomine haberi, acquiri, & possideri possunt, ut sunt campus Martius. Similiter commercium non est rei in *Lmortuo bone. 49. § Labeo. ff. de legat. 2.*

Sed obiicitur primo, *l. fideicommissa. 11. §. si seruo. 14. ff. de legat.* vbi dicitur, militia legata estimationem deberi, militia autem commercium non habet, hoc est, haberi non potest, cum sit *† officium eorum qui in aliqua schola inter statutos sunt relati.* Borcholt cap. *secundo feudor. Cuiacius in lege tertia. §. ei quid minori. ff. de minor. Viginti quinque annis.* vel militia est redditus officiorum in schola annuus. Respond. Communiter respondent Doctor. *ex dict. l. mortuo bone. quadragesima nona. §. 1. ff. de legatione secunda.* quod militia legata videatur legata estimata: Ergo inest estimatio militia, & ita Wesenbec. *in §. non solum, hoc titul. numero tertio. putat, cum Cuiacio hic in prioribus notis, & Hotomanno hic.* Hac solutione Dn. Horstius fuit contentus.

Secundo obiicitur, *l. filius famili. 1. 14. §. si quid alicui. ff. de legat.* vbi quis commercium non habet, & tamen debetur. Respond. Ibi non ex iure legatarius sit incapax legati, sed ex casu morbi extrinsecus superuenientis, ut expresse additur: *id. so estimatio debetur, cum rem habere non possit ab initio prepter corporis vitium,*

vitium, & quod ab initio hic non valet, tractu temporis non conualescit, *L. quod ab initio. ff. de regul. sur. & tot. tit. ff. de Regul. Caton.* Hanc solut. Horoman. Wesenbec. & Cuiac, in dd. locis vno ore habent. Hac solutione acquieuit Horstius.

Tertio obiicitur *L. sed si res. 40. ff. de legat.* 1. vbi si res aliena, cuius commercium legatarius non haberet, ei cui ius possidendi non est, per fiduciocommissum relinquatur, aestimatio dicitur. Respond. Differunt haec rem non esse in commercio, id est, rem a nemine acquiri posse & non habere ei commercium, quia si quis non haberet rei commercium, tamen aliis haberet. *Cuiac. in notis prioribus hic.* Quod autem ad d. l. *sed si res.* attinet, dicendum est nihil referre, siue uterque non haberet commercium, siue is, qui dare debet: tunc enim aestimatio necessario deberetur, quia res dari non potest, cuius commercium uterque non habet: Non autem dicitur talera esse rem ibi, quae non sit in commercio: tunc enim aestimatio non deberetur. Vnde non opus est negationem in d. l. *sed si res.* posteriorem scilicet tolli per d. l. 114 §. *si quid alicui. ff. de legat.* 1. quia hoc in eo casu etiam procedit. Wenib. tamen approbat Cuiacij solutionem & correctionem.

Denique obiicitur *L. mortuo boue. 49. in princip. ff. de legat.* 2. vbi mortuo bœve nec corium, nec caro debetur, & tamen est in commercio. Resp. Ibi rem mortuus est bos. antequam est factus legatarij, forte sub conditione legatus decessit ante impletam conditionem, vnde nec corium nec caro debetur, quamvis alias sit res in commercio existens.

Ad Thesis II.] Res autem aliena legari potest, ut dictum fuit, si defunctus sciebat rem esse alienam, quia procliuiores sumus in rebus nostris vel heredum legandis quam alienis, præterea heres grauatur onere probandi, quod onus non presumitur facile ei velle imponere *L. Nam 67. §. si rem. 6. ff. de legat.* 2. *L. 10. C. cod.* presumitur enim ignorantia, donec probetur scientia. *L. Verius. 21. ff. de probat.* Ad probationem autem compellitur legatarius qui agit, id quod in iure ordine & processu ita obtineret: Sed obiicitur ita: Agit 43 is qui non possidet, sed non probatio interdum est eius qui possidet. *aque. in fin. infi. de att.* Respond. Id speciale est in negotiorum actione: si enim quis habet liberos actes, & nemini debet seruitute, & cum aliquis attentat seruitutem ei obtundere, agit negotiorum is, cui obtunditur, & tenetur probare se liberas habere actes, & dum actor est probare tenetur quouis possideat. Varie autem volunt illum casum intelligi, vnuus ponit illum casum, alter alium, Wesenbec. legit pro uno casu, illo casu, quasi hoc in aliis casibus similiter obtineat multis.

44 Deinde si rem suam legat testator, & postea eam alienat, non nihilominus debetur, si non adimendi animo vendidit. Et procedit hoc si fundus est simpliciter legatus. At si est legatus his verbis: qui meus erit cum moriar, hoc casu parte alienata nec redenta ante mortem, ea pars indistincte legatatio cedit, siue sponte siue coactus alienauerit *L. scribit. in fin. 3. 4. de auro & argent. legat.* & hoc legatum est conditionale. *L. 6. ff. de legat.* 1.

Sed obiicitur *L. scribit. §. fin.* Respond. Itus ibi docet multum interest inter illa verba: Qui meus est, & qui meus erit.

Deinde obiicitur *L. pen in prin. ff. de legat.* 3. Resp. Ibi aliis est casus. Borch, hic. Qui vero post testamentum factum praedia, que erant legata, pignori dedit, non videtur admissus legatum. Nam res oppignoratae inanent in dominio testatoris, §. 1. *supr. quib. alien.*

45 *lic. vel non.* Potest autem res pignori data distrahi, & alienari terna facta denunciatione. *L. 4. ff. de pignorat. alt. tot. tit. ff. de distracti. pignor.* Et si ita ab initio conuentum fuerit, 46 d. §. 1. *supr. quib. alienar. lices.* Si autem quis legat rem obligatam tibi creditori, heres necesse habet

habet eam liberam, debito scil. exoluto, pro quo res fuit obligata. Et hoc olim tantum processit in legato damnationis. *Paul.lib.3 sent.6. Welenb.* autem hodie dicit indistincte, d.l.1.C. *communia de legat.1.*

Ad Thesin 17. & 18.] Si autem res aliena legata fuerit, & eius rei viuo testatore legatus dominus factus fuerit, siquidem ex causa emptionis, ex testamento actione † pre 47 tium consequi potest. Cui obiicitur *I. sive mibi. 20. ff. de leg. 3.* Respondet gl. ibi propter defectum iuris petendi ex presumta voluntate defuncti rem legatam legatarius amisit, hic ex voluntate. Quidam tamen dicunt, aestimationem esse in obligatione: Deinde in eundem hominem eandemque rem † due lucrativae causae concurrere non possunt. Cui primo 48 obiicitur *I. sive seruus. 108. § 1. ff. de leg. 1.* Sed responderet gl. ibi per obliquum concurrete non directo. Secundo obiicitur *I. Titius. 83. de legat. I. I. Masius. 6. 6. §. duorum. ff. de legat. 2.* vbi Stichus in duorum testamento mihi est legatus, & ex utroque testamento Stichus petere possum: Ergo duas lucrativae causae cōcurrete possunt. R. In dd.ll. pars Stichus testamento vnius fuit legata: & in testamento alterius altera pars Stichus, hoc casu ex viro quod testamento est actio, quia eadem pars non videtur legata. Tertio obiciuntur *I. huiusmodi. 84. §. ff. Titio. ff. de legat. 1.* vbi dicitur: Stichus aut Pamphilus sub diuisione legatus est in me, ego Stichus acquiro, ex causa lucrativa nonquam dies legati cederet, hoc casu superest Pamphilo petitio: Ergo duas causae lucrativae concurrere possunt. Resp. Dicimus duas lucrativas causas circa eandem rem non concurrere, & cum Stichus aut Pamphilus mihi est legatus, ego quoque ex causa lucrativa Stichum aut Pamphilum acquiro, & postea Pamphilum peteo, non concurrunt duas causae lucrativae circa eandem rem, quia Pamphilus est alia res quam Stichus. Quarto obiicitur *I. sive l. 42. in fin. ff. de V. usq. I. nutr. 21. ff. de legat. 3.* vbi dicitur, aestimationem deberi, quamvis quis ex causa lucrativa eam rem est non est. Respond. Regula huius: Due causae lucrativae, &c. addenda est exceptio: Nisi alia fuerit voluntas testatoris defuncti: tunc enim aestimatio dicitur, quamvis quis rem ex causa lucrativa haberet, propter voluntatem defuncti expressa, quae requiritur. Quinto obiicitur *I. non quocunque modo. 82. ff. de legat. 1.* vbi habet quis rem ex causa lucrativa, & tamen deberetur ei aestimatio. Sicque duas causae lucrativae in eandem rem concurrete possunt. Respon. Ibi legatarius rem nactus est ex causa lucrativa, quae tamen res legatario rursus auelli poterat, & hoc causa illa regula non procedit.

Ad Thesin 17.] Deinde quod premium in emptione non consequantur, † qui rem a 49 lieneruerint, oppugnantur amplius *I. plane. 34. §. quod si rem emissam. ff. de leg. 1.* vbi dicitur, quod tantum possum premium consequi, quod mihi abest. Respond. Cum dicimus eum, qui rem sibi legatam emit, premium posse consequi, hoc non intelligimus de vero rei & legato precio, sed tantum de precio, quod abest legatario, quodque legatarius venditori numeravit *d.l. plane.* Secundo obiicitur *I. sive substituto. 45. ff. de legat. 1.* legatarius rem legatam emit, & nihil amplius agit ad rem ipsam. Respond. Ibi legatarius rem, quam emit, alienauit, antequam sciret eam sibi legatam esse, & quia rem non amplius habet, agit vel ad rem, vel ad premium. Tertio obiicitur *I. seruum filius. 44. §. penult. ff. de legat. 1.* vbi agitur ad verum premium, ad veram aestimationem reilegata: Ergo male contrarium assertur. Respon. cum agitur ad rem legatam simpliciter, intelligitur agi ad rem ipsam vel ad verum premium: secus est quando premium petitur actione ex testamento. Quarto obiicitur *I. huiusmodi. 84. §. qui seruum. de legat. 1. & I. cui res. 29. ff. de act. emsi.* ibi legatarius rem sibi legatam emit, & premium non consequitur: Ergo falsa est propositio. Respond. Non loquimur de legatario, qui rem alienam sibi emit ab alio, quam à quo est delegata: Si

emerit ab eo, à quo legata est, tunc aut sciens sibi rem esse obligatam emit, aut ignorans. Si sciens sua culpa legati petitionem amisit. Id enim emit, quod potuit ex testamento consequi. Si ignorans emit, aut ei res tradita est ex causa emtionis, aut nondum tradita est. Si iam res ei tradita sit, ager ex testamento non ad rem, quam habet, sed ad premium quod numeravit pro ea re. Re autem nondum tradita ex causa emtionis, legatarius agere potest ex testamento ad rem, & non tenebitur precii nomine ex vendito, si non soluit premium, vel si soluit id recipiet actione ex emtione, quasi re euicta d. l. huiusmodi.

Ad Thesin 19.] Aliud est, si ex duobus testamentis. Agitur hic de eadem re vni eiusdemque sacerdos legata, si sacerdos legatur, & queritur † an sacerdos debetur, distinguendum erit; Aut enim vnius testamento eadem res sacerdos legata est: aut testamento duorum. Si testamento vnius, semel tantum debetur, quia potius sacerdos loquitur testator, non legat sacerdos, *l. plane. 34. §. 1. de legat. 1.* Si duorum testamento vni & eidem, ex uno testamento potest peti estimatio, ex alieno res ipsa.

Ad Thesin 20.] Disputari deinde potest de usufructu deducto à proprietate *ex l. 4. ff. de usufruct. & l. recte. ff. de Verb. signific.* Sed de ea re fuisse disputationem inter Iurisconsultos olim, constat *ex l. s. à Rec. 70. §. 1. ff. de fideiussor. officio autem iudicis estimatio nudæ proprietatis venit.*

Si obiicitur iudici legatum est stricti iuris: Ergo non potest arbitrium iudicis admitti. Respond. Iudicium legatorum † actionem bona fidei imitatur *l. s. heres. 6. ff. de eo qui certo loco. sua tamen natura est stricti iuris. Wesenbec.* Et id fieri posse constat *ex l. c. 1. §. fin. ff. de rebus credit.* Et recipit hic res interpretationem ex bono & aequo *l. Tito. 89. §. 8. f. f. de legat. 2.* Summo vel stricto iure non petitur, quia petitio seruitutis est quasi accessionis, & ubi est principale, ibi quoque est accessiorum. *c. accessoriū, de regul. iur. in 6. Mynsing. hic.*

Si autem rem legatarij quis ei legauerit, † inutile est legatum, quia quod proprium iphus est, eius amplius fieri non potest: Et licet alienauerit eam, tamen non debetur nec ipsa res, nec estimatio. *Huic assertioni primo è diametro opponitur l. s. fin. ff. de Reg. Caton. vbi dicitur: si tibi legatus est fundus qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum viuo testatore alienaueris legatum tibi deberur, quod non debetur, si testator statim deceperit, cum tamen expresse contrarium dicatur. in l. cetera. 41. §. tractari. ff. de legat. 1. vbi etiam additur ratio, quia quod ab initio non subsistit, trahit temporis non conualecit, l. quod ab initio. de Reg. Caton.* Respond. Hottoman affirmit, quod nulla ratione illa conciliari possint, & quadrare circulum, qui hæc conciliare tentet. Sic Cuiac. in notis prioribus putat Celsum in d. l. 1. à reliquis ICtis dissensisse, ut & fecit in l. s. chorus. 79. §. penult. & Ultim. ff. de legat. 2. vbi contrarius est ICto in l. s. avro legata. ff. de legat 2. Et illum discrepare Paulus scribit in l. quis res suas. 89. §. a. ream. ff. de solut. Rogenius antiquus glossator affirmat d. l. 1. loqui de casu, quo legatarius rem suam viuo testatore alienauit: Sed eo mortuo legatarius rem suam alienauit, ita vt in d. l. cetera. §. tractari. quasi exceptio quadam sit, quam solutionem Mynsing in §. hic tenet, quæ tamen est contra d. l. cetera: 41. §. tractari. & l. quod ab initio. ff. de Reg. Caton. Iohan. antiquus glossator putat d. l. 1. loqui de legato conditionali, ad qua legata conditionalia regula Caton, non pertinet, sed tantum ad puta. d. l. cetera. §. tractari. Hanc retinet Wesenbec. in paratit. ff. de legat. 1. num. 2. & in d. §. sed si rem legatam. &

Duaren.

Duaren. in d.l. cetera. §. trattari. & addit, non habere rationem aliquos dicere iCtos dis-
sentire. Hanc solutionem retinet D. Horstius, utpote quæ est ex textu dictumta in d.l. ca-
tera. §. trattari.

Secundo obiicitur l. cum seruus legatus. 39. §. si Titius ff. de leg. 1. vbi talis est casus: era-
totilrem vendidi, sed nondum tradidi, mea igitur est, emtor eam mihi legauit. Valet hoc
legatum, et si postea accepto precio rem emtori tradidero, atque ita eam quasi alienaue-
ro, rursus eam recipiam iure legati, atque ita habebo rem meam & precium; precium
quidem iure crediti rem iure legati: Legatum igitur post alienationem convalecit.
Respond. Hoc legatum tamen non convalescit ex post facto, sed ab initio vtile fuit, emtor ss;
enim qui legat mihi rem eam tam non dum tamen traditam, videtur mihi remittere a-
ctionem ex ento. Et ea ratione statim ab initio legatum validum est.

Ad Thesin 22.] Porro si quis rem suam tamen quasi alienam legat, validum est lega- 54
tum. Nam plus est in veritate, quam quod est in opinione, quia si quis alienam putans
rem legat, multo facilius presumitur legaturus, si rem suam esse scisler. Simile est in l. 2.
§. si a pupillo ff. pro emtore, vbi dicitur, plus est in re quam in existimatione. l. spater. §. quoties.
ff. de manu mis. & cindi.

Sed obiicitur l. qui putat. 15. ff. de acquir. hered. l. cum quis. 18. § 3. ff. de iniur. vbi dicitur,
plus est in opinione, quam quod est in veritate. Respond. Plus est in veritate scilicet in fa-
vorabilibus. Et quidem in errore facti inspecta ipse re. d. autem l. qui putat. & d. l. cum
qui, loquuntur in minus favorabilibus, puta in delictis, & quidem in errore iuris, in-
specto scilicet animo, & affectu & affectione, vbi opinio magis attenditur, quia qui op-
pinione est deceptus in adita hereditate non potest eam repudiare. Hanc solutionem
communiter omnes amplectuntur. Wescrab. Hotton. Cuiac. Borcholt.

Ad Thesin 25.] Vtile deinde est legatum si quod tamen in diem debebatur, pure legetur. 55
Cui oppon. l. debitor. 82. in princip. ff. de legat. 2. vbi dicitur, inutile legatum effici, quam-
quam ab initio constituerit legatum, si scilicet annus superuenierit. Respond. Paulus in
contraria fuit sententia, quam hic Imperator Iustinianus notar, dum dicit: non enim placuit
sententia existimatium, &c. Sic enim l. pluribus. 140. ff. de Verb. oblig. Sic & Marcellinus
l. existimo. 98. ff. de Verb. oblig. Papinian. autem sententiam hic Iustinianus sequitur, quæ est in l.
5. ad l. Falcid. vbi dicitur, vtile esse legatum. Wescrab. In contractibus tamen vera est co-
rum sententia non in legis l. existimo. & d. l. pluribus.

Ad Thesin 26.] Valet denique legatum, si maritus tamen uxori idem legassit, quia 56
plenijs est legatum quam de dote actio. Plenijs tamen idem est, quia olim dos annua bima 57
trima die, hoc est, tribus pensionibus annuis. Vlpian. tit. 6. de dote soluebatur seu redde-
batur, quæ in pondere, numero & mensura constabat, & iure nouo dos in mobilibus
post annum demum exigiri potest l. 1. §. cumque C. de rei uxori. art. tit. 1. ff. de dote prelegat.
Legatum statim debetur & peti potest adita hereditate, cessit tamen facte à morte testa-
toris. tot. tit. ff. quando dies legat. ced. Si in immobilibus dos constat, nouo iure & veteri
statim redditur: Ergo facultas agendi validum reddit hoc legatum. Deinde etiam ex-
actio realis, quia actio doris tamen non datur in solidum in maritum, sed in quantum facere 58
potest, l. etiam. 18. ff. solus matrimon. l. non tantum. 20. ff. de re indic. Actio ex testamento
datur in solidum l. 2. ff. de dote prelegat.

Sed obiicitur tale argumentum: Res aliena legari non potest; seu res propria non re-
cte legatur, ut supra dictum fuit. Dos est proprium patrimonium vxoris non mariti: Ergo
vxori legari non potest. Resp. Id facit commodum representationis: Deinde quia plures
actiones tum habere potest vxor, si ei dos legatur. *Et tantum de i. disputatione.*

DISPUTATIO XX.

De legatis.

Thesis 1. Si generaliter seruus vel res aliqua legetur, cle etio legatarij est,
nisi aliud testator dixerit. *l. quoties. 2. ff. de opt. leg. l. qui duos. 2. o. ff. de leg. i.*

2 Optionis legatum (vbi testator ex seruis suis, vel aliis rebus optare legatarij iusscerat) habebat olim in se conditionem: & ideo nisi ipse legatarius viuus optasset, ad heredem legatum non transmirtat. *facit l. 2. ff. de opt. vel elect. legat. vide Vlpian. in fragm. tit. 24.* facit etiam *l. 3. ff. qui & à quib. manum. liber. non fiant.*

3 Sed ex constitutione nostra, & hoc in meliorem statum reformatum est, & data est licentia heredi legatarij optare seruum, licet viuus legatarius hoc non fecerit: *Et diligentiori tractatu habitu, & hoc in nostra constitutione additum est: siue plures legatarii extiterint, quibus optio est reliqua, & dissentiant in corpore eligendo: siue vnius legatarii plures heredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerisq; prudentium contra benevolentiam introducabant) fortunam esse huius optionis iudicem, & sorte hoc esse dirimendum, vt ad quem sors peruenierit, illius sententia in optione præcellat.* *l. vlt. §. sed et si. C. communia, de legat.*

4 Si cadeam res duobus legata sit, siue coniunctim, siue disiunctim: si ambo perueniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, si alter deficiat, qui aut spreuit legatum, aut viuo testatore decesserit, vel alio quoquomodo decesserit, totum ad collegatarium pertinet. *facit l. legata inutilia. 19. §. vlt ff. de leg. i. l. cum queсто. 32. §. fin. C. h. tit.*

5 Coniunctim autem legatur, 'veluti si quis dicat: Titio & Seio hominem Stichum do, lego: Disiunctim ita: Titio hominem Stichum do, lego. Seio hominem Stichum do, lego. Sed & si expresserit, eundem hominem Stichum, æque disiunctim legatum intelligitur. *facit l. re coniuncti. 89. ff. de leg.; l. tripli. 142 ff. de verb. significat.*

6 Si quis ancillas cū suis natis legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt *l. 3. ff. de pecul. leg. l. si ancilla. 62. cum l. seq. ff. de legat. i.* Idem est, & si ordinarii serui cum vicariis legati fuerint, quia licet mortui sint ordinarii: tamen legato vicarii cedunt. *l. sed et si. 4. ff. de pecul. legato..*

7 Sed si seruus fuerit cum peculio legatus : mortuo seruo vel manumisso vel alienato peculii legatum extinguitur. Idem est si fundus instrutus vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato , & instrumento legatum extinguitur. *I. i. d. titul. de pecul. leg. fac. l. 5. si cui fundum. ff. de fundo instru-
to legato.*

8 Si peculium legatum fuerit, sive dubio quicquid peculio accedit vel decedit, viuo testatore, legatario lucro vel damno est, *fac. l. peculium 65. ff. de
legat. 2.*

9 Quod si post mortem testatoris, ante aditam hereditatem aliquid seruus acquisierit: Julianus ait, siquidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hereditatem acquisitum est, legatario cedere, quia huiusmodi legati dies ab adita hereditate cedit: Sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiari- bus auctum fuit peculium. *I. denique pegasus 8. §. vtrum autem. ff. de pecul.
legato.*

10 Peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur: quamuis si viuus manumiserit, sufficit si non admatur: & ita Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt. *fac. l. i. C. de pecul. eius, qui libert. mer. iidem rescripe-
runt, peculio legato, non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniae,
quam in rationes dominicas impendit: iidem rescriperunt, peculium vide-
ti legatum, cum rationibus redditis liber esse iussus est, & ex eo reliqua in-
ferre. Vlp. in l. si peculium. 6. §. sicut ff. de pecul. legat. fac. d. l. deniq. 8. §. interdum.
ff. codem.*

11 Si grex legatus fuerit, & postea ad unam ouem peruenierit, quod su- perfuerit, vindicari potest. Grege autem legato etiam eas oves, quae post te- stamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere Julianus ait: Est autem gregis unum corpus ex distantibus capitibus: sicut unum unum corpus est ex coherentibus lapidibus. *I. grege legato 21. cum l. seq. ff. de leg. I. §. si grex. h. tit. l.
rerum mixtura 33. ff. de usurpat. & usucap.*

12 Aedibus denique legatis, columnas & marmora, quae post testamen- tum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere.

13 Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit. *I. si ex legati
causa. 34. ff. de verb. oblig. fac. l. non amplius 26. §. i. & l. cum res legata est 47. §. itaq.
ff. de legat. i. Et si seruus alienus legatus, sine facto heredis manumissus fue-
rit, non tenetur heres: Si vero heredis seruus legatus sit, & ipse eum manu- misserit, tenere ipsum Julianus scripsit: nec interest, sciuerit ne an ignorauer-
it a se legatum esse. *fac. l. si seruum 91. §. de illo ff. de verb. obl. & l. 25. §. si quis. ff. ad
S.C. Trebell.**

DISPUTATIO XX.

Delegatis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 2 Servus vel res alia, si generaliter legatur, electio est penes legatarium.
- 2 Voluntas testatoris pro lege habetur.
- 3 Genus pro specie seu individuo sumuntur.
- 4 Homo & fundus in legatis generalibus differunt.
- 5 Legatum generale fundi aut domus, non valet.
- 6.7. Electio, si legatum generale sit, quando penes heredem esse censetur, & quando penes legatarium.
- 8 Legatarium quando electionem habet, quid eligere debeat.
- 9 Electio idem est quod optio.
- 10 Optio legati per procuratorem fieri nequit.
- 11 Legatum optionis olim conditionatum, hodie purum est.
- 12 Legatum generaliter relictum, & legatum optionis an differant.
- 13 Optionis legatum qui habet, quid eligere possit.
- 14 Coniunctorum materiam ad modum difficultem esse.
- 15 Coniuncti in legatis quot modis dicuntur.
- 16 Coniunctorum modi tres, an sint legitimi.
- 17 Coniuncti non sunt qui sine parte instituuntur.
- 18 Intelleximus tacitus non est in consideratione, quantum attinet ad ius accrescendi.
- 19 Legans secundo quod iam ante legavit primo, an legatum primo adimat.
- 20 Testamenti vis omnis ab herede dependet.
- 21 Cognito eo quod mixtum est, facile id quod simplex est intelligitur.
- 22 Inesse quod dicitur, non semper uno & eodem modo inest.
- 23 Verbis coniuncti an recte dicantur, quibus eadem res ex partibus legatur.
- 24 Coniunctorum in testamentis quis ordo sit, & qui potiores habeantur.
- 25 Coniundi re tantum, an pari passu ambulent cum verbis tantum, & cum re & verbis simul coniunctis.
- 26 Accrescere quid sit.
- 27 Ius accrescendi, an locum habeat in tribus speciebus coniunctionis.
- 28 Generaliter dicta generaliter accipiuntur.
- 29 Coniuncti omnes, & una persona potestate funguntur.
- 30 Legatum scinditur tam in re & verbis simul coniunctis & re tantum coniunctis, quam in coniunctis verbis tantum.
- 31 Ius accrescendi quomodo procedat, deficiente collegatario.
- 32 Ius non diminuendi quid sit.
- 33 Ius non decrescendi, & ius decessendi quid sit.
- 34 Legatum communis duorum seruo factum, tum valeat.
- 35 Res diversa eadem oratione non coniunguntur.
- 36 Ius accrescendi an sit in verbis tantum coniunctis.

37. *V*isus fructus si disiunctim duobus in solidum legetur, locum ibi habet ius accrescendi.
 38. *L*egatum an *Valeat*, quo qui debiro i suo liberationem legavit:
 39. *H*umana nature dignitas non patitur, hominem esse loco accessionis.
 40. *R*ebus principalibus duobus legatis, una extincta, altera debetur.
 41. *D*ominium an transcat etiam ante aditam hereditatem.
 42. *L*egatum doperditum, quando legatario decedat.

AD Thes. I. Hac disputatio 20. brevior quidem est, sed eo pluribus difficultatibus est inuoluta. Difficultatem hanc parit legatum generis: Deinde in primis materia coniunctionum, unde hanc disputationem diligentissime euoluī necesse est. Est autem disputationis haec de modo legandi: Et quidem si generaliter seruus vel aliqua res legatur, teneat legatio est legatarii, nisi aliud testator dixerit: Nota verba(nisi aliud testator dixerit) quae verba satis indicant, testatorem id expressa necessitate mutare posse, cuius voluntas merito, plege habenda est. I. C. de S.S. Eccles. modo tamen testator seruer ordinem legum, cum nemo possit in suo testamento cauere, ne leges in eo locum habeant, quemadmodum constat expresse ex l. nemo. 55. ff. de legat. 1. Dominus igitur si vult, & si sit ei placet, potest efficere in testamento, ut heres praestet, hoc modo: Heres quem volet seruum Titio dato, & si heres est damnatus seruum dare, cius est elecio l. si quis 17. §. fin. ff. de legat. 2. Genus autem hic non significat animal, quis enim in tam diffusa generalitate eligeret, eum electio nullius esset momenti. I. legato generaliter 37. in princ. ff. de legat. 1. Mynsing. hic nu. 3. in fin. Genus igitur hic pro specie accipitur, quam dialectici individuum voluntatis cant.

Nunc, quae hic obstare videntur, videbimus. I. Obiicitur sic. Legatum generale non valet. Ergo nec ex eo elecio valet, dum enim principale non subsistit, nec accessorium, & quod ex eo sequitur, subsisteret. I. cum principale. ff. de regul. iur. Antecedens probo per. l. cum post diuorium 69. §. gener à socero. ff. de iure dot. ubi Papinian. ait: Gener dotem à socero arbitratu. socii certo die dari non demonstrata re vel quāitate stipulatus fuerat, arbitrio quoque detracto stipulationem valere placuit, nes videri simile, quod fundo non demonstrato nullum esset legatum, vel stipulatio fundi constaret. Respond. Hac difficultas ita est tollenda, dicendo magnam esse differentiam inter fundum & hominem, homine generaliter legato, incertus quidē homo legatus est, sed certa tamen est demonstratio rei legatae, quia certa est hominis finitio. Idem est, si legetur equus, bos, scyphus lanx, & qualibet alia res cuius certa est finitio. Fundo autē legato generaliter, certa non est demonstratio rei legatae. Etenim vna gleba aut locus modicus fundus dici potest. I. locus. ff. de verb. signif. idem de domo sentiendum est, nū vilissima quaque materia domus appellatur. I. quod in rer. natura 24. §. pen. ff. de leg. I. ibi Pompon. ait: Nostra destinatione fundornm nomina & domus, non natura constituantur. Ob hanc causam hominis legatum generale valet, et si testator nullos homines reliquerit. I. omnia qua testamento 32. §. species. ff. de legat. 2. ubi Modestinus inquit: Species nominatim legatae, si non reperiantur, nec dolo heredis deesse probentur, peti ex eodem testamento non possunt, illis verbis: nominatim legatae significat species generaliter legatas deberi, et si in bonis testatoris non inueniantur. Fundi autem & domus legatum non valet, si testator nullum fundum aut nullam domum reliquerit, & derisorium magis quam vtile est tale legatum, ut Vlpia loquitur in l. si domus 71. ff. de leg. 1.

Deinde obiiciuntur aliquæ II. quæ volunt, re aliqua generaliter legata, electionem esse heredis & r. o. legatarii. Et quidē est l. si quis à filio 32. §. si quis plures. ff. de leg. 1. ubi heredis est elecio

electio, quemadmodum Pacius de herede addit. Sic obstant l. legato generaliter relitto 37. §. & ff. de legat. i. l. si domus 71. in princ. ff. de leg. i. l. si à substituto 45. §. heres ff. de legat. i. vbi Pomponius dicit, heredem qui hominem generaliter debet, promittere debere fur-
tis & noxis solutum eum esse, id promittere heres non potest, nisi dicamus eius electio-
mem esse. Respond. D. Horstius præceptor noster colendus, satis evidenter ex ipsiis texti-
bus sumit solutionem, secutus Mynsing. in d. §. & generaliter num. 10. vbi ita ll. conciliat,
& dicit; Heredis esse electionem ex presumpta testatoris voluntate, si de certo fundo ten-
sac testator, nec appetet, de quoniam cogitauit, tūm electio videtur data heredi, quem
velit dare, id quod probat d. l. legato generaliter 37. §. fin ff. de legat. i. Requiritur tamen
vna, vt illa res sirin dominio testatoris per l. i. C. de caduc. tollend. Nam in alienis proprie-
non est electio. l. 2. ff. de option. legat. Et sane si inspicimus dd. ll. satis videmus, eas loqui
de legato non generis, hoc est, vniuersi cuiusdam, sed de rebus certis, puta, de domo
certa legata, d. l. si domus. Non tamen appetet, quæ illa sit, vnde relista est electio here-
di hoc casu. Sic d. l. legato generaliter. §. fin. haber hec verba: Si de certo fundo testator sen-
sit. Et hæc solutio tolerari debet. Glossa ita solvit, aut est in bonis testatoris res, & cli-
gat legatarius, aut non est in bonis testatoris, & eligat heres. Alii tamen aliter soluent
nimisimum hoc modo, quod distinguendum sit inter legatum vindicationis & damnatio-
nis, si testator generaliter hominem legavit, per vindicationem electio est legatarius, vt
si ita dixit: hominem sumiro, hominem tibi lego: si per damnationem generaliter le-
gavit, electio est heridis. Et hoc probant per d. l. si à substituto. 45. §. heres. vbi damnationis
fit mentio. & l. si is cui. 19. ff. de leg. 2. vbi fit mentio vindicationis. Hanc solut. habet Ba-
ro in manualibus in materia leg. etorum. Welenbec. Hotom. Cuiac. Hanc solut. ideo We-
lenbec. probat, quia legatarius habet ius vindicandi quamcumque speciem velit. l. 2. ff. de
option. legat. In legato damnationis heres constituitur debitor, nec transferetur ius vindi-
candi in legatarium. Sed dd. ll. nihil faciunt ad rem. Nam d. l. si à substituto. 45. §. heres
loquitur de damnatione, sed forte ex incuria collectorum ea vox est terrena, vel dici po-
test, loquillum textū de legato damnationis, inde tamen non statim sequi hanc solutio-
nem hic locum habere. Deinde multo minus ad rem quid facit altera l. si is cui, quia
non loquitur in casu generalis legati, sed in alio casu, & fit mentio vindicationis ratione
erroris, qui ibi interuenit. Eadem solutionem volunt adhibendam in seruitute le-
gata, vbi contrarii rectus occurruint, quemadmodum D. Borch. ad §. si generaliter h. tit. n.
indicat, vbi eas soluit & conciliat. Manet ergo verum legatarii esse electionem in gene-
rali legato, id quod §. noster satis ostendit, & l. si seruus legatus 108. §. cum homo ff. de leg.
l. Idem dicitur in l. 2. §. 1. ff. de optio. & elect. legat. vbi dicitur homine generaliter legato,
arbitrium esse legatarii. Deinde l. qui duos 20 de leg. i. & l. qui hominem 11. cum l. seq. de a-
dim. & transfer. legat. Addendum hic est, legatarium hac casu tūm electio videtur data heredi, nec optima nec pos-
sum debere eligere sed mediocrem d. l. legato generaliter 37. in princ. de legat. i. hoc
est, ciuili modo & temperamento eligat. Deinde obiicitur l. 3. in princ. & l. 4. ff. de tri-
eo, vno legato, vbi heres præstat legatum. Respond. Heridis est electio in lega-
to rei, quæ numero, pondere, mensura constat, non adiecta qualitate prorsus speci-
ficata.

Ad Thes. 2. & 3.] Optionis legatum habebat olim in se conditionem, hodie tamen
ex Iustin. constitut. in l. vlt. §. sed est. C. communia de legat. heres etiam legatarii defuncti
potest optare, in qua tamen constitutione de transmissione ad heredem nihil dicitur,
sed saltus de iudice in forte constituenda, id quod testatur Hotom. & Mynsing. hic. Electio
& tautem idem est quod optio, vnde in ff. coniungimus in titul. de opti. & elect. legat. Et
si optio

Si optio est legata per vindicationem legatarii semper est electio: optato hominem; nisi aliud testator dixerit, puta heres meus Titio hominem aut decem dato. Hic electio est heredis. Vlpian. *in fragm. titul. 24. de legat. l. seruo 12. ff. de opt. legat.* in legato damnationis, ut vult Wesenbec. & ille textus moriat. Optio est actus legitimus. *l. actus 10. legitimi. ff. de reguli. Ergo t per procuratorem fieri nequit. Nec obstat l. pen. ff. de opt. legat.* quia ibi optio fit à matre ex praecepto testatoris. Cuiac. lib. 15. *obseruat. cap. 16.* Quod autem affirmatur illud esse ex Iustin. constit. & optionis legatum elim fuisse ut conditionatum, hodie ex Iustin. constit. t purum, videtur impugnari per l. illud aut il lud 9. ff. de option. legat. vbi Paulus Ictus ait, legatum transferri ad heredem, si moriat legatarius ante electionem, dummodo moriat post mortem testatoris. Idem significat diem legati cadere ante electionem. Respondeat Accurs. referente Mysling. *bis num. 4.* interpolatam esse hanc legem à Treboniano, sublata negativa, quod sequitur Wesenb. & Horom. hic dicit, se facile credere sublatam esse negativam, id quod tamen D. Mysl. *in d. loco.* putat esse valde divinatorium. Vel dicendum est, fuisse hac de te controversiam inter Ictos & Paulum, sed Iustin. Pauli sententiam fuisse secutum. Recens autem & senior est Dn. Borcholt. sententia, & Horstii praceptorum, qui volunt non fuisse ibi optionem legatam, sed ita legatum fuisse relatum; illud aut illud, utrum elegeris, sumto. Hoc non est legatum optionis, sed sub distinctione legata est illa vel illa res, & illa verba: utrum elegeris, non inducunt optionem sed sunt explicatio & interpretatione quadam distinctionis; Differentia autem est, quia optio datur generaliter, vt optio ex tota familia legatum sub distinctione, specialiter relinquatur.

II. Obijicitur *l. si p. amphil. 10. ff. de option. legat.* vbi dicitur primum diem legati cedere ante electionem: purum ergo est legatum. Deinde post manumissionem domino competit electio, & manumisso electio non aliter datur, quam si dominus repudiauerit. Respond. illa l. loquitur de legato generaliter reliquo, non est legatum optionis per vindicationem, hominem optato, &c. Diversa igitur sunt, ex quibus non fit illatio, & Horstius etiā hanc solutionē retinuit. Insto cōtra dat. solut. ex *l. 3. ff. quis & à quib. manumiss.* Et. vbi legatum generaliter reliquum comparatur legato optionis. Ergo t nihil differunt & diversa non sunt. Resp. loquitur *d. l. 3.* in certo casu libertatis: Præterea magna est differentia inter hæc duo legata. Homine generaliter legato, optio sive electio tacite relinqtur legatario; At hoc modo hominem optato, at optio datur legatario expressum; ibi tacite continetur, hic expresse. Deinde purum est legatum generaliter, legatum optionis conditionale. Tertio generaliter reliquo legatum, ad heredem est transitorium. Nec semel. *§. pen. ff. quod quando dies legat. ced.* non autem legatum optionis secundum ius antiquum.

Quarto in legato generaliter reliquo optimus eligi non potest. *dit. l. legato generaliter. reliquo. in pr. de leg. 1.* vt supra est dictum. In legato optionis t optimus eligi po- 13 test. Vnde si quis persuaserit mihi, ut a deam hereditatem, & optem seruum aliquem quasi optimum. Si non est optimus de dolo tenetur, si dolus argui potest. *l. si quis 9. §. si autem ff. de dolo mali l. 2. in princ. ff. de optio. legat.* vbi dicitur non media estimationis res optetur, quia optio est legata legatario.

Insto contra 4. differentiam ex *l. ultim. §. sed & si quis cap. communia de legat.* vbi dicitur media estimationis res operetur, non optima res. Respond. ibi casus eminino est specialis, idque ex constit. illa, nam siis qui optare debet, moriat, vel nolit vel non possit optare, si adsit legatarius ille post annum optet non optimum, sed media estimationis, quia is cui reliqua directe erat optio, deficit. Ergo quasi ab iuste statu o o eligit

eligit, non ex testamento quod nullum est, & specialitatem indicant illa verba: Et ita
hac specie: Deinde additur ratio, quare hic sit speciale, quia dum legatarius est foun-
dus, hereditas tamen commoda non sunt defraudanda. Tantum de legato generaliter rela-
tio & legato optionis.

¹⁴ Ad Thes. 4. & 5.] Nunc de coniunctis & iure accrescendi dicemus. Materia coniun-
ctorum valde est oblectura, † difficultas, perplexa, & multorum ingenia mire fatigavit, se-
cundum Mynsing hic in princ. Vnde dum Barth. in l. 2 coniuncti 88 ff. de legat. 3, in ea ma-
teria explicanda ingenium suum ostendit, Magister legum inde dici cepit, quemadmo-
dum Castr. testatur in l. testamento. Cod. de impuber. Et alius subste. Quare & a multis
carnificina vocatur. Et Iason ad d. re coniuncti, dicit eam l. esse difficultem, & materiam
habere latam, profundam, inuolutam & apparere raro nantes in gurgite vasto. Hæc
¹⁵ igitur materia diligentius est euoluenda. Sciendum autem † triplici modo coniunctos
intelligi. Aut cuim re & verbis fiunt coniuncti simul: aut re tantum: aut verbis tan-
tum. I. triplici. ff. de Verb. signif. re coniuncti & 9 ff. de legat. 3. Re & verbis simul coniun-
cti illi sunt, quibus eadem res coniunctim legatur, hoc est, quos nominum & rei
complexus coniungit d. l. tripli. hoc modo, primo & secundo fundum Tusculanum do le-
go. Hi proprie dicuntur coniuncti: Et in libris nostris hoc articulo coniunctim, hu-
iustmodi duplex coniunctio significatur. Re tantum coniunguntur, quibus eadem
res separatis sine disiunctim legatur, hoc est, ut Iason defuit, quos rei complexus
coniungit, separata orte hoc modo, primo fundum Tusculanum do lego. Secundo
fundum Tusculanum dolego. Hi significantur in libris nostris hoc articulo: Disiunctum
sive separatum. b. §. n. Verbis tantum coniunguntur, quibus eadem res, iuncta scriptura,
ex partibus legatur, hoc est, quos testator facilis partibus seu portionibus una eademque
clausula coniungit a vnam rem, in hunc modum: primo & secundo fundum Tuscula-
natum ex partibus do lego.

¹⁶ Haec definitiones merita sunt. Vulgus tamen interpretum † varie contra illas dispu-
tat contendens, non esse primum & secundum coniuctos, cum fundus eis simpliciter
legatur. I. Obiiciunt Litem quod Sabinus 17. §. Vnde idem tractat ff. de hered. institut. vbi
expressis verbis dicitur non esse coniunctos, qui sine partibus instituantur. Re & verbis
tantum, & re tantum coniuncti sine partibus instituantur. Ergo coniuncti dici non
possunt. Respond. ad d. l. stem quod Sabinus. §. Vnde idem tractat quod attinet, proponi-
tur ibi talis casus à D. Horstio elegantissime explicatus. Titius 4. instituit heredes duos ex
vndecim vniis, duos sine vlla parte. Ergo illi duo habent ex tacita mente & voluntate
testatoris vnam vnciam adhuc reliquam, id quod Justinianus nominatim exprimit in §.
si plures, supr. de hered. institut. vbi dicit, partibus in quorundam personis expressis, si quis
alius sine parte nominatus est, siquidem aliqua pars assi debeat, ex ea parte heres fit.
Hic autem duo habent II. vncias; vna igitur vncia duobus sine partibus institutis su-
perest, vnde quilibet semiunciam habet, unus autem ex his, qui sine partibus erant insti-
tuti & tantum habebant vnciam ex tacita mente testatoris, repudiauit hereditatem,
quæritur an ad illam semiunciam heredes omnes scripti pertineant, an vero is tan-
tum, qui cum ipso in vncia heres erat institutus ex tacita mente testatoris? Et Seruius
putat omnibus accrescere, addens hanc rationem, quia quantum ad ius accrescendi at-
¹⁷ tinet †, non sunt coniuncti, qui sine parte instituantur. Nam certum est, eos pro con-
iunctis non haberi sed pro disiunctis, ut non magis accrescat eis deficiens portio, quia
exteris heredibus, qui disiuncti, re tantum coniuncti sunt, & ramets videantur con-
iunctiores

iunctiores quam exteri coheredes, ratione scil. semunciae: tamen in eam vinciam coacti & coniuncti vere dici non possunt, quam testator non expressit, & ideo pro disiunctis habent ut alii heredes, quibus testator partes ascripsit. Et dum disiuncti sunt, scinditur inter eos legatum, si unus deficiat, secundum dict. §. si eadem res h. titul. n. id quod etiam ita codem modo disponitur. in dict. l. i. §. sive autem ex his Cod. decadue. solle. vbi dicitur: Si ex his, qui disiunctim scripti sunt, aliquis euanescat, hoc non solum ad solos disiunctos sed etiam ad omnes ram coniunctos quam etiam ad disiunctos eum onere pro portione hereditaria perueniat. Eodem fere modo D. Borch. responderet.

II. Probant interpp. Coniunctos esse non tantum re & verbis simul coniunctos, sed re tantum, etenim vbi testator primi mentionem facit, statim verbum lego intelligitur, quasi plus nuncupatum sit, minus scriptum secundum l. i. ff. de hered. insit. Respond. Hoc quod ex dict. l. i. assertur, est infirmum, quia in illa dict. l. i. Ictus ponit exempla imperfectarum orationum, ut testator ita dixit: Titius heres: hic intelligitur verbum esto. Haec autem oratio primo, secundo confertur aut comparatur cum illis imperfectis, sed nec tracitus intellectus, quantum ad ius acrelendi attinet, in consideratione est. 18

Tertio impugnatur id, quod diximus de coniunctis re tantum. Nam non videntur re coniuncti quibus ita legatur: primo fundum Tusculanum do lego: Secundum fundum Tusculanum do lego: quia regula id non patitur, que talis est: Qui † legat secundo, 19 quod iam ante legauit primo, videtur legatum adimere primo, ut si testator ita dicit: Quod Tito legauit, id Segno do lego, legatum Tito adimitur, & transfertur ad Seium. l. sic ut ff. de adim. vel transfer. legat. Respond. ad hanc obiectionem per distinctionem est respondendum, aut testator legauit secundo sub commemoratione primi, & tunc legatum ceaserit primo ademptione, ita loquitur dict. l. sic ut: Aut testator non fecit mentionem priui, cum legauit secundo & tunc prius & secundus sunt coniuncti. h. §. n. Sed distinctionem illam videtur tollere. l. Julianus 15. ff. de heredit. insit. vbi talis facti species proponitur. Testator primum ex parte dimidia heredem instituit, secundum ex altera parte dimidia heredem insituit, postea dixit: Ex qua parte primum insitui, ex eadem tertius heres mihi esto. Tertius institutus est facta commemoratione primi, & tunc Vlpijanair, primum & tertium in eundem seismis coniunctos, & coniunctum videti institutos. Respond. hic obex ita remoueri solet, ut dicamus differentiam inter hereditates & legata esse constituendam, in hereditatibus difficultis est ademptione, quia omnis † vis ac effectus testamenti ab herede dependet l. si nemo ff. de testament. tutel. & 20 caput ac fundamentum totius testamenti. §. ante hereditis insfr. h. titul. n. Secus est in legatis, quae sive adimantur, sive transferantur, si veri iis variet testator, non largitur caput & sideiūratem testamenti. Vbi autem maius est periculum, ibi cautius est agendum, & de hereditatibus loquitur dict. l. Julianus. Hanc tamen interpretum solutionem reuicit D. Borcholtus hic, putans eam l. non obstat superiori distinctioni. In ea enim l. tertii institutio cum commemoratione primi ita facta est, ut verba non ad ipsum ius hereditarium, quod primus habet, referantur, sed ad partem, ex qua institutus est, dixit namque testator: ex qua pars primum insitui, ideoque tacitam ademptionem non continent. Aut cum dicit testator. Quod primo legatis, id secundo do lego. verba illa omnimodo ad ipsum ius, quod primus habuit, se extendunt, & ideo ademptionem tacitam indecunt. Et haec solutio probatur Duarenio in lib. de iure accrescendi.

- IV. Obiicitur sic: primus & secundus, cum disiunctim eis res eadem legatur, non possunt esse tantum re coniuncti, sed sunt utroque modo coniuncti, quippe oratio soluta in coniuncta resolutur. v. g. Testator heredes instituit hoc modo: primus secundus & tertius sunt re & verbis cōiuncti d.l. triplici. Ergo & cū dicit testator primo fundū Tusculanū do lego, secūdo fundū Tusculanū do lego, primus & secundus erunt re & vel bis cōiuncti. Resp. Aut plures personae in una eadēq; oratione soluta ponūtur, aut in diuersis orationib; priori casu porre & verbis cōiunctis habentur d.l. triplici. in qua l. ex cōmuniori Dd. sententia tantum exempla re & verbis simul coniunctorum ponuntur, & cognito eo, quod
- 21 mixtum est, † facile id. quod simplex est, intelligitur. Alciat, in d.l. triplici. posteriori casu pro coniunctis re tantum, vt in proposito nostro. V. Definitio verbis tantum coniunctorum responsione carete non videtur, & obiicitur sic: Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, verbi gratia: Testator primum heredem extraneū instituit, & secundum delegavit t.o. hoc modo: Si primus mihi heres erit, secundo t.o. do lego. Respond. non omnino quod dicitur inest † vno eodemque modo semper inest. Nam vel inest simpliciter, vel inest secundum aliquid, vt Cicero etiam docet, legato hoc inest simpliciter, si heres scriptus heres erit sive hereditatem adierit, quoniam absq; eo legatum non consistit d.l. finemo ff. de testam. tutela. idque frustra exprimitur, quod ita inest simpliciter, & de eo, quod simpliciter inest, maior loquitur. Sic homini simpliciter inest esse animal, & qui legat hominem, frustra exprimit se animal legare, secundum aliquid nārā tū hoc inest, vt legatarii viriles sive æquas partes habeant, & de eo minor loquitur. Sunt igitur 4. termini.
- V. I. Obiicitur d.l. triplici de Verb. signif. vbi Paulus exemplum coniuctorum, quos & nominum & rei complexus iungit, tale proponit: primus & secundus ex parte dimidia heredes sunt, & hic primus & secundus ex parte instituti sunt, non tamen verbis coniuncti sunt, sed coniuncti sunt utroque modo. Igitur non recte definitur verbis cōiuncti,
- 23 quibus eadem res ex partibus legatur. Resp. cum dicimus, verbis coniunctos esse, quibus eadem res ex partibus legatur, hoc dicimus, verbis coniunctos ex eo dignoscere, quod semper in re legata partes haberent. d.l. re coniuncti ff. de legat. 3. Non etiam hoc dicimus, verbis coniunctos esse, quibus pars puta semis, triens, quadrans legata est, etenim potest fundus duobus ex parte legari, hoc modo primo & secundo fundum Tusculanū ex dimidia parte do lego, & legatarii sunt re & verbis coniuncti, quia pars fundi dimidia singulis in solidum legata est. Sic possunt duo institui ex parte dimidia hereditatis, hoc modo: primus & secundus ex dimidia parte heredes sunt, & quia singuli in solidum pro dimidia parte hereditatis instituti sunt, ideo sunt re & verbis coniuncti, dict. l. triplici. Ceterum si restator legatarii vel heredibus supra dictis casibus partes ascripsert, hoc modo, Titis & Scio fundum Tusculanum dimidia parte do lego, ita ut aquas partes legatarii habeant, tunc quia semper habent partes, hoc est, ab initio & per concussum sunt coniuncti verbis tantum, non re & verbis. Et tantum de definitionibus coniunctorum.
- 24 His cognitis queritur, quinam † inter coniunctos preferatur & potior sit, vel quis sit ordo in succedendo, si unus deficit ex coniunctis? Et dicitur in dict. l. re coniuncti ff. de legat. 3. preferri omnibus ceteris eum, qui re & verbis est coniunctus; & quidem preferri omnimodo. Nota illam particulam, quæ vult omnibus omnino coniunctis eum preferri, quia duo vincula fortius ligant quam unum. sed hodie. supr. de adopt. Alcias. in d.l. triplici. n.s. Deinde dicitur verbis tantum coniunctum, esse potiorem eo quin.

qui re tantum est coniunctus. Nam dicitur, & magis est, ut & ipse scilicet verbis tantum coniunctus præteratur, scilicet coniunctio. Notandum autem est, non repeti particulam omnino, quia non omnino omnibus præfertur verbis tantum coniunctus, sed tantum re coniuncto. Nec obstat, particulam ipse referri ad remotius, scilicet ad re coniunctum; quasi is præferatur verbis tantum coniunctio, quia non est nouum, ut ita loquamur, etiam de viciniori quasi dictum sit, & magis est, ut & ipse præferatur, sicut etiam re & verbis coniunctus omnibus præfertur. Et ita D. Mynt. Horstius & alij illud explicant, id quod etiam ex l. l. §. idem ait, ff. de susu. ac crescent. colligitur.

Sed obiciunt Interp. duos textus, qui videntur probare, re tantum coniunctos pariter ambulare, & cum verbis tantum, & cum re & verbis simul coniunctis, quos videbimus. Primus est in l. Manio. 41. in print. ff. de legat. 2. ubi dicitur sic: *Manio fundis partem dimidiam: Seio partem dimidiam lego, tandem fundum Tito lego.* Hic cum coniuncto verbis tantum concurret in successione deficitis coniunctus re tantum: Ergo coniunctus verbis tantum, non præfertur coniunctio re tantum, sed est eiusdem conditionis. Dicitur namque utriq[ue] accrescit, unde etiam per hunc textum volunt aliqui exquare coniunctos & disiunctos Paulo I^o Cto reluctant & inuitato, referente Duaren. lib. 2. c. 13. de iure accrescend. Respond. Iason in materia legatorum in ff. num. 8. hunc textum vocat difficillimum, & affirmat Pacius pro solutione, nec esse ibi veram coniunctionem, cum omissum sit verbum *Lego*, in priori parte coniunctionis, & ideo hinc id probati non posse, & certe si inspicitur attentius, non conuenit ad formam coniunctionis verbis tantum, cum illud verbum *Lego* sit omissum, quod tamen aliqui addunt, adeo sunt territi hoc contrario, & dicunt, se ita vidisse in antiquis codicibus, ut affirmat Duaren. lib. 2. de iure accrescendi. c. 13. Alter ita respondetur à Duaren. lib. 2. de iure accrescendi. c. 13. lauolenum I^oCtum non dicere partem Seij semper omnibus accrescere, quasi verbis coniuncti ceteris non præferantur, sed quod in praesenti specie non videretur plena coniunctio partibus fundi separatis M^{ae}xi & Seij ascribris. Nec enim ea oratio tam aperte coniunctionem demonstrat, quam hæc: *Manio & Seij fundum eis partibus do lego.* Subobscura, igitur cum videretur testatoris voluntas, in dubio voluit I^oCtus ad partem humaniorem inclinare & exquare legatarios, quam alios alii anteponere. L. cum in testamento ff. de reb. dub. Et ita etiam Alciat. in d. l. tripl. num. 5. responderet.

Alter textus est in l. ff. ita quis. 66. de hered. insit. ubi similiter exquare videntur re coniuncti & verbis coniuncti. Primo enim sit re coniunctio, deinde verbis secundo, & dicitur nihilominus omnibus accrescere, non vni tantum. Respond. Duaren. d. loco. Hottom. hic. Alciat. d. l. tripl. num. 5. putant, re coniunctum in d. l. 66. esse prædelectum ceteris, quia solidum dat Tito, antequam verbis coniuncti vocentur. Ex præsumpta igitur mente testatoris hoc constat, cum primo vocatum, non debere penitus excludi: & interpretamur eum, scilicet defunctum, eius suis intentionis ut omnes separatis non institeret, sed ut celerius scriberet, duos posteriores coniunxit, id quod Salicetus probat in d. l. Manio. Et Cuiac, affirms quod non tam dedita opera eos coniunxit, quam breuitatis studio, ne oratio sit prolixior. Et Duaren. in d. loco affirms, facti hic esse questionem coniectura testatoris explicatam, quemadmodum in ambiguitatibus fieri videmus, ut constat ex l. ff. plurib. 33. ff. de legat. 1. In dubio igitur voluit præferre coniunctos postposito disiuncto. Et sic illa interpretatio paulo humanior visa est, quasi celeritatis & compendij causa testator ita sit locutus.

DE IURE ACCRESCENDI.

Hic in primis meminerimus aliud esse ius accrescendi, de quo hoc in loco agitur, & longe aliud esse illud de quo supra *in princip. tit. de exhered. liber. dictum* est. Ibi † accrescere dicitur, quod nunquam deficit, ut recte Theophilus ius illud accrescendi μέρης αφαιρεῖ definiat, hic accrescit quod vacat. Quæritur autem hic præcipue, † an ius accrescendi locum habeat in tribus speciebus coniunctorum, de quibus haec tenus dictum fuit, an etiam legatum scindatur in verbis tantum coniunctis, si que semel contineantur? & videtur dicendum quod non: quia Iustinianus Imperator duarum specierum tantum fecit mentionem, scilicet coniunctorum re & verbis simul, & re tantum, id quod etiam ex exemplis subiectis satis pater. Sed respondeo, quod resolutione huius rei sciendum est, extacita voluntate testatoris coniunctionem, quæ verbis tantum sit, inuolutam esse a Triboniano ei speciei coniunctionis, quæ re & verbis simul sit. Vterque enim verbis tantum quoque sit, quia solidum si datur expresse, concursu extacita mente testatoris dantur partes, quemadmodum dicitur in *l. coniunctim. 80. ff. de legat. 3. Vlpian. in fragm. de legat.* si partes dantur expresse, vt in verbis tantum coniunctis sit concursu extacita mente & voluntate datur totum, ita hæc mutuo se subsequuntur. Et Weseimb. affirmat eff. &c. inesse mixtæ, scil. re & verbis simul, & quasi includi. Et distinguere voluit Iustinianus. saltem inter coniunctos & disiunctos, unde non mirandum, inquit Wesenbec. quare Iustinianus omiserrit & non fecerit mentionem exempli in verbis tantum coniunctis, quia antea dixit generaliter scinditur. Et Duaren. cap. 10. de iure accrescendi, lib. 1. dicit, generaliter dicta † generaliter aceipiantur, *l. regula. ff. de iur. & fact. ignor.* Et certe Iustinianus. hæc expressius in b. §. non potuisset proponere hisce tribus speciebus coniunctionis, oprime distinguis exemplis, id tamen Triboniano rupore Cancellario Iustiniani totum regenti Romanum Imperium non est vitio vertendum, cum tot ei incubuerent negotia, quæ facile eum etiam in aliis excusant. Et quod in coniunctis indistincte partes siant, ab initio satis constat ex *l. plane. 34. §. se coniunctim. ff. de legat. 1.* Et quidem Vlpianus expressa disputacione, vel tacita mente testatoris, expressa in coniunctis verbis tantum: Tacita in coniunctis re & verbis simul. Sic in *d.l. 1. §. vbi autem. C. de caduc. tollend.* dicitur, si quid coniunctum relinquitur, omnes veniant ad legatum pro sua portione, quisque hoc habeat, ibi de coniunctis re & verbis tantum, & de coniunctis verbis tantum indistincte textus loquitur: Sic in *l. se pluribus. 33. ff. de legat. 1.* parte habet, vel ex tacita mente, vel ex expresso sermone testatoris. Sic in *d. l. plane. 34. in fin. de legat. 1.* dicitur omnes coniunctos † viuis personæ potestate fungi, propter venitatem fermoris, qua quasi in unum corpus sunt redacti. Duaren. etiam id probat per *l. 2. in princ. ff. de rebus dubiis.* De verbis tantum coniunctis est quoque elegans textus in *l. se duobus. 16. §. vñim. rerum amotur. l. sed est testator. ff. de legat. 1. in verbis:* Viriles partes dari voluisse.

In re tantum coniunctis per concursam, concurritur ad rem legam ex interpretatione testatoris voluntatis, & si sit petitio, alterius legatum minuitur. Si nihil petitur, solida res manet, nec augetur nec diminuitur, quia singulis cota res ab initio data intelligitur. Et hoc ita exprimitur in *d. l. 1. §. vbi autem. Vers. fin. autem. disiunctim. C. de caduc. tollend.* vbi dicitur: Si autem disiunctum fuerit relictum, siquidem omnes hoc accepere poruerint & maluerint, suam quisque partem pro virili portione accipient, & non sibi blandiantur, vt unus quidem rem, alij autem singuli solidam eius rei estimationem accepere desiderent, cum huiusmodi legatariorum auctoritatem antiquitas vanamente suscepit,

seperit, nisi forte apertissime & expressum disponat, ut vni quidem solida res, aliis autem estimatio rei singulis in solidum præstetur. d.l.1. vers. hoc autem. C. de caduc. tollend. Manet igitur verum secundum communem Doctorum sententiam, Et Mynsing. refert. Et sequitur scindi legatum tam in re & verbis simul coniunctis, & re tantum coniunctis, quam etiam in coniunctis verbis tantum. Et hoc etiam sequitur Barthol. Iason. Wesenb. D. Horstius etiam hanc retinere voluit. Duaren. etiam affirmat de hoc fuisse dubitatum cap. 8. de iure accrescendi. Et sequitur nostram sententiam Glossa, etiam in dicta l. tripli. in verbis, duobus. vbi dicit, male in verbis tantum coniunctis cessare ius accrescendi.

Nunc hisce generalibus explicatis videndum est, quomodo procedat ius accrescendi tam deficiente collegatario. Et Imperar, in d. si eadem res. dicit, scindi debere legatum, & quidem in coniunctis re & verbis simul, & in coniunctis verbis tantum iure accrescendi, hoc est, ut alteri pars propter defectum legatarij acquiratur & accrescat, quæ eius non fuit. In re autem coniunctis pertinet ad collegatarium, non iure accrescendi, sed iure non decrescendi, quod Iason in d. loco vocat ius non diminuendi, ut loquitur d. l. 1. C. 32. de caduc. tollend. Ius accrescendi est propriæ, quando mihi accrescit id, quod ante meum non fuit. Ius non decrescendi, quando id quod meum est, seu mea pars alteri non datur, sed mea manet, mihi non decrescit: vel est danda ius nanciscendæ partis eius, qui non concurret vel concurrere desit. Et hoc ius optime probatur in d.l.1. § fin. vero non omnes. C. de caduc. tollend. vbi dicitur: si vero non omnes legatarij, quibus separatim res legata sit, in eius acquisitionem concurrent, sed auus forte eam accipiat, haec solida eius sit, quia sermo testatoris omnibus prima facie & intuitu solidum assignare videtur. Si tamen concurrent, partes faciunt hoc modo. Tilio fundum Tusculanum do lego, Seto fundum Tusculanum do lego. Sin vero nemo alius veniat vel venire poterit, tunc non vaevatur pars, quæ deficit, nec alij accrescit, ut eius, qui prius accepit legatum augere videatur, sed apud ipsum, qui habet, solida remanet nullius concursu duoinuta.

Considerentur illa verba: Non angetur legatum nec diminuitur. Id tam ius non decrescendi, quando nihil abest legatario, quia solidum ab initio habet. Dum igitur collegarius deficit, solidum alter retinet, nec quicquam ei accedit, nec quicquam ei decepit. Et hoc vere est ius decrescendi, quamvis tamen Icti non distinguant. l. 1. §. interdum. ff. de suff. accrescend.

Nunc ad ea quæ huic sententiæ videntur obstat, accedamus. Et quidem ei, quod dictum fuit, ius accrescendi esse in re & verbis simul coniunctis obstat videtur d. l. se duobus. 16. in princip. ff. de legat. 1. vbi non est ius accrescendi. Respond. Dicta l. satis sciens solvit, scilicet alteri partem solam deberi, quamvis alter in rerum natura non fuerit, non quidem morris tempore, sed tempore facienti testamenti, & haec fuit sententia Ioannis antiqui glossatoris, ut Accurs. refert, Walterus in Miscellaneis, cap. 13. lib. 1. Non autem si natus non fuerit. Nam si Tilio & posthumis sit legatum, non nato posthumo Tilius totum vindicabit d. l. si duobus. §. Ultim. in princip. de legat. 1. qui quartam. 15. §. fin. ff. de legat. 1. Qui duo textus cum d. l. si duobus conciliari ita optime possunt ex diversitate specierum, ut in d. l. si duobus, in princip. l'acius notauit, id quod sequitur simpliciter D. Horstius, quamvis tamen dicat. d.l. qss quartam. §. fin. loqui de iure non decrescendi. Cuiac. tamen, quem Borcholt sequitur, distinguit inter legatum damnationis & vindicationis. Et putat d. l. qui quartam. 15. §. Ultim. & d. l. si duobus. 15. §. Ultim. in princip. loqui de legato vindicationis, presertim cum vox vindicationis in d. l. si duobus. §. Vt habeatur.

296 D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

Dicitam autem l. *si duobus, in principi.* loqui de legato damnationis, idque putat constare ex l. *si Titio. 7. ff. de leg. 2.* vbi est vox damnare. Sed illa solutio est diuinatoria, nec recte colligitur ex d.l. *si Titio.* Quia ibi agitur de tali casu: Si Titio & ei, qui capere non potest, sunt decem legata, vnuus capere tum non potest, & ideo quinque tantum dantur Titio, partem tamen nihilominus facit is, qui capere non potest, & facit, ne ius accrescendi locum habeat, quæ l. *si Titio coniungi* debet cum l. *huiusmodi. 84. §. si Titio. ff. de leg. 1.* vbi si Titio & M. Xuio legatus fuit Stichus, qui Titij erat, debebitur pars Stichi Maximo: nam Titius quamuis ad legatum non admittatur, partem tamen faciet. Ideo autem Titius non admittitur ad legarum, quia Stichus eius est, & res legatarij inutiliter ei legatur. *§. sed si rem supr. h. ist. n.* Et Wcsenbec, hic dicit, incapacitatem hic partem remorari propter voluntatem testatoris, qui hoc videtur voluisse legando illi partem, quam leiebat esse incapacem, nisi etiam forte dicamus, eas leges loqui in veteri iure. Nam Vlp. in fragmento *tut. de legat.* dicit: Si per damnationem re & verbis fuerint aliqui coniuncti, descientis & non capientis partem fieri caducam, & filio acquiri ex l. Papia & Julia, quæ correcta tamen est per Iustiniani constitutionem in d.l. 1. §. in primo. Cod. de caduc. tollend. Duarenus cap. 10. libr. 2. de iure accrescendi. *V*alterus in Miscellaneis libro secundo, cap. 13.

Secundo oppon. *l. filius emancipatus. §. 1. ff. ad leg. Cornelium defal.* vbi Titius adhibitus à testatore ad testamentaria scribendum, legatum ascripsit seruo communi suo & Sempronij, legatum ex parte Titij pro non scripto est. SCtum enim Libonianum prohibet, ne quis sibi vel ei, quem in potestate habet, legatum ascribat. Hic legatum totum Sempronio non deberat, sed totum pro non scripto est, coniuncto non accresceret, imo pars illa totum legatum euerit. Respond. Id fieri & optima ratione: nam serui nomen quasi falsum subducitur, vt Marcellus ait, & ob id † neutri dominorum legatum deberetur. *Quod si legatum relictum seruo communi valeat, & vnuus dominorum partem suam repudiet, reiecta distinctione inter proprietatem & usum fructum, videndum erit, quibus verbis usus sit testator, cum seruo duorum legauit.* Si ita dixit: *Sticho seruo communi Titij & Sempronij lego,* tunc Titius & Sempronius non sunt re & verbis coniuncti, & si Sempronius partem suam repudiet, Titius non nisi partem accipiet. *l. & per scutulo. ff. de legat. 2.* Si simpliciter testator dixit: *Sticho id lego,* domini sunt coniuncti, & iure accrescendi vntuntur. *l. & §. 1. ff. de & suffr. accrescend.* Differentia ratio est, cum testator seruo simpliciter legat, eius personam in solidum considerat, & ideo inter dominos est ius accrescendi, cum dicit: *communi, ad dominum respicit & ius accrescendi cessat.*

Tertio oppon. *d.l. huiusmodi. 84. §. quibus ita legatum. ff. de legat. 2.* vbi non est coniunctio eo casu. Resp. Diversitas rerum non patitur eos coniungi, & eadem oratione † diversae res non coniunguntur. Nam primo singuli sunt serui, non vnuus. Manet igitur versus in re & verbis simul coniunctis esse ius accrescendi. Id quod similiter de re tantum coniunctis dubium nullum haberet, cum id Imperator Iustiaian. in d. §. si eadem res, expresse dieat.

36 Valde autem dubitatur de verbis † tantum coniunctis, vt supra dictum fuit, &c. Et quidem in iis esse ius accrescendi, supra fuit probatum. Cuiac autem & Dn. Borcholt tenent contrarium, scil. ius accrescendi non esse in coniunctis verbis tantum. Primum argumentum habent, quod Iustin. in d. §. si eadem res, non ponat exemplum verbis tantum coniunctiorum. Sed ante satis ad illud argumen. fuit responsura, nimairū ibi Iustin. festinatè fuisse locorum, & verbis tantum coniunctos contineri in verbis & re coniunctis simul. Secundo afferunt l. l. in pr. ff. de & suffr. accrescen. vbi dicitur: *Si separatis vaicunque partis rei usfru-*

vlusfructus est relictus, sine dubio ius accrescendi cessat: Ergo in veibis tantum coniunctis non habet locum ius accrescendi. Respond. Ibi non agitur de coniunctis verbis, sed potius de disiunctis re & verbis, vt restatur Hostius ad tñ. de & suis &c. accrescend. in thesi ultima, & sequitur hac in parte Mynsing. in b. s. n. si eadem res. num. & l. i. vbi affirmat in fine aliquos esse disiunctos, qui omnimodo, hoc est, re & verbis separantur, ne in commune concurrant, ideoque nullum inter eos est ius accrescendi, & ad id dictam l. i. in principiis allegat. Vuarenus tamen d. cap. 10. lib. i. de iure accrescend. putat, in vlusfructu id esse speciale, rationeque diuersitatis reddit, quia si partes vlusfructus incertæ & indiuisibilis singulis attribuuntur, unaque pars heret persona, cui est ascripita à testatore, deficiente persona finitur, & ad proprietatem reddit, s. finitur. supr. de & suis fruct. Si autem disiunctum duobus † vlusfructus in solidum legatur, concilu partiæ fiunt, & est ius accrescendi, quod tamen alias proprie est ius non decrecendi d. l. i. §. interdum. & d. l. i. in principiis ff. de & suis fruct. accrescen. Eodem modo responderi potest ad l. penult. ff. de & suis fruct. accrescend. quia diuersi ibi sunt grauati, diuersi honorati, cessat ius accrescendi: vel ibi partiæ vlusfructus diuersa vel incerta singulis attribuuntur, unde cessat ius accrescendi. Tertio ad d. l. si duobus. 16. §. & l. i. ff. de legat. i. quam ante adduximus, respondetur, id fieri propter expressam voluntatem defuncti testatoris, vt in textu exprimitur, sed prater illum textum alios habemus & alia fundamenta, vt supra satis dictum fuit. Et tantum de materia coniunctorum, & de iure accrescendi.

Ad Thesin 6.] Si quis † debitori suo liberationem legauerit, vti est legatum. Ea autem quæ videntur in consequentiā obstat, Dn. Borcholt hic haber, quæ levia sunt. Porro si quis ancillas legat cum natis suis, partus legato cedunt. Idem est & in ordinariis seruis legatis cum vicariis. Duo tamen hie sunt diuersa legata & separata, non principalis causa & accessio, id quod dignitas humanæ naturæ non patitur, † hominem esse accessionis loco. §. in pecudum, supr. de rerum diuis. Vicarij serui suberant ordinariis. Ordinarij erant qui habebant peculium, à domino concessum vt negotiarentur.

Ad Thesin 7.] Quando autem duæ sunt res principales, † vna extinta altera debetur: Si seruus fuerit cum peculio legatus, mortuo vel manumisso seruo, quæ duo paria sunt, peculij legatum extinguitur. Idem est si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato & instrumenti legatum extinguitur.

Obstat primo l. Titia textores 36. §. penult. ff. de legat. l. vbi testator legauit Titio & Mauiio. Titius & Mauiius sunt coniuncti. Igitur verum non videtur quod diximus, testatore ita legante: Fundum cum instrumento do lego, instrumentum accessionem fundi esse. Respond. in §. penult. agitur de personis Nos hic loquimur de rebus. Res rei accedere potest: in personis nunquam homo homini accedit.

Secundo obstat l. i. in princ. ff. de fundo instruct. vbi dicitur, si cum instrumento fundus est legatus siue instructus, duo sunt legata: Ergo uno alienato alterum non extinguitur, nec accessione est, id quod tamen in thesi affirmatur, & in d. l. i. §. fin. & in l. i. cui s. ff. eod. Respond. Borcholt & alij volunt d. l. i. §. penult. corriger principium, scilicet scripturam Sabini, cum illa lex ex libris Sabini sic desumta, & tum omnia conuenient cum thesi nostra, & d. l. i. se cui. Welembec. in parat. ff. hoc tit. num. 6. putat, inspicientiam esse voluntatem testatoris, si dicat fundū cum instrumento, & nō voluit accedere instrumentum, duo sunt legata facta ex mente testatoris, & debetur instrumentum alienato fundo, & ita accipiunt principium d. l. i. Si autem proberet eam debere accedere, extinguitur legatum:

gatum alienato fundo. Atque ita volunt accipiendam esse d.l.s. *Utrum i. d. l. sic u. & h. s. n.*
id quod simpliciter Horstius amplectebatur.

Ad Thesin 8. 9. 10.] Latus in thes 8. 9. 10. agitur de peculio. Cui tamen obstat *l. in omnibus 18. ff. de seruit. l. si seruus. 70. l. legatum. 116. §. Ultim. ff. de legat. 1.* Finge: Fundus legatus debet seruitutem fundo heredis, vel contra, aditione hereditatis sit confusio dominij, hoc est, heres videtur dominus fieri utriusque fundi seruientis & dominantis, atque ideo extinguitur seruitus. Ceterum si legatum non fuerit repudiatum, institueretur seruitus vel heredi vel legatario. Rursus finge: Seruus-legatus Titio heredi insituto futrum fecit ante mortem testatoris, vel etiam post mortem ante aditam hereditatem, Titius postea adit hereditatem, per aditionem serui dominium acquirit, & ideo confunditur actio furti noxialis, quam habebat.

Verum si legatarius legatum non repudiauerit, ea actio Titio heredi restituetur. Heres igitur audeo hereditatem rerum legatarum dominium acquirit. Respond. Aliqui dicunt oportere hic constitui differentiam inter genera legatorum: Legatum per vindicationem legatario agnoscenti statim acquiritur iure dominij, eiusque intelligitur fuisse statim ab aditione d. l. à *Titio ff. defuit.* Legatum vero per damnationem aditione hereditatis acquiritur, & ob id sit confusio ex parte heredis. Domino tamen Horstio magis placuit haec solutio sciam ante data, distinguendum esse inter fictionem & veritatem: t vere non transire dominium, nisi adita hereditate. Facte non transire etiara ante aditam hereditatem post mortem testatoris.

Ad Thesin II. 12. 13.] Agitur denique in hac disputatione de legato gregis de adibus legatis, & de peculio, quia si sine facto heredis res perit, legatario decedit, scilicet si perit antequam in ea tradenda heres moram fecit. Secundo si ante motam res eius sae dolo & culpa perierit. Reliqua sunt plana. *Et tantum de hac disputatione.*

DISPUTATIO XXI.

De legatis.

Thesis 1. Legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio est. Incertis vero personis neque legata, neque fideicomissa olim relinquimus concessum erat. Nam ne miles quidem incertae personae poterat relinquere, vt diuus Hadrianus rescripsit. Julius Paulus lib. 3. *recept. sentent. hoc tit. de legat.* Vlpian. in fragment. tit. 24. §. *incerta persona.* 17.

2 Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat, veluti si quis ita dicat: *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato.* §. *incertis. versic. incerta. hoc tit.*

3 Illud quoque quod iis relinquiebatur, qui post testamentum scriptum primi consules designati essent, eaque incertae personae legari videbatur, & denique multæ aliae huiusmodi sunt species. d. §. *incertis. versic. illud. hoc titulo.*

4 Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari, quia placebat nominatim seruos liberari. facit *Lcum ex pluribus. 31. ff. de manum. testam.*

5 Sub certa vero demonstrare, id est, ex certis personis incertæ perso-
næ recte legabatur, veluti ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam
meam vxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. *Vlpian. d. tit. 24. d.
§. incerta persona. fac. l. quidam relegatus. 5. ff. de reb. dub.*

6 Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, & per erro-
rem soluta, repeti non posse. sacris constitutionibus cautum erat. *fac. §. rlt. inf.
de oblig. que ex contract. nasc.*

7 Posthumo quoq; alieno inutiliter antea legebatur. Est autem alienus
posthumus, qui natus inter fuos, futurus non est, ideoq; ex emancipato filio
conceptus nepos extraneus erat posthumus auo. *fac. l. Gallus. §. ille casus. ff. de li-
ber. & posthum. §. posthumo. hoc tit.*

8 Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta,
cum in nostro Codice cōstitutio posita sit, per quam & huic parti medemur,
non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis, quod euidēter
ex ipsis constitutionis lectione clarescit. *§. sed nec huiusmodi. h. tit. n.*

9 Tutor autem nec per nostram constitutionē incertus dari debet, quia
certo iudicio debet quis pro tutela suā posteritati cauere. *fac. l. tutor incertus.
20. ff. de testam. tutel.*

10 Posthumus autem alienus heres institui & ante poterat, & nunc po-
test: nisi in vtero ciuis sit, quæ iure nostro vxor esse non potest. *§. i. insr. de bon.
pos. & §. seruus etiam. supr. de hered. instit.*

11 An seruio heredis recte legemus queritur? & constat pure inutiliter le-
gari, nec quicquam proficere, si viuo testatore de potestate heredis exierit, q̄a
quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum deceperit testa-
tor, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit. *l. cum filio fam. II.
in pr. ibi. ac tum demum. ff. de legat. l. l. ff. de regula Caton.*

12 Sub cōditione vero recte legatur seruo, ut requiramus, an & quo tem-
pore dies legati cedit, in potestate heredis non sit. *l. 87.*

13 Ex diuerso herede instituto seruo, quin domino etiam recte sine con-
ditione legetur, non dubitatur. Nam et si statim post factum testamentū de-
cesserit testator, non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedeat intelligi-
tur, cū hereditas à legato separata sit, & possit per eum seruū alius heres ef-
fici, si priusq; iuslī domini adeat, in alterius potestate sit translatus, ut ma-
numissus ipse heres efficitur: quibus casib. vtile est legatum. Quod si in eadē
causa permanferit, & iuslī legatarij adiecit, euancescit legatum. *l. si à seruo. 20.
ff. ad l. Falcid.*

14 Siquidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit: cum de persona constat, nihilominus valet legatum. Idemque in heredibus seruatur, & recte, nomina enim significatorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio modo intelligantur, nihil interest. l. si in 4. C. de testam. fac. l. 4. ff. de legat. i. l. si ita scriptum. 8. §. sed & cum. ff. de bon. posse. secundum tabul. l. ad recognoscendos. 10. C. de ingen. manumis. l. certum. 6. ff. si cert. petat.

15 Huic proxima est illa iuris regula: falsa demonstratione legatum non perimi: veluti si quis ita legauerit: *Stichum seruum meum, vernam meum do, lego.* licet enim non verna sed emtus sit, si tamen de seruo non constat, ut ilc legatum est. l. *falsa demonstratio.* 38. cum seq. & l. *demonstratio.* 17. ff. de condition. & demonstr. l. quibus diebus. 40. §. qui dotalem. ff. eod. l. 2. & l. ultim. C. de falsa causa adiecta.

16 Longe magis legato falsa causa adiecta non nocet, veluti cum quis ita dixerit: *Titio quia me absente negotia mea curauit, Stichum do, lego:* vel ita: *Titio quia patrocinio eius capitali crimen liberatus sum, Stichum do, lego.* Licet enim neque negotia testatoris vñquam gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit, legatum tamen valet. l. *demonstratio.* 17. §. *quod autem iuris.* l. 70. cum tale. §. *falsam. ff. de condit.* & *demonstrat.* facit d. l. 2. C. de falsa causa adiecta.

17 Sed si conditionaliter enunciata fuerit causa, aliud iuris est, veluti hoc modo, *Titio, si negotia mea curauit, fundum do lego.* d. l. 17. d. §. *quod autem iuris in fine.*

18 Ante heredis institutionem inutiliter antea legabatur, scilicet, quia testamento vim ex institutione heredis accipiunt: & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat. Paul. d. lib. 3. sent. c. 8. Vlp. in fragm. d. tit. 24. de legat. fac. l. pen. ff. de his quæ in testamento delentur, & in l. vlt. ff. de iure Codicilli.

19 Sed quia inciuiile esse putauimus, scripturæ ordinem quidem sequi, quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum: Sperni autem testatoris voluntatem, per nostram constitutionē & hoc vitium emendauiimus: vt liceat & ante heredis institutionis legatum relinquere, & multo magis libertatem, cuius usus fauorabilior est. l. cum pater. 77. §. *siedi tua. ff. de leg.* & l. 6. ff. de solut. lex facto. 35. §. *rerum. ff. de hered. instit.* l. *ambiguitates.* 24. C. de testamentis. §. *vlt. supr. de donat.*

20 Post mortem quoque heredis aut legatarij simili modo inutiliter legabatur, veluti si quis ita dicat: cum heres meus mortuus fuerit, do lego. Item,

Item, pridie quam heres aut legatarius moriatur. l.1. Cod. vt actio ab hered. & contrah. hered. vide Vlp. infragm. d. tit. 24 & Paulum d. lib. 3. fint. d. 8.

21 Sed simili modo & hoc corieximus, sumitatem huiusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem praestantes, ne in hoc casu deterior causa legatorum quam fideicommissorum inueniatur, d. l. 1. C. vt actio ab hered. l. scrupulosum. C. de commit. stipulat.

22 Poenæ quoque nomine inutiliter antea legabatur & adimebatur & transferebatur. Poenæ autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, veluti si quis ita scripserit. Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit: vel ex diuerso, non collocauerit, daro decem auncos Seio. Aut ita scripserit: Heres meus si sernum Stichum alienauerit: vel ex diuerso: si non alienauerit, Titio 10. aureos dato. l. 1. ff. de his que pan. nec. relinq. l. 1. §. item. ff. ad l. Falcid. §. penæ. vers. penæ autem b. tit.

23 Et in tantum hęc regula obseruabatur, vt quam plurimis principaliibus constitutionibus significaretur, nec principem agnoscere, quod ei poenæ nomine legatum sit: nec ex militis quidem testamento talia legata valabant, quamvis alias militum voluntates in ordinandis testamentis valde obseruabantur, quia etiam nec libertates poenæ nomine dari posse placet. fac. §. vltim. supr. quib. mod. testamenta insimul. l. 1. C. de lis que jana nre. relinq.

24 Eo amplius nec heredem poenæ nomine adiici posse Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat: Titius heres esto: Si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocauerit, Seius quoque heres esto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, vtium legatione, an coheredis adiectione. §. pen. h. t. nostro.

25 Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit, & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet poenæ nomine fuerint relicta vel ademta, vel in aliud translatæ, nihil distare a ceteris legatis constitutimus, vel in dando, vel in adimento: vel in transferendo: Exceptis videlicet iis, quæ sunt impossibilia, vel ill. interdicta, aut alias probrofæ, huiusmodi enim testamentorum dispositiones valere, secta meorum temporum non patitur.

dict. l. 1. Cod. de his que pan. nom. relinq. l. simili 12. §. 1. ff.
de legat. 1.

DISPUTATIO XXI.

Delegatis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Legari potest illis solum, cum quibus est testamenti factio.
- 2 Personam incertum non potest legari.
- 3 Fideicommissa non poterant relinquere incertis personis, & quomodo.
- 4 Testator si persona incerta quid leget, & non appareat cui id legatum sit, quid statuendum.
- 5 Legare qui possint.
- 6 Mutus an possit legare.
- 7 Legatum & mortis causa donatio quomodo differant.
- 8 Fideicommissa & substitutionis diversa est ratio.
- 9 Personam incertis ex certis personis legari recte potest.
- 10 Ius de legatis incertarum personarum, à l'ustiniano correctum est.
- 11 Posthumus alienus incertus personis annumeratur.
- 12 Posthumus alieno an legari possit.
- 13 Fideicommissum alieno posthumo relinquere potest.
- 14 Heredi cur a semetipso non legetur.
- 15 Legatu seruo heredis pure prestitum an Valeat, si seruus viante testatore de potestate testatoris exercerit.
- 16 Legatum non vitiatur errore in nomine rei legatae commissio.
- 17 Error defuncti propter dubitationem sustinetur & toleratur.
- 18 Demonstratio falsa an legato noceat.
- 19 Causa falsa legato adiecta, non nocet.
- 20 Scriptura ordo non impedit causum iuris, & voluntatem testatorum.
- 21 Legatum ordine scriptura sui bato an & quando Valeat.
- 22 Legari quando possit.
- 23 Legatum pena nomine factum, an Valeat.
- 24 Legatum impossibile non Valeat, & totum vitiat testamentum.

Hæc disputatio 21. parum habet difficultatis, vnde eam paucis perstringam, eum ex superioribus his etiam iudicari magna ex parte possit.

Ad Thes. 1.2.3.] Agitur autem de his, quibus legari possit. Et quidem legari potest illis solum, tunc quibus est testamenti factio, hoc est, quibus legari potest. gl. hic Wesenb. & Myns. potest enim filius fam. infantibus, seruis & aliis legari, qui tamen legare nihil possunt. Et ratio est, quia iura testatorum ut pote iuris civilis, non possunt esse cum iis communia, qui neutrō modo factionem testamenti habent. I. si seruo. 101. §. 1. ff. de leg. 1. * Incertis personis legari non potuit, quia certum esse debuit consilium testatoris Vlp. in frag. tit. 24. Sed oppon. I. ita liber esse iussus 8. & I. qui pecunia 22. ff. de stat. lib. Finge. Seruus est in apum iussus & iussus est 10. dare hoc modo. Si decē dederu liber esto. Et in hoc exēplo non est adiectum, cui seruus debeat dare, & tamen si seruus heredi 10. dederit, ad libertatem perueniet. Ergo fideicommissum incerta personæ potest relinquere. Et per consequens legatum propter omnimodam comparationem. Resp. in dd. II. fuit fideicommissum in certe

certæ personæ à seruo relictum, sed seruus fuit dare iussus implendæ conditionis gratia, quæ similia sunt fideicommissis. Et interdum pro fideicommissis accipiuntur. I. in quantam 19. § sed & quod implenda ff. ad l. Falcid. Incertæ personæ non poterant fideicommissa relinqui, sed tamen dati poterant incertæ personæ conditionis implendæ gratia.

Quæritur autem hic, quid iuris sit, † si testator personæ certæ leget, nec tamen apparet, de qua testator senserit? Vlp. in l. 3. §. s. 2. Titii. ff. de adm. legat. docet neutri legatum deberi, propter incertitudinem quod non appareat, cui datum sit legatum: idem dicitur in l. duo sunt ff. de testam. tutel. l. tutor incertus. ff. de testam. tutel. Sed obiicitur l. legato generaliter in 27. in pr. ff. de l. 1. vbi testator habens duos fundos Tusculanos, legavit eos, & sensit testator de certe fundo, nec tamen apparet, de quo cogita uerit, valet legatum, & legatarius potest agere cum herede actione in personam, vt cum de re legata non confiteri, ipse praeter quem fundum velit, & ideo heredis est electio. Respond. dissimilia illa sunt. Nam si duos fundos legavit, unus certus est legatarius. Hic cogere potest vt eligat unum, & explicet legarum. In altera causa incerta est persona, igitur neuter admittitur. Proinde hic notandum est legare † eos posse, qui testamentum facere possunt. Cui i. opponi potest ita: Mutus non potest testari. l. discretis. C. qui test. fac. possunt, potest tamen fideicommittere l. neutrū. ff. de leg. 3. Ego falso est eos tantum legare, qui & testari possunt. Respond. I. Cum in l. mutus, non loqui de muto † sed de eo qui propter morbum non loquitur, & continuo mutus non est iudicandus. II. Sic contra argui potest: Vbi non est ius testandi, est ius donandi mortis causa. l. 1. s. 21. ff. de donat. mort. caus. Ergo & ius legata relinquendi. Nam paria sunt legare & mortis causa donare. l. illud. 37. in princ. ff. de more. caus. donat. l. Vlt. C. d. sis. Respond. mortis causa donatio postquam facta est, habuit vim legati sed in forma & ratione faciendi † differunt à legato. Legatum non ignorantis datur. L. empater 77. §. s. 10. ff. de leg. 2. sed mortis causa donatur, quod praesens donat præsenti l. inter mortis 38. ff. de morte. caus. donas. Cum itaque hic agimus de legati causa efficiente, non etiam de natura legati iam relieti, sequitur regulam nihil turbare hanc argumentationem. Denique arrogator facit testamentum pupillare filio arrogato de quarta, hoc est, filium arrogatum pupillariter ad quartam substituit, non tamen illius fidei recte committit, vt quartam quanquam restituat l. arrogator. 22. ff. de adopt. Ergo non annis, qui ius testandi habet, arrogare potest. Respond. Diversa est ratio substitutionis & fideicommissi. Substitutione enim est o. neri filio vt fideicommissum. Vnde pater filio exheredato substituit. l. 5. Vlt. ff. de Vulg. & pupill. substit. §. non solum sup. de Vulg. substit. Non tamen cum fideicommissio grauare potest.

Ad Thes. 4. 5. 6.] Ex certis personis † incertis personis legatur recte. Puta ex cor-
gnatis meis, qui nunc sunt: vt si quū filiam meam in exorem duxerit, ei heres meus il-
lam rem dato. Hic non est eadem incertudo, cum ab ea generalitate heminum to-
tares abstracta, cognatione vnius familiae concludatur. Deinde hoc legatum habet
rationem iudicij & consilii seil. afflitionis ergo cognatur sanguinem, ex qua presu-
mitur facilis in propinquos donatio. Wesenbec. hic num. 4. Summe autem hic notan-
dum est, Iustin. sua quadam constitutione † correxisse hoc de incertis personis, quæ non 10
extant. Borch. hic. id quod Cuiac. hic annotat ex vetero libro, & forte cum priori Co-
dice intercedit. Mysinger. in §. sed nec h. titul. n. Adiecta autem est illa constitutio
in Paci exemplatibus, substitut. C. de incert. person. vbi dicitur: Olim incertis personis
potuisse legati. Hodie dicitur ibi, hæc omnia iusti. correxit l. 4. de incert. person. Et hoc inde
ap.

312

apparet, quod hic Imp. vtitur imperfecto tempore. Deinde in §. posthumo dicitur: sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione. Quibus verbis etiam innuit satis clare Imp. quod prior casus sit emendatus de incertis causis. Et hunc casum de posthumis similiter non esse incorrectum relinquendum.

II. *Ad Thes. 7.8.9.10.*] Posthumus quoque talienus personis incertis annumeratur. Vnde Theophilus ait, εόντε τοῖς ἀνέγροις περισσώποις, quia nondum est in rerum natura, sed tantum speratur. Sed videntur admodum inter se configere & pugnare thesis 7. & thesis 10. Nam in thesi 7. dicitur, posthumo alieno inutiliter ante legabatur: In thesi 10. dicitur: alienū posthumū heredē institui & ante potuisse & nunc posse. Resp. Horstius cum aliis, iure ciuili seu rigore iuris inspecto, dicamus alieno posthumo non potuisse legari: Inspecto autem iure pratorio seu aequitate, eum heredem in situ posse dicemus. Et hanc solutionem habet Cuiac. ex §. i. inf. de bonor. possess. & ex l. posthumus. ff. de inoffic. testamento. Justin. tamen emendavit hoc in hereditatibus, scilicet ut iure ciuili ei possit hereditas relinqui, cum olim tamen iure pratorio admittebatur d. §. i. inf. de bonor. poss. Et in legis quæ olim nec iure pratorio, nec iure ciuili relinquebantur. Nec in fideicommissis, quæ olim tantum iure honorario, non etiam ciuili relinquebantur. Insto contra datam solutionem. Sed in d. thesi 10. pugnant illa verba: Heredem institui, quod iuris ciuilis est. Respondet Horstius heredem etiam recte dici, iure pratorio posse institui. Huic tamen parti Justin. medicinam attruit, Wesenbec. in §. posthumo. num. 7. Mōuent autem contra rursus l. 5. §. fin. ff. de reb. dubiis. Ex qua volunt directe potuisse he redem institui, eique legatum & si fideicommissum relinqui potest, non de legato, legatum potuisse ei relinqui aut directe & ciuiliter potuisse eum heredem institui, non docet, & quod in l. 6. de reb. dubiis. additur: ad laum posthumum referri debet.

Insto non est verisimile, cum in d.l. 5. §. fin. sit dictum de alieno posthumo, d.l. 6. quæ cum ea cohæret loqui de suo posthumo. Respond. Tuin dico Tribonianum ex Justin. constitutione, quæ non extat, & reseruata est sub ist. C. de incert. personis. hæc verba adie cisse: vel alieno.

III. *Ad Thes. 1.12.13.*] Quare deinde in hac materia potest, t'eur heredi à semetipso non legetur. Respond. Quia nemo quicquam sibi ipsi debere potest. Obiicitur l. 6. ff. de hered. instit. Respond. Legatum non potest dari cuiquam à semetipso, sed seruus heres institutus cum libertate simul & libertatem & hereditatem à semetipso accipit. Id sit necessaria hereditatis obtinendæ causa, alioquin nunquam possit heres institui. Secundo obiicitur l. 6. quis ff. de & i. fr. accresc. Respond. non est dicendum, illa lege certis hereditibus suis legatum reliquum, & ideo valere. Nam omnibus hereditibus testator legauit: Heredes igitur non à semetipso legatum accipiunt, sed ab Attico sicut præstitum. Altera quæstio est. An t' legatum seruo heredis pure reliquum valeat, si seruus viuo testatore de potestate testatoris exierit? Dicendum erit non valere, propter regulam Catonianam, quæ etiam ad hereditates pertinet.

Sed obiicitur l. 3. ff. de regulâ C. etonianâ. Respond. Cuiac. putat nodum illum es se ita dissoluendum, vt pro hereditatibus ponatur libertatibus, quarum dies cedit ab adita hereditate l. 1. §. libertatib. C. de caduc. tollend.

IV. *Ad Thes. 14.*] Porro si testator errat in nomine t' rei legatæ, vel in appellatio vel in proprio, hic error non vitiat legatum, hoc modo, Fundum Tuscalanum do lego, si est Cornelianus

helianus. l. 7. C. de legat. l. 4. in princ. ff. de leg. I. Si autem dicit se vestem legare suppelle-
Etitem, vel si aurum dicat vestem, vitiatur, d.l. 4. Quia inquit Vlpian, rerum vocabu-
la sunt immutabilia: hominum mutabilia. Rerum hoc est, quæ rerum substantiam signi-
ficant, & quæ communi vñ sunt recepta nostro arbitrio. Ea vero quæ hominum sunt,
hoc est, quæ differentiæ significant, possunt arbitrio nostro mutari, quia sunt singulo-
rum, & cuiusquam arbitrii non communis vñus. Obiicitur primo l. 3. Et l. 7. ff. de sup-
pellect. legat. vbi candelabra argentea dicuntur, si quis argentum legavit. Ergo verum
non est legatum non valere, si testator, cum vellet hominem legare, vestem dixit, & ita
vocabula mutauit. Respond. Specialis quedam est ratio, quæ facit ut candelabra ar-
gentea argento legato debeantur, idque ius error fecit, quia ambigitur de eo, vtrum
argenteum candelabrum sit in suppliectili, aut in argeto, & alias in omnibus propter ¹⁷
dubitatem error defuncti sustinetur, toleratur & admittitur. II. Oppon. tale argu-
mentum: Voluntas & mens prior atque poterior est, quam vox. Vox est nota volun-
tatis & mentis. Itaque qui aliud dicit, quam quod vult, id potius videtur velle, quod
est in mente. l. 7. ff. de suppellect. legat. Respond. Nemo tamen sine voce quid dixisse vide-
tur, alioquin & muti loqui intelligerentur. Ergo spectamus & vocem & verba.

Ad Thes. 15. 16. 17.] Falsa autem demonstratio † neque legato neque fideicommis-¹⁸
so, neque heredis institutioni nocet. l. falsa demonstratio 33. ff. de condit. Et demonstrat. vt
Stichum meum emptum do lego, cum tamen eset verna. 2. falsa causa legato adiecta ¹⁹
non nocet: Titio fundum do, quia negotia mea curauit; Licet enim non curauerit, va-
let tamen legatum.

Ad Thes. 18. 19.] Scripturæ deinde ordo non attendatur, si voluntas testatoris con-
stet. Nam proordo scripturæ causam iuris & voluntatem testatoris non debet impediire. l.
cum pater 77. ff. de leg. 2. Ideo non attenditur hoc primo loco heredis institutio, quæ est
caput & fundamentum testamenti. Sed oppon. l. 2. §. prius Et §. 8. ff. de Vulg. Et pupill. sub-
stit. vbi dicitur quod scriptura non debet conuerti, sed ad vnguenz seruari. Sed in d.l. 2. §.
sed et si quis. dicitur, nihil referre & testamentum valere, licet conuersa sit scriptura. Re-
spond. Viglius in §. liberis supr. de Vulg. Et pupill. substit. Et Alciat: in d.l. 2. quos sequitur
Ioannes Robertus in libro recepta lettionis cap. 34. dicunt ordinem scripturæ non attendi,
si de voluntate testatoris constet. Et hanc solutionem habet Ias. in d.l. 2. nec nocere scri-
pturam inversam, † si modo substitutione coniunctim seu in continenti addatur in situ-²¹
tutio. Et ex mente testatoris turbata ex ordine facile in ordinem reduci possunt. Si ve-
re seorsim vel ex interculo scribitur institutio, tum ex mente testatoris substitutio non
potest colligi. Et hac solutio probatur. D. Horstio & ex casibus in d.l. 2. examinandis fa-
cile colligitur, de quo tamen in materia substitut. satis fuit dictum.

Ad Thes. 20. 21.] Olim † in mortis tempus tantum legare potuit. Paul. lib. 3. sent. 22
titul. 6. vt heres meus, cum morietur, damnas esto. Hodie etiam post mortis
tempus.

Ad Thes. 22. cum seqq.] Pœna denique nomine olim inutiliter legabatur: Hodie
† utiliter, modo tamen legata illa non sint impossibilia, aut ll. interdicta, aut alias pro-²³
brosa.

Sed oppon. I. §. impossibilis supr. de hered. institut. vbi dicitur, legatum impossi-
bile valere. Respond. Iustin. hic dicit non de omnibus legis, sed de legato impossibili,
quod pœna causa relinquitur, vt dato Titio. 100. si digitu râlum attigeit. Et id Weseriam
non valere testatur. Videlicet est: conditionem impossibilem pro non scripta ha-

24 beri, nec vitiare testamentum nec legatum. Legatum autem \neq impossibile per se & pena nomine relictum non valet, & totum vitiat testamentum.

II. Opponitur l. i. de his que pena causa relinquuntur. ubi Africanus ostendit legata pecuniae causa relata valere, si illicita non fuerint vel probrosa. Igitur Iustin. nihil noui introduxit, & id ante Iustin. obtinuit.

Respond. Ad Africanum Tribonianus illa verba adiecit illicita vel probrosa, ex Iustin. mandato int. i. & 2. Cod. de Ver. iur. enuel. Mynsinger. putat per l. i. de pena legat. & l. si pecun. ff. quando dies legat ced. & l. i. §. item si ita. ff. ad l. Falcid. etiam iure ff. permisla fuisse ea legata cum adiectione penae relata & pro utilibus fuisse habita. Significatur igitur hic prior veteris iuris obliteratio, cuius innovationem sibi Iustin. ascribit, & in eam iurisprudentiam amplectitur, dum Sabini meminit, id quod My. sin. hic affirmat. [Et tantum etiam de hac disputatione, quia tota materia legatorum cum suis difficultatibus est absoluta.

DISPUTATIO XXII.

De lege Falcidia, & fideicommissis & codicillis.

CONTINVATIO.

Cura legata diminuantur per Falcidiam: post tractationem legatorum, de lege Falcidia erit agendum.

Th:sis 1. Lege Falcidia, libera facultas testandi datur usq; ad bonorum dodrantein. l.i.in princ. ff.ad l. Falcid. §.i.b.tit.nostro.

2 Cuius legis ratio in singulis hereditibus ponitur. §. & cum quantum, in sum. §. cum autem. h.t.nostro.l.in singulis 77.h.t.n. Ita vt deducatur prius a^s alienum, & funeralis impensae spectato mortis testatoris tempore, §. quantitas h.tit.l.in quantitate. 73. ff. eod.l.vlt.C.de Repud.

3 Deinde vt non attenta aliqua hereditatis accessione vel diminutione, quarta pars apud heredem scriptum maneat, tribus reliquis partibus inter legatarios distribuendis, pro rata scilicet portione eius, quod legatum fuit. d. §. cum autem. h.t. d.l.in quantitate. §. vlt. ff. eod.

4 Quod si quarta legatis fuerit delibata, vel nimium onerata, vel tota exhausta, id quod quartae deest, per hanc legem legatariis pro rata parte eius, quod legatum est, detrahitur, d. §. cum autem. h. titul.l.22.l.pen.C.eodem.d.l.in quantitate.

5. Cessat autem Falcidia prohibitione expressa a testatore facta. Nouell. i. de hered. & Falcid. c.2. Cora. lib. 6. Miscell. c. 6. n. 5. & non legitimo modo facto inuentario. d. Nouell. i. de hered. & Falcid. c.2. Auth. sed cxi^m testator. C. eod. in legatis ad pias causas, Nouell. de Ecclesiast. titul. 131. cap. 12. Auth. similiter. Cod. eodem.

6 Quartam Falcidiæ autem esse ad trientem vel semissem pro modo liberorum, doctiss. placet Cuiacio in Cod. hic per Nou. 18. quod probabiliter tolerari posse videtur. Welenbec. in §. 1. b. t. n. 5. in fine. Viglius in §. sed et si quib. num. vlt. quib. mod. testam. infirm.

7 Putamus etiam in donatione mortis causa hanc legem locū habere. l. 5. C. b. tit. Cum & per omnia legata & mortis causa donationes sunt adæquata. §. 1. sup. de donat. l. vlt. C. de mort. caus. donat.

8 Haec tenus de legatis fuit actum: Nunc iusto ordine etiam de fideicommissis specialiter agitur. §. 1. sup. de ordin. testam.

9 Fideicommissum est donatio, quæ non verbis directis & ciuilibus, sed precariis relinquitur etiam extra testamentum. Vlp. in fragm. t. 25. l. 6. ff. si cui plus quam per l. Falcid. §. præterea instit. de fideicommiss. heredit.

10 Estq; duplex vniuersale & particolare: Vniersali tota hereditas relinquitur, vel pars hereditatis. b. t. n. seq.

11 Et diminuitur per SCtum Trebell. l. in fideicommissaria. 18. §. 1. b. t. l. item veniunt. 20. §. item non solum. ff. deperit. heredit. deducta prius quarta Trebelliana, vel non deducta, vel deducta aut præcepta etiam certa re singulari. §. sed quia stipulationes. cum seqq. de fideicommiss. heredit. l. 1. ff. ad §. C. Trebell.

12 Si tota restituitur hereditas vel pars, deducta quarta proportione & competenti parte inter fideicommissarium & heredem, actiones & omnia onera scinduntur, hoc est, diuiduntur. §. si quis vna. h. titul. l. 1. & 2. C. codem.

13 Trebellianica non deducta restituta tota hereditate, vel tota parte omnia onera ad fideicommissarium transeunt, dict. §. sed quia stipulationes. facit l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. capit. rationi. de regul. iuris in 6.

14. Certa re singulari deducta vel præcepta actiones & omnia onera in solidum fideicommissarium comitantur, nullo onere apud heredem manente. d. §. si quis vna.

15 Et hoc SCtum factū est dubitationis & metus futuræ litis tollendi gratia, in quo versabantur ii, qui hereditatem adire solebant. l. 1. §. sublata. 3. ff. ad S. C. Trebell.

16 Particulari fideicommisso relinquuntur res singulares non tantum propriæ testatoris, sed etiam heredis legararii aut fideicommissarii aut cuiuslibet alterius. §. 1. de sing. reb. per fideicommiss. relict.

17 Si autem aliena res est relicta, necesse est, vt is, qui rogatus est, ipsam redimat, & præstet aut soluat estimationem. §. potest. b. titul.

18 Libertas etiam per fideicommissum dari potest. §. libertas. hoc tit.

19 Nemo tenetur plus restituere ex fideicommisso, quam ipse ex testamento percepit: Nam quod amplius est, inutiliter relinquitur, d. §. potest. h. t. l. i. §. sciendum. ff. de legat. 3.

20 Postquam nunc satis de testamentorum iure est dictum, nouissimo loco in tractatu de ultimis voluntatibus etiam de Codicillis commode agitur.

21 Codicillus est voluntatis nostrae sententia, de eo, quod post mortem fieri debeat nullam ordinationis solennitatem desiderans. l. i. ff. qui testament. fac. poss. l. per. ff. testament. quemadmodum aper. §. ultim. de codicill. l. i. ff. eodem.

22 Codicillus neque dari neque adimi potest, per fideicommissum potest. §. vlt. h. tit. l. quod per manus. 10. ff. eodem.

23 Potest autem quis facere Codicilos facto testamento, vel non factio intestatus fideicommittere Codicillis, §. non tantum, h. tit.

24 Nunquam presumitur Codicillus nisi clausula Codicillatis inserta fuerit. l. i. ff. eod. l. fin. §. 1. C. eod.

Corollarium: Queritur, an Trebellianica possit prohiberi: & an deduci possit ab herede rogato restituere, quando id à testatore expresse non est ad dictum. Utrobique affirmativa placet Iul. Clar. lib. 3. sent. §. testament. q. 26. num. 1. & 3. Vaud. lib. 2. quest. q. 17.

DISPUTATIONIS. XXII.

Delege Falcidia, & fideicommissis & codicillis obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1 Lex XII. tabularum de iure legandi, an recte ab Vlpiano recensetur.

2 Falcidius quis fuerit.

3 Heres scriptus quando vti possit beneficio legis Falcidia..

4 Legata per legem Falcidiam diminuuntur.

5 Legis Falcidia quis sit modus, & quid in ea spectandum..

6 Controversia DD. circa legem Falcidiam..

7 Lex Falcidia quando cesset..

8 Trebelliana qua debetur ex Senatusconsulto Trebelliano ad deducendam quartam partem, an cesseret, inuentario non legitime facta.

9. Fal-

- 9 Falcidia appellatione venit etiam Trebelliana.
 10 Camere assertiones quando potissimum valeant.
 11 Falcidia quarta an ad trientem vel semissem aucta sit pro numero librorum.
 12 Falcidia cur introducta.
 13 Falcidia an in donationibus mortis causa locum habeat.
 14 Fideicommissum an recte definiatur donatio.
 15 Fideicommissum & legatum quomodo differant.
 16 Fideicommissa omnia ab intestato relinqui possunt.
 17 Fideicommissa omnia per Trebellianicam minuuntur.
 18 Ex fideicommisso nemo plus restituere tenetur, quam ipse ex testamento capit.
 19 Codicillus an sit solennis ultima voluntas.
 20 Testatoris voluntas quando valeat iure militari
 21 Militis testamentum, an testes requiratur.
 22 Hereditas an codicillis dari possit.
 23 Clavis codicillaris, an semper in codicillis necessaria sit.
 24 Trebellianicam à testatore posse prohiberi.
 25 Correctoria an possint extendi.
 26 Trebellianica an possit deduci ab herede rogato restituere, quando id à testatore expresse non est adiectum..

LEX duodecim tabularum ita fuit concepta; Paterfamilias vti super pecunia tutelave sua rei legassit, ita ius esto. Vlpian. *in fragm. tit. II.*

Sed obiicitur ita: † verba l. 12. tabul. ita fuerunt concepta, vti legassit sua rei, ita ius esto. *l. verbis ff. de verb. signif.* Sic institut. *ad l. Falcid.* Ergo corrupta refertur. Respond. Id aliter ex Vlpiano breuitatis studio in dictis locis est factum. Insto. Sed Vlpian. *in d. loco.* non agnoscit vocabulum paterfamil. Ergo adhuc est corrupta. Respon. Id verum est, sed integra lex est apud Cic. *lib. 1. ad Herenn.* Cuiac. *ad Vlp. tit. II.*

Obiicitur etiam *Nou. 22.* in qua Iustin. scribir fuisse l. 12. tabul. hisce verbis conceptam: vti legassit quisque de re sua, ita ius esto. Respond. Iustin. virtutur particul. pene, & ipse fatetur formalia l. non fuisse ita concepta.

Tertio, Cic. *lib. 2. de inuent.* ita l. 12. tabularum refert: paterfamil. vti super pecunia familiariter. Respond. Recitatatur quidem à Cicerone, sed perperam omnino: Lex namque duodecim tabul. distinguit familiam à pecunia.

Quarto, Lex duodecim tabul. habuit, super pecunia tutelave, vt ostendit *l. sēpe ff. de verb. signif.* & *ita in ff. Florent.* legitur. Respond. Noricilibri habent

bent super pecunia: Achælectiones conueniunt, quia genitius Græcorum more ablatiu positus est, id quod in nostris libris est frequens.

Quinto, non est generalis, quia aliena res prælegari est. *l. i. ff. ad leg. Falcid.* Respond. Verba *l. 12. tabul.* loquuntur in eo casu, qui ut plurimum euerit, & proprius esse debet. *l. iura constit. cum seqq. ad ll.* præterea dum rem alienam legat, sua tamen pecunia illam rem heredes redimerent, legatatio præstare tenentur, & nihil aliud est quam si sua res legata esset.

Queritur autem unde Falcidius hanc potestatem habuerit? Respond. ² Falcidius † an fuerit prætor vel Tribanus vel Consul Romanus dubitatur. Hodie autem omnes iuris species habent unam vim, & omnis vis & potestas est collata in Principem; Aliter soluit Alciatus *lib. 5. Parerg. c. 23. Wal. lib. 2. Miscell. c. 16.* aliam afferit.

Secundo obiicitur *l. potest heres. 71. ff. ad legem Falcidiām*, vbi Falcidia heredis causa lata est. Respond. Secundum Hotoman. *hoc tit de lege Falcidia*, id factum esse diuerso respectu testatoris gratia, ne intestatus moreretur: Heredis etiam causa iata est, ne heredes a ducendo hereditatem gratis periculum subirent.

Tertio, non refert autem licentiam legandi. *l. i. ff. eod.* vbi saltem licentiam pro ratione sue rei disponere concessit: Ergo non refrenatur, secundum Br. *d. l. i.* licet non resecet, tamen animum resecandi habet, & ad hoc principaliter hæc lex est, non aliter ut resecet, & illud subintelligendum est, non debere dodrantem excedere. *Cuiac. in d. lib. 8. obs. c. 3.*

Cæterum ad testamentorum tractationem integrum & perfectam requiritur legis Falcidiae cognitio. Sienim aliquis fecit testamentum, & in eo heredem instituit, nec quisquam ei reliquit, vel parum ei reliquit, dum omnino vel legatis exhausit, vel nimium hereditatem exoneravit, † potest heres scriptus uti beneficio legis Falcidiae, ac potestate licentiaq; illius legis detrahere tres vincias integre habendas.

Ad Thefin l. 2. 3. & 4.] Lex Falcidia dat liberam facultatem testandi usque ad dodrantem bonorum, hoc est, nouem assis vinciae possunt exhaustiri à testatore, si quid ultra vel delibatur vel exhaustitur, vel exoneratur in tribus adhuc superexistentibus vincis, id heres legaris detrahere potest. Et quidem detrahit id legatis pro rata parte, qua cuique legatario, si nimis plures sint legatarij relicta fuit. Vnde constat † diminui legata per legem Falcidiām, ut per Trebellianam minuuntur fideicommissa. Modus autem legis Falcidiae ponendus in eo est, quod in singulis fiat heredibus ratio Falcidiae pro ea scilicet parte, qua sunt heredes instituti, ita tamen † ut prius deducantur æs alienum & funeris impensæ, & spectetur mox testatoris.

Cui valde refragatur *l. si creditor. 83. ff. ad legem Falcid.* vbi si creditor tui filij heredem te instituit, peculij quantitas aditæ hereditatis tempore spectatur. Non igitur mortis tempore, id quod hic affirmatur. Respond. Si similis omnino casus est in *l. co tempore. 50. §. si creditor. ff. de peculio.* vbi dicitur, quod si pater filii à creditore heres instituatur, quantitas peculii secundum mortis tempus ponatur, & additur hoc, id alias fieri in lege Falcidia. Hæ duæ leges admodum sibi aduersarentur, tantaque inter eas esset pugna, ut quid respondendum sit, omnino ignoraretur, nisi diceremus, de hoc eodem casu fuisse † controuersiam inter Doctores veteres, Papiniandum & Julianum, id ostendit doctus Marcellus in *l. cum quo, de peculio. 56. ff. ad leg. Falcid.* vbi dicitur, plerique purant tempus adeundæ hereditatis inspiciendum esse: Ego tamen, inquit Marcellus, dubito, quasi dicat, illa sententia, scilicet tempus aditæ hereditatis inspiciendum esse, non est vera, quam tamen Julianus in *d.l. si creditor.* amplectitur, quæ sententia non obtinuit, & in illa lex in *ft. à collectoribus iuris nostri est referuata,* quod sane dolendum est. Dicta autem *l. eo tempore. §. si creditor. ff. de peculio* adhuc obtinet **VOX PLERIQUE, in d.l. cum quo, de peculio. 56. ff. ad leg. Falcid.**

Manet igitur verum secundum veriorem Papiniani & Marcelli Dd. sententiam, & secundum mentem Iustiniani, in *§. quantitas. hoc tit. tempus mortis testatoris generaliter esse inspiciendum, in ponenda ratione legis Falcidia.* Quicquid contradicat Julianus in *d.l. si creditor.*

Deinde non attenditur aliqua hereditatis accessio vel diminutio, & quarta pars apud heredem scriptum remanet, tribus reliquis partibus, novem vincis inter legatarios distribuendis pro rata portione eius quod legatum est.

Ad Thesin 5.] Non semper locum habet beneficium legis Falcidiæ, sed interdum cessat, & locum non habet. Cessat, † si ita testator id expressit & voluerit. Nou. I. cap. 2. §. ultim. de hered. & Falcid.

Secundo cessat, si non legitimo modo factum sit inuentarium. *d. Nou. I. de hered. & Falcid.*

Sed queritur †anne Trebelliana, quæ debetur ex SCto Trebelliano § ad deducendam quartam, cesset nō legitimo modo facto inuentario? Vigilinus in *§. penult. supr. de hered. qualit. & differentia.* quem ibidein sequitur Mynsing, affirmat non cessare Trebellianam legitime non facto inuentario, id quod in Camera Imperiali est receptum, ut testatur Mynsing. cent. 3. obser. 60. Gail. lib. 16. obser. 2. obser. 133.

212 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Ratioque huius rei summa videtur hæc esse, quod Imperat. Iustinian. in procœmio d. Nou. i. ne verbo quidem facit mentionem Trebellianæ, cum alias ubique verbosis procœmiis industriam & studium suum in nouarum legum constitutione comminorare soleat. Deinde hæc ratio est, quia nouæ & correctæ constitutiones facile extendi non debent. Vnde nec Nou. i. ad Tebellianam exrendi debet.

Contra hasce rationes & contra approbationem Cameræ Imperialis ex Theorica veritate disputati potest, & facile aliquis obtinebit, quemadmodum factum est in nostra de Legatis disputatione ex ff. in quæstione Corollarij loco posita.

Huius autem contrariae sententiae firma sunt argumenta hæc. Primum, quod in d. Nou. i. de hered. & Falcid. §. hinc nobis. in verbis: legatarios & fideicommissarios, & in §. si vero non fecerit, in verb. compleuit legatarios & fideicommissarios, legatariorum & fideicommissariorum fiat mentio. Vnde illa Nouella tam de Falcidia, quam de Trebelliana est intelligenda. Falcidia enim proprie dicta est in legatis. Trebelliana vero in fideicommissis.

Secundum, quia † Falcidiæ appellatione venit etiam Trebelliana. l. patter filiam. 14. in princip. & l. Titia. 86. ff. ad legem Falcid. vbi Trebelliana vocatur Falcidia, &c. in l. iubemus. C. ad Trebell. & ita etiam vox illa potest accipi in Rubric. & pr. ac toto discursu d. Nouel. i. Id quod etiam verba illa: fideicommissarios & legatarios coniunctim posita, satis indicant.

Tertium, Ratio euidens est l. 2. C. communia de legat. & §. i. supra, de legatis, vbi dicitur fideicomissa omnino esse adæquata per omnia legatis, scil. quo ad realia (licet in formalibus seu accidentalibus quibusdam manerit differentia, quemadmodum ad Corollarium præcedentis de legatis disputationis visum fuit.) Et sane si in detractione quartæ nō esset comparata contra Iustiniani mentem, & voluntatem, non essent comparata in realibus. Vnde contra Cameræ assertionem contrarium asseramus, cuius tanta non sit authoritas in nostro disputationum exercitio, vt eam consequamur. Cum autem ad † praxin peruererimus, tum magis ea, quæ in Camera obseruantur sequentur, quæ tum præualet. Et eatenus Cameralia sunt accipienda. Deinde ex iam dictis rationibus corrunt dictæ duæ rationes pro Camerali sententia adductæ, quia vocabulum Falcidia complectitur Trebellianam, & in d. Nouell. i. Falcidia & Trebelliana ponitut, dum legatarij & fideicommissarij nominantur, & quia in d. Nouell. i. generaliter dicitur in omni: Ergo & in Trebelliana, quæ Falcidia est, vt supra fuit dictum, & qui dicit omne nihil excludit.

Secunda etiam ratio multo minus procedit, quia d. Nouell. i. non extendi-

tenditur ad Trebellianam, cum eius satis clare *in dict. Nouell. 1.* mentio fiat.

Ad Thesin 6.] Probabiliter videtur Cuiacio, quem sequitur Wesenbec. *vt in thesi habetur.* Quartam Falcidiae auctam esse ad trientem vel semissem pro numero liberorum, idque eam ob causam, ne deterioris conditionis ii sint, qui sunt instituti, quam qui non sunt instituti. In eadem sententia est etiam Viglius *in §. sed etiam quis, quibus mod. testamentum infirm. num. 8.* vbi dicit. Hodie in filiis concurrens cum legitima portione, Falcidia aucta est: In ceteris heredibus nullo modo. Vnde primum satis liquet hanc thesin ad liberos tantum heredes institutos pertinere.

Rationes autem dubitandi, † quare Falcidia aucta non sit in trientem vel semissem in liberis heredibus institutis haec videntur esse, quod correctoria non sint extrendenda, id quod fieret *in Nou. 18.* quae loquitur de legitima aucta, quae iure naturali debetur liberis ex testamento parentum: non loquitur de Falcidia, quae iuris est civilis *l. 1. ff. ad legem Falcidiām. §. 1. hoc titulo.*

Secunda ratio est, quia † lex Falcidia est introducta ob nullum vel ni-¹²mium emolumentum. *§. 1. hos tit. n.* quae in liberis cessat, quia illi habent legitimam iure naturali debitam, quae aucta est ad trientem vel semissem pro liberorum numero. *d. Nou. 18.* quae etiam legitima habet locum in immensis donationibus à patre factis. *Nouell. de immensis donationibus. §. 1. & Auth. unde et si parens. C. de inoffic. testamento.* vbi Falcidiae vocabulum pro legitima ponitur. Id quod Pacius *in dicta Authent.* annotat, & bene est notandum. Qua ultima ratione mouetur Mynsing. *in §. 1. num. 11. de lege Falcidiā hic, vt inclinet in eorum sententiam, qui dicunt liberos habere suam legitimam portionem pro Falcidiae, & quidem ex d. Nou. 18. trientem vel semissem.*

Hæ duæ rationes etiam bona sunt, & eatenus nostram sententiam *in d. thesi 6. proposita* intelligere etiam possumus, quamvis Cuacij, Viglii, Wesenbecii, & aliorum alia mens sit, scil. liberi primo possint habere legitimam iure naturali debitā *per d. Nou. 18. auctam.* Deinde q̄ possint iure institutionis Falcidiae quartam detrahere legis, id quod Mynsing. *in d. loco similiter refert, vtvt sit, quando ad praxin accessus dabitur, experiemur qua ratione præualeat.*

*Ad Thesin 7.] Assertionem huius theses † in donationibus scilicet¹³ mortis causa factis locum habere leg. Falcidiām, confirmat satis *l. si mortis. C. ad legem Falcidiām.* Quam etiam sententiam refert Mynsing. *in d. §. 1. num. 12. hoc tit. n.**

322

Sed obiicitur *Authent. sed cum testator. C. ad legem Falcidiām, quae subiicitur d.l.s. ei que derogat cum ibi referantur quidam casus, in quibus cesset legitima, quas aliqui putant addendas esse d. l. s. cum eaque coniungendas, & tam dicunt in d. Authent. sed cum.* Hisce cessantibus locus est Falcidia; Ergo non cessante etiam donatione mortis causa locus non est legi Falcidia; sic à contrario sensu infertur, sicque aliquando à Wittenbergensibus Dd. consultum fuit. Respond. Rectius dicimus d.l.s. non esse abrogatum, cum ei non immediate subiiciatur, & illæ ll. Codicis solent corrigi per Authenticas, quæ immediate illis & proxime permittuntur. Stamus igitur communī Dd. sententiæ d.l.s. per d. Auth. sed cum. non esse abrogatum.

Ad Thesin 8. 9. & 10.] Post legem Falcidiā & quartæ eius tractationem ordine Imperator agit de fideicommissio & quarta Trebellianica. Fideicommissum est t̄ donatio, quæ non verbis directis & ciuilibus sed precariis relinquitur etiam extra testamentum.

Sed obiicitur quod omne fideicommissum sit duplex; vniuersale & particulare. In vniuersali relinquitur tota hereditas, vnde sequeretur fideicommissum quatenus relinquitur tota hereditas, vel pars hereditatis donationem recte definiri non posse. Donatio enim est modus acquirendi per singularitatem, hoc est, donatione acquiruntur res singulares, puta, ædes, fundus, homines: vt Iustinianus ipse affirmat in §. vltim. supr. per quas personas nobis acquir. Non autem vniuersales, puta hereditatem vel quamlibet hereditatis partem. supra tot. tit. ff. de heredit. petir. & toto tit. si pars heredit. petatur. l. 1. in princip. ff. de rei vindicat. Respond. Dominus Welenbec. generalem habet huius rei solutionem optime mente tenendam in d. §. vltim. per quas personas nobis acquir. num. vltim. quæ talis est: Titulum seu causam alicuius rei, puta legati, fideicommissi, donationis, esse singularem sua natura semper, vt quævis illis singularibus titulis materiae vniuersitas relinquere possit, quæ tamen tanta non est, vt mutet tituli naturam. Id clare se ita habet in legato. Nam legato utputa titulo singularis relinquere potest vniuersitas. l. qui quartam. 15. l. non amplius. 26. §. 1. ff. de legat. l. Sic vniuersitatis potest fieri donatio l. si quis argentum. 35. §. sed etsi quis vniuersitatis. C. de donat. Eadē etiam ratione hic dicere possumus per fideicommissum, utputa singularem titulum relinquere possit etiam vniuersitatem vel etiam res particulares. Vnde duplicitia fideicomissa sunt: vniuersalia & particularia. Recte igitur dicimus fideicommissum esse donationem ad similitudinem legati, cui fideicommissorum natura effectu inspecco seu realibus adæquata est ex Iustin. constitutione, vt ad Corollarium præcedentis disputationis dictum fuit, & legatum:

legatum est donatio. §. i. supra de legat. Ergo etiam fideicommissum, qualcumque tandem sit. Quamvis Dominus Myasing. ad hoc obstaculum remouendum existimet in §. sed non usque adeo. num. 4. supra, de legat. adæquationem legatorum & fideicommissorum quidem faëtum, quo ad singularia fideicommissa non quo ad vniuersalia, id quod tamen generalitas textuum vix patitur.

Deinde in definitione fideicommissi ponimus duas differentias inter legata & fideicomissa, spectantes tantum formam accidentalem seu extrinsecam fideicommissorum & legatorum non ipsum effectum.

Prima: Formæ † differentia est, quod fideicommissum relinquatur verbis precariis: Legatum verbis directis hoc modo: Rogo te Titi, ut Semperio restituas hereditatem vel rem istam, hoc est, fideicommissum: Si autem dico: Titius heres esto, est legatum constitutum directis verbis.

Quamvis tamen Iustian. in l. 2. C. communia. de legat. velit non adeo curiose verba seu compositiones verborum esse inspiciendas, sed potius mentem & voluntarem testatoris, quasi in effectu idem sit legatum & fideicommissum. Nec tamen hoc formale Iustin. in totum tollitur.

Secunda: Fideicomissa omnia vniuersalia vel particularia. † ab integrato reliqui posse. Testamenta autem non nisi in testamento. §. praeterea, infra de fideicomiss. heredit. quamvis tamen Mynsinger in dicto §. praeterea, numero 5. affirmet etiam hodie legata Codicillis directe dari posse ex sententia Iasonis: De reliquis supra ad corollarium præcedentis disputacionis dictum fuit.

Ad Thesin II. & 12.] Per Trebellianicam † minuuntur fideicomissa omnina vniuersalia. & particularia, toto tit. ff. ad S. C. Trebellian. §. sed quia heredes scripti, hic, vbi dicitur, singulis rebus per fideicommissum relictis, eandem retentionem permittam esse, qua alias permittitur in vniuersalibus. Quod tamen Portius noluit in particularibus admittere, putans particulariam E A D E M ad legem Falcidiam esse referendam, quod est absurdum referente Mynsing. in dict. §. sed quia. numero septimo, hoc titulo. Interdum etiam non deducitur, vel deducitur aut præcipitur certa res singularis. Si autem tota restituitur hereditas vel pars deducta quarta pro portione & competenti parte inter fideicommissarium & heredem actiones & omnia onera scinduntur, hoc est, diuiduntur. §. si quis rna, hoc tit.

Ad Theses 13. 14. 15. 16. 17. & 18.] Certa re singulari deducta vel præcepta instar legati omnes actiones & onera in solidum fideicommissa.

rium comitantur nullo onere apud heredem manente, id eleganter indicatur in *l. si legatus. §. multum interest. ff. ad S. C. Trebellian.* vbi dicitur, multum interest, vtrum pars quarta iure hereditario retineatur; an vero iure vt pecunia, hoc est, an in certa re speciali & particulari retineatur.

18 *Ad Thesin 19.]* Nemo tenetur † plus restituere ex fideicommisso, quam ipse ex testamento capit; cum non plus sit onerandus quam est honoratus in testamento. *l. plane. 94. §. fin. ff. de legat. 1.*

Sed obiicitur primo *d. l. plane. 94. §. ff. de legat. 1.* vbi in plus grauatur quam accepit. Respond. Aliqui dicunt, quod ibi in plus non grauatur, quam accepit, imo plus accepit, ex quo damna placent: Deinde solutio gl. etiam potest tolerari, quod scilicet ibi steterit per legatarium, quo minus meliorem acceperit, vel melior visus fuerit, quem elegit, licet deteriorem acceperit.

Secundo valde obiicitur *l. Imperator. 70. §. 1. ff. de legat. 2.* vbi centum legatis, quos rogar duplum restitui, centum tantum restituuntur, & non solum illa quantitas est restituenda, sed etiam lucrum inde perceptum, puta usura. Respond. Loquitur textus de tali casu, quando quantitas datur & in specie quis grauatur, quo casu tamen videtur aestimasse spem suam legatarius accipiendo quantitatrem, vt ex *d. l. constat.* Hic autem agitur de eo, quando in quantitate alicui aliquid legatur, & in quantitate fit oneratio, quod inutiliter relinquitur, vt *hic.*

Tertio obiicitur *l. sed si non seruus. 36. in princ. ff. ad legem Falcidiam.* vbi in plus quis grauatur, quam legatum accepit: Ergo antedicta assertio non subsistit. Respond. Quantitas erat legata, & onus erat positum in faciendo, hoc est, in manumittendo, & idein tenetur manumittere, quia tanti aestimasse videtur suum seruum. Sibi igitur hoc imputet, quia ex propria aestimatione tenetur, cum volenti iniuria non fiat. *cap. scienti. de regul. iuris in sexto.*

Ad Thes. 20. & 21.] Post solennis testamenti tractationem prolixorem, Imperat. in tit. ultim: lib. 2. Institut. agit etiam de testamentis imperfectis, solennitas ordinationem nullam desiderantibus. Sumta autem Codicilli definitio est ex *l. i. ff. qui testam. fac. poss.* Sed omissum est verbum *IUSTA.* quia non est iusta, hoc est, secundum regulas iuris civilis solennis voluntas.

Sed opponitur primo *l. si certarum. 27. §. fin. ff. de testament. milit.* vbi dicitur spectari in Codicilis iuris civilis regulas: Ergo solennitates in iis.

† perinde.

† perinde ac in testamentis sunt necessariae. Respond. in dict. l. si certarum. §. vltim. proponitur talis casus. Miles in militia testamentum fecit, deinde post militiam fecit codicillos, & intra annum est mortuus: Queritur an codicilli post militiam recte sint facti? Et dicitur quod non. Quia † voluntas testatoris iure militari non valet, si quid miles faciat post militiam: Si autem in militia quid facit, valet id per annum; Et hoc est privilegium militare. §. aliis autem, supra de testamento milit. & tot. titul. ff. codem. Hinc ICtus Caicus affirmat in codicillis spectari iuris civilis regulas, hoc est, illud testamentum non valere iure civili, post militiam iure militari factum, & ideo nec codicillos & similitudinem testamentorum post militiam valere, & in eo conueniunt, & pari passu ambulant testamenta & codicilli, & quo ad solennitatem longe differunt, ut supra etiam in materia testamentorum monstratum fuit.

Secundo obiicitur l. vltim. §. vlt. Cod. de codicillis. vbi quinque testes in codicillis requiruntur, & hoc solenne quiddam est, cum alias ad probationem duo vel tres sufficiant. l. vbi numerus. ff. de testibus. Respond. verum id est requiri ad omnem vltimam voluntatem (excepto testamento, vbi 7. testes requiruntur) quinque testes, non ad solennitatem, sed tantum ad nudam probationem, quemadmodum videmus etiam in testamento militis † requiri testes. §. plane. supra de milit. testamento, cum tamen militibus in suis testamentis omnis solennitas sit remissa. §. 1. supr. de milit. testamento l. 1. ff. cod. vt supra satis dictum fuit.

Ad Thes. 22. & 23.] Affirmatur codicillis † hereditatem quidem neque dari neque adimi posse: per fideicommissum dari posse.

Cui opponitur l. si veritas 23. C. de fideicommiss. vbi dicitur, si veritas vel solennitas iuris deest, nec amplexus voluntatem parentis, relicta (scilicet in testamento) dedisti, puta legata vel fideicomissa, integro adhuc negotio, ad solutionem virgeri non potest. Ergo quis non tenetur praestare fideicomissa in codicillis relicta. Respond. hoc procedit in pena mendacii, quod heres primo negauit fideicommissum esse relictū; postea vero probatum est contra eum quod fuerit aliquid relictum, & ita Bart. sentit.

Ad Thes. 24.] Dicitur ibi nunquam presumi codicillum, † nisi clausula codicillaris sit inserta.

Cui opponitur l. Lucius Titius 88. §. fin. ff. de legat. 2. vbi clausula codicillaris non interseritur, & tamen valer testamentum imperfectum. Respond. clausula codicillaris satis exprimitur in illis verbis; Rationem animi potius

securus, quam nimiam & miseram diligentiam & idem est ac si dixisset testator, si non valet testamentum iure ciuili: tamen valeat, quocunque modo valere potest: Hæc enim est clausula codicillaris.

Ad Corollarium.] Quæritur primo an Trebellianica possit à testatore prohiberi? Et † affirmatiuam putamus veriorem, quod possit prohiberi.

Fundamenta nostræ intentionis sunt. I. Quia legata & fideicommissa per onania sunt adæquata d.l.2. C. communia de legat. & legata diminuuntur per l. Falcid.. fideicommissa per l.Trebellianicam, vt supra dictum fuit, & lane constat ex Auth. sed cum testator C.ad l Falcid. Nouell.l.de hered. & Falcid. §.hinc nobis. prohibere posse testatore Falcidiā; Ergo & Trebellianicam, alias quo ad hoc magna adhuc esset relicta differentia inter legata & fideicommissa.

II. dict. Nouell.l. §.hinc nobis & aliis, loquitur de fideicommissariis & legatariis, ex quo satis nunc constat Falcidia nomine etiam Trebellianicam venire, quæ ſæpe Falcidia dicitur, vt supra ad theſin quintam dictum fuit.

III. Baldus dicir hanc sententiam esse æquiorem & veriorem.

IV. Ratio est, quia & Trebelliani conuenit ratio, quam testator prohibere possit detractionem Falcidia, in d.Nouell. Quia si heres voluerit pie a-gendo adiunctorē hanc voluntatem testatoris, per testamentū non destitue-tur, quia hereditas refertur aliis heredibus in Auth. nimium plus quæ ratio ſimiliter militat, quando etiam prohibetur detrac̄tio Trebellianicæ.

Nunc quædam obiiciuntur. I. Correctoria† non sunt extendenda. d.Nouel.l.cum d. Auth.yt.cum testator, est correctoria. Ergo dum loquitur de Falcidia non debet ad Trebellianicam extendi. Respond. Maior procedit tan-tum quando id materia & ratio iuris non patitur. Sed imo expreſſe fidei-commissarii & legatarii coniunguntur; Ergo etiam Falcidia & Trebellianica. Respond. in d.l.Titia. Falcidia ponitur pro Trebellianica.

Secundo obiicitur ita. Iure fffitorum nec prohiberi poterat Falcidia nec Trebellianica. De Falcidia loquitur. l.quod bonis 15. in fin. §.ff.ad l. Falcid. Ergo dum d.Nouell.l.id in Falcidia est mutatum, non est mutatum id in Trebelliani-ca. Respond. in dict. l. Titia, Falcidia ponitur pro Trebellianica, id fit etiam in dict. Nouell.l.vt supra est dictum. Vnde etiam propter adæqua-tionem omnino modum id merito est afferendum.

Tertio obiicitur l. si vt allegas. II. Cod. ad l. Falcid. vbi id videtur con-ſtitutum ante dict. Nouell. I. Respond. ibi iussa aliqua fuit esse conten-ta cer-

ta certis speciebus pro Falcidia, & tum dicitur, qui vti beneficio legis Ar-
quiliae possit.

Quarto obiicitur, quod diuersa ratio sit, inter fideicommissarium & le-
gatarium hoccasus; Vnde idem ius statui non deberet. Respond. Diuersa
ratio est in eo, nam fideicommissarius vniuersalis potest compellere he-
redem, imitari, adire & restituere. *l. quia poterat cum similibus ll. ad Tre-
bell. quod non potest facere legarius. l. nam quid. §. fin. cum l. sequent. ff. ad
S. C. Trebell. & si quis omisisti causa testamenti.* Deinde fideicommissa
sunt magis ex voluntate, quam sunt legata. *§. primo, de fideicommiss. hered.
dit. Iustinian. in l. 2. Cod communia de legat. & fideicommiss. adaequatit ommnia,
quaे in effectu vel realibus inueniuntur differentiae in ff. reliætæ. Præterea
quod de voluntate dicitur, id non ingreditur effectum, nec inde sequi-
tur non posse prohiberi etiam Trebellianicam, & hæc est communis sen-
tentia, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum, & fatuus
ac temerarius esset iudex, quod in iudicando & in practica eam non
sequeretur, vt Julius Clarus affirmat in §. testamentum. question. 62. numer.
primo, in fin. licet Iason contrarium sentiat in Auth. quam sequitur Vaud.
libr. 2. qq. quæst. 17. quamuis alias Dd. communiter contrarium in dict. Auth.
sentiant.*

Altera pars corollarii est: † An deduci possit ab herede rogato restitu-
re Trebellianica, quando id à testatore expresse non est adiectum? Et af-
firmatiuam similiter defendimus cum Julio Claro in §. testamentum. quest. 62.
num. 4. vbi dicit hanc sententiam æquiorem, & ab ea in iudicando & practi-
ca non esse recedenda; In vltimis enim voluntatibus, in quibus mens &
& voluntas testatoris maxime dominatur, sufficit quandocunque de ipsa
mente testatoris appareat, nisi forte ex certis aliquib. coniecturis colligi pos-
set, testatorem aliter sensisse: Hanc sententiam Vaudus libr. 2. quæst. q. 17. de-
fendit aduersus Accurs. & alios. Deinde hoc satis colligitur ex §. sed quia be-
redes supr. de fideicommiss. & hered. quia ibi disponitur per nullum vel
nimium lucrum recusari posse hereditatem: Non igitur extinguuntur fi-
deicomissa semper cum suffragante lege in dict. Nouell. 1. §. hinc nobis Tre-
bellianica deduci potest. Deinde dicitur quod fideicommissarius retine-
re Trebellianicam possit, quasi dicat, inuitu etiam testatore vel prohiben-
te ipso.

Sed quædam obiici solent. Primo obiicitur *l. in fideicommiss. 3. §. cum po-
lydius de rysu:* vbi dicitur omnia esse restituenda ex causa fideicommissi. Re-
spond. Agitur de eo ibi, quod fructus restituantur, cum in gratiam pupilli
fidi-

320 DISPUTAT. IVR. CIVIL. INSTIT. LIB. II.

fideicommissarii testator eo loco restitutionem suspendit, vbi longe alia Vlpiani quam hic agitur, tractatio est, si quidem ibi nihil de retentione Trebellianicæ, sed ea quæstio ventilatur. Nam his verbis : *Quicquid ex hereditate bonisue meis ad te peruenierit, rogo restituas*, fructus etiam restituti sunt.

Secundo valde obiicitur *l. si legatus. 30. S. fin. ff ad S.C. Trebellian.* vbi dicitur, si sine villa exceptione rogatus quis fuerit hereditatem restituere plerunque quartam donatam esse à principibus. Ergo non ipso iure quis quartam detrahere potest. Respond. Etsi ipso iure possit quis retinere quartam, potest tamen id fieri per legitimos tramites, scilicet mediante principe administratore iustitia. Atque illum textum esse recipiendum dicemus.

* * *

Finis libri secundi institutionum Iustinianarum.

LIBER



LIBER TERTIVS INSTITUTIONVM.

Disputatio 23. de Materia successionis ab intestato.

C O N T I N V A T I O .

Cum successio alia testamentaria sit, alia legitima: Et de testamentaria hactenus dictum sit: iusto ordine sequitur de legitima ut agatur.



Hesit 1. Successio ab intestato est legitima hereditatis intestati defuncti acquisitio.

2. Intestatus decadere dicitur, qui vel omnino testamentum non fecit, vel quod fecit, ruptum irritumve factum est, aut si nemo heres ex eo existit.

3. Atque sit hec successio dupliciter, vel in capita, vel in stirpes.

4. In capita sit, cum hereditas pro numero personarum, quibus defertur, in partes utiles diuiditur.

5. In stirpes, si liberi quotcumque sunt tantam de morientis hereditate accipiunt partem, quantam eorum parens, si viueret, esset habiturus, & quidem iure representationis.

6. Ius representationis est, quo sequens heres in defuncti heredis personam gradumque succedit, quod inter descendentes locum habet in infinitum.

7. Est autem hec successio duplex: Ordinaria & extraordinaria.

8. Ordinaria est, quae cognationis iure defertur in bonis quidem allodialibus tam masculis, quam foeminis; in feudalibus tum demum, quando specialiter in inuestitura dictum est feudum ad foeminas quoque pertinere.

9. Et hec quoque duplex est: primaria & secundaria.

DISPUTATION. IURIS CIVILI.

10. Primaria, quæ competit descendantibus in bonis ascendentium exclusis reliquis cognatis.

11. Et hæc est vel liberorum naturalium & legitimorum simul, vel legitimorum tantum & illegitimorum.

12. Liberi naturales & legitimi simul etiam posthumi ante mortem defuncti patris concepti sublata differentia sexus, patriæ potestatis, ad parētum suorum successionem iure naturali, gentium & diuino vocantur, adeo ut nec aditione opus habeant, vt pote sui & necessarii heredes.

13. Sed variat horum successio, quo ad modum succedendi, vocantur enim ad eam, aut prioris gradus liberi aut vltioris.

14. Primo casu prioris gradus, aut soli vocantur & succedunt in capita: aut concurrunt cum iis nepotes, prœnepotesve prædefuncti, & succedunt hī vna cum patruis auunculisque in stirpes.

15. Altero casu, si scilicet intestatus reliquerit plures, nepotes varii etiam ex diuersis liberis non pro virilibus portionibus: sed ex stirpib. ei succedunt.

16. Liberi diuersarum nuptiarum succedunt communi parenti æqualiter: veluti consanguinci ὄμοιτά τεοι in bonis paternis: In maternis quilibet matri sua. Vterini ὄμοιτά τεοι, in bonis maternis pariter: in paternis quilibet patri suo.

17. Inter naturales & legitimos simul reputantur quoque legitimati per subsequens matrimonium.

18. Quoniam autem hi per omnia & in omnibus pro veris, iustis & legitimis liberis habentur, non secus ac illi, tam ad allodialium quam feudalium honorum successionem admittuntur: Matrimonium quippe subsequens retrotrahitur ad tempus natuitatis liberorum: omniaque præcedentia vitia purgat.

19. Et hæc etiam tum procedunt, cum hoc modo legitimantur in articulo mortis, & quidem fauore matrimonii.

20. Per rescriptum Principis legitimati non solum ius Suitatis sed etiam agnationis acquirunt, & codice loco habetur, ac si & ipsi legitimati nati fuissent.

21. Ideoque non solum patri, sed etiam aliis ascendentibus & transuersalibus liberis legitimis nullis extantibus: succedunt in bonis tantum allodialibus, non etiam feudalibus, nisi expresse ad ea legitimati sint.

22. Legitimi tantum, adoptui sunt in specie, vel arrogati.

23. Et quo ad adoptuos, si tempore mortis adoptantis in familia eius repertari, ab intestato succedunt ei æqualiter, cum naturalibus & legitimis simul, quamvis omisi in testamento, non possint disputare de inosficio, nec pater adoptans eos insituere teneatur, nisi sit ex ascendentibus aliquis.

24. Exem-

24. Exempti vero familia patris adoptiu*m*, per emancipationem, aliquando regressus ipsis ad patris naturalis iura conceditur.

25. Arrogati, arrogatori patri succedunt non duntat*at* in bonis, quæ ad ipsum transiulerunt, sed etiam in quarta bonorum arrogatoris.

26. Legitimi quoque; per nominationem suorum, quod fit, quando pater filios suos simpliciter dixerit, nec adiecerit naturales. Cum naturalibus liberi, non secus ac si & ipsi ex legitimo matrimonio nati essent; succedunt: patris enim assertione matrimonium retro contractum fuisse presumitur.

27. Necesse tamen est, si hoc obtinere debeat, ut liberi naturales concepti sint, ex huiusmodi muliere, quam parens in vxorem habere potuerit. Et haec de legitimis: Sequitur de illegitimis.

28. Filii naturales tantum ex concubina, quam pater domi vxoris loco solam & vnam indabitato affectu sibi coniunctam habuit nati, non extantibus legitimis neque vxore, in duabus vincis patri suo cum matre partiendis succedunt.

29. Quantum ad successionem matris attinet, succedunt naturales tantum, (excepto feudo fœminco) ac si legitimi essent.

30. Spurii ex quacunque meretrice, corpore publice quartum faciente, procreati, patri suo, cum is incertus sit, non succedunt.

31. Matri autem & Auiæ; haec enim semper certæ sunt, succedunt: nisi forte mater illustris sit fœmina, quæ liberos naturales & legitimos habeat.

32. Liberi incestuos*i*, nefarii ex cognatis, adulterini ex adulterio nati, nullam successionem habent, deque iure ciuili alimentis non censentur digni. Et haec tenus de priori ordine naturæ, primaria videlicet successionis specie.

33. Secundaria est, quæ defientibus descendantibus reliquis cognatis proximioribus competit, & est vel ascendentium vel transuersalium.

34. Successio secundaria ascendentium est, quæ competit ascendentib*m*, in bonis descendantium, & in hac ius representationis locum non habet.

35. Si igitur defunctus descendentes non relinquat heredes, pater autem & mater, aut alii parentes ei supersint, illi (exceptis tantum fratribus ex utroque parente coniunctis defuncto) omnibus ex latere cognatis exclusis soli defuncti succedunt.

36. Si autem plurimi ascendentium viuunt, tam qui proximi gradu reperiuntur, siue materni siue paterni sint, vltiores excludunt.

37. At si eundem habent gradum, ex æquo inter eos hereditas diuiditur, & medietatem quidem accipiunt omnes a patre ascendentibus, quanticunque fuerint: medietatem vero reliquam a matre ascendentibus, quantoscunque eos inuenire contigerit.

38. Si vero cum ascendentibus inueniantur fratres aut sorores cum vtris-que parentibus, coniuncti defuncto cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur.

39. Quando autem pater & mater fuerint inuenti, diuidenda quippe inter eos hereditate secundum personarum numerum vti & ascendentium & fratum singuli æqualem habent portionem: nullum usum & filiorum & familiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare.

40. Atque hoc etiam procedit omni prorsus exclusa differētia inter personas istas, siue feminæ siuc masculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur: siue sua potestatis, siue sub potestate eius, cui succedunt.

41. In reliquis distinctio supra in ascendentium successione tradita, obseruanda est: Cum correlatiuorum eadem sit natura.

42. Transuersalium est, quæ nec ascendentibus nec descendantibus defuncti intestati extantibus: ex latere ipsis cognatis competit.

43. His igitur ita deficientibus fratres & vxores vtrinq; coniuncti exclusis omnibus collateralibus in capita succedunt in allodialibus, non etiam feudalibus.

44. Filii fratrum succedunt cum fratribus & sororib. in stirpes loco patris sui præmortui, & hoc tamē ultra filios fratrum non porrigitur: Fratribus aut & sororib. non existentibus, filii fratrum inter se diuidunt hereditatem in capita non in stirpes; Agnati enim non successionis sed proprio iure veniunt.

45. Etsi autem fratrum filii nulla in locum suorum parentum præmortuorum olim data fuit successio: Iure tamen Cæsareo hodie est constitutum ut sint patruo heredes cum aliis patruis suis ipsius defuncti fratribus facta, scilicet divisione hereditatis in stirpes non in capita.

46. Fratres germani (id est vtrinque coniuncti) & eorum filii excludunt consanguineos & vterinos, etiamsi in secundo gradu sint; filii fratrum tertio, quod tamen ius non egreditur filios fratrum.

47. Cum extant consanguinei & vterini, tantum in bonis paternis præferuntur consanguinei: In maternis vterini: in reliquis non profectiis vtrinque succedunt æqualiter.

48. Nec fratribus existentibus, nec filii fratrum, tum succedunt reliqui cognati; & in his locum habet regula. Quod proximiores excludant remotores, & pares gradu pares sint successione, & hi succedunt usq; ad 10. gradū.

49. Et hactenus de ordinaria successione hæc dicta sunt: consequens est ut de extraordinaria quoque dicatur.

50. Extraordinaria successio est, que predictis omnibus deficientib. competit: Estque coniugum & fisci.

51. Successio ordinaria coniugum est, quando maritus & vxor in uicem sibi in solidum succedunt excluso fisco.

52. Et obtinet haec successio, cum matrimonium cum dote est: absque dote enim sit (aut donatione ante nuptias) & superstes egestate laboret: præmoriens vero existat locuples, tali casu succedit superstes vna cum liberiis communibus, alteriusve matrimonii, in quartam, si tres sint vel pauciores: si vero plures in virilem portionem.

53. Successio extraordinaria fisci est, quæ aerario principis, non etiam ciuitatibus utrū etiam priuilegiatis in bonis mortuorum vacantibus competit.

54. Bona autem mortuorum vacantia dicuntur, quando nullus heres extat, fiscus igitur (exclusa successione affinitatis) tum in bona vacantia recte succedit.

55. Ad bona vero damnatorum quod attinet; hodie fisco non applicantur, sed descendantibus vel ascendentibus & collateralibus usque ad tertium gradum cedunt, excepto crimine læse maiestatis, & heresefos.

Corollarium: Pactum ut masculi & foeminae in feudo succedant, superstite masculo, foeminas ulterius excludit. Quamuis contra textus feudales eas posse admitti defuncto masculo quibusdam æquius videatur.

D I S P U T A T I O N I S XXIII.

De successione ab intestato, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Successio ab intestato quid sit.
- 2 Intestatus decedere quis dicatur.
- 3 Successio quot modis fiat.
- 4 Successio stirpes quid sit.
- 5 Ius representationis in quibus personis locum habeat.
- 6 Farnia an & quando in feudi succedant.
- 7 Successionis quis sit primus ordo.
- 8 Liberi diversarum nuptiarum quomodo succedant.
- 9 Liberi legitimati successione gaudent.
- 10 Liberi legitimati, an ad successionem feuds admittantur.
- 11 Dots an constitui possit in mortis articulo.
- 12 Euentus dubius anterioribus liberis non derogat.
- 13 Legitimans aliquem in articulo mortis, an in fraudem parentum id facere presumatur.
- 14 Ascendentes an & quare succedant.
- 15 Autus & auia quo iure succedant nepotibus.
- 16 Ascendentes quo ordine succedant.
- 17 Fratrum filii an & quomodo succedant.
- 18 Collateralium successio quando fiat.

DISCUSSION. IURIS CIVIL.

- 19 Fratrum vel sororum liberi an succedant in capita, an vero in stirpes.
- 20 Privilegium unde dicatur.
- 21 Dispositio in stirpes ubi locum habeat.
- 22 Ascendentium à latere, & descendenterum dispar est conditio.
- 23 Personalia personam non egreduntur.
- 24 Successio fisci quando fiat.
- 25 Bona damnatorum cui cedant.
- 26 Collaterales etiam ad bona damnatorum admittuntur.
- 27 Femina non admittitur ad successionem feudi, etiam si patrum sit et masculi & fons sine succendant, si relictus sit masculus per quem feudum semel apprehendatur.

NVLLA pene iuris Civilis materia reperitur, quæ tam multiplicem habuerit mutationem & correctionem, quam præfens hæc de successione ab intestato materia, quæ tota est quasi reformata in pluribus, in Nou. 118. ex qua sola fere de hac materia iudicamus. Deinde videmus cuiusq; ciuitatis statuta aliud ipse disponere contra ius Civile, unde ex eiusque loci quantitate & statutis de hac re erit iudicandum, quanam ratiæ in primis vtile sit scire, quid ius Civile de illa materia statuat, & quomodo successionē in descendantibus, ascendantibus, Collateralibus, inter virum & viorem, & deniq; in filio nobis præfiguret.

1 Ad Theslin 1.2.] A definitione est inchoandum Cic. lib. 1. Offic: Est autem † ab intestato successio legitima acquisitio hereditatis eius, qui intestato est defunctus ; Dum dicimus, *legitima*, intelligimus successionem secundum iuris regulas intestatam, seu secundum l. præscriptum formatam, vocabulum enim *IUSTA IN L. I. ff. quicunque testam. fac posse*, requirit etiam testamenti factiōnem legitimam & secundū iuris præcepta obseruantem, ut supr. dictum fuit. Deinde † intestatus decedit, qui vel omnino testamentum non fecit, vel quod fecit, ruptum irritumve factum est: aut nemo heres ex eo exitit. Cui opponitur § *quod autem supr. de legit. agn. st. tutela. vbi dicitur. intestatum eum esse qui testamentum fecit, sed in eo tutorem libertis suis impueribus non dedit.* Resp. ille casus quidem non exprimitur hic, nec hoc adeo pertinet, quia agit de tutela, quatenus aliquis omisso tutoris datione intestatus decedit: Hic agimus quomodo quis ratione testamenti vel deficiens vel non valentis, intestatus in totum decedit: ibi tantum quoad tutoris dationem omissam. Et vocabulum intestatus hue etiam pertinet, cum & l. 12. tabul. habeat verbum Legassit generale, quod etiam ad tutelam pertinet. l. Verbus. 12. tabul. ff. de &. signif. Vt parter famili. super pecunia tutelave sua rei legassit, ita ius esto.

3 Ad Thel. 3.4.5 6.] Agitur hic de successionis dupli modo. Nam † aut sit in capita aut in stirpes, ut clare dicitur. Quando sit in stirpes, locum habet ius representationis; 4 Tunc enim † 4. vel 5. filii cum patruis & auunculis in cuius hereditatem ab intestato succedentes representant patrem, & nihil amplius capiunt s. vel 4. liberi quam eorum parentes si vixisset, esset habiturus, idque ius representationis in descendantibus in infinitum locum habet. Cui valde opponitur § *cum filius filiae &c. sit num.* vbi textus saltem loquitur in filio & filia, nepotibus & nepotibus, pronepotibus & proneptibus, in quibus locum habeat ius representationis; Fallum igitur est in infinitum in descendantibus locum esse iuri representationis. Resp. hoc textu Bartolus notat. in l. 1. §. sed si quis ff. de suis & legitimis ius representationis non habere locum † in personis ultra pronepotes & supra eas personas non extendi, id quod similiter sentit Angelus in tit. de heredit. que ab intest. defer. Sed quod ius representationis etiam in ylterioribus personis locum habeat, expre-

expresse patet ex §. fin. h. tit. num. vbi postquam Iustin. dixit, de Nepotibus & pronepotibus, adiicit idem Ieruar in ceteris personis: exempli igitur gratia in d. §. cum filius & filia, de ceteris personis id affirmatur.

Ad Thes. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.] Successio civilis desertur hodie ex Nou. 118. §. quis masculi & feminis. Successio est ascendentium, descendantium & Collateralium, & illi tres modi sunt ex iure ciuili, Nouel. 118. in pr. duos modos adiecit prater Mys. in h. titul. num. num. 9. Feminæ autem in feudis non succedunt, † nisi id pacto ita efficiatur, vel nisi sit feudum feminineum, cap. sente. de natura success. feudi. in & sibis feudorum. Liberi autem succedunt suis parentibus qui † primus est ordo successionis. dicit. Nou. 118. Nam liberis debetur iure naturali parentum hereditas. l. 15. in princ. ff. de inoffic. testamento. l. 7. in princ. ff. de bonis ducarum. Liberi autem † diuersarum nuptiarum succedunt communii parenti & qualiter. Vterini in bonis paternis patuer. Nam viraque proles ex duobus diuersis matrimonii nata donationem propter nuptias, veldatem sui parentis accepit, in aliis bonis & qualiter admittuntur. §. sed neq; nobis relinquendum est. Nou. 22. de nupt.

Ad Thes. 17. 18. 19. 20. 21.] Legitimati liberi in iure Ciuali pro legitimis liberis habendi adeo ut † successione gaudcant. Nou. tota. quib mod. legitim. effic. sui. Et in pri- mis legitimati per subsequens matrimonium, in feudis etiam succedunt, secundum, communem opinionem Dd. idque favor matrimonii operatur, qui maculam illam quasi eluit. Cui tamen valde opponitur. cap. Enic. §. naturales. si de feudo defurci contentio fuerit inter dominum & agnat. Vasalli. in & sibis feudi. vbi dicitur; Naturales liberos licet potentia non legitimantur non succadere in feudo; Male igitur & temere hoc à nobis asseritur. Resp. ex communi sententia ille textus non remouet legitimatos, præsertim propter subsequens matrimonium à successione feudi, sed dicit, tum demum eos non admitti ad successionem, si potentia fiant legitimis, & notandum est vocabulum P o s t E A, quod significat idem quasi post acquisitionem feudi. Si enim post feudi acquisitionem per subsequens matrimonium legitimantur non gaudent successione; Ergo si † ante acquisitionem feudi legitimis fiant, merito à contrario sensu in fauorem matrimonii succedunt, vt in tractatu feudal latius dicam. Et quia magnus est favor matrimonii, procedit hoc etiam tum, quando liberi etiam per subsequens matrimonium legitimantur in articulo mortis. Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. commun. conclusionum, & prædict. c. obserua. 14.

Sed obiiciuntur tria, de quibus breuiter videbimus. Primo in mortis articulo dos non constituitur l. Iulianus 20. ff. de iure det. sine qua tamen dote seu dotalibus instrumentis liberi legitimari non possunt, §. fin. supr. de nupt. l. cum quis. C. de naturalib. liber. Ergo nec legitimatio tum procedit. Resp. in mortis articulo † dos constitui & dotalia in instrumenta inteluenire possunt, nec id in d. l. Iulianus, negatur. Namibi dotis constitutio fuit collata in id tempus, quo matrimonium futurum non esset. Secundo obiicitur. Quod spem tollenda fôbolis non habeat is, qui in articulo mortis liberos legitimat, quod tamen Iulianus Imper. requirit in eo, qui liberos iam ante natos per subsequens matrimonium legitimare instituit. l. cum nuper. C. de naturalib. Resp. etiam in articulo mortis constitutus habere potest spem recuperandæ valetudinis & proleandorum liberorum, & nemo tam debilis est, qui non habeat spem valetudinis recuperandæ, nec dubius † euentus anterioribus liberis derogat, vt in d. l. cum nup. C. de naturalib. liber. dicitur. Tertio obiicitur, si hoc permittendum est, posse scilicet legitimationem fieri in articulo mortis, fraudibus & dolis senecta aperietur, quod sane rem mali exempli

8. 336 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

exempli præ se fert. *I. cum hi § si cunctis ff. de transact. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Et. eleſ. Ergo non debet fieri legitimatio in mortis articulo.* Resp. Fieri potest ut quis ita in mortis articulo legitimeret, nec presumatur in fraudem parentum, sororum, fratum & reliquorum cognatorum id facere, quia in extremis constitutus salutis æternæ membrum esset, quamvis nemo moriturus in fraudem & deceptionem quid facere presumatur. *I. fin. C. ad l. Ius. repetund.* Et sane si fraude id dicteretur, fraus illa esset probanda, cuiusque eventus & animus. *I. ait prator. §. i. ff. qua in fraud. Credit.*

Ad Thes. 22. cum multis seqq.] Hæc theses omnes loquuntur de liberis adoptiuis, quando illi succedant, & de liberis naturalibus, spuriis & incestuosis, quæ planx sunt, nec contrariis villis inuolutæ & obscuratae.

14 Ad Thes. 33. & 34.] Ascendentes etiam interdum † succedunt turbato ordine mortalitatis & quidem in solarium liberorum amissorum. *d. l. 15. in pr. ff. de inoffic. testam. l. iure succursum est patri. ff. de iure dot.* q̄ iamuis liberi succedant propter rotum parentum, *15 d. l. 15.* & quidem iure proprio † auus & auia nepotib;is succedunt non iure repræsentationis, quod hic nullum dari vel fingi potest. Bartoi. in tract. de success. in success. Ascendent.

16 Ad Thes. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.] Ascendentes † præferuntur omnibus ex latere venientibus, exceptis tamen fratribus & sororibus ex utroque parente coniunctis defuncto. *d. Nouel. 118. §. si Vero cum ascendentibus.* Sed obiicitur editio Holoandrina, quæ in d. Nou. 118. §. si vero cum ascendentibus, etiam meminit fratum filiorum quasi & illi personentur. Ergo malefacimus quo d. in thes. 35. excludimus fratum filios. Resp. Eo iure fallitur Holoander & eatenus verior est Scriveriana & vulgata, quæ tantum ita habent cum ascendentibus inueniantur fratres aut sorores ex utriusque parentibus coniuncti defuncto. cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur, ex quo patet expungenda esse ea verba: *Fratrum filii portionem sui parentis capiant,* in editione Holoandrina, *in d. Nou. 118. §. si vero cum ascendentibus,* id quidem etiam vult. Cuiac. quem sequitur dominus Borch. in tract. de success. Et quod de fratum filiis in d. Nou. 118. nihil hoc casu fuit dispositum, satis patet ex Nou. 127. vbi Iustini. claris verbis ostendit, se in d. Nou. 118. de fratum filiis, quod cum parentibus & fratribus succedere debeant nihil constituisse.

17 Succedunt igitur etiam † fratum filii *ex d. Nou. 127.* non autem *ex d. Nou. 118.* vbi tantum fratres & sorores *ā p̄p̄t. dālētis* cum ascendentibus succedunt, id quod tamen nobis nihilominus obstat, quia *d. Nou. 127.* loquitur in eo casu, quando fratres & sorores seli vel solæ cum ascendentibus succedunt, & tum præmortui fratri filii etiam ad successiōnem admittuntur, in quo etiam thesis nostra 35. procedit, quia si unus frater moritur relictis liberis, tum liberis iure repræsentationis tantum capient, quantum eorum parentes si vixisset, capere debuissent. Et sic hæc successio permittitur tum quando ascendentes adiunt, item fratres & sorores defuncto utrinque coniuncti, & deinde unius fratri vel sororis præmortuæ liberis cum fratribus & sororibus: Tum enim hereditas in capita diuiditur, unum capit ascendens perlonat, puta, pater, mater, Auus, Auia. Alteram partem capit frater unus, tertiam partem capit soror, quartam partem capiunt defuncti fratri & sororis utrinque coniunctæ liberis *d. Nou. 118. §. si Vero cum ascendentibus.* Quando igitur in d. thesi diciimus, exceptis fratribus, includimus etiam sorores, cum hodie differentia inter agnatos & cognatos. *d. Nou. 118.* sit sublata. Deinde etiam includimus fratri defuncti liberos cum patruis & amitis succedentibus, quia iure repræsentationis veniunt, & idem est ac si patens eorum adesset: Quando autem ascendentes sunt, & tantum defunctorum fratum vel sororum utrinque coniunctorum, defun-

defuncto, liberi extant, non admittuntur soli cum ascendentibus, nisi absint simul fratreſ & ſororeſ, defuncto coniuncti utrinq[ue]. Ratio eſt, quia nullib[us] traditur, quod deficientibus fratribus & ſororibus defuncti, p[re]mortui fratriſ liberi cum ascendentibus ad hereditatem admitti debeat. Cuiac. in dict. Nouel. 118. quam Bartol. in dict. l. ſequitur.

Ad Thes. 42. cum multis ſeqq.] Tertia ſucceſſio eſt † collateralium, qui deficientibus & descendantibus & ascendentibus ad ſucceſſionem vocantur, & quidem ſive maſculi ſint ſive feminæ. d. Nouel. 118. Illa autem ſucceſſio plana eſt ex theſi, & ex d. Nouel. 118. Vna tamē grauis eſt quæſtio, & magnum de eo eſt certamen. An frater cum vel ſororum liberi ſoli, auunculis & patruis ſeu materiis & amitiis ſuccedant in capita vel in stirpes? Et nos in theſi 44. affirmanus eos in capita ſuccedere & non in stirpes. Hanc ſententiam Azo. in ſumma ſuper tot. titul. C. vnde legit. amplectitur, & Zafius in dict. loco, affirmat neſas eſt ab hac ſententia recedere. Deinde funda menta huius ſententiaſ ſunt haec. I. Eſt cap. vñ. extraord. incipiens: decedenteſ fideli abſque liberis, vbi expreſſum eſt, referente Zafio in d. loco. filios fratum eo caſu in capita inceſt ſe ſuccedere. Quia ta- men capitulorum feudalium extraugantium ſeu extraordinarium non eſt magna au- thoritas, ideo praesentis dubitationis puerum ſecundum ius Ciuitale resoluemus. Sit igitur pro ſecundo fundamento ex iure Ciuitali Caius in lib. 2. i[n]ſtitut. titul. 18. pen. 5. in ſaplures. de legit. agnat. ſucceſſo. vbi expreſſis verbis affirmatur, fratum filios patruo nō in stirpes ſed in capita ſuccedere, veluti si vnuſ reliquit duos filios, qui duas partes ha- bent. Alter frater 4. qui 4. partes auferunt, atq[ue] ita Caius hanc rē ibi exemplificat, Dū igi- tur hoc nō mutatum reperitur, cur stare, prohibetur. l. ſancimus. C. de teſtam. Tertio proba- tur id ex d. Nouel. 118. cap. 3. §. huiusmodi ſere priuilegium; vbi Iuſtin. faltem loquitur de nepotibus ex fratre, qui cum patruis ſuccedant, & diſponit Iuſtin. Imp. vt fratum filii cum patruis in stirpes ſuccedant iure representationis, id eſt, vt locum patris re- preſentent, id vocat ibi priuilegium, licet ſint in aequali gradu, vnde etiam † priuilegio 20 dicitur quasi priuans ius commune & ceteris perfonis datum. Nam olim frater fratri ſuccedebat, excludo filio alterius fratriſ. Caius dict. libr. 2. i[n]ſtitut. titul. 18. §. penult. Quarto hanc ſententiam probauit ſua conſtitutione Carolus anno 1529. in Co- mitiis Spirensibus edita, quemadmodum referti Zafius part. 8. feudali num. 18. & ſequi- tur dominus Borch. in tradiſ. feud. cap. 7. p. 2. num. 28. qua Carolus V. omnes conſuetudi- nes & ſtatuta in cōtrarium exiſtentia ſuſtulit, & Hotoman. illuſtr. q. 14. vbi hanc ſen- tentiā ſatis defendit, affirmat, Germanica Comitia & Gallica Parlamenta hanc ſen- tentiā probasse.

Hanc conſtanter Harmenopol. lib. 5. epic. titul. 8. amplexus eſt, & Cuiacius in dict. Nouel. 118. Quinto probat Hotoman. h[ab]et ſententiam hoc argumento. Diuifio † in 21 stirpes non, niſi vbi ſucceſſio eſt, locum habet. Ergo dum l. 12. tabul. nullam in agnatis i[n]ſtituit ſucceſſionem, hereditas inter eos diuidi non potest. Nam diuisionis ius ſuc- ceſſio in stirpes peperit, §. cum filiis, b. tit. n. Id quod adeo verum eſt, vt etiam duo- rum fratum liberi numero impares, in allodialibus & feudalibus in capita ſuce- dant, atque ita reſponſum meminit Dominus Borch. cap. 7. p. 2. num. 82. eo non obſta- te, quod Carolina conſtitutio proprie loquitur de duorum fratum liberi patruo ſuc- ceſſoribus.

Hanc autem ſententiam Azonis & Zafii communiorem, & expreſſis textibus iuriſ Ciuitatis conſirmata, refellere conatur Francifeus Con. 16 p. 9. nu. 100. cum multis ſeqq. tradiſ. feud. qui male tractat Zafium, quem tamē dominus Borch. in dict. loco deſen- dit,

dit. Primum argumentum est ex d. Nouel. 118. §. 3 Ver. illud palam est. Et tale est. Si defunctus pater sui fratrem & vicissim fratum filios relinquat, utroque est tertius gradus, & tamen filii fratum praeferuntur. Vnde iure representationis succedunt, & singuli eos in loco parentis ascendere & secundum gradum obtinere, ergo diauisio fiat in stupes. Resp. Zaf. dicit p. 8. num. 18. Et Hotoman. illustr. quest. 14. affirmant dispartem esse con-

- 2** ditionem ascendentum & latere & descendenterum. Nam in linea Collaterali filius in inferiores quam in superiores gradus succeditur, ut voluit gl. 1. de successione agnat. in fin. & Hotom. dicit. p. 6. & filius visu esse Iustiniano hereditatem descendere, quod ascendere, de quo argumento vide 2. obiect. Borch. in tract. feud. d. loco. Sed insto. **FICTIO** in iis quæ facti sunt, ut in possessione, de qua hic agitur, locum non habet. **I. denique in fin. in quibus causa maior.** Respond. Corras. lib. 6. Miscell. cap. 12. num. 6. si scilicet factum est sciuncutum ab omni iuris effectu, ut quando lex singit aliquem semper in civitate fuisse, habet sane effectum, & sciendum est personalia personam non egredi. Ac in certis casibus Iustinianus iure communi ecclissis, vbi vero non recessit, ius commune est retinendum. **I. quod contra ff. reg. iur.**

Secundum Argumentum est Borch. ex d. Nou. 118. c. p. 7. §. fin. fin. Vero. vbi post fratres & fratrum filios successio admittitur in capita, ut ibi in fine dicatur: Ergo effici videtur quādū fratres vel fratrū liberi extabunt, ut non in capita sed in stirpes succedant. Resp. Hotoman & Zafins affirman, ibi coniunctim agi de fratribus & fratum filiis, & Hotoman. addit. fuisse specialem legem, ut post fratum liberos in capita succederetur non indelinice, sed tum demum, cum una cum patruis non concurrerent, & est speciale ad superiora pertinens. Tertium argumentum est noui dispositoris, ut Hotoman. dicit in d. g. illustr. 14. & tale. Imp. Iustin. constituit fratri filios & non ulteriores succedere in locum parentis. Ergo & illud, ut scilicet in stirpes diuidatur hereditas, cum effectus representationis hic sit, ut divisionem in stirpes inducat. **Auct. cesante. C. de legit. hered.** Resp. Hotoman. hoc priuilegium est datum iis, qui cum paternis succedunt, ut in iuris suorum parentum succedant: vel spirituale est & personale beneficium, quando frater cum fratri filiis succedit, Casus noster tum est, quando patrules inter se succedunt. Quartum argumentum Battoli est ex absurdo, quod hereditas eum in stirpes & in capita simul diuidi posset. Respon. Hotoman. posset hoc fieri & tum censeretur hereditas iam antea instituta in stirpes & posterior in capita. Ethoc non est absurdum. Zaf. dicit p. 8. num. 18. esse hoc argumentum Sophisticum. Quintum argumentum habet Sonsb. p. 9. ex d. Nouel. 118. §. **Vnde consequens**, vbi dicitur fratri filios præfeti patruo ex altero latere defuncto coniuncto. Ergo filii fratum utrinque defuncto coniunctorum patruo iure representationis succedunt. Resp. illa collectio non procedit, de quo Borch. vide. Sextum argumentum est tertium Borch. argumentum. 7. est quartum Borcholti. 8. est sextum Borcholti, quæ ibi videantur.

Ad Thes. 50. 51. 52. 53.] Quarta successio extraordinaria tantum est mariti & vxoris, quando sibi inuicem succedunt. Quæ autem eius sit conditio satis ex thesibus & ex Auct. præterea. C. Ende vir. C. Exor. patet.

- 34** Ad Thes. 54. 55.] Quinta successio est filii deficientibus scilicet heredibus. **I. vacans. C. de bon. & sc. auct.** Vnde & inter regalia referuntur, quæ dantur Imperatori ad tuendam eius superioritatem. cap. 6. n. que fin. regalia In virt. feudor. Bona autem damnatorum hodie hisco non applicantur, sed descendantibus ascendentibus & collateraliibus usque ad tertium gradum cedunt. **Auct. bona. C. de bon. proscriptorum.** quæ desumpta est ex Nou. 134. circ. fin. Olim vero & bona damnatorū fuerunt publicata. **I. deportatorum. C. de pen-**

p. 2. l. 2. C. de bon. proscript. Sed obiicitur l. si manduero. 22. §. is cuius bona. ff. mandatis, vbi dicitur quod bonis publicatis, nihilominus ea quae acquiruntur, retineantur. Resp. Ille §. est accipiens de eo, cuius bona publicata sunt, siac capitis diminutione, hoc est, sine deportatione, Cuiac. lib. 6. obf. cap. 23. quem sequitur Borch. in c. Enic. quae sunt regalia. num. 82. in fine tract. seud. Secundo obiicitur cap. Enic. quae sunt regalia in vobis Fendorum, vbi dicitur ad fiscum pertinere bona damnatorum. Falsum igitur est non publicari bona damnatorū. Resp. d. c. Enic. quae sunt regalia. tū procedit, quando nec ascendentes, nec descendentes nec collaterales vñq; ad tertium gradū adlunt, diuine Regali bona damnatorum confiscantur. Hinc d. cap. Enic. quae sunt regalia. addantur haec verba: Secundum quod in novis institutionibus caueretur, scilicet in constit. iusfit. seu Nosel. 134. seu secundū d. Anth. bona. C. de bon. proscript. Ergo secundū d. Nos. 134. ad ascendentēs, descendentes, vel collaterales vñq; ad tertium gradū iure Régaliū vindicari eiusmodi bona non possunt. Et ita Borch. ad d. cap. Enic Inst. sed in d. Nos. non sit mentio transuersalium. Ergo male id in thes. vlt. assertur. Resp. Communiter traditum est etiam t̄ coh. laterales ad damnatorum bona admitti, vt quidem refert Julius Clarus lib. 5. sentent. quæst. 78.

Ad Corollarium.] Corollarium est sumptum ex iure feudali, & quidem ex cap. Enic. §. quinetiam Episcopum vel Abbatem, vbi expressè dicitur sc̄minas vñterius, id est, in posterum nō admitti, si paclum est, vt masculi & sc̄minas in feudo succedant, & reliquo est filius masculus, per quem feudum semel est apprehensum, tum in posterum t̄ nō admittit sc̄mina ex materia feudi, & ex præsumpta domini concedentis virilitate, id quod etiam probatur ex d. cap. Sone, Episcop. Vel. Abbat. §. &c. in fine, vbi dicitur. His omnibus præcedentibus casibus feudum amittitur & ad Deum reuertitur. Ergo masculo telicō per quem feudum est apprehensum semel, sc̄mina non admittitur eo mortuo sed seudum ad Deum reuertitur, qua in sententia etiam Zasius est p. 8. Epi. feud. num. 46. 47. Borch. cap. 7. p. 2. num. 37. Sed valde obiicitur. cap. Enic. de eo qui sibi vel heredibus suis. in vobis fendorum, vbi masculi succedunt & deficiētibus masculis sc̄minas admittuntur. Ergo falsum est eo casu sc̄minas semper excludi in posterum. Resp. d. c. Enic. de eo qui sibi vel hered. habet singularem contentionem ut satetur Sonsb. p. 9. n. 138. quem sequitur Borch. cap. 7. p. 2. n. 75. nimirum talem.

Aliquis accepit inuestituram pio se & heredibus suis, & quidem pro masculis, ac his deficiētibus pro sc̄minis, vnde sc̄minas etiam tum succedunt propter contentionem illam expressam: Et hisco deficiētibus. Talis conuentio expressa non est in d. c. Enic. §. quinetiam Episcop. vel Abbat. Reliqua argumenta refutat Borch. cap. 7. part. 2. num. 37.

Multi tamen putant æquius esse sc̄minas etiam hoc casu admitti, modo feudum pacto sit acceptum pro masculis & sc̄minis, etiamsi non sit adiectum, hisce masculis deficiētibus sc̄minas debere succedere, & in easententia est Sonsb. p. 9. num. 131. in feud.

Mynsing. cent. 4. obf. 74. num. 8. Welenb. intr. et. seud. c. 6. num. 23. Hartman. Pistor.

quæst. 36. p. 2. quæ sententia in foro quoque me-
rito retineretur.

DISPUTATIO XXIV.

Dc obligationibus in genere, item de mutuo & de indebito.

CONTINVATIO.

Duo sunt pricipia capita, quibus secundum iuris obiectum absoluuntur, Dominium scilicet & Obligatio. De dominio, cum haec tenus prolixius actum sit: nunc etiam de obligatione in posterum erit agendum.

THesis 1. Obligationis causa est contractus. Contractus autem à Labone definitur vltro citroque obligatio, quam Græci οὐνάσγμα vocant. l.labeo. §.contractum. ff. de verb. signif. l.omnem 20. ff. de iudic. l.1. ff. de pact. Theophil. bic in tit. de obligat.

2 Contractus plurimum à pacto differt. Nam pactum est duorum vel plurium in idem placitus consensus seu conuentio. d.l. §. 1. ff. de pact. l.3. ff. de pollicitat. Exceptionem tantum producens quam præter pacta ferunt, iurisgent. 7. in princ. & §. igitur nuda. ff. de pact. l. solent. ff. de prescript. verb. l.5. C. de contrah. stipulat. §. præterea inst. de except. Borch. de pact. cap. 1. num. 5. cum seqq.

3 Contractus vero obligationē naturalem, & ciuilem, vel ciuilem tantum producit, ex quibus actio proficiuntur, dict. l. iurisgent. in pr. l. naturales. 10. ff. de ob. & act.

4 Obligatio autem est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura. §. 1. b. tit. l. obligationum. 3. in pr. ff. de ob. & act.

5 Summa obligationum diuisio in duo genera deducitur. Ciuiiles enim sunt, aut prætoriæ. Ciuiiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili comprobataæ sunt. Prætoriæ sunt, quas prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. §. omnium. b. tit. num.

6 Sequens diuisio deinde hæc est, obligationes aut esse ex contractu, aut quasi ex contractu: Aut ex delicto, aut quasi ex delicto. §. sequens. b. tit. l. 1. in pr. ff. de ob. & act.

7 Obligationes ex contractu aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu: §. vlt. b. tit. d.l. 1. §. 1. ff. de ob. & act.

8 Re contrahitur obligatio primo pro mutui datione. §. 1. quib. mod. re contrah. oblig. d.l. 1. §. re contrah. d.l. Labeo in pr. ff. de verb. signif.

9 Mutuum ex eo dicitur, quod ex meo fit tuum. Et ideo si non fit tuum, non nascitur obligatio, hoc est, mutuum non contrahitur. §. 1. b. tit. l. 2. §. appell. ff. de rebus credit.

10. Mutuum etiam creditum dicitur, sed creditum à mutuo differt ut genus à specie. d.l.2. §. creditum.

11. Est autem mutuum contractus iuris gentium, d.l.7. ff. de paci. Ius autem gentium supr. de iure naturali gent. & ciuil. l.ex hoc iure. ff. de iust. & iur. nominatur, d.l.7. stridi iuris. §. actionem, & ibi Dd. & gl. infr. de act. quo quantitas alicui datur ea lege, ut quantitas in eodem genere non in specie eadem restituatur. Cuiac. in parait. ff. eod. & idem lib. II. obser. 37. Borch. c. I. in tract. de rebus creditis.

12. Est duplex mutuum, aliud cum statim ab initio numeratione pecunie interueniente contrahitur: Aliud cum ex post facto consumptione conciliatur. Dom. Borch. c. 2. in conuent. dereb. credit.

13. Mutuum dare possunt omnes, qui dominium & liberam suarum rerum dominationem habent, d.l.2. ff. de reb. credit. nisi nominatim quibusdam personis sit interdictum. l. principalib. 33. ff. de reb. credit.

14. Pupillus si dat mutuam pecuniam sine tutoris autoritate, item qui non habet liberam suarum rerum administrationem, ut furiosus, prodigus, nec non contrahit obligacionem. §. nam admonendi. supr. quibus alienare licet vel non. §. i. supr. de autorit. tutor. & mutuam pecuniam accipiendo ne quidem iure naturali obligatur. l. pupillus. 59. ff. de oblig. & act.

15. Mutuo vero accipere possunt filii famil. modo sint puberes, toto tit. ff. & C. ad S. C. Macedon. l. pupillus. ff. de verb. sign.

16. Mutuum porro esse non potest, nisi proficiatur pecunia, d.l.2. §. mutuum. hoc est, nisi interueniat res fungibilis pôdere, numero, & mensura constans. d.l.2. de mutui datione, d.l.1. §. mutui autem. ff. de oblig. & act. l.7. §. mutui. ff. ad S. C. Macedon.

17. Porro in mutui datione oportet dantem esse dominum, d.l.2. §. in mutui datione, vnde cum mutuans dando transfert in accipientem dominium. §. Sic itaq. discretis infr. de act. tenetur mutuarius præstare casum fortuitum. §. item is cui res. vers. & is quidem. extr. mod. re contrab. obli. d.l.1. §. & ille. ff. de oblig. & act. l. incendium. II. C. si cert. pet.

18. Mutui igitur obligatio requirit, ut nobis non eadem res mutuo data, sed alia in genere eiusdem materiae & qualitatis reddatur. d. §. 1. h. tit. §. re contrahitur. ff. de oblig. & actio.

19. Et persequimur rem mutuo datam actione, quæ vocatur certi conditione ex mutuo. d. §. 1. h. tit. & in rubr. tit. ff. de reb. credit. si cert. pet. & de conditione.

20. Secundo recontrahitur obligatio per indebitum. Is enim qui non debitum accepit ab eo qui per errorem soluit, re obligatur, daturque agenti contra cum propter repetitionem, condicitione actio, & perinde condicione potest

ei, si apparet cum dare oportere, ac si mutuum accepisset. §. is quoq;. insit. quib.
mod. re contrah. oblig. §. item is infra de oblig. que ex quasi contract. nasc.

21. Vnde pupillus, si ei sine tutoris autoritate indebitum per ertorem da-
tum est, non tenebitur indebiti condicione non magis, quam mutui datio-
ne. d. §. is quoq;. vers. vnde pupillus. hoc tit.

22. Et haec species obligationis non videtur contractu consistere, cum is
qui soluendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere quam contra-
herc. §. is quoq;. vers. sed hac species. d. §. item is. tot. ut. ff. & C. de condic. indebiti.

23. Quia tamen contractura quid est, hoc est, quia indebita pecuniae est
data, contractus dici potest. l. 2. in fin. prim. ff. de condic. indebiti. W cl. in paratit.
ff. num. i. de condic. indeb.

Corollarium: Pactum & contractum distingui posse, ut pote dissentaneas
species conventionis tanquam generis ex iuris veritate, contra W eseb. in
paratit. ff. de pact. & contra alios assentimus per d. l. i. §. i. d. l. iurisgent. 7. ff. de pact.
Dn. Boch. in tit. de pact. c. i. & c. vlt.

DISPUTATIONIS XXIII.

De obligationibus in genere: Item de mutuo & indebito
objectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Donatio an & quomodo dicatur contractus.*
2. *Contractus est causa obligationis.*
3. *Effectus saepe pro causa ponitur, & causa per effectum definitur.*
4. *Obligationem effectum esse contractus.*
5. *Contractus vocabulum quot modis accipiatur.*
6. *Contractus a recte definitur ultra citroq;. obligatio.*
7. *Ultra citroq;. obligatio an etiam sit in quasi contractu.*
8. *Contractus an & cur consentio dicatur.*
9. *Contractus & pactum quomodo differant.*
10. *Transactio quando pactum sit & quando contractus.*
11. *Constitutum & hypotheca quando actionem producans.*
12. *Pacta co animo sunt, ne inde actio oriatur.*
13. *Contractus qualcum obligationem producat.*
14. *Obligatio civilis an sine consensu esse possit.*
15. *Obligatio est vinculum iuris, non consensum in propriis viribus.*
16. *Obligatio naturalis nullam necessitatem in se continet.*
17. *Obligationem naturalem duplēcē esse, naturalem ciuilē, & naturalem tantum.*
18. *Obligationum an recte quatuor genera ponantur.*
19. *Obligationes ex contractu, quot modis siant.*
20. *Obligatio qua literis contrahitur, olim non erat in obligationum numero.*
21. *Mutuum an recte dicatur quod ex meo tuum factum est.*

22. *Donatio* quomodo faciat ex *motu* *im.*
23. *Obligatio* naturalis, nul' *am part* *actio* *em.*
24. *Empio* & *Venditio* quomodo faciat ex *meo* *rum.*
25. *Res fungibles* tantum in *mutuum* *venire* *dicuntur*, non alia.
26. *Mutuum* an *rest* *contractus* *dicatur*.
27. *Fur* *fieri* *non* *pote* *st* *celebrare* *contractum* *mutris.*
28. *Mutuum* an *pos* *fit* *fieri* & *contrabi* *inter* *ignorantes.*
29. *Mutuum* an *si* *est* *contractus* *iuris* *genitum.*
30. *Quomodo* *dicatur*, in *mutuo* *quantitat* *em* *dari* & *quantitat* *em* *refit* *ui.*
31. *Mutuum* *quod* *consumptio* *conciliatur*, *an* *vere* *mutuum* *si*.
32. *Stipulatione* *non* *confi* *suit* *mutuum.*
33. *Mutuum* *conciliandi* *quot* *modi* *sint.*
34. *Mutuum* *dare* *qui* *possint.*
35. *Filius* *am.* & *seruus* *an* *peculiares* *nummos* *mutuo* *dare* *possin*.
36. *Praesides* *prout* *nciarum* *an* *mutuum* *dare* *possint.*
37. *Pecunie* *sumptio*, *est* *leuamen* *inopie.*
38. *Mutuum* *in* *quibus* *rebus* *confi* *llat.*
39. 40. *Mutui* *ratio* *est* *Et* *quantitas* *in* *eodem* *gener* *refit* *uatur*, & *aliquid* *pro* *alio* *detur.*
41. *Mutuum* *dans* *an* *semper* *Dominus* *rei* *esse* *debeat.*
42. *Fur* *an* *mutuum* *dare* & *actionem* *consequi* *pos* *it.*
43. *Fur* *dum* *credit* *furtiuam* *rem*, *non* *delinq* *uit.*
44. *Manus* *apud* *I.C.*, *duplex* *est*, *brevis* & *longa*.
45. *Soluens* *per* *errorem*, *re* *obligatur.*
46. *Indebitum* *solu* *ntio* & *contractus* *est*, & quasi *contractus.*
47. *Donellus* *an* *recte* *statuas* *solutionem* *indebiti* *tantum* *contractum*, *non* *autem* *etiam* *qua*-*si* *contractum* *esse.*
48. *Indebitum* *solu* *ntio*, *quo* *animo* *id* *faciat.*
49. *Pecuniam* *numeratam* *accipiens*, *an* *in* *tit* *obligatus* *dicatur*, & *statim* *conueniri* *in* *actione* *queat.*
50. *Pupillus* *sine* *tutoris* *autoritate*, *nec* *mutuo* *nec* *indebiti* *solutione* *obligatur.*

Affirmatur haec tenus de dominio esse actum. Nunc etiam de obligatione esse agendum, quae duo sunt quasi summa rerum capita. Sed contra opponitur hoc modo. *Donatio* est *contractus*. *I. contractus. C. de fide instrum.* de qua tamen agitur in materia dominii. Ergo non fuisse distinguendum inter dominium & obligationem. Resp. Et iam si donatio dicatur † interdum *contractus ratione consensus* & *obligationis*, quae est inter donatorem & donarium, tamen inspecto initio & prima causa, donatio est liberalitas, imo est modus acquirendi de iure ciuili, & etenim in materia dominii de donatione agitur. Et quamvis omnes *contractus* in consequentia augeant nostrum dominium, tamen à dominio sint distincta negotia. Secundo obiicitur. *Obligatio* est *causa actionum* & *veluti* *mater.* *Theoph. in tit. de oblig.* *I. licet. 42. §. ea obligatio. ff. de procurat.* Ergo obligations ad tertium iuris obiectum non ad secundum referantur. Resp. Obligatio hic per se considerata est, & quidem incorporalis, & ideo eius tractatio in terum tractatu debet optime tolerari, & quamvis ab effectu, hoc est, actionibus sint disiunctæ obligations & separatae: In vnu tamen sunt coniunctæ cum iis, idque parum reficit, si alias cuiusque natura recte cognosci potest.

Ad thesin i.] Affirmatur contractum + causam esse obligationis. Cui opponitur tale argumentum: Qui secum in vna eademque thesi pugnat, non est audiendus. Vos pugnatis, Ergo non estis audiendi. Probo minorem, quia dicitis obligationis causam esse contractum, & tamen affirmatis contractum esse obligationem. Resp. Sæpe + effectus pro causa ponitur, vt hic, & per effectum causa definitur in iure sæpius, ne quemadmodum etiam sit in *lex hoc iure ff. de iust.* Et in *vbi obligationis vocabulum ponitur pro coarta*, vt constat ex §. *iur autem gent. supr. de iure naturali gent. & ciuil.* Ciuilis autem potius est definitio, alias in logica absurdum esset dicere: Pater est filius, cum effectum cause genus statui ita non possit, & in ulta ciuitate tollerentur, quæ logica ratione absurdia videtur. Esse autem obligationem + effectum contractus ostendit. §. *omnrum. de obligat.* vbi dicitur obligationes esse ex contracta. Ergo contractus est causa obligationum, prius in natura est contractum celebrare, puta intentionem, ex quo contractu deinde nascitur obligatio, hoc est, iuri viuclum, ita vt vna parte non consentiente contractus dissolui nullo modo possit. Secundo obiicitur *l. omnem obligationem. 20 ff. de iudicij.* vbi dicitur, omnem obligationem per contractum esse habendam. Ergo nihil differunt obligatio & contractus. Resp. Certum est obligationem esse effectum contractus, sed quod dicitur in *d.l. omnem obligationem* pro contractu essa habendum, id ita est accipiendo, si vocabulum + Contractus latissime consideratur. Interdum enim contractus proprie ac regulariter accipitur, vt in *l. Labeo. §. contractus. ff. de verb. sign.* Secundo improprie, quando ab vna parte est obligatio, vt in mutuo, quemadmodum potentia dicitur. Tertio quandoque largius pro actu accipitur, quia quando verbis contrahitur obligatio, agitur, *d.l. Labeo. in princ. ff. de verb. sign.* Et sic accipitur §. *Vt. Ver. s. de oblig.* Quarto latissime pro delicto vel quasi delicto capitur, & pro quoquis pacto, vt in *d.l. omnem ff. de iudic.* Manet igitur stabilis nihilominus definitio contractus. Nam ipse Iustinianus, delicta vel quasi delicta à contractibus vel quasi contractibus distinguit, quod ordo titulorum intra indicabit, & hec est sententia gl. vera in *d.l. Labeo. in verb. contractus*, & sequitur Myns. in §. *Vt. hoc tit. de oblig.* Tertio obiicitur: Imperfictam esse contractus definitionem, quia continet tantum *συναλλάγματα διπλευρα*, hoc est, eos contractus, qui ab utraque contrahentium parte obligant: Non autem contractus *μονον πλευρας*, qui ab uno latere obligant, non ultro citroque, hoc est, contra seu vicissim, vt est in mutuo, vbi mutuarius, hoc est, is qui mutuo accepit, tamen obligatur: In stipulatione promittens rem stipulando. Deinde *συναλλάγμα* venit à *συναλλάγμα* quasi pariter permuto, pariter obligationem contraho. Resp. Contractus definitur re te + ultro citroque obligatio, quia utrobique est consensus, utroque etiam quid iure Ciuii approbatur, unde vere inde oritur obligatio ciuilis & naturalis simul, licet non specialiter quid redolatur, vt in mutuo nihil recipit mutuans, nec re obligatur rursum, & tamen consensum accommodavit: Sic in stipulatione queritur ab vna parte, ab altera parte respondeatur. Estque eatenus consensus. Quindi autem ab vna parte contrahitur obligatio, improprie dicitur contractus, non proprius; proprius cum quando ab utraque parte, secundum sententiam Myns. hic, & nos impropriis relatis propria tantum se etiuntur. Denique obiicitur Dicitur contractus non esse plenam & perfectam, cum quasi contractus in se non contineat. Respondeo. continetur illuc etiam definitio quasi contractus. Nam + in iis etiam est ultro citroque obligatio. Exemplum sit in quasi contractu tutelæ, in qua actione tutelæ pupillus potest consequi omne damnum datum à tutore in administratione tutela: Tutor etiam id repetrere potest, quod uiliter ac necessario in rem pupillarem impedit, contraria tutelæ actione. §. *tutores. infi. de oblig.* que quasi ex con-

en contractu, nascit. Vnde etiam tutela quasi contractus, simpliciter contractus dicitur *ind. l. contractus, 2. ff. de reg. iur.* distinguitur tamen rebus & locis contractus, & quasi contractus, id quod propter euidentiorem intellectum fieri debet.

Ad thesin 2. & Corollarium.] Obiicitur ita. Bis idem repetere superfluum, otiosum & importunum; hoc sit hic, & in Corollario: Ergo peccatis. Respond. In thesi hac secunda affirmamus differre quidem pactum & contractum: sed modum quomodo differant non monstramus. In Corollatio vero subiicimus; nimurum pacta & contractus duas esse species vere inter se dissentaneas, & cum genere suo communis consentaneas. Contractus enim est conuentio, & pactum est conuentio seu consensus. *l. i. §. & est pactio. ff. de pact. l. pactum. 3. in princ. ff. de pollicis.* vbi pactum definitur consensus, & conuentio: Contractus dicitur & definitur etiam † conuentio, quia conuentionis verbum nomen generale est, hoc est, genus est, & nullus est contractus, qui non habeat in se conuentionem d.l. 1. §. *conuentio. ff. de pact.* Non igitur dubitandum est, quin & pactum & contractus conuentiones sint. Non autem contractus conuentio est nuda & simplex, sed actionem producens. Pactum † est conuentio non actionem sed exceptionem producens. *Liurisgent. 7. 9. in princ. §. igitur nuda. ff. de pact.* Borch. c. i. §. c. vlt. in tract. de pact. vbi haec omnia docte explicat secundum Cuiac. ad tit. de pact.

Sed quadam obiiciuntur vel obiici solent, & quidem contra definitionem pacti, quod duorum vel plurium in idem placitum consensus seu conuentio. *d. l. i. §. 1. ff. de pact. d. l. 3. in princ. ff. de pollicitas.* quæ definitio videtur contractui conuenire, quod sic probatur, transactio dicitur pactum. *l. qui cum tutoribus. 8. §. fin. ff. de transact.* vbi ICtus Vlp. docet transactiōnem in hisce tantum obesse, de quibus actum probatur, & postea subiicit rationem huiusmodi. Iniquum enim est perimi pacto, de quo cogitatum non docetur, idque simpliciter *in l. 3. ff. de transact.* ostenditur, vbi ICtus Scœuola generalē proponit regulam; quod priuatis actionibus ius carerorū non lēdatur, inde mox infertur, transactionē inter heredem & matrem defuncti famam, manumissi & legatariis non nocere. Illa illatio inepit fieret, si transactio pactum non esset. Deinde sunt expressā *ll.* in quibus transactio dicitur contractus *in leum te transfigisse. supr. C. de transact.* vbi dicitur, si de fide contractus, hoc est, transactionis constet. Borch. *de transact. c. i. in princ.* Sequitur igitur contractum & pacta nihil differre, & contracta esse pacta, quemadmodum vult Wesemb. *in tit. de pact.* quemadmodum in Corollario monetur. Respond. Transactio † pactum est, *10* & est etiam contractus, si est pactum, sit nudo pacto. Si est contractus, sit acceptilatione, & his duobus modis fieri transactionem satis clare & luculenter ostenditur *in l. 2. ff. de transact.* Borch. *c. i. de transact.* & quatenus transactio sit nudo pacto, est species pacti, & sub definitione pacti continetur. Quatenus vero sit acceptilatione ad contractum pertinet, & actionem efficacem perducit.

Secundo obiicitur, tale argumentum: constitutum & hypotheca sunt species pacti, & constitutum sit consensu. *l. i. in princ. ff. de constit. pecun.* nulla interposita stipulatione. *§. de constituta. infra. de action.* Hypotheca quoque nuda conuentione absque rei vlli traditio ne perficitur. *§. item Seruiana. infra. de action.* *l. si rem alienam. 9. §. proprie. ff. de pignor. act.* & actio ex cōstituto nascitur, d. *§. de constituta.* Item actio ex hypotheca oritur quasi Seruiana. d. *§. item Seruiana.* Ergo falsum est quod dicitur pactum non producere actionem, sed contractum tantum, vel dicimus contractum & pactum unum idemque esse. Resp. Constitutum & hypotheca per se pacta sunt, eorumque definitioni conueniunt, nec actionem producunt. Quatenus autem accedit his autoritas prætoris, dicimus † quod fiant pacta *11* legitima, ex quib. nascitur actio non sua vi, sed ex confirmatione legis seu prætoris *l. legiti-*

*m. ff. de past. ideoque dicit Iuriscons. interdum dari ex pacto actionem: scilicet quando confirmatur vel iuuatur à lege vel Iurecons. Actio igitur quasi Seruiana ex iurisdictione prætoris subsidiū, hoc est, propriam formam accipit. d. §. item Seruiana. quemadmodum & in l. maior. C. de pignor. rescriptum est, pignoris conuentionem tucri solum pactum vel iurisdictionem vel utilitatem conuenientium. Dum dicunt Imp. per iurisdictionem, ostenderunt hypothecam non sua vi & quatenus est pactum sed ex iurisdictione, hoc est, ex edicto prætoris patere: quemadmodum etiam dominus Borch. c. l. de past. num. 10. explicat. Tertio obiicitur: diuisionis placitum est, nudum pactum. *I. diuisionis placitum. 45 ff. de past.* sed ex diuisione rēpōte cōtractū oritur actio præscriptis verbis *l. si sunt vel illi. 7. C. communia etriusq. iudicis.* Ergo pactum & contractus vnuū idemque sunt. Resp. Distinguendū est inter diuisionem & inter pactum seu placitum diuisionis, ex diuisione oritur obligatio & actio. *d. l. si fr. astres,* ex placito diuisionis actio nulla oritur, sed tantum exceptio, vt ex pacto *d. l. diuisionis placitum.* *L. ex placito. C. de rerum permuat.* Borch. c. l. de past. num. 11. cum. seqq.*

Quarto obiicitur, verbis sunt pacta, vt & contractus *d. l. iurisgent. 7. §. pa. torum quædam. ff. de past.* Ergo nihil differunt pacta & contractus. Resp. etiam si verbis sunt pacta vt & contractus, tamen intentione mente & voto contrahentū longe differunt, quia pacta eo t̄ animo sunt, ne inde actio oriatur, secus in contractu, idq; omne ex mente conuenientium astim. andū esse Iuris. in d. §. pa. torum iudicat. Deniq; obiicitur tale argumentū: Titulus ff. inscribitur de pact. & tamen in *d. l. iurisgent.* etiam agitur de contractib. Ergo vt nigrum cum rubro conueniat, necessario sequitur pacta esse contractus, & sic Wesenb. putat. Resp. Rarum non est occasione cognata materia quādā cognata immisceri, ita quoq; hic sit, postquam enim contractum meminerant *ICti in d. l. 1. ff. de past.* quinam illi sunt & quotuplices sunt in *d. l. iurisgent.* subiicitur, vt ex illa collatione cognatae speciei partorum materia reūtius elucesceret. Et hæc argumenta sunt præcipua nunc refutata.

*13 Ad thes. 3. 4. 5.] Contractus t̄ aut obligationem naturalem & ciuilem, vel ciuilē tantum producit, ex quibus actio proficietur, *d. l. iurisgent. in princ. ff. de past.* Naturalis & ciuilis simul est, quæ habet expressum consensum, & consensus est iurisgentiū vel naturalis. *d. l. 1. ff. de past. tor. ris. de oblig. qua ex consens. contrah.* vnde catenus dicitur naturalis obligatio, quatenus ad dispositione & confirmatione iuris ciuilis iuuatur & nititur, dicitur ciuilis, vnde coniunctim eiusmodi obligatio dicitur naturalis & ciuilis. Ciuilis tantum est, quæ etiam haberet quendam consensum, sed non adeo expressum, pura, quando quis chirographum scribit spe futura solutionis, vt sit in literarum obligatione. Nam ibi non consentit plene quidem is qui scribit chirographū in id scil. solutionem esse factā, sed qualitercunq; consentit in solutionem. Quia igitur dispositio & approbatio iuris ciuilis hic dominatur, dicimus eam potius esse ciuilem tantū, quam ciuilem & naturalem simul, alias in naturali & ciuili simul & consensus expressus & approbatio iuris demonstratur, vnde ita à Dd. nominatur. Non igitur quicquā refragatur nobis sententia præceptoris Dn. Borch, qui in*

*14 Nouiss. inst. commentariis ad b. tit. putat, male definiti ciuilem obligationem, t̄ cui deficiat consensus, sed quæ tantum habeat approbationē iuris, quia idē & nos affirmamus. Nam requiri mus aliquē consensum, licet nō sit perfectus, sed qualiscunq; qui demōstratur per chirographi dationem, & alias falsa esset, *d. l. 1. §. conuentionis, vbi dicitur in omni cōtractu,* vt etiam est obligatio literatum, tot. tit. inst. de lis. obligat. requiritur consensus qualis quilibet etiam ille sit.*

25 Deinde definitio pponitur obligationis, quæ t̄ est vinculū iuris, quo necessitate astringitur, hoc est, non peader ex voluntate, vñ ex libitu nostrā voluntatis, sed propriis viribus consistit

consistit, vnde nec emtio nec venditio in alterius arbitrium collata valet. Myns cent. i ob. 8. fere in fine, sicut & testamentū. *I. nemo potest ff. de legat.* 1. Additur deinde alicuius rei soluendæ secundum naturæ ciuitatis iura, hoc est, vt fiat secundum iura ciuilia, quia aliud pro alio solui non potest in uito creditore. *I. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* Sed obiicitur imperfectam esse desinitionem hanc, nec omnib. competere obligationum speciebus. Non enim conuenit naturali obligationi: Illa enim non est vinculu iuris, quo necessitate astringimur, cū nihil iuris habeat naturalis obligatio. Resp. Verum est obligationi naturali non cōuenit ¹⁶ hac definitio, quia illa ēv πλάτει obligatio dicitur, quia potius pactum est nudam exceptione producens, *tot. iii. infi. de except.* nec † ullam necessitatē in se continet: solo enim æquitatis vinculo sustinetur. *I. Stschum. §. naturales ff. de solut.* Secundo obiicio autoritatē Theophilii *in prin. tit. de oblig.* vbi dicit obligationes esse matres actionum: Obligatio aut̄ naturalis tantum est obligatio: Ergo producit actionem. Resp. Theophilus ibi de naturalibus & ciuilib. simul vel de ciuilibus obligationibus tantum loquitur, dicitque eas esse matres, id est, causas obligationū. Tertio obiicio contra datam solutionem *I. naturales.* ¹⁷ *10 ff. de oblig. & att.* vbi dicitur obligationes naturales non ex eo solum aſtimari, si actio aliqua eorū nomine cōſterit: Ergo actio pducitur ex naturali obligatione. Resp. Cuiac. ad *I. 1. 7. ff. de Verb. obl.* affirmat obligationē naturalē esse duplē: † Nantale & ciuilem, illamq; actionem patere, cum subit quādā obligandi efficax ratio. Huiusmodi obligatio est, quā nascitur ex contraētu quē pupillus sine tutoris autoritate celebravit, modo ex eo contraētu sit factus locupletior. *I. pupillus in pr. ff. de tutor. autorit.* tamē actione potest pupillus cōueniri, & tamen est naturalis obligatio, h.e. ciuilis, naturalis, *I. 1. ff. de Nonat.* Aliā esse naturalē tantum, quā producat exceptionem. Atq; ita *d.l. naturalis.* de naturali ciuili intelligitur ut pote specie naturalis obligationis tantum, quā inhibet repetitionem. *I. Invenianus. ff. de condit. indeb.*

Ad thes. 6.] Affirmatur obligationes alias orii ex contractu aut quāsi ex contractu, aut ex delicto, aut quasi ex delicto. Cui obiicitur *I. 1. in pr. ff. de obl. & att.* vbi dicitur obligationes aut ex contractu nasci, aut ex delicto aut proprio quādā iure ex variis cauſarū figuris: Ergo non ex q. cōtractu, nō ex q. delicto. Resp. Myns & alii cōmuniori sententia illa verba: Ex variis cauſarū figuris: accipiunt de q. cōtractu, & de q. delicto, ita vt nihilominus t̄quātuor illa genera exprimitur, quamvis tamē vox: variis, illā interpretationē vix admittat, cui accedit, q̄ quasi contractus sub contractib. qui delicta sub delictis cōprehendantur, id quod rarū non est, sicut & actiones mixtae sub actionib. in iē & in personā continentur, ab usua tameu ratione & κελαχρυστικῶς propter similitudinē & affinitatē, quam quasi contractus cum contractib. & q. delicta cū delictis habent, & Dn. Borch. *in tract. de reb. credit. mihi pag. 21.* dicit, sub contractu q. contractū, sub delicto q. delictū contineri in d.l. *in pr. ff. de obl. & att.* Illaq; verba ex variis cauſarē figuris proprio iure ita exaudit, q. non tantū obligationes, ex illis 4. cauſis veniant ex contractu vel q. ex delicto vel quasi: Sed etiā alio quādā iure, vt in actione adhibendū, in personā est actio, nec tamen ex cōtractu vel quasi, nec ex delicto, vel quasi, sic q̄ metus causa actio nō datur in cū qui metū nō intulit: ita ὁδίctio ex mutuo datur ex æquo & bono. *I. si me & Titiū 32. ff. de reb. cred.* vbi dicitur cōdictionē ex mutuo eo casu nō dari ex consensu, id est, ex æquo & bono. Et notandum est negotia varia esse, nō ita vocabula, idq; ita rerū natura est conditū. *I. 4. ff. de p. script. Verbis.*

Ad thes. 7.] Affirmatur obligationes ex contractu † aut re contrahi aut verbis, aut litteris, aut consensu. Cui directe oppono. *d.l. i. §. conuencionis. ff. de past.* vbi expressis verbis dicitur, nullum esse contractum, nullam esse obligationem, quā in se consensu non habeat, sive re, sive verbis fiat; Nota illa verba, Sive Re sive VERBIS fiat. Ergo,

tantum re & verbis non consensu, non literis sunt. Resp. in d.l. §. i. ICtus Vlp. sibi non habet propositum diuisione huius rei integrum proponere, sed saltem monstrare cōsentum in omnib. contractib. requiri & necessariū esse. Quia vero facile de contractib. seu obligationib. quæ re & verbis coi. trahuntur, dubitari posset, cum in iis res, in his verba sint de substantia. Ideo ICtus harum duarum obligationū tantum meminit, illudq; dubiū exprimere cupit, scil. statuendum esse præter verba & res (quæ in illis principaliter & potissimum requiri utur, vnde & à potiore denominationem accipiunt, argum l. queritur ff. de statu hominum) requiri etiam consensum contrahentū, qui tamen principaliter non attenditur. Omittitur autē obligatio, quæ est ex consensu nudo, quia id alias satis constat, consensum ibi esse necessarium & requiri de substantia, non verba, non rem, tot. iii. infra. de oblig. quæ ex consensu. Non igitur opus fuit hoc exprimi. Si autem I.C. voluisse integrōrem ponere diuisiōnem, secutus fuisset Caius ICtus in d.l. §. i ff. de oblig. & ait. vbi sibi ICtus Caius propositum haber integrā diuisiōnē ponere, & tamen salte habet triplicem speciem diuisiōnis obligationū, quarta omīssa scil. obligatione quæ literis contrahitur: Ergo adhuc imperfecta est diuisio obligationum. Resp. Hęc diuisio in ff. nostris tantum habet triplex membrū. Nam non fuit † in numero obligatio quæ literis contrahitur, quia exceptio nō numerat pecunię olim erat perperua & semper opponi poterat, & ideo nulla erat obligatio: Hodie tamen quia est temporaria & habet bienniū, olim quinquenniū. l. in contractibus. C. de non num. pecun. tot. sit. infra. de liter. obligat. Exceptio non est perpetua, ideoq; à Iustin. quartū hoc diuisiōnis membrum recte est additum. Insto, contra datam solutionem, quia affirmatur tempore digestorum non habuisse locū literarū obligationem. Cui oppono l. non figura 38. ff. de oblig. & ait vbi tamen fit mentio literarū obligationis. Resp. Per illa verba figura orationis, intelleguntur formulæ actionum solennes, & superficiosa, quæ hodie sublatae sint, tot. sit. C. de formul. actionum sublatis.

Ad thes. 8. 9. 10.] Primum agendum est de obligat. quæ re contrahuntur, vbi primo se efficit in ordine Mutuum, quod dicitur † quasi ex meo fiat tuum, §. i. quib. mod. re contrah. oblig. l. 2. ff. de reb. cred. Hęc est definitio nominis, sed vera Etymologia esse non videtur, quia conuenit etiam cum donatione, ex qua ex meo fit tuum: Transfertur enim dominium. 21 l. 1. ff. de donat. Respond. In donatione id, quod alicui donatur, † eius manet, nec rursus (nisi ex iusta causa) ad donantem reuertitur. In mutuo autem ita ex meo fit tuum, hoc est, ita transit dominium, vt tamen alia quantitas eiusdem generis & bonitatis redatur in eadem quantitate & qualitate. d. §. i. b. sit. num. l. 2. ff. eod. Originatio igitur mutui commode ad donationem referri non potest. Insto contra datam solutionem, & oppono l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de petst. hered. vbi dicitur donantem donatarium obligare ad remunerandum; Ergo etiam aliquid ad donantem reuertitur. Respond. d. l. 22 sed et si lege. §. consuluit, de naturali obligatione est intelligenda, ex qua † nulla nascitur actio, nullaque petitio datur. Is autem qui mutuam à me accepit pecuniam, mihi ita obligatur, vt nisi quod suum est, rursus meum effecerit, mihi in ipsum detur actio, scilicet certi condicō.

Secundo obiicitur. hoc modo. Etymologia hęc conuenit etiā emtione & venditioni. In emtione enim & venditione, de meo fit tuū & de tuo rursus meū. Resp. Natura emtioneis & venditionis est, vt † emtor quidē faciat accipientis, venditor autē duntaxat ad tradendū obligetur. l. ex emto ff. de att. erat. l. i. de rer. permis. In emtione & venditione datur pecunia, vt res aliqua recipiatur. l. i. ff. de contrah. emt. In mutuo ex vtraq; parte id agitur, vt pecunia detur. Tertio obiicitur. Contractui innominato: Do vt des, conuenire mutuū, Ergo adhuc Etymologia non subsistit. Resp. In mutuo ita ex meo fit tuum, vt & que bonum, in eadem quantitate

quantitate & qualitate reddatur, §. i. quib. mod. re contrah. obligat. vnde dicitur res fungi. 25
bilis venire in mutuū tantum, nō alias res, hoc est, res tales, quæ mutuam inter se functionem recipiant: id autem in permutatione fieri non potest, vbi res nō sunt tam similes, vt discerni non possint, quemadmodum Dominus Borch. c. i. tractatus sui ostendit.

Ad Thes. 11.] Proponitur hic definitio mutui, & dicitur quod mutuum sit \dagger contra-²⁶
ctus. Cui opponitur d.l. Labeo §. contractus. ff. de §. signif. vbi dicitur contractum esse ultro citroque obligationem, sed ex contractu mutui, ab uno latere tantum contractum habetur obligatio. Ergo mutuum vere contractus dici non potest. Resp. supra ad hanc oblicationem est responsum, scilicet in d.l. Labeo, proprie contractū definiri ultro citroq; obligationē. Nam improprie contractus sunt, qui ex uno tantu latere obligationem pariunt, vt est mutuum. Secundo obicitur mutuum contractū esse non posse. Omnis enim contractus habet cōlensum. d.l. 1. §. 1 ff. de part. Ceterum autem est furiosum mutuam pecuniam dare posse. l. si autem furioso. 12 ff. b. tit. num. Nam dicitur quod furiosus habeat conditionem ex mutuo; Ergo contractum mutuum, cum tamen constet furioso nullam esse utilitatem. l. furio-
si. ff. de reg. iur. Et mutuum non nisi inter consentientes fiat. l. si me & Titium. 32. ff. de reb. credit. Resp. negandum est furiosum contractum mutui celebre posse, qui si qui-
rit consensem d.l. 1. §. 1 ff. de part. d.l. si me & Titium. Quod autem dicitur furioso non habere nihilominus conditionem in d.l. si furioso, id de conditione sine causa est accipi-
endum, quia sine causa pecunia furiosi est a pud accipientem, & haec etiā non est ex con-
tractu, nec ex quasi contractu, non ex delicto vel quasi, sed datur ex bono & aquo, id est,
ex alia figura. l. in pr. ff. de oblig. & aff. ut supra dictum. d.l. si me & Titium. 32. Testio ob-
icitur; Mutuum non esse contractum, ex eo, quia potest contrahi inter ignorantes. l. si
condicio. 9. §. si nūmos. ff. de reb. credit: vbi dicitur si nūmos meos tuo nomine debet, veluti
te absente & ignorantie, fieri mutuum. Resp. Negandum est mutuum ibi fieri & \dagger contrahi²⁷
inter ignorantes. Nam quando ego meos numeros vt tu alicui mutuo, tuo nomine
sciens ego contraho, alter sciens accipit numeros. Etiamsi vero mutuatorius à me acci-
piat pecuniam, tamen ego non obligor, & mihi nec obligatio nec aetio requiritur, sed ei,
cuius nomine pecunia datur, mutuo, & hec propter frequentem & quotidianum cre-
dendi usum ita est receptum, vt Ictus. Vlp. in dist. l. certi condicio. §. si nūmos affirmar,
in verb. quotidie credituri pecuniam. Et hanc solutionem Dominus Borch. amplecitur c. i.
de mutuo, aliorum solutione reiecta.

Deinde affirmatur mutuum esse contractum \dagger iurisgent. Cui opponitur l. i. §. 4. ff.²⁸
ff. de contrah. cont. vbi dicitur emtione esse iurisgent. & ideo consensu peragi. Si igitur
mutuum est iurisgent. consensu peragiatur, cum tamen certum sit mutuum non peragi
consensu sed re. §. i. insit. b. tit. Respon. Ictus in d.l. 1. ff. de contrah. cont. non dicit, quod omnia,
qua iurisgent. sunt consensu perficiantur. Sed dicitur ibi de emtione, quod sit iuri-
sistent. & quod consensu perficiatur, sed non omnia ea, qua iurisgent. sunt consensu
perficiuntur. Deniq; affimatur in definitione; \dagger quantitatem datur & quantitatem re.³⁰
stitui. Cui opponitur l. in summa §. §. insumento. ff. de condit. indeb. vbi dicitur in stru-
mento indebito soluto, & bonitas est, & si trumentum constat, prater ea repetit. Vnde
videtur dicendum trumentum non esse quantitatem, quod tamen: statim imp. lu-
kin. in d. §. insit. b. tit. num. Si enim est quantitas, non pretium sed tanu nō preii
condiceretur. l. quod indebitum. 7. ff. de condit. indeb. vbi dicitur quod indebitum solvi-
tur aut ipsum, aut tantundem repetitum, quod recipiens bona fide id cen-
sumbit, & idecirco tenetur tantum in id, in quo est factus locupletior. Resp. Ideo id
in dist. l. in summa §. in strumento, reperitur, vt si affimatio strumenti crevit, ron-

tenatur reddere tantundem, ne damno efficiatur, sed satis est si reddat pretium.

Ad Thes. 12.] Diuisio mutui hic proponitur. Sed obiicitur tale argumentum. Diuisio debet cum definitione conuenire; Haec non conuenit; Ergo diuisio haec nulla ratione probari potest. Minorem probo, quia mutuum, quod ex post facto conciliatur, non conuenit definitioni, quia in eo mutuo non statim ab initio contrahitur mutuum sed consumtione ex post facto accedente. Respon. Definitio mutui utriusque speciei conuenit. Nam in mutuo, quod consumtione conciliatur, funguntur esse omnia realia mutui ab initio. Quia sicut tantum operatur, quantum veritas in altera specie. Fingit enim lex pecuniam fuisse dantis, & eam accipientis consensu esse factam. Vnde vere est mutuum, & quamvis id quod nostrum est, vere & naturaliter sine facto nostro ad alium non transeat, id quod nostrum est. ff. de reg. iur. tamen sicut transit, ut hoc casu. Atque ita succurritur & consulitur ei, cuius pecunia est consumta. Secundo obiicitur l. 2. Cod. se est. pet. ibi tuam pecuniam meo nomine credidi, eamque mihi reddi sum stipulatus. Hic numeratione pecunia non contrahitur mutuum, quia aliena pecunia donatione mutuum non contrahitur, cum nummi accipientis non fiant stipulatione, tamen mutuum constituitur. Ideoque condicione mihi competit, & stipulando mihi ius obligationis quiesciui. Respon. Stipulatione, non constituitur mutuum, nec mutuum ibi stipulacione conciliatur. Nec is qui tuam pecuniam suo nomine credit stipulando pecuniam sibi reddi, sibi conditionem ex mutuo acquirit, sed conditionem ex stipulato. Tertio obiicitur. Non tantum consumtione conciliari mutuum, sed etiam vnu copiose: Si enim mutuo acceptos munmos alienos ignoranter à me non dissipasti, sed per triennium apud te retinuisti vnu capione dominus numorum es effectus. §. 1. supr. de vnu cap. Unde condicione ex mutuo competit mihi ad versus te. argumento l. se alienum rem. ff. de mort.

33 causa donat. Respond. Plures sunt modi conciliandi mutuum quam consumtio. Est enim vnu capio, est quoque solutio. l. si alieni nummi ff. de solut. In omnibus tamen modis ex post facto conciliatur mutuum. Vnde vera manet diuisio mutui, quod aut ab initio contrahitur vel ex postfacto conciliatur: Reliqua apud Borch. cap. 2. vide.

34 Ad Thes. 13.] Mutuum dare possunt omnes, tamen qui dominium & liberam suarum rerum habent administrationem. Cui obiicitur l. 2. 6. & l. ff. de reb. credi. vbi dicitur quod filius fam. & seruus dantes nummos peculiares obligent, vnde mutuum contrahunt, cum tamen liberam non habeant administrationem. Imo filius fam. & seruus non sint domini nummorum peculiarium. Quicquid enim filius peculii nomine apprehendit, id statim pater eius possidet, quamvis ignoret potestate filium suum esse. l. quicquid. ff. de acquir. posse. & quod acquirunt illi, qui in aliena potestate sunt, confessim acquirunt ei, cuius in potestate sunt. l. placet. ff. de acquir. hered. Resp. ICtus in d. l. 2. §. 6. & l. se ipsum explicat, & soluit dicendo filium fam. & seruum nummos tamen peculiares mutuo dare posse ex coequo contraetu obligati. Id enim tale est quale si voluntate mea seruus vel filius fam. det pecuniam. Nam mihi actio acquiritur, licet mei nummi non fuerint. Et ipse filius fam. vel seruus mutuum contrahunt, cum ipsorum sint nummi conuenientibus qua si oculis domini vel patris quemadmodum de seruo dicitur. in l. 4. ff. de manumis. Deinde obiicitur l. principaliib. 32. ff. de reb. credi. vbi dicitur praesides prouinciarum, eosq; qui circa illos sunt, non posse nego: iari nec mutuum pecuniam dare, serenusq; exercere, idq; caueri principalibus constitutionibus. Hi tamen dominiorum suarum rerum habent, & liberam administrationem. Ergo thesis falsa est. Resp. Ideo illi fenus non exercere, tamen nec mutuum pecuniam dare possunt, ne potestate sua summa, qua in prouincia funguntur fac ile abutantur, & à prouincialibus vi & metu aliquid exprimant, vel extorquent, & facile hoc facere possunt praesides,

des, cum non diu regent, & tempore finito rursum ex prouincia discedant. *I. 3 ff. de eff. presid. prouinc.* Oficiales autem praesides prouinciarum, quia per se ipsi sumuntur ad pecuniam dare & scenebrem exercere possunt. Inst. ex d. l. praesides. 34. §. & ff. ced. m. Vbi dicitur quod praesides prouincia sumere possit pecuniam mutuam scenebrem: Ergo ex natura correlatiuorum etiam dare mutuam pecuniam potest. Resp. Argumentum a relatu hic locum non habet, quia mutuam pecuniam dat, qui ea carere potest. At accipit quis mutuam pecuniam, qui inopia laborat, & egestate premitur. Si igitur praesidibus provincialibus non licet mutuam pecuniam sumere, inopiae subsidium illis auferretur, quod admodum esset iniquum. Dum igitur eo casu prudentes legum latores bene de praesidibus sperarunt, concenserunt, ut mutuam pecuniam sumerent; non autem ut mutuam pecuniam darent. Sumtio enim pecunia est inopiae leuzamen. Datio non item. Contra datam solutionem 37 obiicitur *I. quisq. 16. C. si cert. pet. vbi colligitur praesidem puniri, qui mutuam pecuniam sumit.* Resp. ibi collectarius honoris premium dedit ambienti, hoc est, ambienti honore, huc magistratum emerit. Hic & collectarius, qui donodat pecuniam mutuam & iudex siue magistratus, qui pecuniam mutuam sumvit, eaque honorem emit ex illo pena plectitur, id est, relegatur. Vterq; enim peccauit, & ad hunc casum, in d. l. quisq;, respicitur.

Ad Thes. 14. 15.] De mutui obligatione pupilli & quatenus quævis obligatio in cum cedat in lib. 1. latet dictum fuit. Vnde hæc huc referuntur, & alias hæc Dominus Borch. hic c. 3. luculenter ex Cuiacio & aliis explicat.

Ad Thes. 16. 17. 18.] Mutuum consistit in rebus fungilibus, pondere, numero & mensura constantibus, hoc est, in quantitatibus, quæ eadem qualitate in eodem genere & materia redduntur, actione ex mutuo seu conditione posita. Sed quod dicitur in mutuo quantitatem in eodem genere restituti, ei obiicitur. *I. vinum. 22. ff. de reb. credit. vbi vinum mutuo datum fuit, & vinum non solvitur sed a estimatio.* Resp. In mutuo semper id agitur ut quantitas in eodem genere restituatur, id quod constat ex d. l. 2. in pr. k. sit. 38 num. Et vinum quod mutuo datum est, positum est, per iudicem, iudicis postea officio fit a estimatio in estimationem, idque ex autoritate officii iudicis venit. *Wesemb. b. tit. num.* respondit hoc modo eum obrutissime aetori a estimacionem vini & actionem a estimationem ablata non respicere & ideo alius pro alio dari. Secundo obiicitur tale argumentum. 40 Mutuum repetitur certi condicione. *d. l. certi condic. g. b. tit. num.* At genus est incertum. *l. cum incertus. ff. de leg. at. 1.* Ergo in mutuo non id agitur ut idem genus restituatur, quod genus idem interpretatur Iustin. eandem qualitatem & naturam. *dit. g. b. sit. num.* Resp. vulgo ita respondeatur genus esse incertum quo ad petitionem. Certum autem quo ad solutionem. Ex plurimis enim vinis vnum eiusdem bonitatis & naturæ est redendum.

Ad Thes. 19.] Affirmatur in mutui datione oportere dantem esse dominum. Cui obiicitur. *l. nam et si sur. 13. impr. & §. 1. ff. de reb. credit.* Vbi dicitur conditionem ex mutuo nasci credendo numeros alienos seu furtuos. Fur autem non est dominus numerosum. Igitur fallax est thesis. Respon. Mutuum non statim ab initio contrahitur, si sur numeros credendi animo dat, ut dicitur in *l. nam esse sur*, quia nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet. *l. nemo. ff. de reg. iur.* Conlumentis numeris nascitur conditione, & mutuum conciliatur consumzione dum ex Dd. sententia omnia habilia & necessaria mutui tum ad sint, singulitatem fuisse dominus & fecisse numeros accipientis. Insto, contra datam solutionem. *ex l. itaque fullo. 12. §. 1. ff. de sur.* vbi dicitur. Quod nemo ex improbitate sua consequi debeat actionem. Ergo nec hoc casu ex consumptio- ne sur potest habere conditionem, cum dolus & calliditas nemini debeat patrocinari & fructum

fructum dare. *l. pen. C. de legat.* Resp. Regulae eiusmodi multæ sunt, sed est descendum, furem delinquare quidem & dolose ac improbe agere, dum alienam pecuniam surripit, nec catenus consequi debet actionem, verum duin t̄ fur credit furtiuam rem, non delinquit, & alias contrarium concursus impediretur. Secundo obiicitur *l. singularia.*

15. ff. de reb. credit. vbi dicit *ICtus*, si tibi debitorem meum iussero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis meos nummos non accepis. Ergo mutuum contrarii potest, quamvis dans mutuo dominus non fuerit. *Resp. d. l. singularia ita est intelligenda:* Cum debitorum meum tibi video dare pecuniam, pecunia videtur mihi data, & à me ad te profecta.

44 Hic enim breuē quandā singimus manū. Duplex enim apud *ICtos* est t̄ manus, breuis & longa Brevis manus est, cū debitori meo accepta fero pecuniā, ea lege vt mulieris illa pecunia sit, siue debitor mulierē vxore duxerit siue non. *Hic mulier breui quadā manu videtur accepisse, & marito suo dedisse.* *l. licet. ff. de iure dor.* Eodē modo breui utimur manu, cum debitorem meum tibi iubeo dare, pecuniam, quia illico pecunia mihi videtur data à debitore meo, & à me ad te profecta. *d. l. singularia.* Longa manus est, cū pecuniā mihi debitā debitor cogitur in cōspectu ponere, tū debitor liberatur, & mea incipit esse pecunia, eiusque & longa quasi manu mihi reddita existimat. *l. pecuniā. ff. de solutionib.* Et ex duplice illa manu duplex sequitur traditio, vera, q̄ sit longa manu, & infecta, q̄ sit manu breui.

Ad *Thes. 20. 22. 23*] Haec tenus de primo contractu, quo re contrahitur obligatio, sicut dictum. Nunc etiam de secundo, videlicet indebito erit agendum. Qui enim per t̄ errorē soluit non obligatur. Error hic non est iuris, qui neminem excusat. *l. 9. ff. de iur. & facti ignorant.* Nam si quis sciens soluit indebitum donare videtur. *l. cuius. 34. ff. dereg. iur.* Error igitur facti tantum repetitionem indebiti soluti parit non iuris. *l. cum quis. 10. C. de iur. & facti ignor. l. error. 9. C. ad l. Falcid. l. 7. C. de condit. indeb.* Sed ei quod dicitur per indebitum esse obligationem, & quod hic inter contractus refertur indebitum. Obiicitur *§ item is cui infra de oblig. qua quasi ex contractu nasc.* vbi indebiti solutio inter quasi contractus refertur, & idem Iustin. Imp. hic affirmit, vt in thesi affirmatur. *Resp. In-46debiti solutio test contractus, & etiam est quasi contractus.* Contractus est, cum quis indebitum sic soluit, vt si appareat esse indebitum reddatur, *l. 2. in pr. ff. eor. de condit. indeb.* Quia etiam referenda puto, *l. si in aream 33. ff. d. tit.* vbi dicit Julianus, euin qui non debitam pecuniam soluit, hoc ipso aliquid negotii gerere, hoc est, contrahere, vt ibi praecedens & sequens propositio ostendit, quemadmodum accipitur illa phrasis, *in Lincom- midto 17. § scilicet autem, vers geritur ff. commisit. W. celenb. in §. is quoqz. h. tit. & in d. §. si- tem is cui:* existimat rationem causæ & finis, hoc est, consensus eiusque qui agitur non esse contractum sed quasi contractum, sed respectu effectus, hoc est, obligatione ex datione & captione rei orta, unde inter contractus, qui re cōtrahuntur, refertur. Vnde Iustin. in d. §. item is dicit indebiti solutionem non proprie esse contractum. Ergo innuitur aliquo tamen respectu esse contractum. Et hoc Iustin. *in fine huius §. quod habemus in thesi. 22. 23. ita optime conciliat.* Non est plenus & proprius contractus, quia tantum rei interuentu opus est. Videtur quidem esse contractus, sed abest tamen verus consensus, cum magis distrahaenda quam contrahenda obligatio causa faciat quid qui soluit indebitum. *l. ex maleficio. §. is quoque. ff. de ob. & att. Mynsing. in d. §. item is cui.*

47 Instat D. Onellus in comment. ad Codicem de condit. indeb. Solutionem indebiti esse contractum simpliciter nec esse quasi contractum. Et quidem primo habet *d. l. 2. & d. l. §. in aream 33. ff. de condit. indeb.* vbi nominatur solutio indebiti contractus. *Resp. etiamsi id ibi fiat, tam non h. §. 11. & d. §. item is dicitur etiam quasi contractus.* II. Argumentum Hugon. D. Onelli tale est: Perpetuo est cōuentio & contractus, quia qui indebitū soluit, hoc

hoc errore soluit, quia debet: seu ob hanc causam soluit, quia debet. Hæc causa pro conditione est: Itaque cum indebitum tibi soluo, perinde est, quasi ita soluam. Soluo quia debitum est, hoc est, si debitum est. Quod quis autem sub conditione alicui dat, sub contraria conditione nō dare intelligitur: Et e conuerso, quod quis sub conditione accipit, sub contraria conditione non videtur accipere, quemadmodū q̄ sub conditione adimitur, adimitur seu non datur, id sub cōtraria cōditione dari intelligitur. *l. quib. dict. §. 2 in fin. l. aliquando. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* Est itaq; indebiti solutio cōuentio & quidē conditionalis cōuentio. Resp. Causa illa, ob q̄ indebitum quis soluit, non est pro conditione. Nam aliud est si ita soluā, soluo quia debeo. Aliud item est, si ita soluā, soluo si debitum est, & nemo non id videt aut intelligit, imo illa causa neq; pro expressa neq; pro tacita est. Pro expressa conditione non est, quia probatio non egit; neq; est pro conditione tacita; Qui enim soluit indebitum, non cogitat quidem de hanc conditione, sed torus est in distrahenda quasi obligatione. Nec qui indebitum accipit, hujus conditionis vel tacite meminit. Cum igitur nec tacite inter soluentē indebitū & accipientē indebitum agatur de tali cōditione, indebiti solutio cōuentio de constitūēda obligatione esse nequit.

Teitio Donellus arguit solutionem indebiti esse contractum hoc modo. Qui soluit indebitum, aut soluit eo animo, ne obliget accipientem, aut soluit eo animo, vt obliget accipientem: sed non soluit eo animo, vt non obliget accipientem. Nam si hoc animo indebitum solueret, sequeretur nullam ex indebiti solutione obligationē nasci, nulla namque numeratio obligationem parit, vbi id agitur, vt qui accipit, nō obligetur. *l. non omnis. ff. sciri. pet.* Siquidem igitur ex indebiti solutione obligatio oriatur, necesse est soluentem indebitum eo animo soluere, vt obliget accipientem. Resp. Neganda est huius argumenti propositio disiecta. Nam qui indebitum soluit, tēo animo soluit, vt distrahat ob. *l. 48* ligationem, non vt obliget accipientem, vt Iustin. hic & Caius in *l. si quis* §. *§. ii quoq;. ff. de ob. &c. aff. docent.* Non minus tamen hinc nascitur tacita obligatio. *l. is quis* 13. §. *2. ff. commodatis.* Ex quibus intelligitur ex indebiti solutione obligationem nasci, licet non agatur, vt obligationis vinculum accipienti iniciatur. Nam hæc obligatio ex bono & aequo est in *l. summa* 65 §. *quod ob rem. l. hac conditio. 66. ff. de condit. indeb.* Nec etiam ex d. *l. non omnis. ff. dreb. credit.* satis probat Adversarius quod nulla obligatio numerationi pariat, qua id agitur, vt qui accipit nō obligetur, pro sententia autem d. *l. non omnis. tenenda, sciendum est, certum esse genus contractum, quod rei traditione seu pecunia numeratione nō solo consensu obligationem constituit.* Vnde queritur, anne *l. tradita* *l. 49* siue numerata pecunia continuo accipiens omnino obligatus dicatur, vt statim conueniri quadam actione possit? Et respondendum est aut. pure pecunia numeratur, aut numeratur pecunia ita vt obliget accipientem, si conditio aut quidam casus constituit, aut dies quidam venerint, priori casu ipsa obligatio statim obligat accipientem, posteriori casu vero non obligat statim accipientem ipsa numeratio pecunia, sed si casus in quena collata est obligatio extiterit, vel dies in quem collata est obligatio, venerit, & hæc est sententia d. *l. non omnis. ff. dreb. credit.* Quapropter male ex ea assertur nullam numerationem parere obligationem, quia id agitur, vt qui accipit, non obligetur. Verum quidem est illam numerationem non parere obligationem, qua id agitur, ne accipiens obligetur, si scilicet inter soluentem & accipientem hoc tacite vel expresse agatur, ne quis casu illo obligetur, veluti cum quis animo donandi alicui simpliciter pecuniam & parce, numerat, sed inter soluentem indebitum neque expresse neque tacite agitur, ne accipiens vlo casu obligetur, sed tantum agitur, vt obligatio dissoluatur alias siquidem donares soluens numeratam pecuniam, obligatio tacita non oriretur, nec coadi-

tio locum haberet. l. cū per errorem ff. de reg. iur. l. cum ancillam. l. si repetendi. C. de condit. ob causam datam.

50 Ad Thes. 21.] Pupillus sine tutoris autoritate † mutui datione nō obligatur, hæc conditio ex æquo & bono est introducta. l. hæc conditio 66 ff. de condit. indeb. & nequidem iure naturali obligatur acceptance mutui, vt hic & l. pupillus. 59 ff. de ob. & act. quemadmo- dum lib. 1. dictum fuit ad materiam autoritatis tutorum in sexta disputatione. Et quod in mutuo procedit, etiam indebito soluto locum haberet, ex qua pupillus non obligatur, sine tutoris autoritate. l. oblig. ff. de auctor. tutor. Si tamen factus est locupletior pupillus ex indebito soluto tenterit. l. in pupillo. 43 ff. de solut. Nam natura æquum est neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem l. nam hoc 14 ff. de condit. indeb. l. iure natura. ff. de reg. iur. id quod etiam alias obtinet, quemadmodum lib. 1. dictum satis fuit.

DISPUTATIO XXV.

De commodato, deposito & pignore.

CONTINVATIO.

Dictum fuit superiori disputatione de mutuo & precario contract. quibus re contrahitur obligatio: nunc igitur de reliquis etiam videbimus.

Thesis 1. Re quoque obligatur is, cui res aliqua vtenda datur, hoc est, commodatur, §. is cui res. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. is quoq; cum rem a- liquam. ff. de ob. & act.

2. Commodatum est contractus. l. contractus. ff. de reg. iur. jurisgentium, §. ius autem gent. supr. de iur. naturali gent. & civ. l. iurisgent. 7 ff. de pact. quo res ali- quia ad certum vslum, ad differentiam precarii Mysl. in l. in commodato 17. §. sicut. ff. commodati. Conceditur gratis, ad differentiam Locat. d.l. 17. §. sicut. §. item si cui. b. tit. num. Ea lege vt finito vslu, commodanti restituatur. d.l. 17. §. sicut. l. rem mihi 21. ff. eod.

3. Et quidem hinc patet requiri in hoc contractu, vt ex conuentione par- tium. l. 1. ff. de pact. res alicui tradatur, ita vt dominium & possessio rei apud commodantem maneat. l. 8. cum seq. ff. cod. l. 1. ff. de ob. & act.

4. Ad hæc requiritur, vt res ad certum vslum modo & fine definiendum concedatur. d.l. 17. §. sicut. ff. eod. quo non obseruato, dolo malo, furtum com- mittitur, §. sed eis credat, infr. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. inter. 46. §. recte. ff. defurt.

5. Denique gratuitum sit commodatum, nullaque merces interueniat. dict. §. is cui. in fine b. titul. l. 5. §. nunc. videndum. & dict. l. 17. §. sicut. ff. eod.

6. Hinc satis nunc apparent diuersam esse rationem in mutuo, vbi trans- fertur

fertur dominium. §. h. tit. num. l. 2. ff. de reb. cred. Et in locatione ybi merces interuenit, toto tit. inf. fr. de Locut. & conduct.

7 Deinde in mutuo præstatur casus fortuitus. d. §. item is h. tit. num. At is qui vtendum accepit, exactam diligentiam tenetur præstare, si modo alius diligentior poterat eam rem custodire, non autem fortuitum casum, dict. §. itemis, dict. l. 5. §. custodiam. l. 18. in princ. ff. eod. d. l. 1. §. & ille. ff. de oblig. & act.

8 Commodare potest paterfam. filiusfam. & seruus. l. 3. §. filiosfam. h. tit. Et quidem rem propriam vel alienam. l. commodare. 5. ff. eod. Corporalem vel incorporalem. d. l. 1. §. pen. ff. eod. & ibi gloss. Barto & Bald. Schneidwein in d. §. item is qui num. 11.

9 Oriuntur ex contractu hoc, duæ actiones directæ & contraria commodati. dict. §. item is. h. tit. num. Rubr. tot. titul. h. titul. Cuiac. in parat. Cod. b. titul.

10 Præterea & is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur. dict. §. præterea. h. titul. dict. l. §. is quoque apud ff. depositi vel contra.

11 Depositum est contractus iurisgent. d. l. contractus. ff. de reg. iur. d. §. ius autem gent. supr. de iur. naturali gent. & civ. d. l. 7. ff. de pact. Quo res gratis custodienda alicui datur. l. 1. in princ. h. tit. dict. l. 1. §. is quoq. ff. de ob. & act. dict. §. præterea.

12 Et in hoc contractu similiter dominium nec possessio ad deposita rium transfertur. dict. l. 1. §. est autem. l. licet 17. §. 1. ff. eodem. l. offici. ff. de rei vindic.

13 Res etiam tales deponuntur, quæ sub custodiam cadunt propriæ vel alienæ. l. bona fides. 31. §. 1. ff. eod.

14 Sequestratio etiam species depositi est, cum plures rem, de qua controversia est insolidum apud sequestrum deponunt ea ut plurimum lege vt finita lite victori eam restituat. l. sequester. ff. de verb. signif. l. proprie. 6. h. titul.

15 Et in hoc contractu præstatur, dolus tantum, non etiam culpa, & quilibet suæ facilitati imputet, qui patum diligenti amico aliquid custodiendum tradit. dict. §. præterea. h. titul. dict. leg. prima, §. vltim ff. eod.

16 Nascitur ex deposito duplex actio directa & contraria. Rubr. Digest. depositi. dict. §. præterea. h. tit.

17 Creditor quoque qui pignus accipit, re obligatur, §. vlt. h. tit. d. l. 1. §. creditor. Digest. de ob. & act.

18 Pignus est contractus. d. §. vlt. d. l. 1. §. creditor, quo res aliqua maxime mobilis pugno, (vnde pignus dicitur. l. plebs. ff. de verb. signif.) seu manu credi-

tori traditur ob crediti restituendi fidem. l. 9. §. proprie. ff. de pignor. act. §. item. Scruijan. de action. infra.

19 Et quia pignus utriusque gratia datur, & debitoris, quo pecunia magis ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam creditor adhibeat, fortuitum casum praestat. dict. §. creditor. l. si cum tenderet. 12. ff. de pign. act. l. 4. 5. 6. 7. 8. C. eodem.

20 Oritur ex hoc contractu pignoris actio pignoratitia. tot. tit. ff. de pignor. tot. d. §. creditor. b. tit. num.

Corollarium. Obstatiorum obligationes speciem quandam carceris seu oppignorationis habentes, vulgo die Leistungen in Germania frequentes, iure diuino, naturali & ciuili interdictas & illicitas esse putamus, per l. qui filios. 6. C. quares pign. oblig. passet, vel non. l. pacta. 6. C. de pact. Andr. Gail. obseruat. lib. 2. obseruat. 45. per tot. & in tract. singul. de arrestis Imperii. cap. g. num. 15.

DISPUTATIONIS XXV.

De commodato deposito & pignore, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Commmodatum est contractus iuri gentium.
- 2 Res in commodatum venientes que sunt.
- 3 Commmodatum quomodo à mutuo differat.
- 4 Commmodatum quomodo differat à precario.
- 5 Precarium cur interdum contractibus annumeretur.
- 6 Constitutiones de precario cur actionem pariant.
- 7 Commmodatarius qualem culpam præstet.
- 8 Precarium latam saltem culpam præstet.
- 9 Commendare que perso a possit.
- 10 Dispositum est contractus bona fidei iuri gentium.
- 11 Dominium & possessio in deposito non transfertur ad depositariorum.
- 12 Sequestratio quid sit, & quid in ea spectandum.
- 13 Dispositorius & latam culpam præstare tenetur.
- 14 Culpa latae est dolus.
- 15 Dispositorius & mandatarius multum differunt.
- 16 Pignus cur inter contractus referatur.
- 17 Pignore an tantum res mobilis tradi possit.
- 18 Pignus & debitoris & creditoris gratia datur.
- 19 Culpa vocabulum in pignoris præstatione, quomodo accepitendum.
- 20 Creditor non præstet easum fortuitum.
- 21 Obstatiorum obligatio an concessa & permissa sit,

Ad thes. 1. 2. 3. 4. 5. 6.] Dicatum est de mutuo & precario contractibus, qui re perficiuntur: Nunc etiam de cūmodato, deposito & pignore erit agendum. Cūmodatū vero est t̄ contractus iurisgent, quia consensum habet, cum quilibet contractus contentum habeat, l. 1. §. 1. ff. de pali. datuīque eo res ad certum vsum gratis, hoc est, absque pretio. Est enim commodare magis officii & utilitatis quam necessitatis, l. incommodato. 17. **S**icut ff. eod. quia nemo cogit alteri commodare nisi ex utilitate quadam propensa faciat. Res autem quæ veniunt in commodatum sunt t̄ res mobiles & res immobiles, quæ 2 solè dicuntur res corporales & incorporales, l. 2. §. 1. ff. cūmodati. Ex autem res quæ vſu consumuntur, quæ dicuntur res fungibles, vt: Oleum, fiumentum, vinum, in cūmodatum non veniunt, nisi forte ad ostentationem l. sed si r. videtur. 7. §. fin. ff. eod. Et in eo t̄ commodatum à mutuo differt, quod in rebus fungilibus consistit, vt 3 supra dictum fuit. Sic in mutuo dominium transfertur, vt supra dictum fuit, non autem in commodato, in quo possesso apud dantem manet, l. 8. cum seq. Deinde dum cūmodatum datur ad certum vsum, vt finito vſu restituatur, certum est cūmodatura plurimū differre t̄ à precario, quod est, cum precibus perenti vtendum quid conceditur tam dia, 4 quamdiu is qui concessit, patitur. l. 1. & tot. sit ff. de precario. precarium enim quis reuocare potest, quando vult l. 2. §. & natus alem. ff. eod. & licet in longum tempus precarium concedatur, repeti tamen etiam post annum potest l. quasitum est. 8. §. interdictum hoc. 7. ff. de precario. Secundo in genere differunt precarium & cūmodatum. Cūmodatum namque est contractus, l. contractus ff. de reg. iur. l. Labco. ff. de Verb. sign. precarium autem non est contractus, sed similitudinem contractuum habet, d. l. i. in fin ff. de precario. l. interdictum. 14. ff. de precario. Nec obstat d. l. contractus, vbi inter t̄ contractus precarium refertur, quia hoc non ideo fit, quod sit contractus, sed quod quandam similitudinem habeat cū contractib. & dolum tantū recipiat, vt Depositum, quemadmodū in d. l. contractus. in princ. expresse traditur. Sed obiicitur contra datam solutionem l. 2. ff. de precario. vbi de precario præscriptis verbis datur actio, quæ actio nascitur ex contractu innominato l. 2. & tot. sit ff. de præscript Verb. Resp. Constitutiones de precario t̄ dant illam actionem. nō 6 quod precarium si contractus, sed quod simile sit contractui scilicet cūmodato. d. l. i. ff. fin. ff. de precario. Cuiac. in paratit. C. h. tit.

Ad thesin 7.] Affirmatur in illa thesi 7. Cūmodatarium, hoc est, eum qui cūmodatum accepit, præstare exactam diligentiam, si modo alius diligenter poterat eam rem custodire. Exacta autem diligentia opponitur leui culpæ: Ergo t̄ leuis culpa tantum prestatatur, vnde etiam in l. 5. §. custodia. ff. eod. dicitur cūmodatarium præstare custodiā diligentem. Cui nunc valde opponitur l. in rebus. 18. in prin. ff. cūmodati. vbi dicitur cūmodatarium tantam præstare diligentiam, quantam præstat diligentissimus quisque patr. famili. Ergo leuissimam præstat culpm & non leuem. Hottoman. hic affirms Argentinensem Codicem aperte habere exactissimam scriptum, quæ lectio etiam expresse constat ex l. 1. §. & ille. ff. de oblig. & act. Deinde in fine huius §. mediocris diligentia exacta dicitur, quæ leui culpæ opponitur; Positivum igitur pro Superlativo esse possumus affirmamus. Ratio autem quare in cūmodato exactissima requiratur diligentia, & præstetur culpa etiam leuissima hæc est, quia celebratur potissimum gratia accipientis solius, ideo venit in eo dolus, culpa leuis & leuissima. Sed obiicitur latius d. l. si Et certo. §. interdum. ff. cūmodati. (l. sicut certo. §. s. nunc videndum. ff. depositi.) vbi dicitur vtrumque gratia dantis & accipientis fieri posse cūmodatum. Respond. Additur particula Interdum, quia indicatur speciales eos casus esse, & si in cūmodato versatur, vtriusq; de dolo tantum quis conueniri potest. d. l. si Et certo. §. interdum. velut si quis cūmodat sponsa suæ vel

xori, quo honestius ad se duceretur, vel si quis ludens prator amicis commodauit.
 Deinde opponitur l. quasitum. §. cum quoq. ff. de preario, vbi dicitur in preario tantū dolū
 p̄stari, et si tantū fiat gratia accipientis. Ergo & in cōmodato id fieri debet, quamvis tamē
 in d.l. q̄ situm, §. cum quoq., dicatur in cōmodato dolum & culpā p̄stari. Resp. In preario
 tantū dolus & latra culpa p̄statur, ideo quia id pender ex liberalitate eius qui preario
 concessit; deinde potest recipere precatum is, qui concessit, quovis tempore, quæ solutio
 in d.l. quasitum. §. cum, non obſcure indicatur. Tertio videtur dicendum, quod etiam ex
 conuentione dolus non possit p̄stari, per l. i. C. depositi. cum tamen constet ex d.l. contra-
 ctus, ff. de reg. iur. effici non posse, quin dolus p̄stetur, cum pacta contra bouos mores nō
 valeant, & quæ ad delinquendum inuitant l. pacta. 6. C. de p̄st. Resp. ad d.l. i. C. cod. quod
 attinet illa verba, si non aliter, ſpecialiter conuenient, non ad dolam, ſed ad latram culpam
 ſunt referenda: vel ita ſunt intelligenda; vt dicamus dolam ſolum & latram culpam p̄stari,
 si conuenient ut & leuis culpa, & etiam caſus p̄stetur; alias enim regulariter caſus for-
 tuita, in cōmodato non p̄statur, cui reſili non potest, puta mortis, &c. per d. l. s. §.
 qui vero d. l. 18 in princ. ff. cod. l. i. C. cod.

9 Ad thes. 8. 9.] Quilibet t̄ potest cōmodare ſiue ſit paterfamilias, etiam
 ſcēns, & quide in tein propriam vel alienam, inſcius tamen alienæ rei cōmodatum quis
 contrahere potest. Nam ſi ſcēns id facit furuum committit, qui habet tamen ex cōmo-
 dato actionem, quam recte faciat, dum coartačtum hunc celebrat: male autem faciat, dū
 furuum committit. De actionibus ſuo loco videndum erit.

10 Ad thes. 10. 11. 13.] Re quoque obligatio contrahitur in depoſto, quod t̄ eſt coartačtus,
 & quidem bona f. iei iuriſigent. vt in tis. de aſt. inf. latius dicitur, quo res aliqua gratis a-
 liui custodienda datur, & has res vel proprias eſſe vel alienas nihil refert. Sed obicitur l.
 2. §. ſi in re depoſito. ff. vbi honor. r. ſpor. vbi dicitur premium depositionis eſſe dandum: Merces
 autem dicūtur premium, quod dabatur, & peti potest. Non igitur gratis ſit cōmodatum.
 Resp. Quādmodum mandatum eſt gratuitum & tamen honorarium vel remuneratio-
 nem accipit, vt infra de mandato diceimus: ita & depoſitum recipit quād honorarium,
 non quād mercedem, quādmodum in d.l. 2. §. ſi in re adiicitur

11 Ad thes. 12. 14.] Affirmatur in depoſito t̄ nec dominium transferri, nec poſſeſſionem
 in depositarium, quia is, cui res eſt, cōmodata, vel apud quem eſt depoſita, non poſſidet,
 ſed tantum tenet, hoc eſt, in poſſeſſione, quem admodum Vip. affirmat, in l. officium. 9. ff. de
 rei viadic. l. licei. 17. §. fin ff. depoſiti & diuersa ſunt habere poſſeſſionem, & eſſe in poſſeſſio-
 ne. Cui opono d.l. licei. 17. §. fin ff. depoſiti. vbi dicitur ſequentia poſſidere, cum tamen
 ſequentia ſit species depoſiti, quemadmodum in theſ. 14. affirmatur. Si eſt species cum
 genere videlicet depoſito conuenire debet, ſcil. in ſequentia non transferri poſſeſſio-
 nem, quādmodum nec in depoſito. Resp. Sequeſter eſt medius quid im inter litigato-
 res, vnde t̄ ſequentia dicitur, cum plures rea aliquam, de qua eſt controverſia, apud Se-
 queſterum deponunt, & in ea poſſeſſio transfertur, ſcil. naturalis. Is eam Sequeſter tum rei
 incumbit, namq; habet cum id agit ea depoſitione, vt neutrius poſſeſſioni ad tempus
 procedat, ciuilis tamen poſſeſſio in ſuſpicio eſt, cumque expeditat qui viator exiſtit. Inſto
 contra datam ſolutionem, ex l. inter eam. 39. ff. de acquir. & eſſe poſſ. vbi dicitur q̄ custo-
 diam tantum habeat ſequeſter. Ergo noui habet poſſeſſionem. Resp. Videndum eſt ſem-
 per, quo animo ſequentia fiat, ſanc ſi ſit cum aliqua conuentione singulari sine dubio
 fit animo transfrēndare poſſeſſionis in ſuſpicio. Si autem ſit conuentio talis, vt custodiat
 tantum rea litigiosam ſequeſter, custodiam ſaltem habet ſequeſter, id eſt, tenet, non poſ-
 ſidet, & ſic putat Welschb. in p. ratit. Cod. num. 6.

Ad thes.

Ad thes 15.16] Agitur in hac thesi quidnam in Deposito praestetur, & affirmatur dolū tantum praestari, non etiam culpam. Cui opponitur l.i.C.eod.vbi dicitur etiā lata: culpa in deposito praestari. Ergo non tantum dolus. Resp. Lata culpa inuoluitur dolo, quia lata culpa dolus est. *L.magna negligentia ff. de ver b sign.* Hanc etiā praestat depositarius. d.l.i.C. eod.l.quod nerua.32 ff. depositi. dolos: est p̄xima lata culpa l.i. fortuito.ii. ff. de incend.ruin. praestatur igitur † in deposito dolus & lata culpa. Secundo obicitur d.l.quod Nerua.32 ff. 13 depositis. vbi dicitur diligentiam etiam praestari in deposito, hoc est, leuem culpā. Ergo non tantum dolus vel lata culpa. Resp. Ibi l.Ctus potissimū non hoc tradit: An dolus sit praestandus in deposito vel culpa: Sed tantum hoc ibi agit, † an lata culpa dolus sit, & dicit q̄ sic, quia prope est dolus, idq; probat tali argumento: Quia is, qui non adhibet talē diligentiam, qualem hominū natura desiderat, fraude non caret: Ergo multo magis is fraude & dolo non caret, qui supinam & crassam negligentiam & ignauiam praestat, & non facit id, q̄ omnes hoēs facile vident; is n.dolo videtur hoc facere. Tertio grauiter obicitur. §.i. infi. de mandato. vbi dicitur mandatū fieri, ob utilitatem plerumq; mandantis, nunq̄ resipicere utilitatem solius mandatarii. l.2 ff. mandati. in mandato tamen praestatur non tanū dolus & lata culpa, verum etiā culpa leuis & leuissima. l.a procuratore. 13. C. mandati. Constantin. Imp. in l.in remand. 21. C.eod. Petrus Faber etiam illam sententiam cum Harmenopolo lib.6.sit. 2. amplectitur. Ergo in mandato culpa nomine non tantum leuis sed etiā leuissima accipitur, in l.4.C mandati. Ergo dum etiam depositum tantum dantis seu deponentis, non accipiens vel depositarii causa fit, Depositarius quoque ad exemplum mandatarii leuem & leuissimam culpam praestet. Resp. Magna est † diuersitatis ratio inter 13 depositariū & mandatarium. Mandatarius, qui alterius negotiorum gerendum suscipit, viderur diligentia & industria suam promittere, quia in gerendo negotio opus est, industria, diligentia & opera. In deposito autem sufficit, vt de pc sitarius de positum recondat. Duarenus in ist ff. & in C.mandati.c.2. Hieronymus Francus in d.l. centrales u. no 28. Manet igitur verum, depositarium tantum dolum & latam culpam praestare, non cul- pam leuem & leuissimam. Et ratio h̄c est, quia tantum gratia deponentis contrahitur depositum. d.l. si s̄ certes. § nunc videendum. ff. commodati. Culpa tamen leuis praestatur interdum, si scilicet mercis accessit, qua tamen est pretium depositionis non quasi mer- ces l. 2. § si is re deposita. ff. de vi bonorum sator. Deinde si hoc ab initio conuenit d.l. si s̄ certo. § nunc videendum. ff. corrum.commodati. Aut si quis se deposito obiulit. l.ope exenit. 35 ff. depositi. De actionibus depositis infra in ist.de actione agemus.

Ad thesin 17.18.] Pignore etiam re contrahitur obligatio. Est autem † pignus con- 16 tractus, cum habeat conuentionem cum rei traditione & interventu, quo res maxi- me datur, pugno traditur, et crediti restituunt fidem. Sed obicitur l. nomen. 4. C. qua res pign. oblig. possunt. vbi nomina qua inter immobilia connumerantur, veniunt in pignus. Ergo fallum est in pignus cadere mobilia. Respond. Non dicimus simpliciter pignore tradi rem mobilem temper, sed adiiciimus particulam (Maxime) quasi dicatur potissimum tradi rem mobilem, quoniam tamen inde aperte relinquatur etiam rem † mo- 17 mobilem in pignoris traditionem venire, & tum illa traditio non est vera traditio, sed quasi traditio nuda premissione & patientia facta. Et hanc particulam Maxime, Iustin. in §. item Seruiana. infi. de action. etiam retinet: Ergo certum est, vt dicit hic Hoto- man. Iustin. hic agere de mobilium oppignoratione proprie. Pignus enim in spe- cie ita demum proprie transit ad creditorem: Hypothecæ enim nec possessio ad cre- ditorem transit, l.i. in princip. ff. de pignor. actionib. l. plebs. §. pignor. ff. de fideb. non si- gnificat. Et certum est pignus in genere dictum vt adoptio, pignus & hypothec. in contineat

32 D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

continere. d.l.iff.de pign.act. Secundo opponitur d.l.in princ.iff. de pign. act. vbi dicitur contrahi contractum pignoris non tantu n traditione, sed etiam nuda conuentione. Respond. Vlp. in d.l.t. de rei obligatione. Iustin. de Creditoris obligatione & vinculo loquitur: & quemadmodum præsertim de rebus mobilibus non de immobilibus, quæ nuda patientia transferuntur per nudam conuentione. Tertio obicitur contra datam solutionem l.scribida tam. 17. in princ.iff. de pac. vbi dicitur non posse nasci obligationem, nisi quatenus datum sit: Ergo nuda conuentione pignus contrahi non potest. Respond. Ibi ICTus loquitur, in singulari casu tali: si quis alicui dat decem & pacificatur ut virginu debeat, non nasci obligationem vltra decem, inquit ICTus, adiutur postea virginis. Recem non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum est, ergo haec ad illum casum facile trahenda non sint.

- 18 Ad thesin 19. & 20.] Affirmatur pignus vtriusque gratia dari & debitoris, quo pecunia ei magis credatur, & creditoris, quo magis in tuto sit creditum, vnde exacta diligentia requiritur, hoc est, leuis culpa cum dolo & lata culpa præstatur secundum regulam d.l.scrip certo. s.g.nunc videndum. ff.commodati. vbi dicitur in pignore dolum & culpam (scilicet leuem. Sic enim culpæ vocabulum absolute positum accipitur secundum communem Dd. sententiam) præstari, quia vtriusq; gratia contrahitur, dantis scilicet & accipientis. Sed obicitur valde l.scricum venderet. 13. §. Vlt.iff.de pign.act. vbi dicitur venire in actione pignoratitia dolum & culpam vt in commodato. sed in commodato venit etiam leuissima culpa, l.18. in princ.iff. commodati. vt supra est dictum: Ergo & in pignore leuissima culpa venit. Resp. Vlp. ICTus in d.l.scricum venderet. Et l.vlt. affirms quidem in pignore venire dolum & culpam vt in commodato: sed tamen omnino equiparationem instituit, venit quidem culpa scilicet leuis, sed non leuissima, scil. tanta non præstatur vt in commdar. 19 Et haec quorundam est solutio. Mihi autem probabilius videatur dici; ¶ Culpa verbum (litter absolute sit positum) pro lata culpa esse accipendum, habeoque hanc rationem, quia postea affirmatur per particulam: & custodiam eti. um in pignore præstari: iam autem certum est, custodiam culpam leuem absolute positam indicare, nunquam leuissimam, nisi quid addatur, & ICTus Vlp. si acciperet culpam pro leui, bis idem repeteret, & Tautologiam in paucis verbis committeret, quod dici hac ratione non debet. Secundo valde obicitur l.scriberees 25. §. qui columnam ff locati. vbi ICTus Caius tradidit in locatione & conductione teneri quem facere, quæ diligentissimus quisque obseruatus fuisse, & ita significat in locatione & conductione venire & leuissimam culpam, cum tamen locatio & conductio eiusmodi sit contra ius, in quo vtriusque vertitut vtilitas, quemadmodum ICTus Vlp. in d.l.scrip certo. 8. §. nunc videndum. ff. commodati, expresse affirms: Ergo & in pignore. (cum ibi vtriusque vtilitas) culpa leuissima præstari deber. Respond. Ibi Superlatius ponitur propositio, vt etiam in §. qui pro suo. ins. de locat. Et conduct. Alii respondent, textum illum esse intelligendum de casibus, quibus res, quæ exactissimam requirunt & desiderant diligenter, locata & conductæ sunt. Verum illum conciliacionem textus illi & exempla allata ibi nō feru. Fortuitum autem casum regulariter creditor & non præstat, vt hic & d.l.scricum venderet. 13. §. Vlt.iff.de pignor.act. de actionibus infra in ist. de action. agetur.

- 20 Ad Corollarium breuiter.) Obligatio & obstagionum constitutionibus Imperialibus fuit concessa, quemadmodum testatur Andr. Gail. lib.2. obser. obf 45. in princ. ex hoc potissimum fundamento, quod pacta sint seruanda, l.1.iff.de constit. pec. l.1. §. merito, in fine. ff. depositi. Hodie autem constit. publica Imperii sunt interdicta cum clausula, irritantes interdict. Gail. d.loco.nu.6, in fin & quidē ex turis diuini & naturalis ratione, quæ iura scandala,

dala, luxum, abusum in cibo & potu seruare prohibent, cum sit peccatum vivere in deliciis, luxu, & omnium rerum profusione. Deinde naturale est naturae paululum dare, quo sit contenta. Deinde nemo libererus alterius fieri potest, & pro altero obligari. Nec obstat hoc pacta esse seruanda, quia pacta ea seruantur, quæ sunt honesta, non quæ sunt turpia, & inuitant ad peccandum, idq; hoc easu propter excessum sit.

DISPUTATIO XXVI.

De verborum obligationibus vbi & tota stipulationum materia perstringitur.

CONTINVATI O.

Postquam vidimus obligationes ex re descendentes, succedit illud genus obligationum, quo verbis sunt obligationes sicuti illum ordinem Iustin. Imp. amplectitur.

Continuus debet esse actus stipulat. id est, extraneo, acta in
re continua responso, l. continuus 137. in
princ. ff. eod.

Thesis 1. Verbis autem obligamur ex stipulatione in princ. hic, l. i. §. verbis. ff. de obl. & act. Stipulationis verbū à stipulo, id est, firmo deductum, hic in pr. Paul. lib. 5. sent. 7. tit. Isidorus lib. 10. Etymol. idque propterea, quod stipulatio est quasi fulcimentum & accessio obligationum firmandarum obligationum causa sit adinuenta. Paul. d. lib. 5. sent. tit. 7. vel. 8. Varro lib. 4. de ling. Latin.

2 Et stipulatio nihil aliud est, quam verborum conceptio, quibus quis quod interrogatur, daturum facturumve se responderet l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. Vel etiam est contractus l. i. ff. de part. in fin. qui sit per interrogacionem secundum ll. procedentem responsonem sequente in princ. hic. ff. & Insti. eod. necesse autem est, ut fiat congrue & continua responsonem l. i. §. si quis simplicitate. d. l. i. §. verb. ff. d. tit.

3 Olim non nisi certis & solennibus verbis fieri poterat, §. i. hic, unde constat hunc contractum ex iure Ciuali descendere, quod Accursio placet. supr. de iure naturali gent. & ciuil. in §. ius autem gent. sed ista obseruatio verborum est sublata per constitut. Leonis in l. omnes. C. de contrah. & committ. stipulat. & h. §. num.

4 Duæ ex stipulatione prodeunt actiones. Condictio certi, quando certa est stipulatio: Et condictio ex stipulatu, cum stipulatio existit incerta. in pr. hic. Stipulationum quædam certæ, quædam incertæ sunt. l. stipulatio quedam certa l. stipulationum 74. & l. seq. ff. eod. l. scire debuisti. C. de contrah. stipulat. Certa stipulatio quando appetet; quid, quale, quantumque in stipulat. sit deduc-

Etum. l. stipulationum. 74. ff. cod. incerta contra. l. vbi. 75. in princ. & §. 1. ff. cod. unde fallitur Theophil.

5 Porro duplex est stipulatio, vna quae consistit in dando rem: altera quae in faciendo aliquid consistit, illa est incerta, l. vbi autem. 75. §. qui id. ff. cod. proinde incerta in ea tantum spectatur l. vltim. ff. si quis in ius vocatur. l. si panam. 68. ff. b. tit. Quantum autem cuiusque intersit, incertum est, cum alias plus, alias minus intersit. l. 6. ff. de vi & vi armat. in quibus sequimur id quod minimum est, l. sapius supra. ff. de regul. iur. Vnde plerunque id quod interest, in dubio ad exiguum finem deducitur. l. 2. in princip. ff. de verbis. obligat. & in princip. hic, §. vltim. atqui cum factum stipulamur, tum conductit penam adiuvare in defectum eius, quod fieri debet. §. vltim. eodem. Quae in faciendo illa est incerta. l. vbi autem. 75. §. qui id. ff. cod. Proinde interesse in ea tantum spectatur. l. vltim. ff. si quis in ius vocatur. l. si panam. 68. ff. b. tit.

6 Sane tripliciter stipulatio fieri potest: Pure, in diem, & sub conditione. Pura enim stipulatio, quae simpliciter sine dici vel conditionis adiectione concipitur, & petitio statim habet locum. §. omnis stipulatio. b. tit. n. Sed tamen creditor cum sacco promissorum statim adiri non debet. l. quod diuus. ff. de solut.

7 Haec verba, decem auncos annuos quoad viuam dabis, puram inducent stipulationem, & decem confessim peti possunt, huiusque stipulationis obligatio perpetuo durat, sed tamen heredes petendo pacti exceptione submouentur. §. At si ita. b. titu. l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. ff. ecd.

8 Sic cum loca inscruntur stipulationi, pure facta est stipulatio: Attamen recipia subest, & tacite subintelligitur datum temporis, quo comparere ibide possumus. §. loca. b. tit. l. interdum. ff. de verb. oblig.

9 In diem stipulatio dicitur, quae fit adiecto die, quo solutio praestari debet. Hic debitum ante diem nominatim peti non potest, quamvis obligatio statim oriatur. §. omnis stipulatio.

10 Sub conditione fit stipulatio, cum obligatio non statim inducitur sed differtur in aliquem casum. §. sub conditione. b. tit. & interim tamen species est obligationis futuræ, quae transmittitur etiam in heredem. §. conditionali. end. Conditio est triplex: Casualis, cuius euentus ex fortuna dependet & ex sola conditione. Potestatiua, cuius euentus dependet ex voluntate personæ. Mixta, quod ex utroque dependet. l. vn. §. fin autem. C. de caduc. tollend.

11 Veluti si quis ita stipuletur: si in Capitolum non ascendero. Hic obligatio per mortem demuin stipulatoris certificatur, §. si quis ita. b. tit. l. quicquid astringenda. in princ. cod.

12 Conditiones autem intellige hic in futurum tempus concessas: Quæ vero in præsens aut præteritum tempus conferuntur nequaquam suspendūt obligationem, vt traditur in §. conditiones, b. tit. & l. si ita. 120. ff. eod. l. cum ad præsens. cum duabus ll. seqq. ff. de rebus credit. Nonnunquam in præsens tempus concipiuntur, vt si Rex Parthorum viuit. l. cum ad præsens. 37. ff. de rebus credit. interdum in præteritum, vti Si Titius consul fuit: In futurum: Si nauis ex Asia redierit.

13 Possunt autem plures rei stipulandi simul fieri, cum scil. ad omnium interrogacionem promissor respondeat, & hoc casu promissor singulis in solidum obligatur, per solutionem tamen iuri factam liberatur ab oneribus, in princ. & §. 1. de 2. reis stipul. & promitt.

14 Eadem ratione & promittendi, veluti si interrogati singuli singulatim respondeant, & sic in solidum singuli tenentur, vnuus vero soluendo omnes liberat d. t. t. & l. 2. ff. de 2. reis constit. quod hodie solus est ex Nou. 99. vbi constituit iustitia. vt singuli rei in solidum non obligentur, nisi hoc expressum sit.

15 Stipulationes ratione causæ efficientis in quadruplici sunt differentia. Quædam sunt iudiciales, quædam prætoriae, quædam conuentionales, & denique quædam communes tam prætoriae quam iudiciales in princ. & t.s. de diuis. stipul. & l. s. in princ. ff. de verb. oblig.

16 In stipulationem deduci potest omnis res, quæ est in commercio. in pr. de inutil. stipulat.

17 Inutilis autem stipulatio multis modis efficitur, veluti si res in stipulationem deducta non sit in rerum natura. §. 1. de inutil. stipulat. vel alias non sit in commercio hominum. §. idem iuris. Instit. eod. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. eod. titulo.

18 Et quamvis stipulatio ab initio subsistat, si tamen postea sine facto promissoris, in aliquam harum causam deuenierit, inutilis propterea efficitur. §. item contra. eod.

19 Item inutilis est stipulatio, quæ in extraneum confertur, §. si quis alium & seqq. §. alteri 29. eodem. l. stipulatio ista habere licet. §. alteri. ff. codem. nisi vel pena adiiciatur, d. §. alteri. & d. l. stipulatio. §. !alteri: vel dicatur se effectum ut id datur vel fiat, d. §. si quis alium. vcrf. quod si.

20 Quod vtique rarum est, si nihil interfit stipulatoris fieri, quod aiii stipulatus est, nam si ipsius interest valida erit huiusmodi stipulatio §. sed & si quis, hoc titul. dicta l. stipulatio ista. §. si stipular. hoc titulo.

21 Itaque quando sibi & extraneæ personaæ quis stipulatur, quo ad dimi-

370 D I S P V T A T I O N . I V R I S C I V I L .

diam tantum partem constitit obligatio. §. qui si quis. b. tit. d. l. stipulatio ista habere; 58. §. eum qui dicat. l. eum qui ita. in princ. l. mibi & Titio. ff. eod. l. si quis testamento. 79. ff. de legat. r.

22 Viriosa porro contrahitur stipulatio, si aliter promittis quam interrogatus es. §. præterea. cod. l. i. §. si quis simpliciter. eod. vel si de re alia sentis. §. si de alia. b. tit. l. inter stipulantem. §. si Stichum, & l. continuus §. 1. ff. eod.

23 Si de pluribus interrogatus aliqua respondendo omittas, in his stipulatio euaneſcit, quo ad cætera tamen ſuſtinetur. Cum vero ſimpliciter repondeſ, promitto, ad omnia respondiſſe videris. §. quoties h. tit.

24 Eodem modo stipularis inutiliter ab eo qui in potestate tua eſt. & contra, ille à te, §. item inutilis. d. tit. Item mutus & ſurdus stipulari non poſſunt. §. mutum, b. tit. & idem dicendum eſt de furioso. §. furioso. eod.

25 Pupillus infans quoque non recte stipulatur, l. mulier. ff. b. tit. pupillus tamen, qui infantiam egreſſus eſt ut iliter stipulatur, aliosque etiam sine aliquius autoritate ſibi obligat, ipſe vero aliis niſi cum tutoris autoritate non obligatur, §. pupillus, cum seq. eod.

26 Vitiatur quoque stipulatio per imposſibilis condictioſis adiectio- nem, §. si imposſibilis condictio. b. tit. l. imposſibilis condictio. ff. h. tit. eodemque loco habetur, quæ inter absentes eſt facta, §. verborum. h. tit. l. i. in princip. ff. eod. neque tenetur stipulatio turpis, §. quod turpi. l. h. t. generaliter. ff. de verb. oblig.

27 Non procedebat olim & illa stipulatio, quæ in mortem stipulantium concepta fuerat, quod hodie ſecus eſt, §. poſt mortem. h. tit. l. ſcrupulosam. de contrah. ſtipul. Idem quoque obtinebat in ſtipulatione præposta ante tempora Leonis, ſed & hæc ſimili modo approbata eſt, §. item si quis h. tit. l. præposteri. C. de teſtament.

28 Illud quoque hic attingendum, promittendi verbum inuentum in ſcriptura aliqua præſumto eſt, interrogacionem quoque & alias ſolennitates circa ſtipulationem obſeruandas interueniſſe, §. ſi ſcriptum, h. tit. l. ſciendum. ff. eod. §. ſi de fideiuſſor.

Corollarium. Quæritur an reciprocā vel matua datio inter coniuges ſtipulatione vel pacto facta valeant? & eam non valere verius putamus, per l. 3. §. ſciendum. l. cum hiſ ſtat. 32. §. ſi ambo. ff. de donat. inter vir. & uxor.

D I S P V T A T I O N I S XXVI.

De tota materia ſtipulationum obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. Stipulatio eſt cauſa verborum obligationis.

2. Stipulatio quid ſit.

- 3 Pacta an & quomodo per interrogations & responsiones siant.
- 4 Pupillus stipulari potest si fari queat
- 5 Sponsalia fieri possunt inter absentes & presentes.
- 6 Stipulatio requirit interrogacionem & responsionem commodam.
- 7 Stipulationem esse non gentium sed iuri ciuilis.
- 8 Acceptilatio quomodo dicatur esse iurisgentium.
- 9 Stipulationes alia certa sunt, alia incerta.
- 10 Stipulatio alia mandando, alia in faciendo aliquid consistit.
- 11 Stipulationum quadam mixtura est.
- 12 Stipulatione facta, an res statim peti possit.
- 13 Stipulationum conditio quadruplex sit.
- 14 Obligatio stipulationum quibus conditionibus suspendatur
- 15 Stipulationes ratione causa efficientis sunt in quadruplici differentia.
- 16 Stipulationes pratoria quadruplices sunt.
- 17 Res in stipulationem deducenda quales sunt.
- 18 Emittit reis sacra an & quando valeat.
- 19 Stipulatio in extraneum collata quando inutilis sit.
- 20 Stipulationem, quando aliter quis promittit, quam interrogatus est, fictivam esse.
- 21 Respondens simpliciter si de pluribus interrogatus sit, ad omnia respondere videtur.
- 22 Pupillus an & quomodo stipulari possit.
- 23 Stipulatio impossibilis conditione evitatur.
- 24 Donatio mutua & reciproca inter coniuges stipulatione vel pacto facta, etiam valeat
- 25 Compensatio est ex iure naturali.

CONTRAHITVR obligatio 4. modis: Re; verbis: literis & consensu. Dicitum fuit
chaetenus de obligationibus re contractis; nunc etiam de obligatione verbis con-
trahenda erit agendum.

Ad Thes. 1.] Verbis obligamur ex stipulatione inquit Imperator. *hic in pr. ex quibus* verbis ad oculū constat, stipulationem aliud esse quam verborum obligationem, deinde verborū obligationem etiam ex stipulatione esse. Ergo † stipulatio est causa verborum obligationis. Et dicitur stipulatio a stipulorū, hoc est, hismo. Imperator. *hic in pr.* Est enim stipulatio fundandarum obligationum causa adiumenta, cum sit quasi fulcimentum & accessio obligationum aliarum ut consistit ex multis l. inter quas est l. pacto conuento. 15 ff de transactione vbi dicitur, quod pacto subiiciatur stipulatio.

Ad Thes. 2.] Stipulatio † nihil aliud est, quam verborum conceptio, quibus quis quod a interrogatur daturum f. et rurive se respondeat, & quidem hic contractus sit per interrogacionem & responsionem congruam, ita vt procedat interrogatio & continue se equatur responsio. l. 1. §. si quis simpliciter ff de verb. ob. Continuus autē debet esse actus stipulationis, id est, nullus extraneus a claus intelueniat. l. cōtinuu. 137. in p. in. ff. eodem. Sed obiicitur primo. l. iurisgentium 7. & padiorū in quadam. ff. de pacis. Vbi dicitur pacta etiam fieri interrogatione & responfione. Resp. In tractatu paclorum etiam hunc inter egationes & responsiones, vbi saltem mens & conclusio inspicitur, nam si discedimus vt paclū, pactum est, si discedimus vt qui contraxerunt, contractus est, vt in emtione & venditione hunc interrogations & responsiones, sed alius est finis pactorum, ex quibus non oritur actio. Cuiac. in ist. ff. de verb. ob. & Borch. b. tit. num. Secundo obicitur l. Labeo. §. contractus. ff. de verb. signif. vbi dicitur, quod contractus sit vltro citroque obligatio: sed

in stipulatione non est obligatio ab utroque latere, sed ab uno latere tantum, quia promittens tantum obligatur non stipulans. Resp. Proptissime ita definitur contractus quia ab utroque latere producunt contractus proprie obligationem, ut supra dictum fuit.

Obiicitur tertio quod is qui non intelligit quid agit, possit stipulati. per l. 1. §. huic proximus ff. de ob. & act. l. seruum. 6 ff. rem pupilli saluum fore. vbi dicitur pupillum stipulari posse quamvis non intelligat, quid agat. Resp. Illud benigne receptum † si tamen facili potest, non si fieri non potest. l. mulier. 70. ff. eod. Ergo hoc procedit ex quadam aequitate non ex iuris rigore.

Obiicitur quarto. Quod etiam stipulatio inter absentes fieri possit, cum tamen responsio & interrogatio debeat fieri utroque loquente & praesente l. ea in prff. eod. & q. inter absentes fieri possit probatur per l. ea qua 57 ff. de donat. inter vir. & exor. & in l. Titius. 24. ff. de cōfisi. pecun. vbi dicitur q. per epistolam sit facta stipulatio. Resp. ibi stipulatio fuit facta per epistolam, quia saltē cautionis loco fuit emissa inter praesentes, vt constat ex l. Titius 134 § pen ff. de verb. ob. Idque Cuiac. & Hotoman. putant rectum & ideo cum in ea sic scriptum inter praesentes promissa Titia omnia videtur solenniter acta. §. se scriptum h. tit. num. Paulus lib. 5. sent. tit. 7. §. Ver. ob. Obiicitur quinto l. sufficit 4. ff. de sponsalib. vbi dicitur, quod sponsalia nudo consensu contrahantur, cum tamen a sponsalendo dicatur, quod est stipulando. l. 2. ff. de sponsal. Respon. Posunt sponsalia fieri † tam nudo consensu inter absentes, quam stipulatione inter praesentes, quamvis olim solita sint spondere sibi uxores. dict. l. 2. ff. de sponsalibus. Sexto obiicitur, solennia verba in stipulationibus sunt sublata, vt testatur lustin. Imp. in §. 1. h. tit. num. Ergo non opus est tam curiose obseruare ordinē interrogationis & respousionis. Resp. Olim fuerunt solennia verba usurpata in stipulationibus certaque fuit verborum conceptio. Hoc dicitur la curiositas est sublata in obseruatione syllabarum, manit tamen hoc quod in stipulacione † interrogatio & responsio debeat esse commoda.

Ad Thes. 3.] Solennia verba in stipulationibus constitutione Leonis sunt sublata, vt supra est dictum, & stipulatio † iuris est ciuilis. Sed contra tale obiicitur argumentum. Quid potest fieri quacunq; lingua est iurisgentium potius, non ciuilis iuris. Sed stipulatio quacunq; lingua fieri potest, l. 1. §. fin ff. de verb. ob. Ergo stipulatio potius est iurisgentium. Respond. Olim certis solennibus verbis latinis stipulationes fiebant. Hoc sublato iam quibuslibet verbis fieri possunt, inde tamen non sequitur stipulationem esse iurisgentium, sic olim testamenta non nisi latini verbis fiebant: Hodie quacunque lingua ex Constitut. Theodosii in l. bac consolissima. Cod. de testament. Secundo obiicitur: acceptilatio sit verbis & tamen est iurisgentium. l. an inuriles. 8 §. fin ff. de acceptilatione. Ergo etiam stipulatio est iurisgent. cum etiam verbis fiat: Resp. Non absolute dicit IC:is † acceptilationem esse iurisgentium, sed addit ibidem hæc verba: Hoc iure vitimur; quæ verba adduntur etiam in l. 4. ff. de transact. Quibus significantur acceptilationem reuera non esse naturale quiddam vel iurisgent. sed potius ciuale quiddam. Quia tamen hodie acceptilatione non tantum verborum obligatio tollitur, sed etiam alia quæcumque obligatio inuenito modo per Aquil. stipulationem, ideo acceptilation est iurisgent. quodammodo scilicet. Vel dicimus acceptilationem quo ad originem esse iurisgent. quoad solenitates vero esse iuris ciuilis.

Ad Thes. 4. & 5.] Ex stipulatione duæ prodeunt actiones, contradictione certi & condicione ex stipulare. Sunt enim quadam stipulationes † certæ, quadam incertæ. l. stipulationum quædam cert. quæd incert. sunt l. stipulat 74. & l. seq ff. eod. l. scire debuisse. C. de contrah.

contrah. stipular. Certa stipulatio quando appetet quid quale in stipulationem sit deducatur. d. l. *stipulationum.* 74. ff. cod. Incerta contra, l. vbi autem. 75. *in princ. & §. 1. ff. cod.* Vnde fallitur Theophilus, qui contrarium sentit. Porro duplex est stipulatio, una quæ consistit in dando rem, altera, quæ in faciendo, aliquid consistit. Et quæ in faciendo consistit, illa est incerta. d. l. vbi autem. 75. §. quis id ff. codem. Proinde inter eam & alteram quid intersit tantum spectatur l. vbi si quis in iis vocatus l. si panam. 68. ff. b. rit. non autem quantum eiusq; intersit. l. 6. ff. de v. & vi armat. Sed obiicitur l. facere verbum. ff. de verb. signif. vbi dicitur verbum facere daudi quoq; causam complectatur. Ergo non est duplex stipulatio, cum consistens in faciendo stipulatio, complectatur stipulationem, quæ in dando consistit. Resp. Illud factum, in dandi stipulatione non consideratur, sed duntaxat dominii vel proprietatis translatio. Secundo obiicitur, quæ in non faciendo consistere poterit, vt cum stipulor abs te ne in capitolium ascendas, ne Romam proficiscaris. l. 2. §. item si in facto. ff. cod. Resp. Haec comprehenduntur sub iis quæ in faciendo consistunt, ut ex parte significat Imp. in d. §. fin. infra. b. tit. num. & Paul. in d. l. 2. §. item si in facto. 5. ff. cod. Tertio obiicitur l. cum scrinus 82. §. 1. ff. de condit. & demonflat. vbi dicitur, quod aliquæ stipulationes sunt mixtae, quæ non simpliciter in dando, nec simpliciter in faciendo consistunt. Respond. Est quædam t̄ mixtura. Nam à facto incipio & ibi rationes reddo, idque dum facio nullam in te rem transfero & tamen reddendo rationes paulatim peruenio ad pecuniam. Et visitatum est ICtus ut sub duobus expressis casum mixtum contineant. Sic actiones sunt in personam vel rem, §. 1. infra de actionibus. Sub quibus mixtae continentur, communi dividendo, familia Herciscundæ & finium regendum. §. quædam actiones infra de actione l. 1. ff. finium regundorum.

Ad Thes. 7. 8. 9.] Affirmatur ex pura stipulatione t̄ petitionem statim locum habere. Cui oppono §. ultim. infra de inutilib. stipulat. vbi dicitur, non statim peti posse rem sed tantum esse spatiū concedendum, quo traditio fieri possit. Ergo non statim peti potest. Respon. Id verum est stricta iuri ratione inspecta, sed de benignitate est receptum, ut tantum spatium relinquatur, quo solario fieri possit commoda, idque temperamenti temporis docet ICtus Paulus in l. quod discimus 105. ff. de solut. Non debet enim cum factu statim adire promissorem, vnde & si pura obligationi loca inseruntur tacite subest tempus, quo comparare idem licet. In diem autem si facta est stipulatio, eo quidem die res præstanta, sed sufficit, si finito die fiat. l. liber homo. 118. §. decim. ff. de verb. oblig.

Ad Thesin. 10. 11.] Conditio est t̄ triplex; Casualis, cuius euentus ex fortuna de. 13, pender & ex sola conditione. Potestativa est cuius euentus dependet ex voluntate personæ; Mixta, quæ ex utroque dependet. l. vnic. §. fin autem. Cod. de caduc. sol-lend.

Ad Thesin 12.] Conditiones t̄ in futurum conceptæ suspendunt tantum obligatio-nem, non quæ sunt in prælens aut præteritum tempus conceptæ. In prælens tempus cō-cipiuntur, vi si rex Parthorum vinit. l. cum ad præfens. 37. ff. de reb credit. Interdum in præ-teritum: Si Titius consul fuit. In futurum: Si nauis ex Alia redierit.

Ad Thesin. 13. 14.] Agitur in hisce 2. thesibus de 2. reis stipulandi; & deinde de duobus reis promittendi, quæ materia dum ex iam dictis plana est, impugnari amplius non adeo potest.

Ad Thes. 15.] Affirmatur ratione t̄ causa efficientis stipulationes esse in quadruplici 13 differentia: Quædam enim obligationes sunt iudiciales. Quædam prætoria; quædam conuen-tionales; & deniq; quædam communes tam prætoria q; iudiciales. Cui divisioni obiicitur 14. 15

L. i. in princ. ff de praecariis stipulat. Vbi dicitur saltem esse iudiciales, cautionales, & communes. Non igitur sunt prætoriae. Resp. Diuersa est intentio Imperat. Iustin. & ICti. in d.

L. i. in pr. ff de prator. stipulat. Nam Iustin. hic generaliter agit de omnibus stipulationibus & generatim divisionem proponit. ICtus vero in d. L. i. in prin. taatum agit de prætoris stipulationibus, quæ rursus sunt triplexes, iudiciales, prætoriae, quæ interponuntur propter sententiam, ut ea consequantur effectum, & cautionales, quæ se instar actionum habent. Hotoman. ita etiam soluit: putat autem idem Hotoman. ICtum male in d. L. i. Stipulationem ratam rem haberi, cautionibus adscribere, cū facilius collet eam ad iudicium atque adeo ad iudicij exitum ac securitatem maxima ex parte pertinere. Communes prætoriae, quæ fiunt iudicio sistendi causa, & partim respiciunt processum: partim sententia effectum. Mynsing. hic. Et quidem notandum est, in d. L. i. aliud esse stipulationem de rato, & stipulationem rei ratam haberi, quia illa est præatoria iudicialis: hæc est præatoria cautionalis. Iudiciales autem stipulationes quæ opponuntur prætoris, sunt quæ ex II. vel Imp. Sanctioribus sunt adiunctæ: prætoriae sunt, quæ ex prætoris descendunt iurisdictione.

Ad Thes. 16. 17. 18.] Res quæ est in commercio in stipulationem deduci potest. Ergo dum res sacra est. §. nullius & sacra, supr. de rer. divisione. non est in commercio. Cui ramen oppono. §. vlt. inf. de emt. & vendit. vbi dicitur rem sanctam emi posse. Resp. Sisciens quis emit rem sanctam, nulla est emtio; Si autem signorans id facit, valet emtio rei sacrae propter ignorantiam. Secundo obiicitur L. in modicis. 24 ff. de contrah. emt. vbi dicitur quod locus sacer vel religiosus vendi possit. Resp. Multa transeunt cum vniuersitate, idque hic sit. Venditur enim totus ager. Ergo & accessorium in partis maioris accessionem venit.

Ad Thes. 19. 20. 21.] Inutilis est stipulatio, quæ in extraneum confertur. Cui obiicitur. L. i. §. exigera ff. de magistr. atibus conuenient. & tit. 2. ff. rem pupilli saltem fore, vbi dicitur seruus publicus stipulari debet rem saluam fore pupillo. Resp. Thesis nostra procedit eo casu quando simpliciter & tuta obligatio in extraneam personam confertur pura si ita quis promittit, Titum quinque aureos daturum spondetur. In dd. autem II agitur de pupillo, idq; in eius favore est constitutu, cum notum sit, pupillos seu minores magnis beneficiis iuris iuuari; Si autem partim sibi, partim extraneæ personæ quis stipulatur, quo ad dimidiad partem tantum consistit, scilicet quatenus sibi quis stipulatur; vt in Thes. 2. affirmatur.

Ad Thes. 22.] Affirmatur vitiosam esse stipulationem, si aliter quis promittat, quam quis est interrogatus, puta si quis stipulatur decem & alter promittit 20. Est enim error hic, qui consentui est contrarius, vnde etiam locatio fundi pro 10. cum tamen alter putaret pro quinque nullius est momenti. L. si decem tibi. § 2. ff. locati. Et hoc ita disponitur in §. præterea. de inutilib. stipulat. Cui tamen e diametro refragatur. L. i. §. si stipulanti. ff. de Verb. oblig. vbi dicitur, si stipulanti mihi 10. tu 20. respondeas, non esse contractum obligationem nisi in 10. Ergo non est in totum inutilis stipulatio. Resp. aliqui dicunt hosce textus ita conciliari, vt dict. §. præterea; procedat de rigore iuris. Dicta autem L. i. §. si stipulanti, procedat; & locum habeat in aquitate. Alii dicunt, quod d. §. si stipulante, loquatur in eo casu, quando diuersitas responsionis illico placevit, eamq; habuit ex d. L. si quis simpliciter in fine. ff. de Verb. ob. Et hæc solutio communiter est recepta. Hotoman. dicit. illa verba l. Cti cu: n Iustin pugnare, adeo ut qui illorum conciliandorum cau'a subaudiendam hoc loco exceptionem dicunt, nisi in minorem summam, dum nimium Vlpiani existimationis studiosi sunt, sive ipsorum obliuisci videantur, nec animaducunt id linguis ferre non posse.

Ad Thes. 23.] Si de pluribus interrogatus aliqua quis respondēdo emittat, in his stipulatio euaneat, quo ad cætera tamen sustinetur; cum vero † simpliciter respondet, promitto, ad omnia respondisse videris. § quoties. h. ut. num. Huic ascensioni obiicitur d. §. quoties, vbi dicitur, quod euaneat stipulatio, cum plures res una stipulatione comprehenduntur. Resp. Vna est stipulatio verborum conceptione incepta, & hoc semper verum est, si species vel summa expicitur. Secundo obiicio l. s. 1. chorus. 79. ff. de legat. 3. vbi dicitur familia legata periinde esse ac si singuli homines legati essent, qui bus ut ibis significantur plura legata. Resp. obligatione est vnum legatum, divisione capitum plura legata sunt, vnum potest dici plura diuerso respectu & ratione.

Ad Thes. 24. 25.] Inutiliter stipulamur ab eo, quæ in potestate mea est, & pupillus infans non recte stipulatur. Cui opponitur l. 1. §. huic proximus. ff. de ob. & act. vbi dicuntur stipulari posse pupillum. Resp. Potest stipulari † sine tutoris auctoritate, idque benigne 22 est i exceptum scilicet ex equitate: cum tutoris autem auctoritate stipulari nunc posse non est dubium, quemadmodum supra fuit dictum.

Ad Thel. 2. 6.] Affirmatur † impossibilem conditionem vitiare stipulationem. Cui valde 23 deponit §. fin. supr. de hered. in fist. vbi dicitur impossibilem conditionem non vitiare test. mentum, sed saltem pro non scripta haberi. Ergo idem quoque hic videtur dicendum, stipulationem scilicet valere, licet si adiecta conditio impossibilis. Resp. Magna est ratio diversitatis, quæ duersum ius hic inducit. Nam propter fauorem vlt. marum voluntatum id in testamento pro non scripto habetur, saltem detrahitur illa conditio impossibilis, cum & alias multa via morientibus excidere soleant, quæ potius sunt tegenda & detrahenda: Id autem in stipulatione non sit, quia ibi duo sunt, quæ contrahunt, & etiam si erret unus, tamen alter non errans facile potest errorem subire, & sic stipulationem corroborare ut vires accipiat; non igitur hoc in stipulatione procedit.

Ad Thel. 27. 28.] Quæ in hisce 2. thelibus proponuntur, plana sunt.

Ad Corollar. u.] Quæritur à Dd. An mutua & reciproca † donatione inter coniuges stipulatione vel pacto facta valeat? Et eam non valere verius putamus. Ratio illa est, quia donationes inter virum & vxorem generaliter non valent: Non igitur mutua donatione valet. Deinde non cessat ratio prohibitionis de amore, quo se spoliant amantes. l. 1. ff. de donat. int. & vir. & vxor. Tertio probatur id ex l. cum hic statut. 32. §. si ambo. vir. sed cum neuter. ff. de donat. int. & vir. & vxor. vbi dicitur donationes mutuas valere si morte confirmantur, id quod in omni donatione inter vir. & vxorem procedit. l. ff. 26. ff. de donat. mort. cau. l. 3. C. de donat. int. & vir. & vxor. l. 5. §. concessa. ff. de donat. int. & vir. & vxor. Sed obiicitur l. 7. §. si vir. & vxor. ff. de donat. int. & vir. & vxor. vbi dicitur, quod mutua donatione valeat inter coniuges. Ergo falsum est Corollarium. Resp. Per hunc textum Schurff. conf. l. 46. nro. 3. cent. i. contrariam nobis tenet sententiam, sed ad d. §. si vir. & vxor. quod attinet non dicitur ibi quod mutua donatione inter coniuges valeat sed saltem disponitur hoc, quod maritus, qui quina dedit mulieri, possit sua quina compensatione consequi, puca: maritus dedit quina, vxor etiam quina, maritus sua seruauit, vxor sua quina consumit. Quæritur anne maritus illa quina, quæ habentur sibi à muliere data, possit retinere compensatione, hoc est, loco quinæorum consumtorum, & dicitur quod sic, quia æquum est, ne damnnum sentiat, & compensatio est ex iure naturali, l. 3. ff. de compensat. Nec est quod dicimus mutuam donationem tum procedere, quoniam est æqualitas in donationis reciprocatione, quia tum facile conceditur, cum & alias omnis donatione inter coniuges tolletur, cum nemo sit locupletior, d. l. 5. §. concessa. ff. de donat.

int. & vir. & vxor.

DISPUTATIO XXVII.

De Fideiussoribus.

CONTINVATI.

Cum hactenus variis modis traditi sint, quibus quis obligari queat, solcantque plerunque ut plenius à creditoribus caueatur, quorum interest plures obligaciones habere, principali obligationi fideiussores accedere, igitur redivisimē de fideiussionis contractu subiiciendum esse duximus.

Thesis 1. Fideiussio est contractus, quo quis alienam obligationem in suam heredumq; fidem recipit, manente nihilominus priori obligatione.

2 Quæ fideiussio omnis generis obligationi accedere potest siue illa sit ciuilis, siue criminalis, siue naturalis & ciuilis simul, vel naturalis tantum, vel ciuilis tantum, vel ex contraetū vel quasi, vel ex delicto vel quasi.

3 Et hunc fideiussionis contractum celebrare regulariter possunt omnes, qui alias per stipulationem se obligare queunt, quibusdam tamen personis exceptis, quarum utilitat̄, ademta intercedendi porestat, ll. consulunt, vt sunt mulieres, milites, serui, extra rem peculiarem fideiubentes.

4 Fit vero fideiussio per stipulationem pure vel sub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore, quo casu post lapsum temporis fideiussor non teneatur etiamsi principalis vterius se obligauerit.

5 Et obligatur fideiussor præcisè absque omnī exceptione creditori, actione ex stipulatu, si modo constat cum fideiussisse, exceptionesque reales pro principali competentes & fideiussori dantur & vicissim principali obligatione perpetuata etiam fideiussoria perpetuatur.

6 Quod si plures sint, qui fideiubeant, quilibet corum in solidum tenetur, nisi ab initio aliter inter eos fuisset conuentum.

7 Sed hoc ex Epistola D. Hadriani immutatum est, quæ singulis beneficium diuisionis largitur, & sic uno fideiussore totum soluere cæteri huic, quod solutum ab eo est, hac opposita exceptione proportionibus restituere tenentur.

8 Inde sequitur uno ex pluribus fideiussoribus non opposita diuisionis exceptione totum debitum soluente, id quod suam portionem excedit, neque à creditore, neque à fideiussore repetrere posse.

9 Hoc autem diuisionis beneficium non locum habet inter debitorem principalem & fideiussorem, sed inter plures fideiussores, qui pro uno debitor & pro una eademque summa fideiusserunt.

10 Sicut

10 Sicut Hadrianus Imperat: Fideiussoribus beneficium ditisionis dedit, ita Iustin. constituit, ne fideiussores prius conueniantur, quam rei principales, & si prius conueniuntur exceptionem excusationis opponere possunt.

11 Quod rarum est, nisi principalis debitor absens sit, vel manifeste sciatur, eum soluendo non esse, vel fideiussorem huius beneficio expresse renunciare.

12 Est autem excusationis siue ordinis exceptio, ad exemplum dilatori-
arum ante litem contestatam opponenda, ut fere communis Dd. calculo ap-
probatur.

13 Non incommode hic queritur, si quis fideiubendo se semel consti-
tuerit principalem, an beneficium excusationis adhuc locum habeat?
Nos negatiuam vti veriorem ita probabiliorem defendere conabimur.

14 Hisce 2. beneficiis plura accidunt, vt est beneficium cessionis, quo
vnuis ex duobus pluribusque fideiussoribus conuentus & solidum solue-
re paratus, impetrare potest, ut stipulator compellat ei ceterorum vende-
re nomina.

15 Et anquam fideiussori tales actiones cedantur, poterit creditoris de-
negare solutionem debiti.

16 Nam si post solutionem petatur, creditor eam cedere non potest, cum
nulla actio & obligatio ipsi contra fideiussores supersit: Solutione enim v-
nius ceteri liberantur nisi solutionem pactum de cedentis actionibus
præcesserit.

17 Quando vero fideiussor nomine principalis creditoris satisfecerit, ha-
bet mandati cōtrariam vel si pro absente, negotiorum gestorum actionem,
ad repetendum id, quod soluit.

18 An fideiussor vero sponte soluere possit, vel an debeat expectare do-
nec ei à iudice mandetur ut soluat, in disquisitionem venit? Eum absque
iudicis mandato soluere posse quibusdam tamen casibus exceptis affe-
rimus.

19 Porro dum supra diximus fideiussorē in causis criminalibus recipi pos-
se, hac conditione id fieri posse existimamus, si fideiussores se ad pœnam pe-
cuniariam non corporalem obligarunt.

20 Vnde consequens est, si reus cui pœna mortis imponenda erat tra-
ditus fideiussoribus aufugerit, ne fideiussores eum exhibere possint, si qui-
dem ipsi in culpa fuerint pœna pecuniaria ad quam se astrinxerunt, non
corporali puniuntur. Si vero in dolo fuerint, tunc non quidem eadem, nec
alia corporali pœna sed iudicis arbitrio puniendi sunt.

21 Sciendum quoque est fideiussorem in duriorem causam ipsi principali obligari non posse, in leuiorem posse. Vnde si principalis obligatus est, sub conditione non potest accipi fideiussor pure, quia in plus tempore obligaretur.

22 Si tamen in maiorem summam promiserit fideiussor, quam reus, in ea, que à reo vere debetur, ex vera recentiorum Interpp. sententia, tenebitur.

23 Efficacius quoque obligari atque firmius astringi ad eandem causam potest.

24 Denique fideiussor liberatur, si is, pro quo fideiussit promissum prestat, ut alio conuenienti modo data fides tollatur. Paupertate vero vel morte debitoris minime extinguitur fideiussoria obligatio.

Corollarium. Auctuarii vicem sustineat nobilis & anceps inter Dd. agitata quæstio. An creditor cogatur liberare fideiussorem acceptum, etiam si alius magis idoneus offerretur? Nos horum opinioni, creditorem cogi non posse, ut communiori & veriori subscribendum putamus.

DISPUTATIONIS XXVII.

De Fideiussoribus obiectiones & resolutiones.

S U M M A R I A.

1. *Fideiussores per stipulationem constituantur.*
2. *Fideiussio quare contractus esse dicatur.*
3. *Fideiussio semper intelligitur facta inter interueniente stipulatione.*
4. *Fideiussor non ipsem tantum obligatur, sed & heredes relinquunt obligatos.*
5. *Fideiussor quomodo definitur.*
6. *Mandator proprius qui dicatur.*
7. *Ad promissor cur sic dicatur.*
8. *Fideiussor & expromissor quomodo differant.*
9. *Hæreditas iacens persona vice fungitur.*
10. *Fideiussor pro alio suo tamen nomine obligatur.*
11. *Fideiussoris obligatio an mora Rei augatur.*
12. *Fideiussores an nisi & suras a quo sit in sortem teneantur.*
13. *Fideiussores quomodo teneantur, si omnem culpam fideiusserunt.*
14. *Fideiussores in omnibus obligationibus assumi possunt.*
15. *Pupillus sine autoritate tutoris quomodo obligetur.*
16. *Fusiosus & mulier quomodo obligentur.*
17. *Fideiussor pro prodigo interuenire non potest.*
18. *Fideiussorum contractum qui facere possint.*
19. *Miles à fideiussorio contractu excluduntur.*
20. *Mulier an possit renunciare beneficio Senatus consuli Velleiani, & pro alio fideiubere.*
21. *Miles ne volens quidem ad tutelam admittitur.*
22. *Mulierem posse renuntiare beneficii Velleiani.*

- 23 *Mulieres pro aliis intercedentes, perpetuam habent exceptionem, qua tutu esse possint.*
 24 *Mulier damnum non patitur.*
 25 *Iuri pro se introducto, quilibet renunciare potest.*
 26 *Donare cui possit mulier.*
 27 *Mulier quando ad fiduciissionem admittatur.*
 28 *Fiduciissiones quibus modis sicut possint.*
 29 *Fiduciissiores si plures fuerint, quemodo teneantur.*
 30 *Divisio*n*s bene*j*cum fiduciis fortius iudicatur.*
 31 *Fiduciissor cuius alius accessit, et principalis loco esse videtur.*
 32 *Divisio*n*s beneficium fiduciissori illo iudicatur, quo*v*ide*c*essit.*
 33 *Fiduciissorum insufficiantur pana.*
 34 *Fiduciissores quando habeant beneficium divisionis.*
 35 *Fiduciissores recessione beneficium habent.*
 36 *Excusatio*n*s beneficium quis fiduciissori illo dederit.*
 37 *Fiduciissor qui se principalem debitorum constituit, excusationis beneficium amplius non habet.*
 38 *Cessionis beneficium quid sit.*
 39 *Fiduciissor qui solvit creditori, an cessionis beneficium adhuc habeat.*
 40 *Solutione ab uno fiduciis fortia, an obligatio extinguitur.*
 41 *Fiduciissori nisi cessa*f*uerint actiones a creditore competere actio contra eum qui una fidei*iss*it, non potest.*
 42 *Fiduciissori quot ad*dict*iones competant.*
 43 *Fiduciissor an in crimina liberi causa recipiatur, & quemodo se obliget.*
 44 *Deportatio Re*i* non liberat obligatio*n*e fiduciis.*
 45 *Pana venit ex sententia iudicis.*
 46 *Fiduciissor in plus & in duriorum causam quam principalis, obligari non potest.*
 47 *Fiduciissori causam quid duriorum faciat.*
 48 *Vsuras ex mora*r* restare fiduciissortenetur.*
 49 *Fiduciissor si in maiorem sumam quam principalis fiduciissit, an obligatio vitietur & quatenus.*
 50 *Fiduciissio quando cessit.*
 51 *Creditor an cegatus liberare fiduciissorem acceptum, si clavis magis idoneus offeratur.*
 52 *Creditori in strictis iudicis aliud pro alio solvi non potest.*

MATERIA fiduciissorū crebra & vixata est & fiduciissores † per stipulationem consti-
 tuuntur, vt recte hic & præcedenti titulo subiungitur: Ideo autem fiduciissores acci-
 pimus, vt tutius nobis debetur, quod in obliuionem deduximus, quia fiduciissor pro al-
 terius debito se soluturum permittit. l.1. §. sed autem propria*f*. de oblig. Et alt. & hos homi-
 nes accipere solemus, dum curamus vt diligentius nobiscatum sit, vt Imp. habet, in prin.
Institut. b. tit.

Ad thesin 1.] Proponitur in thesi prima definitio fiduciissionis, quod sit † contractus,
 ideo quia est duorum vel plurium in idem placitum consensus. l.1. §. ff. de part. Nam si qui
 tempore transacto liberatus est, fiduciissorem dederit, fiduciissor non tenetur, quoniam du-
 errois fiduciissio nulla est, l. si quis. 37 ff. h. ist. nu. Ergo consensus requiritur. Contra hucus
 autem hic fiduciissoriis contractus, verbis per stipulationem. §. fin. in Verb. stipulationibus
 fiduciissorum. b. t. num. l. sint satis acceptios. Et § seq ff. de f*er*b. oblig. l. b. iudicatu*s*. 12. C. b. ist. Et

46 D I S P U T A T I O N . I V R I S C I V I L .

3 fideiussio semper † interposita stipulatione facta censetur, si scriptum sit aliquem fideiussiſſe. d. § fin. b. tit. l. sciendūm. 3. ff. de Verb. oblig. Sicuri si scriptum sit aliquem promisſe, vi- detur semper solennis stipulatio interuenisse. Paul. lib. 5. sent. tit. 7. §. scriptum supr. tit. prox. l. Titia. §. pen. ff. de Verb. oblig. l. i. C. de contrah. stipulat. Et tanti momenti est ea scriptura, ut aduersus eam testes non admittantur. Deinde affirmatur in definitione, fideiussionem esse contractum, quo quis alienam obligationem in suam fidem recipit l. potest. 4. §. fideiussor. ff. eod. vbi dicitur ut ipse obligetur, & quidem pro alio, d.l. 1. §. sed aut propria. ff. de oblig. 4. & ad. Nec tantū ipse obligatur, sed etiā † heredes relinquunt obligatos, qui pro alio inter-uenient, d. l. potest. 4. §. fideiussor. b. tit. n. id quod vere esse clūm fideiussoriū recipit Wesenb. & Mynsing. in d. §. fideiussor. Denique additur, Manente nihilominus p̄ ore obligatione, quia illa non tollitur. Sed certior & tutior per fideiussoriā obligationem redditur. Vn- 5 de fideiussor potest definiri, qui alienam obligationem in suam fidem recipit, vel qui pro alicuo interuenit, & id quod alius debet in periculo suo & sua fide esse iubet. Conan. lib. 6. com. iur. cons. c. 6. in princ. Duaten. c. 1 de fideiussor. Vnde etiam dicitur fideiussor constitu- 7 t̄ pecuniae reus. Nou. 4. Dicitur etiam mandator, l. grauius. 71. §. 1 ff. tit. n. Proprie tan- tum mandator † est is, cuius mandato obligatio contrahitur, q̄od mandatum antec- 8 edere necesse est, l. si vero manda. §. si post creditam. ff. m. and. 1. l. si mandato, b. tit. n. Fideiussor plerunque sequetur obligationem quamvis etiam precedere possit, d. § fideiussor. h. tit. Mynsing. in d. §. fideiussor. n. 2. Dicitur & sponsor, l. fideiussores. 68. ff. eod.

Viciuit etiam proprie adpromissor, & sic pro expromisso est legendum in d. l. 5. §. sa- 7 tris acceptio ff. de Verb. oblig. l. in omnibus ff. de solutionibus. l. si vero. ff. solut. matrimon. idque ex ff. Florent. & Mynsing. hic in praemio. num. 4. idem referit ita libros Noricos legere, cui 7 dicit subscrivere. Aleiat. lib. παρεργῶν c. 2. Dicuntur † adpromissores, quasi proximii promissores. Alii autem etiam expromissores; illi enim differunt à fideiussoribus, l. qui 8 liberinus. in fin. ff. de oper. libetor. Fideiussor obligatur † cum alio; Expromisso solus obligatur quasi reus principalis; qui fideiussorem dat, non obligatur, expromissorem qui dat, liberatur. l. quanuus. 8. §. sc̄cum Venerit. ff. ad S. C. Trebell. Expromissione fit noua- 9 tio non fideiussione, d.l. 5. §. satis acceptio. ff. de Verb. oblig.

Nunc ad ea, quae videntur obstat definitioni fideiussionis & fideiussoruū accedemus. Dictum est fideiussorem eum esse, qui pro alio interuenit. Cui oppono l. mortuo. 22. ff. eod. vbi pro hereditate iacente aliquis fideiussor esset & accipi potest. Respond Florentinus. Su- 9 risconsultus ibi adiicit hoc ideo fieri, quia † iacens hereditas personæ vice fungitur, id quod etiam testatur Duatenus cap. 2. de fideiuss. & Mynsing. in §. pro eo, hoc tutul. num. num. 2.

Secundo valde obiicitur l. sc̄ut reus. 65. ff. eodem. vbi dicitur, fideiussores non aliter tenentur, quam si se daturos vel facturos permittant & additur ratio, quia factum alienum inutiliter promittit, ergo falsum est, quod dicitur in definitione fideiussorum, alienam obligationem in suam fidem recipere cum primo fideiussor debeat promittere se daturum. Deinde cum factum alienum inutiliter promittatur. Respond. In hac defi- 10 nitione rectius & expeditius explicanda, duo sunt consideranda: Primo, quod fideiussor alienam obligationem recipiat: Secundo, quod eam recipiat in suam fidem, hoc est, suo nomine se soluturum pro alio constituat id, quod Cuiacius ita explicat in par. ist. ff. & in l. sc̄ta stipulatus. 92. §. possum. ff. de Verbor. obligat. vbi dicitur valet stipulatio- nem Titii nomine te soluturum, quibus verbis indicatur, fideiussione alienam fidem puta Titii in se recipere & promittere solutionem. Sed contra datam solutionem val- de obiicitur l. i. §. sed aut propria. ff. de obligat. & alien. vbi dicitur eum, qui alieno no- mine

mine obligatur fideiislorem vocati. Non igitur is dicitur fideiislor, qui suo nomine obligatur. Respond. Quod dicitur in d. l. i. §. sed aut propra, id ita est intelligendum est ex aliis textibus quasi fideiislor pro alio, hoc tamen nomine obligatur, id que constat ex d. l. 97 §. possum. Nemo autem potest ita stipulari, ut tertius puta Sempronius Titio soluat, quia factum alienum hoc catu inutilice promittitur, quemadmodum supra dictum fuit ex d. l. sicut res. 65 ff. cod. in fine. Manet igitur verissimum fideiislorem eum esse, qui suo nomine pro. hio se soluturum constituit, & hoc est subtile, sed admodum elegans, quemadmodum Dominus Niger in publica de fideiisloribus disputatione ante annum est confessus.

Tertio obiicitur contra illa verba: Alienam obligationem in se recipit. *l. centum capua.* 8. ff. de eo quod certo loco. vbi dicitur, non oportere obligatione fideiislorem augeri, quod forte per reum steterit, quo minus tota centum capua soluerentur. Eigo dum fideiisloris obligatio non augetur ex mora sane alienam obligationem in se totam fideiislor non recipit vel in suam fidem. Respond. Magna est hac de lege disputatio, quomodo hoc sit intelligendum, † mora Rei obligationem fideiisloris augeri non debere, cum tamen constet ex l. mora. 88. ff. de Verb. oblig. Moram Rei nocere quoque fideiislori, scilicet re perempta, quia nihilominus tenetur fideiislor non modo ad hoc ut obligario perpetuetur. *l. 58. §. fin. ff. de fideiislor.* Sed etiam ut vsuras in bona fidei & arbitriis iudicis prestat cogatur, nec sibi hac duo sunt contraria, ex mora Rei teneti fideiislorem, & non debere augeri fideiisloris obligationem, quia re debita perempta, nihilominus manet fideiislor d. l. mora. *l. si a colono.* §. *Ultim. ff. de fideiislor.* Quando autem dicitur, moram Rei non augere obligationem fideiisloris, id ita est intelligendum, si centum forte accedunt viginti, ex sententia & arbitrio iudicis, si priusquam arbitratia fuit actum, id est, ratione utilitatis ablatæ Actori per moram Rei; Quarit enim etiam in hac viginti se fideiislor obligasse videatur? Et respondetur, hac non esse in obligatione fideiisloria, nec mirum, cum nec in principali obligatione sint, nec possit fideiisloris durior esse conditio. Culpa enim & mora debitoris id factum est & dum per debitorem stetit, quo minus suo loco solueretur. *d. l. centum capua.* Non tenentur fideiislores nisi in omnem contractus bona fidei causam se obligauerit. *d. l. quarto sta.* Welenbec. in paratis ff. num. 6. de eo, quod certo loco, conciliat hæc cum Cui. cito. Sed obiicitur iversus ita: Fideiislor est contractus iuris stricti, §. actionum quadam supr. de action. Sed in contractibus stricti iuris, ex mora, vsuræ non dantur. *l. mora.* §. *bonafides ff. de sur.* Ergo nec vsura ex mora Rei ad fideiislorem pertinet, quod tamen ante fuit affirmatum ex l. mora 88. ff. de Verb. oblig. vbi dicitur, moram rei fideiislori nocere etiam ad vsuras. Respond. Fideiislor est accessio quædam ad principalem aliquem contractum seu obligationem: Si igitur accedit fideiislor contractui bona fidei, debentur vsuræ non ex fideiislorio contractu sed ex contractu principali.

Denique valde obiicitur *l. quarto.* §. 4. in princ. ff. lotati, quæ videtur è diametro pugnare cu d. l. centum capua. Nam ibi dicitur, quod etiam fideiislor teneatur de minimo usurarium cognoscere. Quamuis dicatur eum tantum in sortis damnum sentire debere. Respond. Quamvis alias fideiislores tantum in sortem teneantur non in usuras *l. fideiislores.* 68. §. 1. ff. eod. tamen si in omnem causam obligarint, merito † etiam usuras praestare tenentur, hoc est, omnem causam, cui se astrinxerant. Et ita *d. l. quarto.* & *d. l. fideiislores.* §. 1. expresse loquitur. Hoc tamen casu officio iudicis veniunt usuræ præstand. *d. l. quarto.* Alias post moram tantum non augetur obligatio sua vi, ita *d. l. centum* est intelligenda. Quamvis Dp. Horst. in suis thesib. velit *d. l. centum* intelligendam esse, de quo non directe ex obligatione proficiat.

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

proficiuntur, sed ab extraneo, & ad hoc tamen teneri fideiussore. Superior tamen solutio
Cuiac ad Africanum, fol. 67, 68, & Wesenb. n. 6 ff. de eo quod certo loco. & Conan in Comment.
Iur. Civil. lib. 6. c. 6. est probabilior, quam Dun. Niger in publica disputatione de fideiussore
summopere com mendauit, nimirum fideiussores teneri, si non omnem culpam fideiussorū,
13 quemadmodum casus etiam est in l. 1. §. per ff. de administrat. rerum civil d. l. quaro. & alias
in veram quantitatem tenentur non vslras. l. 2. §. fin. ff. qui statud. re cogunt. q. re admodum
& in d. l. centum. Quia ius tamen Conan. m. l. loco addat fideiussore simpliciter se astrin-
gentem ad omnem causam se obligasse.

Ad thes. 2.] Fideiussores omnis generis obligationi accedere possunt, cum obligationes
fideiussorum sunt accessoriae. l. 1. §. Verbis. ff. de oblig. & act. d. l. blanditus. 12. C. de fideiuss. &
Imper. d. cit. in omnibus obligationibus assumi posse fideiussores, hoc est, siue ver-
bi, siue literis, siue consensu contracte fuerint §. in omnibus h. t. n. Et fideiussorum obli-
gatio est accessio principialis obligationis. §. fideiussores h. t. n. Nec refert an illa obligatio
sit ciuilis siue criminalis, siue naturalis & ciuilis simul, vel naturaliter tam vel ciuilis tantum.
Sed oppono tale argumentum: pupillus ne quidem naturaliter obligatur. l. pupillus 59. ff. de obl.
¶ act. & tamen dicitur quod pupillo fideiussor interuenire posset, cui non subveniatur. Ergo
etiam in fideiussor ibi potest accedere, vbi nulla est obligatio nec ciuilis nec naturalis. Resp.
D. l. M. Marcellus. loquitur de tali pupillo, qui sine tutoris autoritate est obligatus, simi-
liter de prodigo & furioso obligatis, unde non mirum est pro iis interueniente seu interce-
dere possit fideiussorem, & tamen summae notandum est in pupillo, prodigo & furioso non
eandem esse obligationem, nec personarum coniunct. ouem unum indeq. ias induc-
re, d. l. M. Marcellus. Nam pupillus sine tutoris autoritate obligatus ex eo, quod locupletior
sit factas, naturaliter obligatur. l. 1. §. vlt. ff. de Nouet. & si ex re venit actio puta ex dicto.
l. furiosus. 46 ff. de obl. & act. Et tunc fideiussor accedere non potest l. 1. §. si quis ita ff. de ob-
lig. & act. furiosus ex re obligatur naturaliter & ciuiliter quemadmodum etiam mulier,
d. l. furiosus. 46 ff. de obl. & act. & cum dicunt iure obligatus furiosus l. s. a reo. 70. §. si a fu-
rioso, in fin. ff. de fideiussor. & quidem iure obligatur, si ante furorem contraxit, aut heres est
alicuius obligati creditoris, id quod etiam le pupillo dici potest, ut iure obligetur, quem-
admodum refert Conan. in comment. iur. ciuil. lib. 6. c. 6. Se: i contra datim solutionem op-
ponitur valde l. 6. ff. de verb. obl. vbi dicitur pro furioso non posse interuenire fideiussore:
Ergo nec naturaliter obligatur, id quod etiam in de prodigo, cui bonis est interdictum ibi-
dem affirmatur. Resp. Is qui furiosus est, si aliquid promittit, si ab illo quid stipularis
non solu in illa stipulatio nulla est, sed nec ullam gestum aegritum intelligitur, d. l. s. a reo.
70. §. si a furioso ff. eod. l. in negotiis. ff. de rerum iur. atque ita etiam d. l. c. intelligitur alias
ex delicto, vel quasi, vel si ante furorem contraxit iure obligatur ut dictum fuit. Prodigus
17 autem post interdictionem bonorum ne quidem naturaliter obligatur, vnde t pro eo fidei-
iussor interuenire non potest.

18 Ad thesin 3.] Fideiussorum contractum regulariter celebrare possunt t omnes, qui a-
lias per stipulationem se obligare queunt. Dico regulariter, quia quedam personae exci-
piuntur; & quidem primo t milites eam o causam ne omisso armorum visu ad opus ture-
stre se conferant & vicinis graues presumptione cinguli militaris existant. l. 31. C. de locati. &
conducti. Sed oppono tale argumentum: Miles omnia facere potest nimirum celebrare
contractum, potest facere testamentum prout vult. supr. de milit. test. am. Ergo etiam potest
fideiussoris contractum celebrare. Resp. Alia facere potest, quae facere non prohibetur
miles, Conductor autem rerum alienatum esse non potest, item nec Procurator, nec man-
dator, nec fideiussor, d. l. 3. C. locati. Insto. Sed vbi lex non distinguat, nec nostrum est distin-
guere

guere. *I. de precio. 8. ff. de public. in rem actione.* Sed *I. 9. C. de procurat.* non distinguit. Nam ibi dicitur suis rebus inilitem posse superesse disciplina militati inoffensa. Ergo nec nos distinguamus. Respond. Etiam si ille textus ita generaliter loquatur, tamen capit interpretationem, seu exceptionem ex *d. l. 31. C. de locato.* Generi enim in toto iure per speciem derogatur. *I. in toto. ff. de reg. iur.* Denique oppono tale argumentum: iura correcta non sunt alleganda: Vosius correctum allegatis: Ergo male. Minorem probo ex *l. vlt. C. de locato.* vbi Iustin Leonis & aliorum Principum meminit, & dicit eos multa de militibus constituisse, id Iustinianus ad unum tantum casum restringit, scil. quando sunt conductores alicorū agrorū. Resp. Iustinian. ponit totum vel genus, sub quo omnes partes vel species comprehendit & relinquit priores ll. prohibitorias in suo statu, additque in *d. l. vltim.* præterea penas, quas non euitant illi milites qui contra faciunt, vnde adhuc Iustin. veteres ll. in suo statu conferuat. Deinde affirmatis mulierem interuenire non posse, quia frustra intercedit mulier, ut expresse dicit *ICtus in l. s. Titius. 48 ff. b. tit. n.* Deinde in *l. fam. 2. ff. de reg. iur.* dicitur fœminam intercedere non posse, præterea quod intercedere & fideiubere sit munus publicum, à quo fœmina repellitur. Denique exceptio SCti Velleiani frustra esset perpetua, si posset mulier fideiubere, *I. qui exceptio perpetua 40. in princ. ff. de condit. indeb.*

Hinc nunc potest explicari quaestio grauis & difficilis † an mulier possit renunciare ²⁰ beneficium SCti Velleiani, hoc est, an possit pro alio fideiubere, & expresse omittere beneficium SCti, eique renunciare? Et quidem mutui in ea sunt sententia mulierem SCto renunciare non posse, idque probant per *dd. ll. allegatas*, quæ videntur velle quod mulier ne volens quidem ad fideiussionem admittatur, diciturq; nam sic mulier non potest interuenire *d. l. famina.* item frustra intercedit *d. l. s. Titius. 48. b. t. n.* Qui accedit quod ICtus Paulus dicit in *l. 1. ff. ad S. C. Velleian.* Plenissime SCto Velleian. esse comprehensum, ne pro vlo fœmina interueniret. Secundo videtur id suadere fragilitas sexus, *per l. s. mulier. 22. C. ad SCtum Velleian.* quam rationem & Dn. Wesenb. habet in paratis. *ad S. C. Velleian. num. vlt.* vbi affirmat mulierem SCto Velleiano renunciare posse. Tertio Barto, habet hanc rationem, *in l. interdum. ff. de minor 25. annis,* quam *in d. loco* Wesenb. ex Bart. similiter refert, nimirum eandem esse leuitatem renunciationis quam intercessionis. Quarto Fr. Connan. in suis comment. iur. civil. de fideiuss. eandem sententiam defendit sumitque argumentum *ex l. quatuor. 8. §. interdum. ff. ad S. C. Velleian.* vbi dicitur quod mulier ex intercessione soluens, haber conditionem: Ergo inquit Conn. vt soluendo sibi nō præiudicat mulier ita nec renunciando. Hanc etiam sententiam defendit Hieron. Franc. *d. l. 2. ff. de reg. iur. num. 44.* Quintum argumentum præter sic ex comparatione militis & mulieris, vt enim nec miles potest interuenire, ita nec fœmina. Miles autem, ne † volens ²¹ quidem ad tutelam admittitur, ne ab vsu armorum abstrahatur. *§. item maior. Verf. idem. Eſt in milite. supr. de excus. tut.* Ergo nec fœmina etiam volens ad fideiussionem admittitur, ne fragilitas sexus in pernicie substantiaz eius cōuertatur, *§. i. supr. quib. alien. lic. Vel non.* Sexū argumentum est *ex d. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb.* vbi dicitur filium fam. non posse renunciare SCto Maced. quod in eius fauorem est introductum. Ergo nec fœmina potest renunciare SCto Velleiano quod similiter in eius fauorem est introductum. Fr. Duaren. in *ttt. ad S. C. Velleia.* distinguit, inter renunciationem, que fit tempore necessitatis, & eam que fit post intercessionem, illam dicit non valere, hanc valere affirmat, *in l. s. conuenerit. ff. de re iudic. ex l. vlt. §. vlt. ff. ad S. C. Velleian.* vbi fit renunciatio licite post intercessionem.

Sed hisce opinionibus & sententiis relictis contrariam sententiam putamus esse ve-

tiorem, mulierem scilicet & in ipsa intercessione & ante eam & post eam renunciare possit. *I. fin. C. quando mul. tut. fungat: I. iubemus. 20. C. ad S.C. Velleian. Nou. 94 c. 2. Nou. 118. c. 5.* Eamque sententiam defendit insignis presbiterius Andri. Gal. lib. 2. obf. pratt. obf. 77. Nunc igitur necessarium erit ad illa sex argumenta respondere, quibus alii contra nostram sententiam venturum pro sua sententia confirmanda, quales sunt Bart. Welenb. Fr. Conan. Hieron. Francus, & si qui sunt alii: Et quidem primo non obstat *d. l. feminina. 2. ff. de reg. iur. quae dicit foemina non posse intercedere, & d. l. s. Titius 48. ff. evd. vbi dicitur frustra intercedere mulierem, & d. l. 1. ff. ad S.C. Velleian.* vbi dicitur SCtum plenissime esse comprehensum, ne pro illa foemina intercederet. Hac, inquam, non obstant, quia hac ita accipienda sunt, ne cum effectu mulieres intercederent. Habent enim perpetuam & exceptionem mulieres intercedentes, SCtum scilicet Velleiani, quam dum opponunt, tuta sunt, cum alias ipso iure intercedere possint *tot. ut ff. & C. ad S.C. Velleian.* Effectu igitur inspeccio frusta intercedit mulier, quia & dominum non patitur & tutae est perpetua exceptione. *d. l. quae exceptionem. 40. ff. de condit. indeb.* Si tamen mulier prius edocta voluerit renunciare SCtum beneficio, potest id facere, cum quilibet & iuri pro se introducto renunciare possit. *l. pen. C. de part. l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & cleric.*

Secundo non obstat fragilitas sexus, quia illa nihilominus hic consideratur, & plurimum attenditur, quia mulieres habent beneficium & priuilegium magnum scilicet exceptum SCtum Velleian. propter fragilitatem sexus indultum, quo sicuti volunt tutae sunt: Si autem coevi nolunt, sibi id imputent, cum ut dictum est iam fauori suo renuncient, & scienti ac volenti non fiat iniuria & scienti. *de reg. sur. m. 6.* Deinde tercia ratio Bart. non obstat, eandem scilicet esse levitatem & facilitatem in renunciando quam in intercedendo. Hanc enim veram esse negamus, cum certum sit facilius induci posse mulierem ad spondendum, ad intercedendum, ad intercedendam pro alio, propter sexus fragilitatem quae multis captionibus est obnoxia, quam ad renunciandum. Unde etiam exceptionem hanc oppone, eaque tuta esse potest: Si vero mulieri opponitur, indicatur & declaratur hoc, si tum omnino beneficium & priuilegium, quo vim posset, sibi id imputet; Alias si non excipitur hoc priuilegium, sunt sepe eius ignorantiae mulieres, & si scirent, forte non tacent. Hinc hodie fere omnibus instrumentis intra priuatos patres confessis solet inseri mulierem expresse renunciasse suo beneficio. Donare aurem & potest mulier, quia presumuntur non facile id factura, cum alias mulieres natura sint tenaces & auaræ.

Quarto non obstat ratio Fr. inc. Conani. Nam aliud est animus mulieris soluentis, aliud renunciantis. Cum mulier soluit, ignorat se tali beneficio gaudere, & ideo condictionem seu repetitionem eius, quod dedit, habet. Cum vero renunciar voluntarie, & eo beneficio se se abdicat, nec soluendo presumuntur mulier tacite renunciare SCto Velleiano. Nemo enim suum iactare ereditur.

Quinto non obstat, quod de comparatione militis est adductum, eum scilicet ne quidem volenter ad curam gerendam vel tutelam administrandam admitti, quia id in militie est constitutum, ob publicam utilitatem, ne facile ab armis abstrahatur, per quod Imperii vires possunt miseri, simile in foemina non obtinet. Nec constitutum est, unde ad intercessionem admitti potest foemina, & si edocita & admonita sui beneficij, ei expresse renuncauerit, quemadmodum supra dictum fuit.

Sexto & ultimo non obstat id, quod dicitur *ex d. l. per exceptionem. ff. de condit. indeb.* filium fam. scilicet non posse renunciare SCto Macedon. Ergo nec mulierem Velleianum. Responder namque Glossa, quod SCtum Macedon. sit introductum in pecuniam & odiuum creditorum. *I. sed si pators fam. §. fin. ff. ad S.C. Macedon.* S. C. vero Velleianum in honorem

notem mulierum est introductum, cui quilibet potest libere renunciare, quemadmodum supra dictum fuit, *L. probatur ea sententia. in l. Vlt. C. ad S. C. Velleian.* neque ea lex est intelligenda de iudiciali renunciatione, sed de ea, quae fit extra iudicium, id quod ex verbis intelligitur: Et sic ad iudicem. Et hanc sententia potro confirmatur apertissime in d. l. subemus. *C. ad S. C. Velleian. & in l. Vlt. C. quando mulier offic. tut. fung. Nov. 24. Nou. 18. &* forte etiam hoc hic vrgeri posset, intercessionem vel fideiussionem virile esse officium d. l. 2. ff. de reg. iur. Mulieri tamen id similiter concessum est, *L. §. 1. ff. cod.* Et recte Faber in d. l. 2. verbum intercedendi de effectu accipit, quasi non possint intercedere, hoc est, si nolint id facere, seu si vti velint exceptione SCti, cui tamen si renunciant edoctæ, suo iure se abdicant. Manet igitur verum extra iudicialei conventionem de intercessione posse fieri à muliere, vt haec tenus probatum fuit. Iudicials autem quin fieri possit à muliere dubium non habet, quando scilicet mulier est patata iudicium accipere, hac conditione, vt caueat se non usuram exceptione, idque probatur per d. l. Vlt. §. pen. ff. ad S. C. Velleian. Ideo quia in iure quasi contrahitur l. 3. §. item scribis ff. de peculo. 2. Ne iudicia reddantur elusoria & decipiatur auctor, quemadmodum Wesenb. id in parasit ff. ad S. C. Velleian. sum. *Vlt. elegantissime tradit.*

Ad thesin 4. & 5.] Prescribitur hic † modus fideiussionis, scil. quod fieri possit pure ²⁸ vel sub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore, quemadmodum etiam supra de stipulatione dictum fuit: Et si constat fideiussorem vere fideiussisse, præcise fideiussor absq; omni exceptione creditori actione ex stipulatu obligatur, exceptionesq; omnes reales pro reo principali competentes etiam fideiussori dantur cum accessoriis principale sequatur. e. *accessoriis. dereg. iur. in 6.*

Ad thesin 6. 7. 8. 9.] Fideiussores omnes † si plures fuerint ipso iure in solidum tenetur, *l. non recte 3. l. reos. 23. C. cod.* nisi ab initio aliter inter eos fuerit conuentum, quia conuentio dat legem contractui. *l. contractus. 24. ff. de regul. iur.* Hoe tamen mutatum nunc est per Epistolam D. Hadriani super hoc eniama, quæ singulis fideiussoribus † beneficium diuisionis indulget, hoc est, concedit, vt possint diuidere inter se obligacionem, opposita exceptione Epistola Diuini Hadriani. *l. inter eos. 51. ff. b. tit. n.* hoc est, vt portiones seu partes inter se dent, nec ad totum seu solidum dandum obligentur. Sed huic assertioni obiicitur *l. Ultim. ff. rem pupilli saluam fore,* vbi dicitur cessare hoc beneficium vel hanc exceptionem & opponi non posse, quando plures pro uno tutori fideiusserunt. Ergo verum non est fideiussores teneri in partes tantum dandas, hac opposita exceptione. Respond. Quod in d. l. Ultimo disponitur, id pro substantia materiæ ratione intelligenda est, in eo casu, quo plures pro tutori fideiusserunt, rem pupilli saluam fore, idque ideo est constitutum & receptum, ne una causa in plures diuidatur cum pupilli incommmodo, & quia unius tutoris in solidum obligati vicem sponte subierunt. Quare si pro diversis tutoribus plures fideiussores interuenissent, diuiditur obligatio quemadmodum & inter plures tutores. *l. 1. §. nunc tractamus ff. de tutel. & rationibus distractabend.* quoniam hi tutelæ onus inuiti subire coguntur, quemadmodum Dn. Mynsing. in §. *si plures. num. 6. b. tit.* recte sentit. Secundo obiicitur *l. §. plures. 27. §. Ultim. ff. de fideiussor.* vbi obligatio diuidi non potest. Ergo beneficium diuisionis ex Epistola D. Hadriani locum non habet inter fideiussores. Respond. Fideiussor hoc loco alienum fideiussorem dedit, vnde inter eum & principalem fideiussorem non magis diuidetur obligatio, quam inter reum & fideiussorem, cum † si fideiussor, cui aliis accessit rei principalis loco esse videatur, quemadmodum in d. l. *§. plures. §. Ult. affirmatur.*

Terrio obiicitur *l.inter ei. 51. §. duo rei. ff. cod.* vbi dicitur in iuitum creditorem non posse cogi diuidere actiones inter omnes fideiussores si duo rei promittendi separatim fideiussores dederunt. Respond. Verum est † cessare hoc beneficium diuisio[n]is, quando pro eodem debito plures fideiussores interuenient, sed non pro eodem debitor, veluti si duo eandem tem[m] pro m[er]it[us] promiserint, & vterque eorum fideiussorem dederit, non diuiditur inter istos fideiussores obligatio, sed singuli in solidum tenentur, quia reuera fideiussores non sunt.

Quarto obiicitur *l.si dubiter. 10. §. ita demum. ff. de fideiussorib.* vbi dicitur beneficium diuisio[n]is ex epistola D. Hadriani locum non habere, si fideiussores insufficientur. Resp. Ut in toto iure inficiantum p[ro]p[ter]a maior est, vnde & vasallus feudum amittit: Ita quoque hoc in loco † inficiantum p[ro]p[ter]a haec est, quod nō habeant beneficium ex epistola D. Hadriani. Nam inquit ICtos Vlp. in d.l. *si dubitat. §. ita demum* inficiantibus auxilium diuisio[n]is non est indulgendum. Manet igitur verum auxilium diuisio[n]is habete fideiussores regulariter, quamvis rectis casibus id eis denegetur & hosce casus Mynsing. ex gl. refert. Tum autem habet id beneficium quando † opponunt exceptionem, quam si non apponit aliquis & solidum seu totum debitum solvit, id quod suam portionem excedit neque à creditore neque à fideiussore repeterere potest, *l.vt fideiussor. 39. h. tit. n.* quia videtur beneficium D. Hadriani repudiassle. *l.cum aliter 11. C.cod.* Sed obiicitur *l qui exceptionem. ff. de condit. indeb.* vbi dicitur eum qui tutus est exceptione perpetua & fauorabili, solere repeterere. Ergo & hic repetitioni locus esset. Resp. Gl. in Verb. partes, putat hanc non ita esse fauorablem, sicut illa, de qua ibi agitur, scil. STCti Velleiani. Et ideo idem statui non deberet. Deinde notandum est secundum generalem hanc anomalam potius esse exceptionē, non exacte dilatoria, non exacte perematoria, quamvis tamē communiter etiam placeat easa esse dilatoriam, vt D. Niger in publ. disput. affirmauit.

Ad thesin 10.11. 12.] Agitur hic de secundo beneficio quod indulsum est fideiussoribus, & quidem à lustin. Imp. nimirum quod fideiussores possint prius † excutere debitorum principalem, qui si est soluendo, ipsi non tenentur; Si vero non est soluendo ipsi fideiussores conueniuntur, & hoc vocatur beneficium ordinis. Sed huic ex lustin. constit. opponitur *Nou. 4. c. 1.* vbi dicitur Papinianū eius rei autorem fuisse: Dicitur aut̄ ibi in græco ὁ πῶτα πρώτεος ἵππης ποτίμευθε: id est, quod primus fuerit autor, & primus suaferit, qui h[ab]et verbis adduci aliquis facile potest, vt credar, lustin. non esse auctorem. Resp. Papinianus nou pro certo tradidit, nec vñq[ue] lege lata vel constituto iure induxit, vt ante fideiussorem reus conuinciretur, & excuteretur: Sed Papin. ea opinione fuit, vt putaret iustum & æquum valde fore ita constitui: sane nullum verbum, nullum responsum, nulla lex est, quæ huius rei vel minimam afferat suspicionem, sed vbiique dicitur arbitrii creditorum id est, utrum vel primum conuenire, nec est ratum in nostro iure ICtos aliquid suaferisse, idque † Imperat. p[ro]st[ra]ta suis constitutionibus confirmasse. Ergo recte dicimus hic ex lustiniana constitutione primum beneficium ordinis fluxisse. Hec autem exceptio locum non habet tum q[uod] iando principalis debitor abest, *Aucth. præsente, Vers. absenti. Vero. C. cod. Nouij. 4. Vers. se Vero.* Cui opponitur *l postquam. 5. in prin. ff.* Et legat. seu fideicom. servand. causa caueatur. Relp. loquimur hic de vera obseruancia, nec loquimur de absentia apud hostes, de qua d.l postquam, est intellectu ligenda.

Ad thesin 11] Elegi us in hac thesi q[uod] iestio proponitur, an scil. is qui fideiubendo semel se constituit principalem, beneficium habeat excusatione. Et putamus cum Andr. Gail. lib. 2. obs. 28 num. 2. cum beneficio illo † excidisse, nec posse dici eum amplius ad ordinis exceptionem intentandam esse admittendum. Rationes huius rei haec sunt. Primo, quia qui ubi

quilibet suo iuri renunciare potest, quod hic facit, dum se principalem constituit. *l. pen. C. de pac. d.l. s. quis in scribendo. C. de facio sanct. Ecclesias.* Secundo quia videtur hic esse nuntatio. Nouatione autem prior obligatio tollitur, dum fideiussor te principalem et ei constituit. *tot. sit. ff. de nouat. §. praterea. supr. quib. mod. toll. oblig.* Sed obinciturita; quod fideiussor pro alio quamvis te principalem constitutat, tamen ex natura eius, quod accedit non tollit; obligatio prior, sed manet, nec praetulit ut voluisse statim suo iuri renunciare cum alienam obligationem in suam fidem recipiat, ergo ex aequitate dicendum est hoc casu eum beneficium excusationis non amisisse. Respond. Ideo casu procedere potest, quando expresse constat an te principalem constituerit ad soluendum, alias si id expresse constat, nulla ratione eum ad beneficium excusationis sibi usurpandum esse admittendum putamus, vide id latius explicante Gail. *d. ob. 28. num. 4.*

Ad Thes. 14. 15. 16.] Agitur hic in thesibus seqq. de tertio beneficio quod habent fideiussores, scilicet de beneficio cessionis, † quo vnu ex duobus pluribusve fideiussori bus et nuncius & solidum soluere paratus, impetrare potest, ut stipulator compellatur ei ceterorum vendere nomina. *l. fideiussor. 17. ff. eod.* Et antequam fideiussori tales actiones cedantur poterit creditorui denegare solutionem debiti, *Schneid W. ad §. si plures. nu. 23.* Nam † si post solutionem peratur creditor eam cedere non potest. Id quod colligi potest, *ex l. cum alter. 11. C. de fideiuss. vbi dicitur, quod obtineat fideiussor cessis sibi actionibus hoc est postquam cessae sunt actiones.* Nam ita ablatiui consequentiae resoluti debent: Ratio huius rei subiici potest talis, quia nulla actio & obligatio ipsi contra fideiussores superest. Solutione enim vnius ceteri liberantur, nisi solutionem pactam de cedendis actionibus praeceperit, idque est *ex l. Modestinus 76 ff. de solus.* vbi dicitur si non ante solutionem, sed ex intervallo post solutionem actiones cessa sunt, cessione nihil est actu, id est, cessio est inutilis, quia nulla superest actio qua per solutionem est perempta, *§. i. infr. quib. mod. toll. oblig. d.l. Modestinus in fine.* Et hanc sententiam simpliciter sequitur *Schneid W. in d. §. si plures. num. 24. h. tit. num. Quem sequitur Wesebn. in paratis ff. num. 6. Versus item sa. Enus. h. tit. num.* quam sententiam hic respondens quoque est secutus hac ratione, quia quod quis non habet, quod est solutione peremptum, alteri dare non potest, solutione actiones cedenda sunt sublatae; Ergo alteri dari non possunt.

Ab hac ratiōnē sententia alii recedunt, & putant solutione ab uno fideiussore facta post cessionem actionum petitatam non extingui obligationem. Quia in sententia est *40 Connan. in comment iur. civil. tit. de fideiussor. Quem sequitur Dominus lageman. in d. §. si plures. h. tit. nu.* Et quidem putant se satis fundatos esse. *in l. cum is 36. h. tit. nu.* vbi est talis casus: Titius fuit creditor, is ab uno ex pluribus fideiussor. pura à Sempronio accepit pecuniam, accepta demum pecunia hoc est postquam accepit Titius, creditor cessit Sempronio post factam solutionem actiones dicit ICtus, dici forte posse nullas iam esse amplius actiones forte extintas per solutionem, cum Titius creditor suum percepit & perceptione omnes liberati sint. Postquam hoc ita ICtus Paulus *in d. l. cum is. &c. mouit respondet hoc modo.* Sed non ita est, quasi dicat, solutione ab uno facta non est extinta obligatio; Non enim, inquit, insolutum accepit hoc est non animo tantum soluendi Sempronius, vnu ex fideiussoribus dedit. Sed quodammodo nomen debitoris vendidit, hoc est, ut Connanus *in d. loco* explicat elegantissime; Cessio haec similis est venditioni facta à creditore Titio, ac perinde est ac si creditor eam accepto pretio vendidisset fideiussori actionem: Animo enim tollenda obligatio non soluit fideiussor, sed vt eam sibi acquireret, & loco debitoris constitueretur, adeo vt non principalis tantum obligatio sed ius pignoris si quod habuit, creditor cedere ei cogatur. *l. creditor. C. eodem.*

- Hac sententia similiter retenta & defensa, non obstant ea, q̄ pro priori sententia probanda fuerunt allata, & quidem primo nihil ad rem facit d.l. cum alterum. C.eod.vbi dicitur, obtinere aliquem cessis actionibus. Ergo sunt cedenda actiones, quia id eo in calu etiam locum habere potest, quando vel ante solutionem vel post solutionem cedantur, prout iam explicatum est, vel dicendum, eo in easu cessas fuisse actiones ante solutionē & forte ita casum de factō incidisse. Illud autem generaliter statuendum est, ante vel post solutionem cessas actiones fideiussori proficer. Deinde nihil obstat d.l. *Modestinus. 76. ff. de solut.* Nam non loquitur de fideiussoribus, quorum ne minimo vocabulo facit mentionem, nec mirum cum contrarium in d.l. cum 16. de fideiuss. sit decisum, sed expresse de tutoribus loquitur in verbis. Omne quod ex causa tutelæ debetur. Diuersitatis ratio hæc est, quia hoc beneficium cedendarum actionum est necessarium tā fideiussoribus quam tutoribus. Fideiussori enim t̄ nisi cessas fuerint actiones à creditore, nulla competit actio contra eum, qui via fideiussit, d.l. vlt. fideiussor 39. ff. eod. d.l. cum alter. l. 1. C. eod. Idem & quom est eum post solutionem factam ad recuperandas partes habere etiam actiones cessas. Tutori vero qui soluit solidū, id est, in solidū satisfecit pupillo, ex causa tutelæ, licet etiam pupillo nulla actio cessa fuerit, competit tamen utilis actio aduersus contutores. l. 1. §. nunc tractamus. Vers. &c. si forte quis. ff. de tutel. & rationib. distractib. Alia ratio diuersitatis est in d.l. cum 16., vbi dicitur: Non enim in solutum accepit, hoc est, non est sublata actio solutione, quemadmodum supra dictum fuit.
- 42 Ad Thes. 17. & 18.] Agitur hic de actionibus, quæ competunt fideiussori. Habet autē mandati actionem contrariam, si rogatus est soluere pro alio. Deinde habet actionē negotiorum gestorum, si sponte pro absente fideiussit, & tum ex quasi contractu obligatus, repetit id quod soluit. Et potest soluere fideiussor propria autoritate, cum contrarium alias non reperiatur decisum.
- 43 Ad Thes. 19. 20.] Affirmatur fideiussorem quidem in t̄ criminalibus causis recipi posse & quidem hac conditione si fideiussores ad peccatum pecuniariam non corporalem obligentur, idque satis constat ex l. si quis 4. ff. de custod. & exhib. reorum, vbi dicitur, si quis reum criminis non exhiber pro quo fideiubendo satis dedit, pena pecuniaria plectatur, nisi dolus id arguat. Tum enim extra ordinem puniri potest, hoc est, arbitrio iudicis non tamen pena corporali, quia in penis semper mitior & benignior interpretatio est sequenda. cap. in penis. de reg. iur. in 6. Wesenb. in parat. ff. num. 4. Sed obicitur *Auth. neminem. C de custod. reorum.* vbi dicitur, quod fideiussores pro crimen debent detinendi, & quod possint adhiberi fideiussores quando pena & criminalis corporalis est infesta. Respon. In dubio dicendum est adhibitos fuisse quidem fideiussores, sed tamen non ita, ut ipsi fideiussores pena capitali sed pecuniaria afficiantur, vel dicendum, d. *Auth.* esse dubiæ authoritatis ex Basilicis restitutam & à Pacio adiectam. In vetustisribus enim Codicibus non habetur, vnde ei fides merito habenda non est. Secundo obicitur l. 4. in princ. ff. si quis cauit. in iud. vbi ICtus Vlp. ait. Sed & si quis rei capitalis ante condemnatus iudicio sistere se non potuit merito huic ignoscitur: dixerit aliquis, quomodo ergo hæc exceptio damnatur & Fideiussoribus eius est necessaria, ex quo colligi possa videtur, pro reo capitalis criminis fideiussorem dari posse. Respond. Si paulo diligētius circumspiciamus & attendamus ad præcedentia. in l. 3. & 2. ff. eod. tit. si quis cauit. Eſc. apparet nihil minus inde colligi posse. Agit enim Vlp. de exceptione, quæ competit ei, qui cautioni in iudicio sistendi causa à se factæ non obtemperauit ob iustum causam, puta quod à magistratu sit retentus, quod propter temporis angustiam adesse non potuerit, vel ob tempestatem, vel ob quamcunq; aliam causam, quarum multæ referuntur.

tur in d.l.2. His quoque Vlp. in d.l.4. hanc causam annumerat, si rei capitalis ante sit condemnatus. Non igitur fideiustor accessit ei causa, ex qua rei capitalis principalis est cōdemnatus, sed alii cuidam. Quæritur vero an hac exceptio fideiussori pro sit, quod sane maximum habeat dubium. Nam alias deportatio rei non liberat obligatione 44 fideiussorem. L.1.C de fideiuss. l.11. C.de except. Verum hoc in casu nostro ita se res habet, quia qui capitaliter quiem condemnatus est, sibi non potest, nec tamen hoc quidem excusaret fideiussorem, sed illa condemnatio contiguit ante diem, quo sibi reus debebat, quod si post diem contigisset, fideiussori haec exceptio nihil quicquam profuisset. L.26. C.de fideiussor. quem admodum haec doctiss. explicat Cuiac. lib. 20 obseru. Et notandum est eum fideiuli, qui se obligat pro incarceratedo debere expectare litis eventum, & in ea lite perseuerare vñque ad sententiam absolvitoriam vel condemnatoriam, quod si non facit dimidiā partem bonorum vel omnia bona amittit. Ad pœnam autem se non obligat, quia illa non venit ex officio iudicis ex sententia condemnatoria vel absolvitoria. In 45 criminali igitur causa fideiussor assumptus cautione fideiussoria se saltrem ad pœnam pecuniariam obligat omnium bonorum, vel maioris vel certar partis bonorum, nam alias in duriorum causam accederet, quod fieri non potest, vt infra dicemus.

Ad Thes 21.23.] Fideiussor in causam duriorum ipsis principali non potest, 46 in leuiorem potest. §. fideiussores. b. iir. num. Nam catenus obligatur fideiussor, quatenus principali tenetur. Duatenus in titul. de fideiuss. cap. 3. & vt Mynsing. ex Dd. refert hic in §. fideiussores. Fideiustor extensiu obligati non potest, intensiu potest, id est, est firmius. Sed obiciuntur, seruus naturaliter obligatur extraneis & ipsis domino. L. serv. 1.4. ff. de ob. E. aff. l. fideiussor. 16. §. 2. ff. codem. Huic accedere potest fideiussor, §. in omnibus b. tit. n. E. l. cum fideiussor 35. l. si a 10 70. § adeo ff. eod. Et hic civiliter per stipulacionem obligatur, ergo in duriorum causam accedere fideiussor potest. Nam durior est civilis obligatio, ex qua actio datur quam naturalis. Respon. quod de obligatione dicitur, id saltē formam respicit, nam ratione obligationis firmius se quis astringere potest, vt in thes 23. affirmamus, & sibi quis imputet, qui scire debet se pro eo intercedere, qui nō adeo firmiter fuit obligatus. respectu tamē effectus intercessionis, durior causa nō est, quia non est in lito & summa obligacionum, sed debiti quantitas duriorum causam 47 fideiū communis est. Et hoc Un. Welenb. constanter ita assertit in d. §. in omnibus n. q. b. tit. Secundo hic obiciuntur l. mora 88 ff. de Verb. ob. Sed quid ad illam legem sit respondendum E. ad l. certū capua. ff. de eo quod cert. loco. supra satis dictum fuit, q. hic repeterem otiosum esset. Usuras autem ex non nota prastare fideiussor tenetur, in quas simpliciter 48 assumptus se obligavit, l. amiss. b. iir. l. quaro. ff. locati, quia rei mora ipsis fideiussori quodammodo est communis. Conan. 2.7. de fideiussor. in princ. Non enim auger obligationem quod iudicis officio accedit l. non quequid ff. de iudic. d. l. certum capua. Nec illud q. in legatorum, fideiū communis vel tutelae iudicium venit per tutoris officium, si his fideiussores accederint, auger obligationem. l. l. §. 1 ff. de suris. l. 10 ff. rem pupilli sale. for. e. l. fideiussores §. 1. b. tit. Tunc autem mora Rei fideiussori nocet cum tempore, quo petitio vel actio competit, non sit solutum. l. nuda ff. de contract. emt. & committ. stipul. Gail. lib. 2. obseruat. 27.

Tertio obiciuntur l. qui res 98. §. mibi 10. ff. de solut. vbi in die promissum ante diem peti potest. Resp. loquitur ille textus de adiectione solutioni, q. nihil habet commune cū fideiussione. Nā fideiussor p. principali debito obligatur, Ei vero q. solutioni adicitur minime obligatio q. tetur, sed tamē illi solui potest, id q. Dn. Mynsing. putat. Quarto obiciuntur l. nō quēadmodū. 35. ff. de iudic.

iudic. vbi fideiussor se obligare potest. Respon. non probaturex illa lege plus esse in acceleratione obligatione, quam in principali tempore. Nam cum fideiussor antequam principalis obligetur interuenit, in pendentia est eius obligatio donec principialis promittat, nec interim tenetur, qua in sententia est Mynsing, &c express: constat ex princip. dict. l. non quemadmodum. Deniq; obiicitur § si tamen aliena supr. de rerum divisione. Respōn. est alius casus ibi, & in l. si in emtore in pr. ff. de cōtrah. emt. q̄a agim⁹ hic de accessione obligationis, nō de accessione naturali, de qua in d. § si tamen, & in d. l. si in emtore agitur, vt gl. hic notar.

49 Ad Thes 22.] Si in maiorem sumمام promisit fideiussor, quin reus, & ita in diuiniorem causam i.e. obligauit fideiussor. Quæstio est † an obligatio plane nulla contrahatur, an vero contrahatur obligatio pro ea causa vel summa, in qua est obligatus reus principalis? Et videbatur dicendum, quod omnino nō valeret illa obligatio, hoc est, quod tota esset inita, quia fideiussio fit stipulatione, quemadmodum supr. dictum fuit, si autem quis liter promittit, quām est interrogatus, puta si quis stipuleret decem, & alter promitteret 20, utilis omnino est stipulatio, § præterea, supr. de inutil. stipulat. Ergo & hoc casu idem videatur dicendum scilicet omnino fideiussionem esse irritam & nullam, sed quomodo dicta § præterea cōcilietur cum l. i. §. s. stipulanti ff. de Verb ob. supr. in materia stipulat ad thes. 22. est expositum; Hoc autem non obstante recte affirmamus in eo casu fideiussorem teneri tantum in id, quod vere à Reo debetur. Nec ubstat. L. grace 8. § illud. 7. ff. de fideiussor: vbi dicitur, si fuerint fideiussores in diuiniorem causam adhibiti, placuit eos omnino non obligari, id est, eos penitus non obligari & obligationem esse nullam, quemadmodum etiam antiqua & Florentina lectio habet secundum d. §. præterea. Hac inquam lectio non obstat quia Holoander restituit illum textum ex archetypo, & ita legit, placuit eos non omnino obligari: eos non in totam sumمام illam excedenter principalem obligationem etiam obligari, sed tantum in eam, quam debet principalis. Et hanc lectionem amplectitur Mynsing. in § fideiussores. nu. 5. b. tir. & Wetenb. hic in parasit. num. 5. Et affirmat Connan. lib. 6. comment. sur. ciusl c. 6. In iudiciis, quoad summas minorem inesse in maiore & fideiussores, vt Iustin. hic dicit, in plus se obligare non possunt, quam principalis debitor debebat, vnde saepe explicationem d. L. grace § illud. optime accipere potest, quāmuis securus sit in stipulatione, & supra dictum fuit. Hæc habet Connanus licet postea adiiciat nullam esse legem, quæ dicit fideiussorem hoc casu in id tantum teneri, quod vere principalis debet, quod tamen si cum mente Iustiniani conciatur, facile conciliari potest, vt supra dictum est.

50 Ad Thes. ultim.] Agitur hic de eo quemadmodū fideiussio cesset. Cessat si promissum præstat, & si alio modo fides promissa tollatur. Paupertate vero vel morte debitoris non extinguitur fideiussoria obligatio, semper enim speratur principale & fortunam bonam reddituram, vel fideiussorem ipsum.

51 Ad Corollarium.] Quæstio est; An† creditor cogatur liberare fideiussorem acceptum etiam si aliis magis idoneus offerretur? Nos putamus creditorem cogi non posse. Sed opponitur, Fideiussores accipiuntur ut quod debetur tutius debeat. Dum igitur æque tuto debeat, quod si alius idoneus magis offertur, non potest cogi prior fideiussor, vt in obligatione maneat. Resp. Ut inuito creditor in strictis iudiciis † aliud pro alio solvi non potest. l. 2. ff. de reb. credit. ita inuito creditor in hoc fideiussionis stricto contraclu aliis fideiussor magis etiam idoneus obrudi non potest.

Nam & alias certum est non posse quid dissolui, nisi eo modo, quo est colligatum. Nam igitur verbis consentientibus, hic contractus est initus, verbis eum dissolui necesse est. l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Amplius contra hoc Corollarium disputari non potest.

potest. Reclus igitur debuisset Corollarii loco ponи illa quæstio satis disputabilis: An mulier SCto Velleiano renunciare possit, quæ supra satis est explicata.

DISPUTATIO. XXVIII.

De emtione & venditione.

CONTINVATIO.

Supereft ut de obligationibus, quæ solo consensu fiunt, videamus, postquam de obligationibus, quæ re, verbis, & literis contrahuntur, atum fuit.

Thes. 1. Consensu fiunt obligations in emtione venditione, locatione conductione, societate, mandato.

2 Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi, quia neq; scriptura, neq; præsentia omnimodo est opus, at nec dari quicquiam necesse est, & hinc inter absentes quoque talia negotia contrahuntur veluti per epistolam vel per nuncium.

3 Et his contractibus alter alteri obligatur, in id quod ex bono & æquo est præstandum.

4 De emtione & venditione primum erit dispiciendum, in qua veteres promiscue appellationibus vni sunt.

5 Emtio & venditio est contractus iurisgentium, nudo consensu initus, de merce certo precio, animo dominii transferenda est habenda.

6 Consensus igitur fit in mercem certo precio dandā. Non enim contrahitur emtio & venditio, nisi de precio fuerit conuentum, quamuis pretium nondum sit numeratum, ac ne arrha quidem data fuerit.

7 Si forte contrahentes dissentient in precio vel in corpore imperfecta est emtio.

8 Merx deinde seu res, quam venditor præstat, talis esse debet, quæ sit in commercio, quamuis res sit futura, & speretur quemadmodum etiam spei emtio.

9 Ethæc res transit cum sua causa ad emtorem.

10 Pretium quoque sit in emtione, sine quo emtio esse non potest & in pecunia numerata consistit, vnde à permutatione differt, qua res seu corpus pro re datur.

11 Et hoc premium in alterius arbitrium conferri potest, quod si fuerit factum, siquidem ille premium definierit, in eo valet emtio, si vero aut non uerit, aut non potuerit definire premium nihil actum censetur.

12 Venditæ autem res ac traditæ non aliter emtori acquiruntur, quam

38 392 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Si is venditori pretium soluerit vel alio modo satisfecerit, vel nisi fidem emitoris venditor fecutus fuerit.

13 Et haec ita in emtionibus, quae sine scriptura fiunt, obtinent, in iis vero quæ scriptura perficiuntur ex Iustiniani constitutione non aliter perfecta est emtio & venditio, quam si instrumenta emtionis fuerint prescripta.

14 Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentia locus est, & potest emtor vel venditor sine pena recedere ab emtione & venditione.

15 Perfecta emtione & venditione periculum rei venditæ re nondū tradita, statim pertinet ad emtorem.

16 Et hic contractus fieri potest pure & sub conditione, & quidem ab iis personis, quæ habent liberam suarum rerum administrationem, vnde filii cum patre venditio, & à furioso, minore, pupillo, facta, nullius est momenta.

17 Bona fides quoque in eo, qui pro emtore prossidet, requiritur duobus temporibus, quo ad usucaptionem, initi scilicet contractus & traditionis.

18 Emtio porro, hoc est, rei venditæ per sententiam iudicis ablatio, in emtione etiam locum habet, & quidem naturaliter emtioni inest.

19 Dum etiam emtio & venditio utriusque gratia contrahitur, dolus & culpa in eo præstanta venit.

20 Denique ex hoc contractu due nascuntur actiones ex emtio & vendito, quemadmodum *infr. in tit. de action. dicetur.*

Corollarium. An emtor ad rei traditionem venditorem cogere possit, si rei tradendæ facultatem habeat, queritur? Nos venditorem tuum cogi posse putamus, eaq; communis est sententia.

DISPUTATIONIS XXVIII.

De emtione & venditione, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A

- 1** Obligationes solo consensu contracta que sint.
- 2** Emto & Venditio an in scriptura etiam fieri possint.
- 3** Emto & Venditio quomodo contrahendi dicantur solo consensu.
- 4** Emtio & Venditionis contractus, an preter dationem requiratur.
- 5** Consensus an in omnibus contractibus de substantia sit.
- 6** Obligatio in id quod ex equo & bono est præstandum, quomodo intelligatur.
- 7** Emtioris & Venditionis vocabulis promiscue & si sunt veteres.
- 8** Actio ex emtio, significat actionem ex venditio.
- 9** Emto & Venditio an si contractus suris gentium.
- 10** Nummis sunt iurisgentium saliti.

- 11 Verba non esse necessaria in emione & venditione.
 12 Error an emitionem impedit.
 13 Coactus qui vendit, an sine conseruanda faciat.
 14 Emitionis partes principales qua sint.
 15 Res in qua emio consistit, qualis esse debeat.
 16 Res sacra an possit esse in commercio, & an vendi possit.
 17 Pretium emtionis consistit in pecunia numerata.
 18 Traditionibus rerum dominus transferri quomodo intelligendum sit.
 19 Emitionem dupliciter fieri posse.
 20 Scripturam non ex necessitate turis adhiberi in emione.
 21 Obligationi constituta renuntiare quis, aduersario non consentiente nemo potest.
 22 Emitione nondum perfetta, licet ab ea recedere.
 23 Rei vendita periculum ad quem pertineat, emitionem perfetta.
 24 Vini venditi periculum ad quem pertinet.
 25 Res vendita & nondum tradita, cui pereat.
 26 Ematio & venditio pure & sub conditione fieri potest.
 27 Bonafides in emione duobus temporibus requiriuntur.
 28 Actiones ex emtione tres.
 29 Emilio quid sit.
 30 Redhibitoria actio quid sit.
 31 Actio de prescriptis verbis quid sit.
 32 Emter an etiam lenissimam culpam praefare cogatur.
 33 Venditor an cogi possit ad rei traditionem, si res tradenda facultatem habeat.
 34 Res aliena si vendatur potest ei vinciri.
 35 Venditor quando liberari possit praestando interesse.

HA C T E N Y s de obligationibus est actum, quae re, verbis, literis contrahuntur. Super est igitur ut nunc diligentius examinemos contractus seu obligationes, quae nudo & solo consensu contrahuntur & quidem inter hos præcipue sunt emtio & venditio, locatio & conductio, societas mandatum. Inter has tamen quasi gemma propter quotidianum usum exercitium & commercium eminent emtio & venditio; vnde de emtione & venditione utilissima materia nunc agemus.

Ad Thes. 2.] Consensu dicuntur contrahi haec obligationes ideo quia neque scriptura, neq[ue] presentia opus est, nec dari quicquam necesse est. Cetera hoc opponitur, quod cuiam scriptura fiat emtio, id quod etiam in thes. 13. & 14. satis proponitur; Falsum igitur est scripturam non requiri. Respond. Verum est interdum in scriptura emtionem & venditionem celebrari posse; id autem non sit iuris necessitate sed ex virilitate & placito contrahentium, quibus ita placuit in scripturam contractum hunc esse redigendum. Dum igitur pacto & virilate contrahentium id fieri potest, constitutum est a Iustiniano, non aliter eo calu perfectam esse emtionem & venditionem, quam si instrumenta emtionis fuerint per scripta. Hac igitur in parte Iustin: sua constitutione hoc pactum contrahtientum custodire, tueri & conservare voluit. Non tamen sequitur ex iuris necessitate scripturam requiri: Recte igitur dicere possumus tamen iuris necessitate inspecta non requiri scripturam, sed nudo consensu hunc contractum perfici posse. Insto hoc modo, contra datā solutionē, si nudo consensu perficitur hic contractus, quemadmodū expresse dicitur in l. 2. §. for. ff de contrah. emt. Sequitur falsum esse §. pretium institut. eod. vbi dicitur, nullā esse emtionē sine pretio. Ergo non perficit hunc contractū solus & nudus cōsensus. Resp. Dicitur qdē ex

Imperat Iustin. in hac thes. non dari quicquam necesse esse in hoc contractu, vnde videatur dicendum pretii datione opus non esse in hoc contractu, sed sciendum est contractum hunc perfici nudo & solo consensu secundum d.l. 2. § fin. Ad dominium autem rei emitte transferendum omnino requiritur merce data ut t' premium interueniat. §. Vendita. supr. de rer. diuis. l. traditionib. 20. C. de pass. alias ad perfectionem huius contractus non opus est rei traditione. Iusta & oppono contral. nec emis. §. aliquando. ff. de contrah. emt. vbi dicitur sine re venditionem fieri posse; Ergo mercis datione opus non est, quod tamen in thes. §. satis affirmatur. Resp. Ibi sunt casus quidam speciales, quando rei loco est spes, ut quando emittit captus pisces, aquum, &c. emtio non est rei certae sed incertae, hoc est, spes. Denique quod affirmatis nudo consensu perfici hunc contractum, falsum videtur esse ex eo, quia nullus est contractus, nulla obligatio, quia in se non habeat consensum, l.i. §. pen. ff. de pass. Ergo non nudus consensus perficit emtione, & venditione, locationem, cōductiōnem, societatem & mandatum. Resp. Concedendum est in omnibus contractibus esse consensum: non tamen in omnibus contractibus principaliter de substantia consensus requiritur, sed in aliquibus res praeponderant, in aliquibus verba, in aliquibus literar, interdum etiam praeponderat & praeualeat nudus consensus, licet ad dominium transferendum requiratur rei traditio ut supra fuit dictum.

Ad Thes. 3.] Affirmatur in contractibus alterum alteri obligari in id, quod ex aequo & bono est praestandu, t' quod ita etiam intelligendu, dati scilicet in bona fidei iudicis iudicio potestatem ex aequo & bono estimandi, quantum actori restitu debeat. §. in bona fidei. infra de action. Et quamvis in arbitrariis etiam iudicis estimatio & arbitrium iudicis sit, tamen illud longe aliter se habet, praecedit in arbitrium iudicis, cui si non paretur, sequitur condemnatio. Hoc autem iudicium est bona fidei, & nihil magis bona fidei congruit quam id praeferri, quod inter contraentes actum est, si nec quicquam conuenit, ea praestabuntur, quae naturaliter insunt huius iudicij potestati, Lex emis. 11. §. 7. ff. de quir. emt. Interdum tamen iudex magis id debet sequi quod actum est, quia quod dictum est, quia sensus sape praeualeat & potior est quam verba, quae sape sunt obscura, & sensu quodam ex actis prospici possunt, quemadmodum affumatur in l. 6. §. 1. ff. de contrah. emt. & ibi gl.

7. Ad Thes. 5. Affirmamus simpliciter emtione & venditionis appellationibus promiscue vsos fuisse veteres. Cui opponitur hoc, quod veteres non promiscue sint vbi appellationibus istis in emtione & venditione, sed quod pro emtione & venditionis vocabulis locationis & conductionis appellationibus sint promiscue vbi, idque probant ita, quia inquiunt in l. Veteres. 19. cum l. seq. legendum ita esse. Veteres in emtione venditioneque appellationibus promiscue vtebantur, id est, in locatione & conductione, & pro, idem est, leg. int, id est, quod Cation & Pacius non probant & affirmant id esse contra scripta exemplaria. Non igitur verum est, quod dicunt veteres locatorum appellatioem & conductorem, id quod Sextus Festus Pompeius docet, Verbo: Venditiones; & in Verbo: Redemissiones. Locationes inquit censorum, & venditorum dicebantur. Sed seposita auctoritate Sexti Festi Pompeii, simpliciter dicimus, veteres emtione & venditionis appellationibus esse vlos promiscue, vt etiam promiscue sunt vbi appellationibus locationis & conductionis. Et quidem hoc primo appetat ex eo, quod in l. si index. ff. de minorib. 25. annis emtio pro venditore, & in l. emtione in pr. ff. de contrah. emt. venditor pro emtore dicitur. Et locator pro conductore in l. 9. §. colonus. ff. locati. Nec dicimus id virtio libratuum cuiusdam esse factum, quia illud est miserum & divinatorium magis effugium. Deinde confirmatus id ex eo, quod tactio exento significat actionem ex vendito, l. Julianus. §. si pro-

*Si procurator ff. de ali emt l. i. C. si seru. extero se, &c. Et actio ex vendito actionem ex emto. Lactionem ex emto. 8. l. f. cum venditorat §. si secundo, l. sed hoc nomine ff. de evit. l. ex conuenione. C. de part. Aclio ex locato significat actionem ex conuento. l. sed ac ist. §. s. d. ff. locati. & actionem ex conuento significatur ex locato. l. dominus. §. Eli ff. locati. Nec est quod dicamus facile id ideo sicut, quod veteres: Etiam b. h. sc. duplex nomen tribuerunt, & ideo uno posito contenti fuerunt. Nam id propter promiscuum usum horum vocabulorum factum esse non dubitemus, alias tamen certum est hodie e prime distingui inter emtorem & venditorem, mercem & pretium l. i. §. sed *tertior ff. de contrah. emt.* Et l. a. Et sententia Accursii & Alciati lib. 5. παρεγγόν, c. 16 Connatus in conumen. iur. ciusl. l. 7. c. 6. in principio.*

Ad thes. 5. 6. 7.] Proponitur hic definitio emtionis & venditionis, quod sit contraclusus iuriisgentium. Cui tale oppositum argumentum: Quod formam habet ex iure ciuili, merito iuriis ciuilis est dicendum. Hic contractus habet formam ex iure ciuili: Ergo iuriis ciuilis est dicendus, cum habeat pretium à iure ciuili, l. i. ff. de contrah. emt. Resp. Affirmatur in d. l. i. quod antiquitas non habuit numos, sed quod progressu temporis sunt inventi; Deinde postquam sunt inventi ea perint adhiberi ad emtionem: Quia igitur sunt inventi, sunt iuriisgent. facti cum uno modo iis sint vtae, nec ex antiquitate temporum hac res est iudicanda. Deinde notandum est Paulum in d. l. i. §. 8. ff. eod. male inferre emtionem esse iuriisgen. & ideo consensu peragi, quia si illa conclusio esset vera, sequeretur commodatum depositum, permutationem sicut consensu tantum cum re contrah. debent, ita autem intelligi debet, ut consensu non verbis adimpleri possit emtio. Cum enim superioris dixisset in emtione rem intervenire debere & pretium, subiungit esse iuriisgent. & id eo consensu peragi non nec in ea necessaria esse verba, vt in contractu iuriis ciuilis, qui appellatur stipulatio. Connan. l. 7. comment. c. 6. Deinde affirmatur, quod emtio ineatur nudo consensu.

Cui opponitur tale argumentum: Si consensu emtio contrahitur, ferrore ac coactio. ne impeditur: Sed errore non impeditur emtio: Ego consensu non contrahitur emtio & venditio. Mit. otem probo jer l. in Venditionibus. 9. §. fin. ff. de contrah. exst. vbi dicitur quod emtio nihilominus valeat, etiam si error interueniat. Respon. Solutio quodammodo in ipso texu habetur. Est enim Consensus in ipso corpore puta in vino, licet in substantia si error, puta si facetus pro vino veniat, as pro auro, vel plumbeum pro argento: postea probat hanc sentiam Vlp. in vino tantum, quia eadem prope est substantia vini & aceti, si modo vinum acuit: Si autem vinx non acuit, sed acutum ab initio fuit, alius pro alio venisse videtur. Deinde opponitur l. quidam. 14. ff. de contrah. emt. vbi error non impedit emtionem. Respond. Il ideo valet emtio & venditio, quia aneum pro auro emtum aliquid auri habuit: Deinde inauratum aliquid auri habet, licet ego putem mere id esse aureum. Si autem as pro auro veniat, & in materia diversa emtio eretur, aliud est dicendum. Sed data solutioni ebiicitur l. cum ab eo. 1. §. fin. ff. de contrah. emt. vbi dicitur eo casu nullam esse emtionem, Respon. Id ideo ibi sit, quia ibi mensa argento cooperata ignoranti mihi pro solida massa auri venditur imprudenter, ibi nulla est emtio. Nihil omnino mensa auri habet, sed fuit cooperata auro. Et notandum est discernenda esse inaurata & inargentata ab his, quae auro & argento cooperata. Nam mensa aneas, inaurata, & inargentata autum & argentum inest, ciusq; materia est duplex. Es scilicet & aurum sive argentum. Mensa autem aneas auro & argento cooperata, autum & argentum non inest: Ergo diversa sunt. Idem dicitur in l. si stolidus. 21. §. quamvis ff. de ali emtis. Si autem in nomine diligens sit, in corpore consensus, nulla est dubitatio, quin valeat emtio,

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Nihil enim facit error nominis, cum de corpore constat, d.l.in Ventionib. 9 §. si in nomine ff. de contrah. emt.

- 13 Nunc etiam de [†]coactione agimus, postquam de errore fuit dictum. Inuitus cogi potest ut vendat: Ergo consensus non est in emtione. Antecedens probo per l.2. C.de patr. qui fili distinx. Et §. fin. supr. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi dicitur, quod quis teneatur liberos & seruos vendere. Resp. Sunt casus speciales in d.l. 2. agitur de eo, quando propter nimirum egestatem quis cogitur filios vendere. In d.l. 8. agitur de eo, quando dominus propter nimirum leuitiam cogitur vendere seruum. Deinde ex definitione appetet partes principales emtione esse consensum pretium & mercem, quae tria si adsum, emtio satis subsistit, ceteris tamen paribus, ut ex seq. apparebit,

Ad thes. 8. 9. 10. 11. 12.] Affirmatur in thesi 8. mercem seu rem, in qua emtio consistit 15 talē esse debere, que sit in commercio. Sed primo opponitur l.4. ff. de contrah. emt. Et §. 8. l. 4. h. tit. n. vbi dicitur quod liber hominis, loci sacri & religiosi sit emtio. Locus autem sacer & religiosus, & liber homo non est in commercio §. sacra. cum seq. supr. de rerum diuisione: Ergo non esset etiam emtio. Respond. Additur in d.l. 4. Si fiat ab ignorantie emtore, emtione intelligi, non si fiat à sciente. Non enim res furtiva à bene parra distingui potest facile, ut nec liber homo à seruo, d.l. 4. cum seq. ff. de contrah. emt. Secundo opponi-

16 tur l. inter stipul. interem. 83. §. sacram ff. de verb. obl. vbi dicitur quod [†]res sacra possit esse in commercio: Ergo vendi potest. Kelpond. Cuiac. affirms, quod inutilis stipulatio adeo sit, ut maneat inutilis, quamvis res sacra profana fiat, & vslibus publicis relata in priuatos vsls conuertantur, quia quod ab initio non subsistit, tractu temporis non conualescit, que regula canoniana etiam in stipulationibus locum habet; Et quæ ab initio consistierunt, extinguuntur postea si in eū caluna recidunt, à quo incipere non potuerint: Et non agitur ibi de eo, quod res sacra tacite fiat profana, sed quod inutilis nihilominus fiat stipulatio: Ergo magis confirmatur id rem sacram in commercio non esse. Tertio obiicitur l. in modicis. 24. ff. de contrah. emt. vbi dicitur sacram & religiosum locum vendi posse. Ergo falsum est, quod dicitur rem quæ non est in commercio vendi non posse. Resp. In ipso textu in fine habetur, quod scilicet emtione maioris pretii accedat, quia multa transirent cum vniuersitate, quæ alias vendi nou possunt, id quod Duaren. etiam ita soluit c. 2. de contrah. emt. vbi addit, id moribus nostris obtinere, Welsenbec. in Institut. pag. 213. affirms fuisse hic locum sacram & religiosum vniuersitatis non nullius. Quarto obiicitur l. littera. 52. ff. de contrah. emt. vbi dicitur littera religiosa loca & sacra in modum cedere, itaque venditor modum præstare debet hanc mensuram. Lid quod. 7. §. fin. ff. de peric. Et commod. rei vendit & modum ac mensuram cedere possunt viæ publicæ & res sanctæ, quæ nullius in commercio sunt, hoc est, mensurantur, ut quantum tuum sit, quantum emerit appearat. Inde tamen non sequitur dominium transferti. Et hoc transit cum sua causa ad emto-

- 17 rem, [†] premium etiam in pecunia numetata tantum consistit, quod tamen secutus est in locatione & conductione, quemadmodum in seq. disputatione dicetur. Et hoc premium in alterius arbitrium conferri potest, ut is premium ponat & constituat, si partes dissidentiae in pretio certo nominaudo. Arbitrus autem dicitur, qui litis causa sumitur rot. su. ff. de recept. arbitr. Arbitrator, quem ad disceptationem contractus finiendam partes eligunt. l. secessitatem. 76. ff. pro socio. Deinde venditæ res non aliter acquiruntur emtori, quam si is premium venditori soluerit vel alio modo ei satisficerit. Cui obiicitur l. traditionib. 18 10. C. de pact. vbi dicitur: Traditionibus transferri dominia. Ergo res tradita acquiritur statim emtori pretio etiam non soluendo. Respond. Quando dicitur traditionibus transferri res dominia, intelligitur id de puris emtionebus & ventionibus, quæ omnia habent

habent, scilicet mercem premium & consensum. Hic autem loquimur de iis, in quibus premium nondum est datum; tunc enim nondum est translatum dominium, quia suspensio sunt conditiones.

Ad thes. 13. 14.] Agitur hic de emtione, quæ ex conventione partium in maiorem probationem solet fieri. Wesenb. num. 3. h. 111. Vide Mynsing. in §. 1. num. 3. affirmat † duplicit fieri posse emtione in scriptis & sine scriptis id quod tolerari potest. Interim tamen hoc verum manet scripturam † non ex necessitate iuris adhiberi sed saltem probationis gratia ex partium conventione. In scripturam redigitur, si in mundum reditur, hoc est, si ingrossatur, & mundum est scriptura postrema, quæ exscribitur à scheda, Crossa vocatur, Connan. lib 7. cap. 6. de emt. & vendit. Et hæc emtio, quæ sit scriptura, non aliter est perfecta, quam si instrumenta emtione fuerint prescripta, hoc est, si omnia sint in mundum redacta. Mynsing. §. cum autem num. 2 idque ex Iustin. constitutione promanauit. Cui opponitur l. 2. §. fin ff. de contrah. emt. vbi illa distinctione tempore! Cui fuit ante Iustin. Resp. illa verba: sine scriptis, addita sunt à Triboniano ex Iustin. constitut. Deinde donec aliquid decet ex his, & penitentia locus est, & potest emtor vel venditor sine pena recedere ab emtione & venditione. §. donec h. tit. n. Et notandum hic est, vnicuique liberum esse ab initio habendi vel non habendi contractus irrevocare, cuncte cōstitutæ cibligationi, aduersatio non cōsentiente demo potest, l. sicut. 5. C. de oblig. & alt. Et ne quidem rescripto principis ab emtione alterutro inuito potest recedi l. 3. C. de rescin. Vend. Obstat tamen d. §. donec. h. tit. n. vbi videtur Iustin. Imp. veile, quod etiam perfecta emtione integrum sit vel venditor vel emtor ab ea recedere & quidem sine pena si nihil nisi harum nomine datum sit, idque ex verbis: Venditio celebrata est, colligitur. Relp. Illa verba ita sunt exaudienda, quod Imperat. Iustin. dicat, de emtione, quæ cepit celebrari, neque adhuc est † perfecta, idq; ex eo coll. gitui, q̄ primum locutus est de emtione, quæ fieri scriptis ccepit, nec tamen est absoluta. Deinde constat id ex verbo, adimplere, loqui Imperat. de contractu nondum perfecto, Wesenb. hsc & in par. tit. ff. de contrah. emt. n. 9.

Ad thes. 15.] Perfecta emtione & venditione periculum rei venditæ re etiam nondum tradita statim † pertinet ad emtorem, id claris verbis ita exprimitur in l. 1. C. de peric. & commod. res vendit. vbi rescriptum est generaliter post perfectam emtione omne commodum aut incēdūm rei venditæ ad emtorem spectare id quod similiter dicitur in l. id quod. & in l. inessario. 8. ff. de peric. & commod. res vendit. Per periculum intelligitur interius & peremptio rei vel etiam latro & corruptio, vt ex exemplis apparet à Iustin. relatis. Sed obicitur l. lettos. II. cum duobus s. 99. II. in quarum lege aliqua dicitur ad emtorem quidem spectare periculum, sed ramen emtorem cum venditore possit agere, vt is actiones suas, quas cum adile habuisset, ei præstaret. Deinde in l. quod si, dicitur, ad venditorem periculum spectare, ergo non ad emtorem: Respond. Ad d. l. & l. 1. & l. 11. quod attiner, pertinet ibi ideo periculum ad venditorem quia fuit in causa venditor, quo minus tradetur emtor, & hoc non negabimus. Eodem modo periculum in degustatione venditor sustinet, quo ad † vinum degostetur, post degustationem periculum incipit esse emtoris, quasi tunc plenissime veneat vinum, cum fuerit degustatur, vt Vlpian. loquitur in lib 1. ff. de peric. & commod. res vendit. l. quis officii §. fin. ff. de contrah. emt. quod si vinum veneat, vt in singulas amphoras certum premium dicatur, quod versioni contrarium est. l. quod sape. §. in his. ff. de contrah. emt. Non dicitur perfecta emtio & vendicio ante degustationem & admisionem, adnumerationem & apprehensionem d. l. quod sepe. §. in his. ff. de contrah. emt. ideoque non nisi per admisionem periculum ad emtorem pertinet. Nec obstat quod ibi dicitur: Re per auersionem vendita, simul atque de pretio compescit

conuenerit perfectam esse venditionem, ut le infest possit periculum emotori esse etiam ante degustationem, & ita sane nonnulli censuerunt, qui auersionem quoque inde dictam tradiderunt, quod emotor hoc modo periculum a venditore auertat, idque in le recipiat, in qua sententia Lælius Tautellus fuit, referente Antonio Augustino lib. 3. emendat. c. 6. illud, inquit, non obstar: Nam dicendum est, quem id. non dum Vlpia iocatur in d. l. ff. de peric. & commisn. rei vend. plenissime tunc vinum venditum esse cum fuerit degulatum. Itaque usque ad degustationem venditor periculum fastinat. Deinde quod attinet ad d. l. letios. cum seq. vbi affirmatur emotori premium esse redditum, unde videtur dicendum venditoris esse periculum. Id ita est intelligendum: Perfecta emtione † res vendita est nondū tradita emotori perit, ne scilicet id quod inter est supra rei premium conseq. tatur, premium tam non perit, hoc est, emotor premium quod soluit potest repetrere, & quod non soluit, soluere non cōpellitur. *I. si fundus § nam est vendideris ff. loc. ut. d. l. quod si neq. ff. de perc.* & comm. rei vend. in d. l. *si fundus*, fuit fundus venditus, isque perit, hoc est, tui publicatus prius quam tradetur, hoc casu fundus emotori non perit, quia id eius interest fundum sibi tradit, tenetur igitur venditor emotori actione ex emio, ut premium restituatur, quia fundus ante traditionem perit & publicatus est in d. l. quod si neque lechi fuerunt: vediū neque traditi, eisque ædilis plebis cum in via publica positi essent consedit, periculum, inquit ICtus, venditoris est, quia scilicet pretii petitionem non habet, & si premium iam accepit id restituere tenetur. *Cuiac. ad Africam. l. 8. in explicacione d. l. fundus s. ff. loc. ut.* Datae solutioni valde obstat § cum autem b. t. n. vbi dicitur emotoris esse dominium soluere, licet rem non fuerit nactus, Ergo premium venditor non tenetur redire perentate. Respon. Da Borch. assertat id quod Iustin. ibi dicit procedere stricto iure, d. l. autem procedere volunt de æquitate, q. a. e. solutio ex Cuiacio est notanda. Deinde o'nic tur l. *si duos. 44 ff. de contrah. emt. vbi emotoris est periculum:* Si enim emotor duos seruosemit paritet uno pretio, quorum alter ante venditionem est mortuus, in viuo etiam emtio non est. R. Sp. aud. Ideo non est emtio in viuo, quia non emislet forte eos nisi pariter essent coniuncti, vt Gl. in d. l. *si duos*, assertat. Ergo dum non est consensus in viuam, sed in duos, non valet emtio, que consensus requirit, ut antefatis dictum fuit. Sed datae solutioni obicitur l. *domum. 57. imprinc. ff. de contrah. emt. vbi dicitur: Coart indu. u. il est, cogendum esse emtorem adimplere venditionem d. omnis licet me. sua tantum pars adsit.* R. Sp. Ibi consensus fuit in totam domum unde dum perfecta est emtio, non potest terra hinc tuam sententiam, & certe voluit etiam partem emere.

Ad thesin 16.] Emtio & venditio potest fieri † pure & sub conditione, pure ut statim datur merx & premium; Sub conditione, veluti Stichus si intra centum dies tibi placuerit, sit emtus aureus tot. &c. ut Imp. in §. emtio. h. r. n. exemplificat; Si autem conditio deficit, nulla est emtio, ut nec stipulatio, d. l. *necessario. 8 in princip. ff. de pericul.* & com. rei vendst. Hic videtur obstat, quod in alterius contrahentium arbitriuum conferatur emtio hac ratione quod esse non potest l. in vendentis *Glement. 13. C. cod.* vbi dicitur in vendentis & emtortis utilitate n. collata conditio comparandi, quia non astringit necessitate contrahentes, nulla est. Resp. Rem ipsam h. c. in textu conferri in arbitriuum emtoris, aliud est si committetur, ut sit tibi emta, si vis, vel pro quanto pretio voles, ut est in d. l. *quod sap. 35. §. t. ff. cod.* & in d. l. in vendentis. Deinde obicitur l. *ff. de contrah. emt.* vbi non videtur conditionalis. Resp. Ibi fuit pure emta sed resolutio debebat sub conditione fieri: At hic facta est sub conditione, Gloss.

Ad thesin 17.] Afficitur duobus temporibus, quo ad usucaptionem † bonam fidem in emtione requiri. Cui oppositum l. *si aliena. 10. in princ. ff. de usuc. ap. & usuc. vbi dicitur o-* minine

sabinino contrarium. Respond. Cuiac. quem sequitur Dn. Borcholt. ita illam legem sol-
lunt, inter diuersa Scholæ autores, hoc est, Proculianos & Sabinianos semper constitui-
sc, quo ad bonam fidem, tempus initi contractus in emtione spectari oportete, sed in eo
fuit controversia, an id tempus sufficeret. Et Proculiani existimariunt sufficere id tempus:
contra Sabiniani putarunt etiam traditionis tempus esse necessarium. Et ideo dicit Vlp.
sententiam Sabinianoū p̄t̄xaluisit, quasi dicat traditionis etiam tempus requiri, quem
admodum supra etiam in materia vſcipationum dictum fuit.

Ad thes. 18.20.] Euictio etiam inest emtori. Et notandum est actionem ex emto tria
complecti, & quidem † tres actiones. Primo de euictione, † qua experitur emtor aduer- 28
sus venditorem, si non fuit dominus rei venditæ, vt ei evincatur. Secundo Redhibitoria, 29
† qua emtor intra sex menses agit ad rescindendum contractum, si vendita sit res habens 30
vitium latens. Denique actio praescriptis verbis. † Si venditor non seruauit pacta adiecta 31
emtori, nec placitis patuit, tunc habet actionem praescriptis verbis ad implationem con-
tractus. Mysling. in d. §. pretium. num. 8. Sed obicitur, quod non tantum actio ex emto
& vendito oriatur ex hoc contractu, sed etiam praescriptis verbis id probat ut l. Vlt. ff.
de condit. caus. dat. causa non secuta. Cui legi directo aduersatur l. naturali. §. & si quidem.
ff de prescrpt. Verb. Relp. Duaren. affirmat ICtos inter se dissentire, sed rectius dicimus ad
conciliandos hosce ICtos inspicendi esse conventionis diuersitatem; in priori casu
d. l. Vlt. ita conuentum fuit; *Do tibi pecuniam, Et mihi Stichum des,* ideo est contractus in-
nominatus, & competit a ctio praescriptis verbis, d. l. §. Et siquidem non est talis conuen-
tio, *Do tibi pecuniam, Et mihi Stichum des, vel rem des,* sed contahunt inter se solo & nu-
do consensu. Et haec est differentia, quod innominato contractu specialiter opus est tra-
ditione rei seu numeratione, contractus emtione perficitur nudo consensu, & licet in hoc
casu ita sint concepta verba, quasi statim res detur, tamen ita, vt iam dictum est, explican-
da sunt.

Ad thes. 19.] Affirmatur in hac thesi emtorem præstare tantum dolum & leuem
culpam † non etiam leuissimam. Cui oppono valde l. custodiām. 3. ff. de peric. & comm. rei;
Vendit. vbi dicitur, venditorem talem præstare debere custodiām, quam præstanchi, qui-
bus res commodata est. Illi autem præstant etiam leuissimam culpam: vt in obligatio-
nibus quæ re contrahuntur dictum fuit. Ergo & in emtione & venditione. Respond.
Wesenb. dicit, dici quidem præstari in emtione talem diligentiam, vt in commodato, sed
id non simpliciter dicitur, sed secundum quid, vt sequentia verba in d. l. 3. explicit, scilic.
talem præstare, quæ in commodato, scil. dolum & leuem culpam tantum non per omnia
etiam leuissimam, alias certum est ex l. quod sape. 35. §. si res. ff. de contrah. emt. quod ven-
ditor talem debeat præstare custodiām, qualem bonus paterfamil. suis rebus adhibet, quæ
si præstat, re amissa securus esse debet, reique pretium nihilominus consequi. Interdum
etiam ex pæto casum fortuitum præstat venditor, interdum dolus solus præstatur, si in
mora est emtor, quo minus res ei tradatur. l. i. Nud. scindendum est. 17. ff. de peric. & comm. rei
Vend. Deinde l. 2. §. custodiām ff. de peric. & comm. rei Vend. secundum longo in casu quan-
titatem, quæ solet admitti, & quidem tali in casu, quando emtio non est perfecta.

Ad Corollarium.] Affirmatur venditorem posse cogi ad rei traditionem, † si rei tra- 33
denda facultatem habet, & hanc sententiam communem esse vult Tiraquel. de consti.
part. I. num. 10. Hanc sententiam porro probat Wesenb. in paratis. de ult. emt. num. 42.
Mysling. cent. 4. obser. 61. Accursi. etiam hanc sententiam amplexus in l. I. ff. de act. emt. &
in §. pretium, b. tit. num. Ratione huius rei sunt. Primo, quod aliud pro alio solui non po-
test, l. 2. §. fuit. ff. si cert. petat. Coras. lib. 2. Miscellan. c. 3. num. 7. 8. Secundo, quia in l. ex em-

20. II. §. & in primis ipsa ff. de act. emt. vbi dicitur, in primis ipsam rem pr. testate venditorem oportet. Nota verbum, oportet, qd praeclaram coactio[n]em importat. Tertio, quia in §. 1. supr. de donas. dicitur, quod necessitatem tradendi habeat emtio[n]. Quarto, quia ea ad secundum tradendum dominus compelli potest, nec liberatur praestando interesse, e. s. t. §. si facta. si de feudo defuncti contentio sit. Denique pacta sunt seruanda. l. i. §. 1. ff. de part. vnde ad traditionem compelli debet venditor. Tenetur igitur venditor non tamen rem tradere, sed etiam in possessionem vacuam mittere emtorem, l. 25. 12. d. lex emt. 11. ff. de act. emt. Non tamen venditor necesse habet rem seu fundum emtoris facere l. s. itz. 25. §. fin. ff. de contrah. emt. Sed tantum ad tradendum d. l. ex emt. §. & in primis. l. 1. ff. de rerum perm. ut.

Ab hac sententia recedit Sonsbec. in send. part. 9. num. 35. cum seq. & Vaudus lib. 1. q. 9. Argumenta eorum haec sunt. Aliud pro alio solvi potest. l. vinum. ff. de rebus cralit. Ergo interesse liberat venditorem, & per consequens non potest cogi ad tradendum. Respond. Ibi quidem aestimatio, sed officio iudicis datur, vinum etiam erat peritum, vel secundum Wesenb. in paratu ff. de rebus credit. Creditor volens alii pro alio sibi solvi patitur. Secundo afferunt d. l. s. itz. 25. §. fin. ff. de contrah. emt. vbi dicitur, quod venditor non habeat necesse rem facere emtoris. Ergo non potest cogi ad traditionem. Respond. Illa ita sunt exaudienda, quasi vnd. tot necesse non habeat hoc facere, vt res omnino fiat emtoris.

24 Nam si aliena res venditor, teneat quidem venditor ad traditionem, interim tamen res potest. t. euinci vt aliena. l. rem alienum 28. ff. eod. Tertio afferunt l. 1. in prim. ff. de actionem. emt. & l. contra Ius. 17. C de fide instrument. vbi dicitur, quod liberari possit venditor praestando interesse. Respond. Id non sit, quando venditor non habet potestatem seu facultatem tradendi, eo casu liberatur t. praestando interesse, alias si habet facultatem tradendi praeceit ad traditionem compelli potest & eo in casu nostrum loquitur Corollarium.

Quarto afferunt l. in fin. ff. de rerum perm. ut. Respond. Ita lex confirmat nostram sententiam, quia dicitur, si alter rem tradere nolit, non in id qd interest agendum esse, sed vt res contra reddatur, & loquitur in eius permutationis. Quinto afferunt l. s. stradis. 4. C. de act. emt. vbi dicitur, si traditio rei vendit. iuxta emtionis contractum pioacria venditoris non fiat, quantum interesse compleri emtori fuerit arsitratus prses prouinciae, tantum in condegnationem eius debere fieri. Respond. Ibi in interesse queritur eius, qui non implevit iusto tempore sed emtionem distulit, namque nec dicitur, quod non tradiderit rem, sed quod traditionem venditor distulerit. Sexto afferunt l. s. in venditione. 60. ff. de culationibus. vbi dicitur, ex materia actionis praestari interesse. Respond. Est ibi in casu evictionis, si, inquit Iaoalenus, in venditione dictum non sit quantum venditorem pro evictione praestare oporteat, nihil venditor praestabit, prater simulum evictionis nomine; & deinde etiam interesse praeter eo casu ex natura emtionis. Idem casus est in l. Tit. 43. in fin. ff. de act. emt. Septimo afferunt l. exhibitione. 7. C. ad exhibendum. Respond. Ibi venditor rem pratest dolo vel culpa factam deteriorem; Merito igitur ad interesse agi potest. Non autem negatur venditorem coginon posse ad traditionem. Denique opponitur l. s. iactum. 12. ff. de act. emt. vbi ad interesse agi potest. Respond. Wesenb. in paratu. ff. de act. emt. num. 4. interdum ex necessitate ad interesse agi, scil. quando merum est factum in emtione. Nam res non est emta, si iactus retis est emtus, ibi enim factum merum est in obligatione, perinde vt in reliquis facti obligationibus l. stipulations. 72. vbi dicitur, ff. de verbis. obligat. post moram succedit obligatio ad interesse. Et tantum etiam de Corol. larsa.

DISPUTATIO XXIX.

De locatione & continuatione.

CONTINUATIO.

Locatio & conductio proxima est emtioni iudicij, iuri regulis constitutis hic in princ. & l. 2. in princ. ff. cod.

Thesis 1. Veteres in locatione & conductione appellationib. promiscue vñi sunt, similiter ut etiam in emtione & venditione. l. veteres. 19. cum seq. ff. de act. emt. l. Labeo. §. Contractus. ff. de verb. sign.

2. Est autem locatio & conductio contractus seu συνάλλαγμα certa mercede initum, & quidem nudo contrahentium consensu l. i. l. qui ad certum. 14. ff. eod. de re vtenda fruenda vel opere faciendo. tot. h. tit. n. & ff. eod.

3. Vnde ad maiorem rei explicationem afferendæ sunt vera definitiones locatoris & cōductoris. Locator dicitur qui aliquid dat vtendū vel faciendū. l. si in lege. 24. §. si domus cum seq. l. dominus. 55. l. sed id des. 19. §. illud nobiscum h. t. n. & l. opus. 36. ff. eod. l. item. 22. §. cum insulā d. l. ea lege. 51. §. vlt. ff. eod. Cuiat. lib. 2. obs. c. 28. l. ff. nanta. Caupon. stabul. Cuiat. d. l.

5. Porro cum locatio & conductio iisdē fere regulis consistat, quibus emtio venditio, notādē sunt conuenientiae & differētiae præcipuae inter emtione & venditionem, locationem & conductionem. Et quidem conuenientia ac familiaritas inter ea tanta est, vt à quibusdā quari soleat, vtrum emtio & venditio sit, an locatio & conductio. d. l. 5. §. adeo autem ff. cod. §. item queritur. h. t. n.

6. Nā vtrobīq; est negotiū vtrinq; obligatoriū d. l. Labeo. vtrobīq; est cōlensus nudus. d. l. i. d. l. q. ad c. rū. 14. ff. eod. vtrobīq; et cōtrahitur, si de precio conuenient. Hic in pr. & §. adeo. h. t. n. d. l. ex conducto. 15. §. Papinianus ff. eod.

7. Deinde vt in emtione est pretiū certū, sic in conductione & locatione pro vñfructu, opere, &c. merces certa esse debet. Hic in pr. in verb. constituta. & §. itē queritur. l. cum venderem. 21. in verb. certa mercede ff. eod d. l. ex conducto. in pr.

8. Qua de cā si fulloni polieda curandave, aut sarcinarii sarcieda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede cōstituta, sed postea tantū daturus, quantū inter eos cōuenierit, nō pprīe locatio & cōductio cōtrahi intelligitur, sed eo nomine actio prescriptis verbis datur. §. qua de causa. h. t. n.

9. Merces haec similiter in alterius tertii cuiusdā arbitrium conferri potest d. §. i. vers. & que supr. h. t. n. §. sed & certum. supr. tit. proximo.

10. Et quēadmodū in emēdo & vendēdo cōcessum est, q; pluris sit, minoris emere; q; minoris, sit pluris vendere, & inuicē se circūscribere, ita & in locationib. & cōductionib. idē iuris est. d. l. item si precio. 22. §. s. in ff. eod. l. in causa.

16. § item Pompon. ff. de minorib. 25. annis.

11 Differentiae quoque inter emtorem & venditorem, conduct. & locat. haec sunt; Emto solus ad pretium obligatur; ad mercedem quandoque locator quandoque conductor, quemadmodum etiam ex superioribus colligi potest.

12 In emtione porro dominium transfertur, l. ex emto. II. in princ. ff. de act. emt. non autem in locatione, l. non solet. 39. ff. eod. & in hoc locatio habet affinitatem cum commodato. l. nemo. ff. commodati. l. conuenit. 65. ff. de contrah. emio.

13 Locari etiam possunt omnes res propriæ & alienæ, corporales & incorporales, vt vslsfructus, l. si tibi alienam. 7. b. tit. n. in princ. supr. de vsl & habitat. Rem autem propriam nemo conducere potest, l. qui rem propriam. 20. C. eod.

14 Conductor autem in omnibus legem conductionis obseruare debet, vt si quid in lege prætermissum fuerit, id ex æquo & bono præstetur.

15 Præstatutus deinde in hoc contraetu dolus & culpa latæ & leuis, l. si quis. 8. §. Celsus. b. tit. n. cum vtriusque locatoris & conductoris utilitas ibi versetur, l. si vt certo. 5. §. nunc videndum commodati. l. 24. contractus. ff. de reg. iur.

16 An autem de incendio & damni compensatione conductor teneatur, nodosa & tristis est questio. Negatiuam tamen veriorem esse credimus, per d. l. si vt certo. §. nunc videndum. l. in iudicio. 28. C. eod. Gail. lib. 2. obser. 21. §. yltim. b. tit. n.

17 Otiuntur ex hoc contractu duæ actiones ex locato & ex conductoro, c. quibus infr. in tit. de action. agemus.

18 Actio ex locato est rei persecutoria bonæ fidei quæ competit locatori, qui predium vrbatum vel rusticum, aut rem mobilem vel operas, vel faciendum opus locauit.

19 Actio ex conductoro competit econtra conductori, qui rem aliquam vñdam fruendam vel opus faciendum conduxit.

20 Vicinus est contractus emtioni & venditioni, locationi & conductio- ni. Emphyteusis, quæ est contraetus iuris ciuilis, quo dominus prædium vñ- dum fruendum emphyteuticario concedit ea lege, vt id melius & cultius: reddat, & certain annuam pensionem præstet. Cuiac. in c. vnic. qui sui teneantur. in vsl feudor. d. §. adeo. b. tit. n. l. t. & tot. tit. C. de iure emphyt.

21 Constituitur vel simpliciter puta in annos 50. vel ad certum tempus, vel ad certain generationem, vel denique in infinitum. Borcholt. c. 3. feud. n. 14. Iul. Clar. in §. emphyt. quæst. 28. per tot.

22 An autem in emphyteusi scriptura requiratur, valde dubitatur, nos ea præcise non requiri putamus. l. 4. ff. de pign. & hypoth. l. 8. in d. l. 1 verb. scriptur. C. de iure emphyt. Barthol. in d. l. 1 num. 6. vbi affirmat eam sententiam per con- stuetudi-

stetudinem esse appetitam, quicquid in contrario dicat Iul. Clar. quest.
4. §. Emphyteusis. quem sequitur Bercholt. c. 3. feud. nro. 7.

Corollarium. Num iensio seu merces in locat. & conduct. tanti in numerata pecunia; an vero etiam in aliis rebus constantibus ponendis, numero & mensura consistat controuersum est? Nos contra Accursianos probabilius esse putamus mercem in etiam: in aliis rebus consistere posse. perl. si olei. 21. C. de locato. Corras. lib. 2. Miscellan. c. 11. & Cuiac. in tract. ad Africam. 8. pag. 528.

DISPUTATIONIS XXIX.

De locatione & conductione obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Locatio & conductio cum emtione & venditione summam cognationem habent.
- 2 Locatio & conductio quid sit.
- 3 Locationem nudus consensus constituit.
- 4 Pretium est consummatio emtionis & venditionis, itemque locationis & conductio-
- 5 Locatio & conductio circa quas res versentur.
- 6 Locator quid sit, & quid conductor.
- 7 Locator & conductor definitiones veteres subsistere non posse.
- 8 Emtio, locatio, venditio & conductio in quibus rebus conueniant.
- 9 Insula locatio, casus specialis est.
- 10 Dolus à contractibus bona fidei abesse & exulare debet.
- 11 Contrahentes naturaliter, & insiccum decipere & circumvenire posse, quomodo acci-
piendum.
- 12 Dolus alius malus est, aliis bonus, & quid & terque sit.
- 13 Contractus bona fide imiti, non facile resoluuntur.
- 14 Emotionis & locationis differentia.
- 15 Locari quare possint.
- 16 Vt susiuctus licet sit seruitus, tamen locari potest.
- 17 Seruitutes personales possunt locari.
- 18 Conditio ex leges conductionis seruare tenetur.
- 19 Culpa qualis à conductore praestanda.
- 20 Casus fortuitus in locatione & conductione non praefatur.
- 21 Emphyteuticum ius vicinum est emtioni & venditioni, itemque locationi & conda-
ctioni.
- 22 Emphyteusus an contractus sit iuriis ciuilis, vel iuris gentium.
- 23 Emphyteuticus contractus exemptione & locatione contradicere est.
- 24 Emphyteusus ad tempus constitutus posse.
- 25 Scriptura an in Emphyteusi requiratur.
- 26 Scriptura cur in contractibus adhibeatur.
- 27 Locatio & conductio an tantum consistat in pecunia numerata, an vero etiam in aliis re-
bus fungibilibus.

A D Contin. & thes. l. 2. 3. 4.) Conuenienter post materiam emtione & venditionis agitatur de locatione & conductione propter summam cognitionem quam inter se habent cum illo sum regulis consistant. l. 2. in princ. E. l. 2. in pr. f. eod. Et quidem in locatione & cōductiōne veteres similiter ut & in emtione & venditione appellacionibus promiscue vsl sunt. l. Veteres. 19. cum seq ff. de act. emt. Cuius rei vestigium adhuc extat. en. l. dominus 55. §. 8. l. ff. eod. vbi pro ex conducto legendum ex locato, ut & in aliis multis locis propter materiam correlationis, quam inter se habent. Est a. f. locatio & cōductio contractus seu ovvā. ογια. hoc est, negotium mutuo consentu & quidem nuds initum, l. 1. & l. qui ad certum. 4. ff. eod. Nam locatio est naturalis & omnium gentium. d. l. 1. ff. eod. Eamusque nuds constituit consensus ut supra dictam fuit, quamvis ad consummationē merces requiratur, & quidem certa lege ex conducto. l. 15. §. Papinianus. Vers. sed integrum ff. b. tit. n. Quemadmodum in emt. & vendit. precium requiritur ad consummationem, abso-
lutionem & perfectionem illius contractus. Sinc precio enim emtio & venditio nulla est. §. precium. supr. de emt. & vendit. Si igitur pro decem tibi locem fundum, tu vero existimes pro quinq; te conducere, nihil agitur quia abest consensus quo hic contractus constituatur. l. se decem 52 ff. eod. Deinde debet in hoc contractu certa interuenire merces l. ex con-
ducto. 15. §. Papinianus. Vers. sed integrum ff. eod. Vnde quod in l. naturalis. 1. §. At cu do. ff. de p̄script. Verb. dicitur pecunia data, id de certa pecunia seu mercede erit accipiendo secundū alios textus. & hec merces interdū preciū dicitur ob cognitionē locat. & emt. l. 2. hac di-
stinctio. 35. §. l. 1. q. si domus. §. 1. ff. h. tit. n. Deniq; hic cōrractus initi solet de t̄ revēda fru-
da vel opere facēdo cui vslus est in domo, naui, in operis hominis, in fundo & in aliis reb.

Sed hic rectius pro explicatione nunc afferentur definitiones. Locatoris & con-
ductoris. Locator, est qui dat vtendum vel faciendum. Sed differentia est, si d. at v. endū, puta
si dat vtendam domum, nauem, operas, &c. propter vnum accipere mercedē, si dat vtendū agrum similiter est locator, qui se ad id offert. Sic qui exhibet operā suam in custodiēdis vestimentis nostris est locator. Sic est locator, qui se ad docendum offert & paciscitur de
precio puta professor. Discipuli tum sunt coniunctores, quia in ipsius operam conducunt.
Sic sum locator si do tibi vestimentum vel quid aliuū relatiendū vel recipiendū. *Littera*
si de precio. 22. §. cum insulam. ff. eod. vbi is qui dat adificandam Insulam dicitur locator, al-
ter conductor. Similiter ibidem abique omni pugna is qui operam locat, hoc est, facien-
di necessitatem vocatur locator, ciuiq; respectu alter conductor qui conductus operam ap-
pellatur. Et summe est hic notandum semper initium contractus esse recipiens, cumq;
qui dat causam huic contraciui. Is enim locator est, puti alieni quis offert suam op̄rā is
est locator. Vnde etiam dici potest, sartorem locatorē & conductorē esse post. Locator
est quando offert suam operam, & dicit, ego tibi faciam illas vestes, tunc dat vtendam
operam. Si autem alius ipsum accedit & dicit, Facies mihi has vestes certa mercede consti-
tuta, tunc sartor est conductor, & hoc varia pro negotiorū diuersitate in hoc contraetur.
Nam in vice quis proprius locator & conductor simul esse nō potest, quamvis interdum
propter naturam correlatiōrum confundantur, ut supra dictum fuit.

Ex eo autem quod dictum fuit locatorum qui dat vtendum accipere mercedē, & lo-
catorem qui dat faciendum, precium dare, apparet, t̄ definitiōnes veterum subsistere non
posse qui patarunt locatorem esse, qui mercedem accipit, conductorē qui dat precium.
Hoc enim perpetuum non est, quia interdum locator dicit mercedē, interdum accipit, locator qui accipit vtendum dat mercede qui accipit faciendū, mercedem acci-
pit, quemadmodum haec doctis. Cuiac eleganter explicat in parat C. de locato. E. conduct.
E. lib. 2. obs. c. 28. quem sequitur Wesenb. in proemio. l. n. & in parat. ff. eod. Mynsing, ta-
men recte veterum definições in proemio. n. 3. addit tamē hoc figuram loquendi con-
uerit.

veri, quatenus ad opus aliquod parandum attinet, quib. verbis hanc permutationē notat.
 Ad Thes. 5. 6. 7. 8. 9. 10.] Nunc in quibus conueniant & differant emtio locatio, venditio
 & conductio videbitur. ¶ Conuenientia inter ea duo magna est. d. l. 2. §. adeo autē b. sit. n. u. 8
 Nam ad consummationē requiritur pretium in emt. merces in locat. Et supr. didicimus est.
 Secundū premium certum est sic debet in emtione; ita quoq; in locatione certa merces esse
 debet. Et cum vendrem 21. in Verb. certa mercede. ff. eod. Notandum tamen est locationem &
 conductionē toties esse, quoties in re nostra seu nostra materia locantur exercendae ope-
 ra. l. Sabinus 20. l. consensu. ff. de contrah. emt. Vnde si conuenierit inter me & Titum ut ex-
 fuso argento miliī poculum facere, emtio & venditio est l. 2. §. fin. ff. b. tit. n. Sed obicietur
 valde d. l. item si 22. §. cum Insulam. ff. eod. vbi dicitur, si loco tibi Insulā adificandā, quam-
 uis ex tua materia eam facias, tamē dicitur proprietatem earnam ad me transferri, & lo-
 cationem nihilominus esse. Ego licet ex sua materia sartor fecerit vestimenta, nihilomi-
 nus tamen locatio est. Resp. Calus ille de insula est specialis & speciale ius habet, quem
 admodum indicat d. l. Sabinus 20. ff. eod. vbi dicitur hanc causam esse dissimilē alii ppteræa,
 quia substantia hoc casu à locatore Insula proficiuntur, hoc est, area; qua ædium pars est
 potissimum. l. quires. 89. §. aream. ff. de scut. Vnde accessiorum sequitur principale, & ei cedit,
 & ideo proprietas comitatur aream trans principale ī re adificationis, & hanc solutionē
 amplectiu. Hotoman. in §. item. queritur. b. tit. n. Quia vero certa merces constitui debet
 in hoc contractu, sequitur quod si fulloni polenta curandave, aut sarcinatori sarcinanda
 vestimenta quis dederit nulla statim mercede constituta, sed postea tantū datus, quan-
 tum inter eos conuenierit, non propriè sit locatio & conductio, sed eo tamē nomine actio-
 pscriptiis verbis datui, §. quis de causa b. titul. num. Sed opponitur his §. vlt. infra. de re ad-
 acto, vbi idē est calus, & tū affirmatur non dari actionē præscriptis verbis sed mandati. Resp.
 Differentia hic facit ut illa verba; Sed postea tantū datus us. quantum inter eos conuenierit. Hac
 verba in d. §. nō habentur. Quia igitu mandauit vestimenta fieri, mandati actione conue-
 niri potest. ¶ Porro conuenientia emtio venditio, locatio & conductio in eo, q. virtutq; in
 arbitriu terciū cōfseri possit, vt is sum mam pierit vel mercedis definiat, nam in indefinite personā arbitrium collatum nihil valet, l. f. merces. 25. b. sit n. l. vlt. C. de contrah. emt. Dcinde
 quemadmodū in emendo & vendendo concessum est le naturaliter conuenire: ita quoq;
 in locat. & conduct. idē iuris est d. l. item si precio. 22. §. fin ff. eod. Sed obicietur dictū d. Pau-
 li in Epistola. l. 7. hec Salom. 4. vbi dicitur: Nemo circumueniat fratrem in negocio. Ergo non
 licet circumuenire, quod tamē hic conceditur. Resp. In Paulo est vox πλεονεκτῶν quod
 significat cum falsa animi machinatione, cū dolo malo cōsulto insidiae & inihiare bonis
 proximi, evmīq; studiōse decipere in contractu, illudq; omnino fieri non debere, ex tot. tit.
 ff. de dolo malo & tit. C. de rescind. vendit. constat, vbi præcipitur debere abesse & exularet,
 dolum à contractibus præsertim bona fidei, qualis hic est. Quādo autem dicimus licere
 naturaliter contrahentes se inuicem decipere & circumuenire, tūd de dolo bono erit ac-
 ciplendum. Dolus enim est aliust malus, ter tit. ff. de dolo malo. & ali. us bonus, exemplo
 veneni, quod est bonum & malum. l. quis venenū ff. de Verb. signif. Dolus malus est fraudu-
 lenta machinatio & calliditas in mente l. ff. de dolo malo Dolus bonus in mente non ver-
 satur, sed saltem in acta negotiationis, pura quando quis emit equum præstantem, 20. ca-
 ronatis, qui pluris potius let vendi, venditor illud ignorat, emtor quoq;, hic dolus est in i-
 psa re, non in animo contrahentiū, & ideo conceditur naturaliter ut affirmat ICus in l.
 in causa. 16. §. Pomponius. ff. de minorib. 25. annis, nam ius naturale seu gentium hoc est, y-
 sus & necessitas negotiationis hoc suaderet, quia t̄ non facile coniunctus bona fide initia-
 debent resolvi, si quis tamē in dimidio est laesus, præsumitur dolus, & ideo ad rescissio-
 nem optime agi potest. l. 2. C. de rescind. vendit. A. 11. 12. 13.

- 14 Ad Thes.11. & 12.] Nunc ad differentias qualdam emtionis & locationis accedemus.
 Emtor solus dat precium, a lidq; obligatur tot. titul. supr. de emt. & vendit. Ad incedem
 autem quandoque locator, quandoq; conductor obligatur, ut supra dictum fuit. Deinde
 in emtione dominium transfertur. *I. exempl. ut in princ. ff. de ait emt. §. Vendita. supr. de re-*
rurum diuis. In locatione dominium transferti non solet. *I. non solet. 39 ff eod. tit.* Cui simili-
 ter opponitur d.l. item si precio 22. §. cum insulam. ff. locati. conducti. vbi dicitur proprie-
 tem transferri & non esse locationem. Resp. vt ante, id speciali ratione fieri, ratione prin-
 cipalis, quod accessorium comitur, ut supra dictum fuit.
- 15 Ad Thes.13.] Locari possunt res omnes propriæ & alienæ; Alienæ possunt, quia non
 transfertur dominium. Deinde res corporales & incorporeles & vslsfructus. *I. si tibi alie-*
nam. 7 h. tit. num. Cui refragatur *I. locare. 44 ff. eodem.* vbi dicitur seruitutes nemo locate
 potest: vslsfructus etiam est seruitus tot. tit. supr. de vslsfructu. Ergo locari non potest. Re-
 spond. Communiter Dd. putant d.l. locare esse accipienda de seruitibus realibus seu
 prædialibus, non autem de seruitute personali, qualis est vslsfructus. Nam vslsfructu-
 atarius locati potest *I. 9. §. 1. h. tit. I. arboribus. 12. §. vslsfructuarius ff. de vslsfructu.* Vsls tamen
 locari non potest, §. 1. supr. de vslsfructu & habitat. Ratio autem differentiae quare aliud sit in
 seruitute reali, aliud in vslsfructu, hæc est: Omnis locatio sit ad tempus, & seruitus prædii
 ad tempus constitutu non potest, cum prius individu. sit etiam tempore. *I. 4. ff. de serui-*

16 *tut.* Vnde non mirum quod t personales seruitutes qualis est vslsfructus locati possint,
 cum ex certo tempore & ad certum tempus, & alternis annis constitui queat. *I. 4 ff. de v-*
sfructu. I. & puto 16. §. vslsfructus ff. famili. hercif.

17 Ad Thes.14.15.16.17.] Conductor omnia secundum legem condationis facere debet,
 hoc est, debet seruare legem conductionis nec fines excedere. *I. legem C. h. tit. nu.* quia con-
 ventio dat legem contractui. *I. contractus ff. de reg. iur.* Praestatur antea in hoc contractu
 dolus & culpa. *I. si quis 8. §. Celsius. h. tit. num.* Nam lata culpa applicatione doli venit in
 contractibus eiq; quasi inuoluitur, cum ei proxima sit. *I. quod neius. ff. depositi. I. pugna. ff.*
de verb. signif. Perculpam igitur absolute positam in materia contractuum intelligitur
 culpa leuis non leuissima. Ratio huius rei perenda est ex *I. si sit certo. 5. §. num. 6. dendum.*
ff. commodati. iuncto. §. & l. infra de societat. Nam in *§. & l. dic tur,* culpam in societate non
 ad exactissimam diligentiam dirigendam esse. Ergo nec leuissima culpa in ea est praestan-

18 da, cum tamen certum sit, tandem culpam etiam in locat. & condact. praestari, quæ in
 societate praestatur, sed ICtus coniungit locationem & societatem. in d.l. §. §. nunc viden-
 dam ff. commodat. & in d.l. §. & l. h. tit. num. & d.l. si merces 25. §. qui columnam ff. h. t. nu. vbi
 Iust. & Caius ICtus desiderant in conductorre talem castodiā, quæ in diligentissimum pa-
 terfamil suis rebus adhibet, & ita conductorre de leuissima culpa teneri docere videtur.
 Resp. Communis Dd. est sententia referente Dn. Borch. hic superlatiuum propositio pos-
 ni: Diligentiss. pro diligens. Myasing. idem hic sentit cum Wefenbec. quia & ante in
 materia commodati positius pro superlatiuo erat positus, exacta pro exactissima. §. item
 us cui res. quib. mod. recontrah. oblig. Sic etiam sentit Petrus Faber in d.l. contractus ff. de reg.
 iur. Hec satis commoda videtur esse reponsio eorum, qui dicunt in d.l. si merces, Caius
 ICtum agere de rebus, quæ singularem quandam & maximam diligentiam requirant,
 & ob id conductorrem earum rerum nomine etiam de leuissima culpa teneri: Alii vo-
 lunt in d. lege si merces: aliquæ se se obtulisse atq; professum esse diligentiam & noticiam,
 vnde tenetur. Nam licet primo quidē loquatur ICtus de columnā transportāda, item de
 lignis & doliis, tamen in fine subiicit idem etiā ad ceteras res debete referri. Hotoman.
 putat idem, scilicet leuissimam culpam praestari, si rei est locatio, leuissimam vero, si locatio,
 fit ope-

fit operatum, quæ res magis sunt frangibiles, quod Hieron. Cagnolus in d.l. contractus. n.
45 approbat, videtur Welenbec. contentire in paratu ff. h. tit. nu. 15.

Insto ita: Sed in d.s. & l.b. tit. nu. s. item excipitur fortuitus casus. Ergo etiam leuissima
culpa præstatur, dum non excipitur. Resp. Etiam si de leuissima culpa ibi propriementio
non fiat, cum superlatius propositio ponatur, tamen inde non sequitur non excludi
culpam leuissimam, id quod supra fuit probatum. Casus autem fortuitus in locatione &
conductione non præstatur. d. s. & l. b. tit. n. d. l. s. & c. e. r. o. s. §. n. u. n. v. i. d. e. n. d. u. m. ff. c. o. m. m. o. d. a. t. i. 20
Cui opponitur l. qui mercedem 40. & l. opus 36. in pr. ff. b. tit. num. vbi periculum præstatur.
Resp: Volenti non sit iniuria. c. scienti. de reg. sur. in 6. qui enim volens in se recipit pericu-
lum, de eo tenetur. Conuentio enim dat legem contractui. d. l. contractus 24 ff. de reg.
sur. Deinde obicitur l. sed est ff. locati conducti, vbi dicitur de casu fortuito tenetur con-
ducto. Et poterat intendere, qd inter casus fortuitos referuntur, s. item is cui res supr. quib. mod.
re contrah. oblig. Resp d. l. sed est explicanda ex l. precedenti s. & l. qui cum ea lege co-
heret, in quo s. indicatur, conuentum ita fuisse inter locatorem & conductorum, ne fac-
tum componeretur in villa urbana, si autem conductor legem conductionis non ser-
uat, sed tenet in villa urbana componit, tenetur, si ignis ab extraneo iniicitur, quia ita
malicio occasionem & causam dedit: Culpa igitur est conductoris, vnde Mynsing. in d.s.
& l. num. 5 tres casus excipit, primus in culpa casus fuit. l. s. & c. e. r. o. ff. c. o. m. m. o. d. a. t. i.
aut si con lucto fuit in mora l. ex legi ff. de verb ob. Tertius aut denique id pacto, ita sit
factum l. s. & l. quis domi s. t. l. u. n. u. s. b. t. u. n. u. m. Casus autem fortuiti absque culpa orti vi ho-
stium incurvus, incendium, &c. alias non præstatur, d. l. s. & l. merces. 25. §. s. u. m. a. s. & l. perin-
de. 34. ff. eod. De actionibus suo loco agemus.

Ad Thes. 18.] Agitur in hisce thesibus posterioribus de iure emphyteutico, quod tibi
cuium quoq; est emptioni & venditioni: locationi & conductioni. Et primo proponi-
tur descriptio eius contractus, quod scilicet sit contractus iuris civilis. Hoc inter Dd.
valde est contiouersum. An hic contractus sit iuris civilis, an vero iurisgent. Hotoman.
putat in d.s. adeo. h. t. u. n. u. quod sit iurisgent, in qua sententia Da Mynsing. citia videtur esse
in d.s. adeo. quando dicit Zenonem non instituisse novum conuentionis genus, nisi dicam
Mynsing. hoc velle, origine prima & nativitate hunc contraclum seu negotium esse
iurisgent exemplo aliorum omnium contractuum, formam autem & certitudinem ac-
cepisse a Zenone, & ideo esse iuris civilis, quod similiter nobiscum approbat Mynsing. in
§. ius eti. am gent. supr. de iur. nat. gent. & c. i. s. c. e. l. c. e. l. c. e. t. u. s. A. c. c. u. r. s. u. m. ibid. & ref. in l. & v. t. m. ff. de
iust. & iur. circa fin. & Dn. Botch. c. 3 feud. n. 3. vbi dicit sibi Coras. sententiam non probari.
Stat igitur nostra sententia h. e. c. quod origine sit hoc negotium iurisgent. & ab omnibus
iurisgent ratione formæ & certitudinis esse iuris civilis, quia non tantum Zeno nomen
indidit, sed etiam definitionem, & formam, adiecit, & quod rude incertum, informe &
confusum fuit, effec & politum, & certum; Merito igitur ex eo iuris civilis dicitur, quia
forma dat esse rei. Et hoc ipse Zeno in l. 1. C. de iure emphyt. in pr. fatetur, & Mynsing in l. 5.
adeo & Coras. fatetur quemadmodum in sponsalitio largitatem factum videmus, vt spon-
sorialitatem largitas specialis sit contractus. Negatum igitur latiss est Zenonem tantum nomen
indidisse, cum etiam formam adiecerit & sane laudabilior est, qui subtiliter quidemen-
dat & reuidet, quam qui inuenit ut Iustus loquitur. in l. 1. §. sed neq; ex multitudine. C. de
vet. iur. encl. Ergo merito à Zenone emendatore, dicitur contractus civilis. Sed obiecit
Coras. hoc etiam, quod in l. ex b. iure ff. de iust. & iur. in §. ius autē gent. supr. de iur. nat. gent.
& C. non videatur exceptum. Respond. Accurs. excipit 4. contractus, id quod ICtus in d.l.
ex hoc iure ostendit in illis verbis: Exceptis quibusdam, & Iusti in dict. §. ius autem gent.

DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

- 74 particula PENT. Deinde obiicitur ita; contractus emphyteuticus est constitutus ex emis-
ione & locatione. d. l. i. C. eodem. Et mixtus est, sed mixta imitetur simplicia, & sub iis co-
tinetur, Ergo & hic contractus est iuris. quia locatio & emio sunt iuris. Resp.
3 Et si hic contractus terc*ius* statu*s* sit ex ente & locatione: tantu*m* accepit certu*m* esse & formam a
Zetione. Ex illa accepta forma & qualitate metito euan*tu*ris ciuili*s* esse dicimus, quod ita
emis*ione* & locatione non obtigit.
- 24 Ad Thes. 19.] Affirmatur ad tempus posse constitui emphyteusin. Cui oppono d. s. ad.
eo h. tit. n. vbi dicitur, quod in perpetuum fiat; Ergo non ad tempus. Resp. Olim in perpe-
tuu*m* dibautur in emphyteusin agri ab hostibus demonstrati, & steriles facti, & hoc etiam
ante Zenonam fuit, postea ex Nouellarum c*onstitutio*nibus ad tempus emphyteusin con-
stitui posse concessum fuit.
- 25 Ad Thes. 20.] Ante scriptura*m* in emphyteusi requiratur, valde dubitatur. Volunt tam*e*
ali qui e. a. m. non requiri, cum nec in aliis contractibus de necessitate requiratur l. 4. ff. de
p*ign*. & hypoth. l. p*at* 8*m* quod bona. C. de pac*t*. vbi etsi scriptura non interuenierit, pactum
valet, si aliis probationibus doceti possit. Sed obiicitur Auth. in *bemis*. C. de fuer. sanct.
Eccles. Nov. 120. §. & hoc. §. in Generabilibus 2. §. emphyteusis, vbi requiritur scriptura.
Respond. Id speciale esto in emphyteusi Ecclesiastica propter fauorem rerum Eccle-
siasticarum. Inito. Sed in ciuili scripturam req*ueri* constat ex l. i. C. de iure emphyt. in ver-
bis: scriptura inveniente. Resp. De facto forte scripturam in illo casu, de quo Zeno
fuit consultus. adferr, vnde & in sententia huius legis eius fiat mentio. Alias tam*e* eam de
necessitate non requisi*m* putamus, ideo dicimus in thesi prae*ce*se eam non requiri, hoc est, de
26 necessitate licet ad celeriorem probationem possit adh*er*eri. Ideo autem est vtilis & scri-
ptura, qui me noria*m* est iuria vita*m*, est la*bilis* & bull*a* s. peregre in pr. ff. de acquir. pos*s*. Et vox
audita per litera scripta manet. Dn. Myns. in d. §. s*deo*, affl*mat* & gl*ori* item lenuit in d. l. i. C.
eo l. in verbo scriptura inveniente, non prohiberi in scriptis fieri emphyteusin, licet di-
catur fieri in scriptis, q*uod* ita est arbitratum, & additio*m* ita habet hunc contractum fieri
sine scriptura, consuetudine approbari, idem sentit Welen. n. 2. si ager. Ver. l. contrah*bi* hunc
contractu*m* pleran*q*; in scriptis in pan*do* iuri*s*, in d. k. 12. & C. etiam si ad solennitatem non
requiratur, sed tantum ad probationem addens hanc sic communiorem opinionem, d.
l. i. v. 1. s*ecundu* m. Hoc om*ni* tam*e* in se*cul* pag. 168. & 169. scripturam prae*ce*se requiri per d. l. i. C.
eod. Quo in*m* is etiam Non. Leonis 13. requirat instrumentu*m*, tam*e* ill*o* Nouella du*ce*re sunt
aut*em* iuratis; nec facile recipiend*e*. Et ali*m* etiam contractus scripturam non requirunt de
necessitate, quamvis consuetudo scripturam, id est, instrumenta erigat in hisce casibus.
- 27 Ad Corollarium.] Praeclar*a* est questio, tan*m* in pecunia numerata tantu*m* locatio & con-
ductio consistat, an etiam in aliis rebus fungibili*m*, seu quantitatibus, constantibus pon-
dere, numero & mensura. Resp. Non putamus etiam in aliis rebus fungibili*m*, eam c*onsistere*
verius esse. Huius rei rationes & fundamenta haec habemus. I. Quia nullibi dicitur loca-
tion*e* tantu*m* in numerata pecunia consistere. Illa vox, numerata, nullibi ad*duc*itur: Ergo dum
simpliciter dicitur pecunia. Et in l. i. §. si quis ff depositi & l. naturalis sup. §. at cum do. ff. de
pref*ix*. Verb. accipimus pecunia verb*u* in largiori significatione cui*m* pro quantitatibus,
id est, rebus ponder*ab*, numero & mensura constantibus, pecunia nomine. l. pecunia Verb*u*,
ff. de Verb*u* fig. 11. Habemus l. solei. 21. de locato & conducto, vbi expresse dicitur, in oleo
consistere posse mercedem locationis. Oleum autem est quantitas §. plus autem, inf*r*. de a-
dition. Sic in l. 5 hec distinet. 35 in fine ff. cod. fructus fundorum pensari dicitur, id est, frumenta-
rum, quia est quantitas, & in d. l. si me. 25. §. in m. uor. b. tit. dicitur partem v*is* fructus mer-
cedis nomine dari. III. Hanc sententiam approbat & defendunt Coral. lib. 2. Misell. c. II.
& C. 2.

& Cuiac. in tract. ad African. pag. 512. Sed eti*ciuntur* etia rursus hic I. Obicitur al. l. 1. §. 5.
quasi seruum f*f* depositi. Vel contra, vbi dicitur si opera*serui* cum custodia compensantur,
quasi genus locati & conduci*esse*? Ergo est im*propria* locatio, & non propria, quando in
quantitatib*consistit*. Resp*Accursius* & ali*clae* eius, eo argumento utuntur & Dn*Borch*.
Sed dicend*est*, ibi non quantitat*ē* in locatione *esse* sed *re*, puta opera*s*; Non igitur mirū
esse quasi genus locati ibi *esse* nō propriā locationē. Myns in definitione sua locat habet:
Numatia mercede. Ergo sequitur Accurs*&* quantitares excludit, item Klingius in suis in-
stitut*I*I. Obicitur hoc in d*l. s*ole*z* C*de locu*, ag*de contra*su* i*n*nominato*, quād*o* res
pro*re* datur, vnde locatio ibi non est. Resp*Cornelius* in d*l. loco* n. 4 nihil magis inconcinnū
& textui repugnans dici posse cum pro*subiecta* materia ritulus sit de locato & cōductō;
id q*et i* Cuiac. in d*l. loco* refert. Deinde ibi est verbū, Locasti, quod pro*subiecta* materia
recte accipitur ibi, quan*uis* instati posset pra*scriptis* verbis actionē ex pm*utato* el*s*, bene
fidei, s*actio* n*u*i*s* i*n*f*r.* de *action*. Resp*Tale negotiū* hic esse non pote*s*. Deinde in d*l. s*ole*z* di-
citur id esse negotiū bon*a* fidei, i*n*nominatus etiam contractus similitudinem cum loca-
tione homini*est* strict*i* iuri*s*. s*bona fides* i*n*f*r.* de *action*. Vnde id Cuiac. in d*l. loco* elegantiss*e*
probat. Den*q*, obicitur em*tionē* & venditionē locationē & conduit*onem* i*usdē* iuri*s* re-
gul*is* constare, sed em*titio* consistit in pecunia numerata, s*item precium* sup*r.* de em*t.* &
vend*t.* Ergo & locati tantum in ea cons*titat*. Resp*ab em*tione* ad locationem* valet argu-
mentum nisi quid in contrariū reperiatur, non autem hoc dare est expressum*in* em*tione*, non etiam*in* locatione, vbi est contrariū*in d*l. s*ole*z**. Nō igitur illa sententia obting*e*

DISPVTATIO. XXX.

De societate & mandato.

CONTINUATION.

*Ad obligationes, quae nudo consensu contrahuntur, referuntur etiam
societas & mandatum.*

Theſ. I. Societas est contractus iuris. l. 7. in pr. ff. de paci. l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. §. ius autem gent. inſr. de iur. n. gent. & C. l. Labeo. ff. de ver. ſignif. quo inter duos pluresve omnium bonorum vel vnius alicuius negotiationis operatur vel fortunarum, honestæ. (Nam in honestarum reū nulla eſt societas. l. nec permitt. 5. 7. ff. pro ſocio.) ac licitæ ad tempus quoad vixerint aut vouerint contrahentes, legitima constituitur communio. Cuiac. in parat. C. eod. §. ſoluitur. ver. ſed eſi conſenſu. & §. vlt. h. tit. nu. l. qui admittitur. 19. ff. h. tit. nu. & l. & in princ. ff. de ob. & act. l. nemo 68. l. 5. in pr. l. verum. 64. in pr. ff. eod.

² Ex quo nunc sequitur societate coiri posse vel tutorū bonorum aut vi-
nius negotiationis veluti mancipiorum vendendorum emendoiumq; aut
olei & vini aut fiumenti emēdi vendendiq; hic impr. & d.l.s.in pr. & l.7. ff cod.

3 In societate omnium bonorum omnes res quæ coeuntur sunt, continuo communicantur. d.l. §. vlt.b.tit. Ea vero, quæ in nominibus sunt, in suo manent statu, sed actiones in unicem præstare debent. l 3. in pr.b.tit.nu.

4 Porro societas vel in perpetuum, id est, dum viuunt, vel ad tempus vel ex tempore vel sub conditione. *I. de societat. C. et s. sicut potest. I. i. in pr. h. t. m. & re & verbis & per nuntium coitur. I. 4. in press. eod.* K 2 5 Si

5. Si autem nihil de partibus luceti vel damni nominatim conuenerit, & quales scilicet partes & in lucro & in d^{am}no spectantur. §. si quidein h. tit. nu. l. si non fuerint 29. in pr. ff. eod. Quod si expressæ fuerint partes, haec seruari debent. Nec enim vñquam dubium fuit, quin valcat conuentio si duo inter se paeti fuerint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant ad alium tertiam. §. quod si, h. tit. n. d. l. si non vers. si vero h. tit. num.

6. Quæritur an si Titius & Seius inter se paeti sunt, vt ad Titium duæ luceri partes pertineant, damni tertia, ad Seium duæ damni, lucri tertia, rata sit conuentio? Et sententiam Seruii recipimus, eam validam esse. §. de illa. h. tit. num.

7. Ita etiam potest coiri societas, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit, quia s^{ap}c opera & industria alicuius pro pecunia valet. §. nam & ita. h. tit. n. d. l. si n. 29. §. ita coiri. h. tit. num.

8. Societas autem ita coiri non potest, vt alter lucrum tantum, alter dampnum sentiret, quæ vocatur leonina & iniquissimum est societatis genus. d. l. si enim 29. §. vlt. ff. eod.

9. Et tenetur socius socio de dolo & culpa leui, non leuissima cum vtriusque utilitas ibi versetur. l. actio. 65. §. morte. l. socius socio 72. ff. eod. §. vlt. h. tit. ff. l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodati l. contractus 24. vers. sed & societas. ff. de reg. iur.

10. Societas haec manet eo usque, donec in eodem consensu perseuerauerint socii. §. manet. h. tit. nu. l. societatem 4. §. fin. action. 65. §. diximus. ff. eod. Si vero, cui renuntiatum est, quicquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur. d. §. manet vers. ei. vero. h. tit. nu.

11. Soluitur etiam societas morte socii. d. l. societate. 4. §. vlt. l. adeo 68. in princ. & d. l. actione. 65. §. morte. ff. eod. §. soluitur. h. tit. num. & finito negotio societatis. §. item. h. tit. nu. publicatione item facta vniuersorum locii bonorum, & propter grauamen debiti seu artis. d. l. societatem 4. §. vlt. d. l. actione. 65. §. publicatione. ff. eod. §. publicatione. h. tit. num.

12. Oritur ex hoc contractu actio pro socio, de qua suo loco in materia actionum dicemus.

13. Mandatum est contractus nudo consensu contrahentium constans. l. 1. in princ. ff. mandati. d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. l. 7. §. pen. ff. de paeti. quo officium gratis procurandum committitur. l. si remunerandi 6. §. in pr. ff. cod. l. ff. de ius. C. eod. §. vlt. h. tit. nu.

14. Mandatum contrahitur s. modis siue sua aliquis tantum gratia tibi mandet, siue tua & sua, siue aliena tantum, siue sua & aliena, siue tua & alie-

na, hic in pr. & l. 2. ff. mandati. At si tua tamen gratia tibi mandatum sit supervacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandatum. et vos nascitur actio. d. §. 1. b. tit. n.

15 Mandantis tantum gratia interuenit mandatum, veluti si quis tibi manderet, ut negotia eius gereres, p. §. mandantis, b. tit. d. l. & §. mca. b. tit. num.

16 Tua gratia & mandantis, veluti si mandet tibi quis ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem sui ipsius mutaretur, §. tua. h. tit. d. l. 2. ~

17 Alienam autem tantum causa interuenit mandatum veluti si tibi aliquis manderet, ut Titii negotia gereres. §. aliena. b. tit. d. l. 2. §. aliena.

18 Sua & aliena, veluti si de communibus sui & Titii negotiis gerendis tibi manderet. Tua & aliena, veluti si tibi manderet, ut Titio sub usuris crederes, quia si sine usuris pecuniam crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum. §. suam. b. tit. n. d. l. 2.

19 Tua tantum gratia si interuenit mandatum, consilium potius est quam mandatum, & ob id non obligatorium. §. tua tantum. b. tit. n. d. l. 2. §. fin. ff. eod. 14.

20 Mandatum vero contra bonos mores non est obligatorium. §. illud. b. tit. n. d. l. si remunerandi. o. §. rei turpis. ff. eod.

21 Qui exequitur mandatum non debet excedere fines mandati, sed inter praescriptos limites subsistere. l. diligenter. s. in princip. ff. eod. §. is qui. b. tit. n.

22 Mandatum contractum re adhuc integra, evanescit, si reudatur l. si vero. 12. §. si mandauero. ff. eod. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. §. recte, b. tit. n. Semel autem suscepsum est consummandum. §. mandatum. b. tit. n. l. si mandauer. 22. §. fin. ff. eod.

23 Morte etiam solui mandatum certi iuris est. l. inter causas. 26. in princ. ff. eod. §. item si. b. tit. n.

24 Oriuntur ex hoc contractu duæ actiones contraria & directa. Rubr. 4. tot. tit. ff. de quibus infr. in tit. de action agen. &c.

Corollarium. Dolum & culpam leuem in mandato praestari ex certis iuris fundamentis concludimus l. si Procuratorem.

2. §. yltim. ff. eod. l. centralius. 24. ff.
de reg. iur.

De societate & mandato obiectiones & resolutiones,

SYMMASTIA.

1. Societas an nudo consensu contrahatur.
2. Mandatum an nudo consensu contrahatur.
3. Societas definitio an multa superflua continetur.
4. Rerum in honore starum nulla est communio.
5. Communionis vocabulum latissime significacionis esse.
6. Societas in quibus rebus contrahatur.
7. Societas ut fieri sub conditione.
8. Societas admittit conventionem de partibus danni & lucri in equalibat.
9. Societas leonina & iniquissima quae sit.
10. Culpa in societate qualis praefetur.
11. Depositarius & socius an eandem culpam praesentent.
12. Societas quandom mancat.
13. Societates contrahentes renunciare possunt quocies libet.
14. Societas an morte socii solvatur.
15. Mandator & mandatarius quid sit.
16. Salarium non potest peti a dictione mandati, sed extra ordinem.
17. Mandatum quibus modo contrahatur.
18. Actio mandati quando competit.
19. Consilium non est obligatorium, & mandatis actionem non admittit.
20. Mandatarius an possit excedere fines mandati.
21. Actio ad exhibendum, est preparatoria vindicationum.
22. Mandatum re adhuc integra, eu an esca si renocetur.
23. Mandatum an morte finitur.
24. Mandatarius an post mortem mandatorii, actionem mandati habeat.
25. Culpa in mandato qualis praefetur.
26. Depositarius & Depositarius ratio diversa est.
27. Mandatarius quomodo intelligatur nihil a plius prestare quam bonam fidem.

AD continuationem.] Superest nunc ut etiam de obligationibus, quae t' nudo consensu similiter contrahuntur, scilicet de societate & mandato videamus. Quod autem dictum fuit nudo consensu societatem & mandatum contrahi, contra obiicitur l. 4 in pr. ff. pro loco. ubi dicitur, re & verbis posse societatem contrahi. Eigo verba requiruntur, iei res, nec sufficiat nudus consensus. R. c. p. His verbis ICtus non vult in societate re & verbis contrahi obligationem, quia in societate, neq; scriptura illa proprietas desideratur, cum sufficiat contrahentes consenserit. l. 2. ff. de oblig. c. 4. a. 7. Sed hoc vult, consensum, quo contrahitur societas, non modo verbis, id est, viua voce, etiam sine stipulatione, sed etiam re, id est, tacito consensu, & rebus animo contrahendit. Societas in commune colatus, nec male inter presentes, sed etiam inter absentes per nuncium, & sic viuam epistolam, vel per epistolam, &c. tacitum nuncium declarari, ut interpretetur Bart. Fulgo & Mudeus in d. 4 & Caiac. in paratit ff. co. l. 11. Deinde qdicitur nudo consensu contrahi t' mandatu hoc pugnat cum l. res ex mandato. 59. ff. de sequir. rer. dominio, ubi dicitur: Res ex mandato

deo emta, non prius ne ea sit, quam mihi tradiderit qui emit; Ego non nudo consensu contrahui. Resp. Patus ad d.l.res ex mandato. affirmat iuris subtilitate non transferri dominium, sed tamen ex tacita mente contrahentium ex a quitate, & ita expresse loquitur l.2. ff. mandari. Ebs gl. 3. l.s procurator 35. ff. de acquir. reum diminio. Et l. qui mihi. ff. de doxar. Id quod similiter in emptione videmus, quia solo consentu contigitur, & tamen premium primum ac traditio interuenit, quemadmodum supra dictum fuit.

Ad thes. 1.] Proponitur hic definitio societatis, quae videtur multa continere † superflua, unde arguitur vitiosa. Nam per legitimam communionem omnia reliqua exprimitur, ita ut non opus esset quid de honesta & licita negotiacione ponere. Respon. ICti non sunt adeo stricti regulis Dialeticorum, maioris explicacionis gratia multa abunde ponuntur, & reliqua verba explicat vocabulum, Legitimꝫ scil. quod communio sit honesta negotiacionis; nam † in honestatum rerum nulla communio constitui potest. L. uer. promissio. 17. ff. pto socio. Deinde quod dicitur societatem constitui ex munione ei opponitur sic: Communio sit sine consensu ex quasi contractu, & est verum cum in eis sint coēs absq; conventione ex luccellione, legato, &c. l. 1.2. ff. communi diuid. §. stem se inter aliquos, insi. de oblig que quasi ex contr. maf. Societas autem est ex consensu & conventione, & est personalis. Ergo societas communio esse & definiri non potest. Resp. Communionis verbū est † latissim significationis, & pro subiecta materia alia habet significationem, hic ac cōmodatur societati, & est ex consensu. In cōmuni diuid. iudicio, applicatur rebus, & est ex quasi contractu. Hic ies sunt communes animo & affectione societatis, quod non est in iudicio s. milia. Hereticus, & communis diuidendo.

Ad thes. 2.] Fluuntur societatem vel totorum bonorum vel vniuersitatis negotiacionis, & rei iniiri possit. Cui obliciunt l.5. ff. eod. vbi 4. modis fit & contrahitur societas. Resp. Varietate materie inspecta, quatuor sunt modi, duæ rāmen sunt species, priuata scilicet & Reipubl. seu v. eligalis. Priuata vnius rei vel bonorum, vel eligalis vna manet. Seu est vniuersitalis omnium bonorum, vel particulatis vnius negotii & rei.

Ad thesin 3. 4.] Affirmatur in societate omnium bonorum res continuo communicari. Cui opponitur l. si quis societatem. 7.4. ff. eod. vbi dicitur, id quod emit quis non fieri commune, in communis societate: Ego non omnia continuo communicantur. Resp. Loquitur illa lex in eo casu, quando quis post cent. etiam societatem rem emit, quia tum res noui communis sit, sed postea rāmen cogitur rem communicate, ut ibi dicitur, & Gloss. in l. ff. b. tit. 2. vult. Deinde affirmitur † sub ei conditione fieri per se societatem. Cui opponitur l. actus legitimis ff. de reg. iur. vbi dicitur actus legitimis non recipere dictum aut conditionem. Resp. Societas t. o. est actus legitimus, etiam si de ea olim fuerit dubitatum, id quod nunc ad certitudinem Iustin. redigit in l. pto. C. pte socio. Duaten. c. 1. ff. pro socio. Mynsing. & Welsen. hic.

Ad thesin 5. 6. 7. 8.] Affirmatur in hisce thesibus † inæquales posse esse partes damni & lucri. Cui oppono l. Verum est. 63. §. si cum tres. ff. eod. vbi dicitur, iniquum esse, in societate alium plus, alium minus consequi. Deinde idem dicitur in l. si Census 67. in fin. princ. ff. eod. Ergo non valer conuentio inæqualitatem importans, cum iubeatur esse communio. Respond. Non dubium est, quin valeat conuentio ut unus plures lucri partes accipiat, quia forte plus induxit ad negotiacionem contulit, secundum l.1. ff. de fact. & l. contractus ff. de regul. iur. Quod autem ad d. text. attinet exaudiendi sunt in tali casu, quando nihil expresse est conuentum, tum & æquitas postulat æqualem esse communio nem, modo tamen æqualitas sit pecunia & operarum. Si autem conuentio id mutat, & que hoc iustum est, societas tamen ita coiri non potest, ut alter lucrum tantum, alter

DISPUTATIONE IURIST CIVIL.

, damnum sentiat. Hec vocatur † leonina & iniquissimum est societatis genus. *l. si non. 29.*
S. Vlt. ff. cod. Ideo autem dicitur leonina, quia ut dicunt in apologe; Leo communem ex
venatu praedam sic diuidebat cum vulpe, ut ferme sibi totam retineret, vulpi vix minimam
concedens partem. Myns. & Duaten. *c. i. ff. pro socio.*

10 Ad thes. 9.] Dolus & leuis culpa in societate praestatur † non levissima culpa, non et
iam casus fortuitus. *l. contract. u. ff. de reg. sur. l. cum duobus. 52. §. damn. ff. pro socio.* Sed ob
iicitur tale argumentum: Nade videtur dicendum socium teneri tantum de dolo, nou de
leui culpa: quia eam diligentiam tenuit alienis debet, q̄ quis suis adhibet, si eam non pra
stet, doli reus est *l. quis il nrum ff. depositis.* Sed socius eam duntraxat diligentiam rebus com
munib. debet, quam praestat rebus propriis. *§. focus b. tit. n. l. socius socio. 72. ff. eod.* Ergo so
cius si eam diligentiam rebus communibus non praestat, doli reus est, & per consequens
socius duntraxat tenetur de dolo, non de leui culpa. Resp. Depositarius praestat dolum &
latam culpam: Quia in † depositario est lata culpa, ea in socio est leuis culpa, lata culpa est
in depositario, si non sic æque attentus in re aliena atq; in propria, in socio secus est. Nam
si cuiuslibet licet in re sua negligentem esse, & in re communis, cum res sit communis ex par
te mea. Itaque si socius non æque seruet rem communem, atque suam non est culpa lata
sed leuis. Si militer in depositario est leuis culpa, si non seruet rem alienam diligentius q̄a
suam, in socio vero est culpa leuissima, si non minorem praestat diligentiam rebus com
munibus quam suis.

Ad §. illud expeditum est h. ut. n.] Haic §. obicitur. *l. commodis. o. ff. de lib. & postha.*
vbi dicitur, quod possit quis posthumum ita heredem instituere; *sive vivo messe mortuo*
memoratus fuerit, heres esto. Quod si alterter casus omnissus fuerit, continetur sub expressio
ex consequentia necessaria. In d. Vero. *l. commodissime hoc secus est gl. in d. §. illud. Verb. ser
uari, b. tit. n.* Secundo obiicitur *Lei lege, si, in princ. ff. locatis conduct.* Respond. Ut ante,
esse certum diuersum in summa ad omnes li. ab Accursis allegatas in gl. respondi potest scil.
quod in d. *l. illud expeditum.* casus omnius continetur, sub expressio ex consequentia ne
cessaria quod in aliis li. non ita est.

Ad thes. 10.] Societas † manet, donec in eodem consensu perseverant socii: nam qui
12 liber renunciare quo quis tempore potest. Cui oppono valde *l. nihil tam naturale. ff. de reg.*
sur. & §. Vlt. Inst. quib. mod. roll. oblig. vbi dicitur contractus consensu initios non tolli, nisi
in iure dissensu. Ergo unus non potest renunciare pro libitu. Deinde obligatio est iuris
vinculum. *§. i. supr. de oblig.* nec pender ex unius voto. R. sp. Id in societate speciale est. Nam
communio paris discordias. *l. cum pater. 79. §. omnia. ff. de legat. 2.* Ergo nemo in ea ex l. be
neficio maiestri inuitus cogitur. *l. Vlt. C. communis disus.* Et cōtrahentes semper secundum
13 l placitum & permisum cōtrahere intelliguntur, ut habeant † potestatem discedendi ab
hoc contractu quoties placuerit.

14 Ad thes. 11. 12.] Afirmatur † morte socii solui societatem. Cui obiicitur *l. adeo. 58. in*
princ. ff. pro socio. vbi dicitur societatem vestigium non finiri morte, quia tamen species est
societas, & *supr. dictum est.* Ergo non est verū morte finiri societatem. Resp. Id speciale est
in casu vestigium eo tamen modo, quia additur, scil si pars defuncti ad personam here
dis eius ascripta sit, ut heredi quaque conferre oporteat, de actionibus suo loco.

15 Ad thes. 13.] Manatur † est qui mandat, Mandatarius, qui ad impletū & exequendū
māndatum salcipit: Gratia autem procurandū commitit. Cui obiicitur, *l. si remune
ratio. 6. apr. l. qui munus in 56. & sal. r. sum ff. mandati. l. i. l. salarium. 17. C. cod.* Resp. Sal
arium & merces diff. runt, & in d. l. si remunerandi dicitur, si remunerandi gratia honor
intercurrit, et mandati actio, quia verbis non ita sunt exaudienda, quasi propter salarium
detur

detur mandati actio, sed quod mandati actio competat, licet remunerandi gratia quid datum sit, ut recte moneretur. Ergo salarium non est de necessitate, sed ex officio & amicitia datur, ut in deposito precium seu honorarium. Salarium autem non potest peti actionem mandati, sed extra ordinem, ut Papin. affirmat in *l. salarium. 7 ff. eod.*

Ad thesin 14.15.16.] Hisce thesibus proponuntur tamen modi, quibus contrahitur mandatum, qui plani sunt.

Ad thesin 17.] Posita est particula, tantum, quam hic tollendam putat Hotoman: quia neque in Caio neque in veteri habet, & alias, nisi alius quatenus mandantis interesset, obligatio non nasceretur. Interesset etiam non propter ipsum mandatum principaliter sed propter accipientis causam. Itaque locum Vlp. in *l. si rerum randi. 6 §. si ibi mandauero. ff. mandati.* vbi dicitur, si tibi mandauero, quod mea non intererat, velut in pto Sticho interuenias vel ut Titio credas, erit mihi tecum mandati actio, & ego sum tibi obligatus Nam inquit Hotom. non potest interessere, nisi addatur principaliter. Mandati enim tamen actio secundum Vlp. in *l. si procuratorem 8 § mandati. ff. eod.* tunc competit cum cœpit interessere eius qui mandauit. Ceterum si nihil interest, etiam mandati actio & catenus competit, quatenus interest, Hottom. tamen sibi contrarius lib. 4. obf. c. 30. vult in d. §. si tibi. extram negantiam.

Ad thesin 18.] Weseubec. putat sub illis verbis: *Tua & aliena, semper esse intellegendam particulam principaliter.* Nam multi, inquit, possunt unius rei fines esse, sed subordinatis; nam omnibus hisce mandandi formis in implicitum est aliquid mandantis interesse, cuius nomine actio detur, *l. si procuratorem. 8 § mandati. h. sit n.*

Ad thesin 19.] Consilium tamen non est obligatorium, & ideo aliquis ex eo mandati actione conveniri non potest, quod ita procedit, nisi si fraudulentum secundum legem Consilii. *ff. de reg. iur.* Sed obicitur liber homo. *ff. ad laquil.* *l. non solum. ff. de iuri curi.* *l. non solum.* *in pto. ff. de iniuria.* *l. specialiter. ff. quod si aut claram l. si quis exori. §. cum Tito. ff. do furt. l. in pr. & § persuadere ff. de seruo corrupto.* Relp. Id in maleficiis procedit, & ideo non datur mandati actio. Tenetur tamen perlausor fraudulentus de dolo & aliis actionib. de seruo corrupto. *d. l. consilii. ff. de reg. iur.*

Ad thesin 20.] Haec thesis probatur in *l. si vero 12. §. si adolescentis. ff. eod.* Cui tamen opponitur *l. 3. §. nec non. ff. de in rem verso.* vbi in rem versus dicitur, si quis aliquid ad turpes sumitus subministravit, & regulariter dicimus roties esse actionem de in rem verso, quibus casibus procurator habet mandati actionem. *d. l. 3. § & regulariter. ff. de in rem verso.* Respond. Aliud est in maiore 25. annis *d. l. 3. §. nec non.* Aliud in minore. *d. §. si adolescentis. gl. in d. §. si adolescentis.* Insto, sed opponitur *l. si quis. 8 ff. pro emtore.* vbi etiam maior 25. annis non potest id facere. Resp. Id ideo sit, quia ibi notum erat eum protinus id scorto datum, unde id non permittitur, secus si de eo non constet. *Gl. in d. §. si adolescentis.*

Ad thesin 21.] Affirmatur mandatarium tamen non posse excedere fines mandati. Cui opponitur *l. 5. §. si tamen ff. iudicatum solui.* vbi mandati actio contraria datur ei qui excessit fines mandati. Ergo fines mandati excedere licet. Respond. Ibi proponitur *aequissimus casus:* nimis litis sumitus posse peti etiam eius quod non erat mandatum, scil. defensionis, si vixit quis in causa extiterit, secus si causam amisit. Secundo obicitur *l. ad rem roblem.* *56 ff. de procurator.* vbi excedit fines mandati, tum habet tantum rei vindicationem ad rem petendam. Resp. Is qui habet rei vindicationem, potest etiam instituere primo actionem ad exhibendum. Illa enim tamen actio est preparatoria vindicationum, & ppter eas introducta *l. 1. ff. ad exhibendum.* Tertio obicitur *l. ad legatum.* *62 ff. de procur.* vbi similiter videtur procurator fines excedere. Resp. Quando procurator habet mandatum petendi legati, habet etiam

- etiam potestatem & mandatum instituendi interdicti de tabulis exhibendis secundum l.
2. ff. de iuriis dispt. omnium iudic. Nā ex tabulis testamenti rectius de legato constare potest.
22. Ad thes. 22.] Mandatum cōtractuum re adhuc integrā euanelcit, si revocetur, quia quando interest cōcept mandantis actio primum nascitur l. se procurator. §. mandati. ff. cod. Cui opponit Hotom. hic l. 5. C. de a. t. & oblig. vbi dicitur vnicuique libera est potestas habendiv vel non habendi contractus; renunciare autem inuito aduersario non licet. Resp. Non prius in mandante constituta est obligatio quam impletum est mandatum, vel saltem impleri cōceptum.
23. Ad thes. 23. 24.] Morte † finiti mandatum certi iuris est. Obiicitur l. si Vero. 12. §. fin. ff. mandati, vbi non finitur mandatum morte. Resp. Ibi non dissolutur mandatum ideo quia iniunctum ibi quid fuit post mortem alicuius faciēdum, pura monumentum extuendū, idem dicitur in l. idem est. ff. cod. Insto contra solutionē datum, ex l. Vlt ff. de solut. vbi Paul. inquit, ei cui iussi debitorem meum post mortem meam soluere, non recte soluitur. Resp. Sciendum est hæc verba inuerso ordine à librariis esse conscripta, ac legendū hoc modo. Ei cui iussi debitorem meum soluere, post mortem meā non recte soluitur. Cuiac. lib. 1. obs. c. 38. Hotoman. putat ita legendum, Ei qui mandato meo post mortem meā est stipulatus, recte soluitur. Secundo obiicitur l. inter causas. in pr. ff. cod. l. action. 65. §. item si alicuius. ff. pro socio, vbi dicitur non extinguiri morte mandatoris mandatum. Resp. Si mandatarius ignorans † mandatorem deceplisse impleat mandatum, habet mandati actionem; secus si sciuerit. l. hoc iure. 19. §. si quis dederit, ff. de Nouationib. Tertio obiicitur l. mandatum. 15. C. cod. vbi morte non finitur mandatum. Respond. Si cum res non amplius esset integrā, mandator decedat, tum perficere & absoluere mandatarius mandatum potest.
- Ad Corollarium.] Affirmatur in Corollario dolum & leuem culpam tantum in mandato praestari, non etiam culpam † leuissimam. Et Duaren. c. 2. mandati. locum hunc esse valde difficilem in hac mandati materia & nullum esse difficiliorem putat. Opponitur igitur l. a. procuratore. 17. C. cod. vbi dicitur omnem culpam & dolum in mandato praestari. Ergo etiam leuissima culpa est praestanda, quia qui dicit, Omne, nihil excludit. Illa generalitas est intelligenda secundum illas leges, in quibus dicitur faltem dolum & leuem culpam in mandatis praestari, & in dubio est culpa leuis: probatur autem id per l. 4. & l. re in mandata. 21. in fin. C. mandati. Et hanc sequitur sententiam Ias. in l. si mora. ff. solut. matr. & Bart. gl. secutus in l. in venditione ff. de bon. autoritat. judic. possiden. Hanc sententiam defendit late & docte Duaren. in tit. mandati. c. 2. & ita illa etiam II. explicat. Nec est quod dicant reliquias II. & d l. contrattus. ff. de reg. iur. & l. 4. l. 9. l. 11. C. cod. esse secundum l. 17. intelligendas, quia potius d. l. 17. C. codem. secundum alias leges est intelligenda. Habent & hoc argumentum ex l. 5. §. nunc videndum. ff. commodati. quia ibi dicitur praestati culpam & diligentiam leuissimam ab eo qui commodato accepit, & per culpam leuissimam intelligent. Respond. Culpa & diligentia opponuntur & alterum per alterum declaratur, culpa enim leuis, diligentiam respicit, & per illa verba; culpa, absolute in contractibus posita, leuis culpa intelligitur. Ne leuissima autem culpa in commodato id aliunde est defensandum. Insto hoc argumento ex l. si Vt certo. 5. §. nunc videndum ff. commodati. vbi dicitur in contractibus, qui ad utilitatem suscipientis non pertinent, dolum tamen praestari non etiam culpam & negligentiam veluti in deposito. Cum enim quis deponit rem suam apud aliquem custodiendam, depositarius dolum tantum praestat, quia depositura ad eius utilitatem non pertinet. In eo enim tantum versatur utilitas deponentis. At in hoc contractu mandati eadem est ratio: Mandatum enim sit, gratia mandantis, & mandatum est gratuitem. Hæc obligatio contrahitur sine mercede, alias locatio est: Ergo idem cōcludu-

1117

26

Cendum videtur quod in deposito, ut dolum tantum praesert mandatarius sive procurator non etiam culpam sive negligentiam. Respond. Duarenus c. 2. h. tit. n. in ff. ¶ diversam esse rationem depositarii & mandatarii. Mandatarius, qui negotium gerendum suscipit, videtur diligenter utram & industriam suam promittere, quia in gerendo negotio opus est industria, diligentia, opera: In deposito autem sufficit ut depositarius rem recondat. Deinde obiicitur l. si fideiussor. 29. in prin. l. si procuratorem. 8. §. vls. cum seq. &c. l. idemque ff. cod. ex quibus videatur dicendum dolum tantum praestari. Respond. Duaren. in d. loco, ad d. l. si fideiussor. quod illud negotium tale sit, quod industriam non requirat; Quare non interpretabitur hoc actum esse inter mandatum & mandatarium fideiussorem ut diligentiam adhibeat. Deinde non obstat l. si procuratorem. §. fin. cum d. l. idemq. 10. in princ. ff. cod. vbi dicitur: bonam tantum fidem praestari & nihil amplius in mandato. Hoc, inquam, non obstat, quia quod dicitur in d. l. idemq. paulo quidem obscurius est, sed secundum Accus. excluditur diligentia. Contra fidem enim is facit, qui in amici sui negotio quod suscepit gerendum, negligentem se praebet id quod à bona fide est alienum; Ergo recte dicitur eum ¶ nihil amplius praestare, quam bonam fidem, id est, quod bona fidel congruit, & atque ita hæc Duaren. in d. loco. explicat.

DISPUTATIO XXXI.

De obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur,

CONTINVATIO.

*Post genera contractuum enumerata dispiciamus etiam de iis obligationibus, que
quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur, sed tamen
quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi
ex contractu nasci videntur.*

Thesis 1. Quasi ex contractu est negotiorum gestio, quando quis sine mandato alienis negotiis gerendis se offert, ex qua causa ii, quorum negotia gesta sunt, etiam absentes & ignorantes obligantur. §. igitur. h. tit. n. l. si quis absens. 5. in princ. ff. de negot. gest. act. l. 1. 2. l. si negotiis. 11. ff. de negot. gest.

2. Et hoc fieri utilitas gratia est receptum ne dum, nouis causis interuenientibus, homines diutius absunt eorum negotia pereant & deserantur, & ne forte rerum possessionem aut venditionem indefensi patiatur, vel pignoris distractionem, vel pœnæ committendæ actionem, vel iniuria rem suam amittant. d. §. igitur. h. tit. n. d. l. si quis absens. 5. in pr. vers. longe m. uig. ff. de oblig. & act. d. l. 1. ff. de negot. gest.

3. Nihil autem refert vni negotio vel duobus quis se offerat, quemadmodum nec in sexu discriben habetur. l. 3. §. hac verba, cum seq. ff. de negot. gest.

4. Imo pupillus negotia gerere potest, & si factus est locupletior post rescriptum Diui Pii, conueniri potest in id, quod factus est locupletior, a-
gendo autem compensationem eius qui gessit, patitur. d. l. 3. §. pupillus. ff. cod.

5 Et in summa omnes negotia gerere possunt, qui contrahendo se aliis recte obligant, ac statim ubi quis negotia administrare coepit, inuitus ea perficere cogitur. *I.nam & Seruius.21. §. si viuo Titio. ff. eod.*

6 Et sufficit ut ille cœptum esse negotium licet euentum infelicem habeat. *I.sed an vltro.10. §. i ff eod.*

7 Tenetur porro is, qui negotia gessit reddere administrationis rationē, quo casu ad exactissimam diligentiam compellitur reddere rationem, nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, si modo alius diligentior eo commodiū administraturus esset negotia. *d. §. item. vers. ita & contra. h.tit. l. si negotia. 11. ff. eod. vsuras etiam præstare tenetur ex aliena pecunia perceptas. l. ad quin. 19. §. non tantum. ff. eod. l. tutori. 20. C. eod. l. si pupilli 6. §. videmus. ff. eod.*

8 Quamuis & ipse negotiorum gestor sumtus & impensas necessarias & vtile deducere possint, non autem voluptarias. *I.ex duo. 27. in fin. princ. ff. eod. d. l. 10. ff. eod.*

9 Deniq; ex hoc quasi contractu duæ oriuntur actiones, directa & contraria. Directa datur domino rei gestæ; Contraria datur negotiorum gestori. *d. §. item. h. tit. n. d. l. 5. in pr. ff. de act. & obl. infr. in tit. de action. dicemus.*

10 Secundo quasi ex contractu tutores obligantur, quando negotia pupillorum administrant. Nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur. *§. tutores. h. tit. n. d. l. si quis absentis. 5. §. tutela. ff. de obl. & act.*

11 Idq; in fauorem pupillorum est receptum ne dum exigui vel nullius sunt iudicii, eorum negotia perent. *§. impuberes. supr. de Attilian. tutor.*

12 Et tenentur tutores tutelæ gestæ nomine hodie singulis annis ad requisitionem magistratus reddere rationem, idque Carolus V. sua constitutione sanciuit. *Myns. in d. §. fin. supr. de Attilian. tutor.*

13 De dolo etiam & culpa & diligentia quantam in suis rebus quis adhibet, pupillis tenentur. *I. l. in princ. ff. de tutel. & ration. distract. d. l. contraclus. 24. ff. de reg. iur.*

14 Oriuntur ex hoc quasi contractu mutuae actiones. Tutelæ directam actionem habet pupillus contra tutorem de ratione integre reddenda. Contrariam tutelæ contra tutor habet contra pupillum eius nomine, quod in rem pupilli impendit, vel in quo pro eo fuit obligatus, aut rem suam creditoribus pupilli obligauit, *d. §. tutores. h. tit. d. l. 5. §. tutela. ff. de obl. & act. de quibus infr. in tit. de action. dicemus.*

15 Tertio quod ex contractu obligantur ii, quibus sine societate res est communis, veluti, quod pariter eis legata donatave esset. *§. item. si inter aliquos, h. tit. n. tot. tit. ff. & C. communi diuidund.*

16 Ethic diuisio rerum sit corporalium singularium scilicet quarum dominium habemus non etiam hereditatis. l. 4. in princ. ff. ann. i. in dividund.

17 Dolum & culpam leuem in hoc contraetū praestari non ambigitur. l. contraetū. 24. ff. de reg. iur. l. penult. in fin. C. eod.

18 Datur ex hoc quasi contraetū aetio communi dividendo, qua alter alteri teneatur. d. §. item si inter. b. tit. nu. & tot. tit. ff. & C. cem. min. dit. id. rt infr. dicemus.

19 Quarto coheredes quasi ex contraetū obligantur, si duo pluresve simul heredes existunt, & dividere volunt h. ereditatem nihil enim inter se vere contrarerunt. §. idem iuris est. b. tit. n. l. 1. in fin. ff. cod. l. 5. C. familia heretic. & communi divid.

20 Et coheres coheredi non tantum dolim sed etiam culpam praestat in re hereditaria. l. heredes. 25. §. non tantum ff. famili. heretic.

21 Quinto heres legatorum nomine quasi ex contractu debere intelligitur. §. heres. b. tit. num. d. l. si quis absentis. 4. §. heres. ff. de ob. & act.

22 Sexto decimum ex quasi contractu obligatur is, cui quis per errorem non debitum soluit, & condicione indebiti propterea conuicti potest. §. item. 16. b. tit. d. l. 5. §. is quoq. ff. de ob. & act. §. is quoq. supr. quib. mod. re contrah. oblig. tot. tit. ff. & C. de condic. indebiti..

23 Errorum autem hic facti non iuris recipimus. Error enim facti soluti indebiti repetitione in parit. l. u. m quis. 10. C. de iur. & fact. ignorant. Et iuris error neminem excusat. l. 9. ff. de iur. & fact. ignor..

24 Repetitio tamen illa ex Iustiniani constitutione cessat, quando legata vel fidicommisla sacrosanctis Ecclesiis & cæteris venerabilibus locis intuitu religionis & pietatis indebita sunt soluta, nulla legatarum habita distinctione. gl. vlt. b. tit. n. l. & C. communia de legat.

Corollarium ex feudis allatum. Seruitutem personalem & realem in feudo & in uito & inclo domino constitui posse putamus per c. vn. §. rei. vers. qui dego. De inuestitur: de re alien. fact. Curtius p. 4. feud. nu. 105. Iul. Clar. 5. feudum, queſt. 37. num. 1. Zaf. p. 10. n. 56. Wefenb. c. 11. n. 7. Borch. c. 8. num. 59. feudalium tractatum.

DISPUTATIONIS XXXI.

De obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur
obiectiones & resolutiones,

S V M M A R I A.

¶ Quasi contractum an aliquis sint.

420
86 DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

- 2 Contractus vocabulum quod modis accipiatur.
- 3 Quasi contractus qui sint.
- 4 Negotiorum gestio car inter quasi contractus referatur.
- 5 Actione negotiorum gestorum, quando quis teneatur.
- 6 Ratibus mandato comparatur.
- 7 Actio negotiorum gestorum, quo respectu alicui detur.
- 8 Negotiorum gestorem habere causam negotia suscipiendi, necesse est.
- 9 Negotiorum gestio, an ad absentes tantum resipiat et referatur.
- 10 Tutorum successores non directa sed Civilis actione negotiorum teneantur.
- 11 Curator an et quando teneatur negotiorum gestorum actione.
- 12 Pupilli presentes fictione quadam pro absentibus habentur.
- 13 Pupillus an negotia alterius gerere posse.
- 14 Compensatio est ex iure naturali.
- 15 Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto autem necessitatis.
- 16 Negotiorum actione an quis teneatur, qui aliqua negotia non gestit.
- 17 Negotium an sufficiat utiliter captum esse, si non respondeat euentus.
- 18 Negotia alterius sine mandato administrans, exactissimam diligentiam prastare tenet.
- 19 Successores negotiorum gestorum qua actione conueniantur.
- 20 Negotiorum gestione utilitas an etiam ad cumpertineat, qui negotia gestit.
- 21 Casus fortuitus, interdum in negotiorum gestione etiam prastans est.
- 22 Tutores negotia pupillorum administrantes, ex quasi contractu obligantur.
- 23 Dolus et culpa leuis in tutela prestantur.
- 24 Communio quasi sine societate fit, ad quasi contractus refertur.
- 25 Communi diuidendo iudicium inter eos redditur, inter quos aliquid commune est.
- 26 Communio rei variis modis constituitur.
- 27 Rerum communio ex quacunque causa est potest.
- 28 Actio pro sociis, et actio communis diuidendo differunt.
- 29 Actio communis diuidendo magis in rem est, quam in personam.
- 30 Mixta actiones quot sint.
- 31 Actio familia herciscunda differt ab actione communis diuidendo.
- 32 Iudicio familia herciscunda quando opus sit.
- 33 Familia herciscunda iudicium differt a iudicio communis diuidendo.
- 34 Seruus potest esse communis ex contractu societatis.
- 35 Actio pro socio cessat, sublata societate.
- 36 Communio est non est, si in iudicium est communis diuidendo.
- 37 Dolus et culpa in iudicio familia herciscunda prestatur.
- 38 Heres per aditionem hereditatis videtur quasi contraxisce.
- 39 Solutio indebiti errore facta quasi contractum gignit.
- 40 Error iuri, facti indebiti repetitionem patit.
- 41 Iuri ignorancia per se neminem damno afficit, nemini etiam luctrum perit.
- 42 Legata ad pias causas, errore soluta non possunt repeti.
- 43 Actiones quadam, quae in conscientem dantur in simplicem, in negantem datur in duplum.
- 44 Scrutatus an in fundo feudaliter constitui posset, in scio et in iusto scudi Domino.
- 45 Alienatio omnis est prohibita.
- 46 Maritus nec alienare fundum dotalem potest, nec servitutem ei imponere.
- 47 Servitus ad tempus constitui non potest.

48 *Ysufficiens an in feudo constituir possit.*

49 *Servitus feudi, & feudum differunt.*

AD Continuationem.] Post materiam contractuum de quasi contractibus queq; exiit videndum iusta methodo. Sed obiicitur quod] non sunt quasi contractus id quod I probo. per l. omnem. 20. ff. de indic. vbi dicitur omnem obligationem pro contractu esse habendam. Ergo nulli sunt quasi contractus. Resp. Vocabulum † contractus, interdū stricte, interdum latius, interdum latissime accipitur. Stricte accipitur tantu pro contractib. non pro quasi contractibus; non pro delictis vel quasi. In d. 2. utem. l. om̄. vocabulus contractus vocabulum latissime accipitur pro contractu, quasi contraclu, pro delicto, & quasi contracto. Deinde opponitur l. contractus 2. 4 ff. de reg. iur. vbi tunc ad ministratio & negotiorū gestio inter cōtractus referuntur. Ergo nō sunt ex quasi cōtractu. Resp. Ibi vocabulū cōtractus in latiori significatione accipi, vt scil. significetur contractus & quasi contractus secundum ea quæ antea dicta sunt.

Ad Thel. 1. 2. 3.] Nunc quasi contractus † ordine recensentur. 1. ex quasi contractu est negotiorum gestio; quia non est yesus sed tacitus & præsumptus contractus. Mys. hic. seu vt Hottoman. affirmat, non ex a veritate sed tacite & præsumtive contrahunt, q; quasi contraxisse dicuntur; Ideo autem. cſt quasi contractus, quia sit sine mandato & consensu. 4 Non enim qui abest mandare & consentire potest. 2. Deinde certum est in negotiorum gestione aliquem se vltre & sponte offerre. l. 10. C. de negot. gesſ. & quidem negotiis absens. Nam qui præsens est, si patitur alium sua negotia gere & mandare videretur. l. si remunerandi. S. si pafſus. ff. mandat. Et hoc vtilitas gratia receptum, ne absentium negotia deferantur, & eorum cōditio dexterior reddatur. Nec refert vni aut pluribus negotiis se quis offerat. L. 3. ff. sic. n. Nunc videbimus ea, quæ his obstat videntur. 1. affirmatur negotiorum gestione quasi contractum esse, quia sine mandato contrahitur: Nam si cum mandato contrahitur, vere contractus est. tot. tri. supr. de mandato.

Sed obiicitur primum l. sed & cum aliquis, 16. ff. de negot. gesſ. vbi dicitur, negotiorum gestione esse contraclu; non igitur recte quasi contractus dici potest. Resp. Ante dictum fuit in latiore significatione contractum etiam quasi contractum denotare, vel dicimus, abusus propter similitudinem, negotiorum gestio dicitur cōtractus, nec nouum est vt verbum rei verae tribuatur iis rebus, quæ eius rei similitudinem gerunt.

Secundo obiicitur l. si pupilli. 6. §. si quis ita specialiter ff. de negot. gesſ. vbi quis mandat, & tamen dicitur ei negotiorum actionem competere; Ergo & eo casu, quando mandatum adest, competit hæc actio. Resp. Ibi talis est casus. Titius mādavit Sempronio vt eius negotium quod cum Seio habuit commune gereret. iam Sempronius non tantum gerit Titii negotium, quod cum Seio communē habuit, sed etiam gerit Seii negotium, & difponit, quod dum Seii negotium gessit, possit à † Seio cōueniri actione negotiorum gestorum, & non iniuria, quia ad Seii negotium gerendum non habuit mandatum Sempronius, vnde tenetur negotiorum gestorum actione. Titio autem tenetur actione mandati propter expressum mandatum datum super negotia quod cum Seio habuit commune, atq; ita illa nihil omnino aduersantur sed nostram sententiam confirmant.

Tertio obiicitur l. si negotiū. 16. C. de negot. gesſ. vbi Gallus & Volusianus Imp. describūt hoc modo. Si negotiū sororis tuae tenēs, p; ea tributa soluisti, vel mādante ea vel rogante fecisti negotiorū gestorum actione, vel mandati, id quod soluisse te constiterit, repetere poteris. Ecce hic Imp. docere videtur, mandato interueniente cōpetere nō solū mandati actionē sed etiā negotiorum gestorum iudiciū. Resp. Norādum hic pro solutione est prius istius legis verbis hisce: si negotiū sororis tuae tenēs; tributa pro ea soluisti, respondere

verba hæc, negotiorum gestorum actione, idque inde etiam constat, quia verba illa negotium gerere in dubio ac quasi contractu intelliguntur. Vnde id subiecta tituli materia suadet. Deniq; verbis illis, vel mandati, respondent illa verba, vel mandante ea vel cogente, id fecisti. Vade illa lex minime obstat potest, si ita explicetur ex mente quoque glossa.

Quarto Obiicitur *I. negotium 22. C. de negot. gest.* vbi Imp. Diocletianus & Maximianus describunt in hoc modum: negotium gerentes alienum non interueniente speciali pacto casum fortuitum præstate non compelluntur. Ecce hic Imp. per verba: Speciali pacto, significare videntur negotiorum gestione esse, & negotiorum gestorum actionem competere, licet quis ex mandato domini eius negotia gerat. Resp. glos. putat eam legem de eo loqui casu, quo dominus duntaxat egit cum aliquo de casibus fortuitis præstandis, si forte is neg. ria administrada suscepitur, non etiam in casu q. o quis de suis negotiis alicui mandata dedit. Verum rectius accipiendas illam legem de casu, quo non dominus sed alius aliquis domini negotia alicui comitrit. Nam eo casu is, q. u. ex alicuius, id est tutoris mandato, pupilli forte negotia gessit, dominus scil. pupillo negotiorum gestorum actione tenetur. *I. C. de negot. gest.* Et notandum est inspicienda eis semper eam personam cuius mandata geruntur, & eatenus non est mandatum, & per consequens actio negotiorum gestorum locum habet, quamvis tutor, forte vel curator mandet, & iure discernuntur illæ personæ in hac subiecta materia. Vnde d. *I. negotium nih. l. obstat.*

Quinto Obiicitur *I. si mandatum 14. C. de negot. gest.* vbi videtur competere ex mandato negotiorum actio. Resp. Ibi maritus mandat, & negotiorum gestor mariti & uxoris res administravit, & deciditur quod negotiorum gestorum actione vxor eu. en conuenire possit, & negotiorum gestor vicissim in aucti uxore en. ideo quia gessit in iusti uxoris res, cu. us tamen a marito non habuit mandatum. Habet autem in iudicariu vi. matiti tantum res ad. n. straret, ideo eatenus agere potest mandato contraria actio & mandatum conuenire directa mandati actione.

Sexto Obiicitur *I. atquin 19. §. si libero homini. ff. de negot. gest.* vbi ICor. Paulus ex Labrone tradit, liberum hominem boni fidei alicui seruens in negotiorum gestorum actionem tenet illi, cui bona fide seruebat, si mandatu ipsius negotia executus fuerit. Resp. Licet dominus de negotiis suis liber homini bona fide seruienti ut seruo mandato dedeat, tamen cum postea bona fide seruens, ille liber homo inueniatur, perinde esset ac si nulla mandatum commissum fuisset, & propterea negotiorum actione experendum est.

Septimo Obiicitur *d. I. si pupilli. 6. §. item queritur cum §. seq. ff. de negot. gest.* vbi dicitur quod ratihabitione constituitur negotium & tamen ex ea gestione dari actionem negotiorum gestorum, cum tamen certum sit ratihabitionem mandato comparari. *I. semper. 60. ff. de reg. iur. c. ratihabitionem. de reg. iur. in 6.* Ergo adhuc propter mandatum negotiorum gestorum actio datur. Respond. in d. *I. si pupilli. 6. §. item queritur cum §. seq.* agitur de eo, quando quis mei contemplatione gerit negotium alienum, hoc est, quod reuera meum non est, sed alienum, puta si Titi debitor in, cui te heredem putabam cum esset Seius, conuenero & ex ego, tuque id statim ratu habueris, erit tibi aduersus me & mihi aduersus te mutua negotiorum gestorum actio. Nam nullum tuum negotium gestum est, inquit ICor. in d. *I. 6. §. item queritur, sed ratihabitione fecit tuum negotium.* d. autem *I. semper qui non prohibet, & c. ratihabitionem.* I. queritur in eo casu, quando aliquis mandauit proprium negotium, ut quis id gereret. I. et in mandatus non suscepit, ideoque indignatus fuisse, more, non tam ea gessit, id quod tam ea postea tatum habuisti, ideo ibi ratihabitione comparatur

paratur mandato, & inde datur actio mandati. *gl. i. l. 6. in 4. b. negotiorum. gestorū.* Vides igitur magnam esse diuersitatem rationē. *in d. l. conciliat etiā ratiabilitē aliena factū,* *in d. l. semper ratiabilitē fuit in propriam negotitum, ad quod mandatum erat datum.*

Oblatio obiicitur quod potius definitio negotiorum gestionis ita sit constituenda. Negotiorum gestio est quasi contractus alterius non mandantis negotia gerendi, & mandant sane aliqui illa verba habere: *alterius non mandantis, quam illa, alterius sine mandato, idq; ideo quia fieri potest, vt quis ex mandato alicuius ueniamen domini sed alterius gerat negotia, & nihilominus sit negotiorum gestio, & negotiorū gestorum actio.* Nam qui pupilli vel pupillę negotia, tutoris mandatu, suscepit negotiū am gestorum pupillę & pupillo tenet. *l. 4. C. de negot. gest.* Sed resp. Etao si tutor mandat, tamē non mandauit, pupillus, cuius negotia geruntur, & semper ea persona attendit, cuius negotiū geriur, & eo respectu datur actio negot. gestorum, licet tutor māder, qui ex necessitate officium tutela gerit. *§. si tutor. sup. de snoffic. testam. l. tutor. 20. C. de reb. gest. in 8. ff. de his, que & indig. vt & curator ex officii necessitate adolescentis res gerit, & a magistratu ad id compelli potest. §. dantur autem curatores infra curator.*

Deinde in definitione negotiorum gestoris a nobis proposita, dicitur, quod quis sese rebus alienis offerat. Cui opponitur tale argumentum. Culpa est admittere se rei ad se non pertinenti. *l. culpa ff. de reg. iur.* Et qui se sponte offerit huius dama iurit. *l. si i. 7. ff. de rei vindic.* Negotiorum gestorū se sponte & vltro alienis rebus effect. *d. l. tutor. 20. C. de negot. gest.* Eigo culpa, nō caret. Resp. Is q; se alienis reb. sine iusta causa immisceat, est *πονητικός μων*, & non caret culpa, damnatur etiam *l. i. qui 25 ff. de rei vindic.* Negotiorum vero gestorū iustum habet causam defendendi abuentis negotia, ne, dum propter subita iniuria peregrinationem abesse cogitatur, suarum rei uia etiam patiatur, quoniam admodum id soluit eleganter *Citus Vlp. in d. l. 1 ff. b. cit. n. & institut. b. cit. num.*

Deinceps in definitione negotiorum gestiorum ponit utrabilū, absens: contra illud. I. Afferunt quod s; non tantum absens, sed etiam præsentis negotia sine mandato gesta, producant actionem negotiorum gestorum, veluti cū curator adolescentis sui præfentis negotia gerit, tenetur de negotiorum gestorum actione. Resp. Imp. Justin. *in §. i. sup. de curator.* affirmat de puberibus adolescentib. quod licet puberes sint, s; tamen negotia tueri optime non possint. Et *in l. l. §. fin. in fin ff. de minor. 25. annis* dicitur, retum administrationem ipsis committi non debet, quis bene suam rem gerentibus, ideo dū curatores habent, ex necessitate. ff. magistratus mandato datos, negotiorū gestorū directa actione curatores tenentur, quia adolescentes ipsis nihil ipsi mandantur, & eorū persona inspicitur & mandantur proprias suas res, & tenentur certe illi omnes, qui necessitate urgente res alienas administrantur, vt tutores, curatores *l. 3. §. hac action. ff. de negot.* Imo & tutorum successores non directe sed utrī actione negotiorum tenentur. *d. l. curator. 17. C. cod.* quia ipsis non directe male gesserunt negotia adolescentis, & sane eos pro absentibus haberi, videtur *d. l. 1 ff. cod.* II. Afferunt *d. l. 3. §. & se furiosi. ff. cod.* Resp. Ibi furiosus habet curatorē, qui absentium numero est cum cōparetur infantil alias & furiosi nulla sit volūtas alias. *l. furiosi. ff. de reg. iur.* II I. Affert *l. curatorem 6. C. de negot. gest.* vbi curator tenetur negotiorum gestorum actione, dū sese immisceat negotiis, nec rite testamento datus erat. Resp. Curator testamento nō recte datur. *d. c. l. sup. de curator.* Si igitur se immisceat tenetur negotiorum gestorum actione, quia sine mandato adolescentis gerit negotium, qui ratione interdicta administrationis & iudicii adhuc imbecillis pro absente habetur, id quod similiter multo magis in pupillo est approbadum secundum. *l. 2. C. de negot. gest.* qui tutoris sumtibus Romam duceretur, sic etiam responderetur. *ad diff. l. 4. C. quod dare tutor.* Cel

90 424 DISPUTATION. IURIS CIVICÆ.

curat, possunt, & ad Paul.lib.1.sent.10.4.in fin. Quia: to assertur l.alimenta.11.C.de negot.gest.
 • *vbi dicitur, quod mater habeat gestorum negotiorum actionem, si reperiendi animo suis
 liberis alimenta præstat. Vel cum vitricus priuignas suas præscates alit, seu pro his merce-
 des magistris suis expendit. l.5.paterno.15.C.b.10.11. Hic eis non sit mandatum, est ta-
 men præsentia. Resp. Præentes quidem sunt, sed tantum quia non eius iudicij forte
 fuerunt, habent pro absensibus: Vel generaliter est dicendum, hoc editum proprie
 absentes potissimum est introductum ut affirmat Vlp.in d.l.1ff.cod. Et Inst.hic, licet ramen-*
 12 *ad papillos & aliorum causam sit extensum, qui quidem præsentes sunt, & tamen si-
 stione quadam pro absensibus habentur, cum eodem modo, ut absentes, ledi non possint.*

Ad Thes.4.5.] Omnes in negotia gerere possunt, qui contrahendo aliis se recte obligant,
 13 *vnde videtur dicendum, ut pupillus negotia alterius gerere non posse, cum efficaciter aliis
 non obligetur. l.pupillus.59. ff. de ob. & aet. quod tamen in thesi 4. affirmatur ex l.3 §.pu-
 pillus ff.cod. Respond. Pupillus ne naturaliter quidem obligatur d. l.pupillus.59. nisi lo-
 cupletior sit factus; tum non naturaliter obligari potest. l prima, in fin. ff. de nouar-
 vel si ex re nascitur actio tum obligatur pupillus vel adolescens etiam sine tutele vel ca-
 ratore. l.sursos.46. ff. de ob. & aet. Et hic ex re nascitur actio, scil. ex eo, qui negotia gessit,
 etiam locupletior est factus. Post-rescriptum igitur Dni Pii conueiri potest, sed tamen
 14 compensationem etiam eius, quod gessit, pati potest, quia et cpm pensatio est exiure natu-
 rali l.3. & 6 ff de compenſat. Quando autem quis cœpit administrare alieuius negotia, in-
 25 uitus ea perfidere cogitur, qui contractus est ib initio sunt voluntatis, ex post facto necel-
 litatis l.5.mandauero 22. §.fin. ff. mandat. Sed quaritur aene negotiorum gestorum acti-
 16 one teneatur is, qui aliqua negotia non gessit. Et videbatur dicendum, quod non tenere-
 tur quis in negotiorum gestorum actione, si quadam negotia non gessit, quia sufficit si quis
 vel in paucis amici labore consulatur, quenadmodū In pp. D.o let. & Maxim. in l. tutori.
 20. C.de negot.gest. Cui tamen expreſſe refragatur. l.pupilli 6 §.fin. ff. de negot.gest. vbi dicitur
 quod quis teneatur in negotiorum gestorum actione propter ea quod quadam non gessit ne-
 gotia. Resp. Glossa duas tolerabiles habet ad hanc. duas il.conciliandas solutions. Prima
 est, quia in d. l. pupilli. §.fin. dicitur quod alius voluit gerere illa negotia omnia unde
 dū tamē se offert, merito tenetur, quia alius ea esset administratus. Illud non ita est in
 d.l.tutori. Ibi alius gesturus non erat negotia. Altera solutio est in d.l. 6. §.fin. accedit quasi
 omnia gesturus, in d.l.tutori, accedit nō quasi omnia gesturus sed ait quia pro suo placito.*

*27 Ad Thes.6.8.] Affirmatur hic, sufficere, ut ille sit et cœptum esse negotium, licet evenitum
 habuerit infelicem. Illa assertio est desumpta ex l.sed. in Vlro.10 §.1ff.cod. Sed illa lex puta-
 tur magis obstat, & assertur ea in contrarium quasi eam l.Ctus Celsus ibi derideat, sed
 videndum est; quo respectu dicatur sententiam esse deridendam. Quia ibi aliquis non
 necessarios sumtus fecit in insulam fulciendam, vel nimium oneravit, ideo non habet
 negotiorum gestorum actionem. Nam qui ut ille gessit, eam haber, ut ibi l.Ctus-Vlp. af-
 firmat, & certum est, eum qui sumtus necessarios & utiles in rem fecit habere actionem
 contraria negotiorum gestorum quæ velut exceptio & compensatio est, & directe op-
 ponitur, ut seruetur in dannis is, qui in rem alienam impedit, l.5. ff.drpolt. Welenb. hic.
 Voluptarii autem sumtus deduci non possunt l.ex duob.27. in fin.prff.eod.*

*Ad Thes.7. & 9.] Qui negotia alterius sine mandato administrat, tenetur reddere ra-
 tionē administrationis ad exactissimam diligentiam, nec sufficit adhibere medioerem
 diligentiam, qualēm suis rebus quis adhibere solet, si modo aliud diligentior eo commo-
 dius administratur, esset negotia. Hoc Instin.hic posuit, & est fere casus specialis Nā
 regulatrix & generaliter dolus, lata culpa, & cuius culpa præstatur, si scil. aliud diligentior
 dan-*

dari non possit. Et ita clare loquitur *l. si negotia. ff. eod. & d. l. tutoris. 20. C. eod.* Sed obiicitur *l. curatores. 17. C. eodem.* vbi dicitur dolum & latam culpam tantum in negotiorum gestione præstari. Resp. Volum & culpam latam successores curatoris qui adolescentis negotium præstant, non etiam leuem culpam. Nec tamen tenentur ex dolo & lata cupa defuncti, quæ dolo est proxima nisi tribus casibus secundum gloss. ibidem, si scil. lis fuerit contestata cum defuncto. Deinde si ex damnō pupilli vel adolescentis quid ad eos peruenit, aut si gratis est præstum, *l. i. C. de hered. tutor.* Et quidem successores ut vili tantum negotiorum gestorum actione conueniuntur non directa, quia directo nihil deliquerunt. Insto contra datam solutionem opponendo. *l. actio 47. §. 1. ff. eod.* vbi dicitur, nihil interesse inter actionem directam & vtilem: Ergo etiam directa actione successores possunt conueniri. Resp. gl. putat. *in d. l. curatores. 17.* ibi vtilem actionem pro solenni ponit. Alii dicunt loqui illum textum de extraordinariis actionibus non de ordinariis, de quibus hic agimus, quemadmodum etiam supra respondit fuit. Deinde oppono utilitatem solius absentiis versati hic in deposito deponentis, & ideo non dolum præstandū. Resp. Etiam eius versatur utilitas qui geslit, qui laboris accipit compensationem, & etiā sumptus omnes deducit secus in deposito, quod est gratuitam, nec in eo labores adeo requiruntur, ut hie peregrinationes & alia quæ veniunt in astimationem. Dicitur que probatur dolum soluta præstari. Ergo non leuem culpam, idq; ostendit *l. 3. §. interdum. ff. b. sst.* Resp. Id concedimus esse specialiter verū, q; ostendit particula, interdū, quæ specialitatē norat, idq; tū sit, quando ex affectione quis gerit negotiū: Aequum enim est ne is præster culpā leuem, interdū & *l. 2. 1.* casus fortuitus præstatur. Et quidē casus potest haberi *ex d. l. si negotia. 11. ff. eod.* vbi dicitur interdum casum fortuitum præstari, si quis gerit negotium nouum, quod nunquam solitus fuit gerere is, cuius negotia geruntur, tam fines illius negotii exceeduntur. Et ideo etiam casus fortuitus præstatur. De actionibus suo loco agamus.

Ad Thel. 10. 11. 12. 13. 14.] Tutores deinde ex quasi contractu obligantur quando negotia pupillorum administrant. Cui oppono *l. ex contractib. 49. ff. de ob. & act. & d. l. contractib. 24. ff. de reg. iur.* vbi contractus vocatur. Resp. Id sit propter magnam similitudinem & affinitatem, quam quasi contractus cum veris contractibus habent, vel dicimus in latiori significacione appellatione contractuum venire etiam quasi contractus, quemadmodū supra dictū fuit. Deinde obiicitur *l. cū pr. 29. ff. de negot. gest.* vbi dicitur negotiorū gestorū actione eo casu agi, non tutelē. Resp. Ibi pater testamento recte posthumo dedit tutor ē tutelā interim administravit, quia tamē posthumus nō est natus tutelae actione agi non potest, quia cessante causa cessat effectus. Agitur igitur negotiorum actione scil. vili non directa secundū gl. distractabendi, quia ibi dicit vtile actionē esse negotiorū gestorū actionē, & tutelae esse directā. Deinde dolum & culpa leuis in tutela præstatur *l. i. in pr. ff. de 2. 3. tutela & rationib. distractab. actio.* Sed obiiciuntur duo textus *in l. 2. C. ab. sst. & in l. tutor. qui repertorium 7. §. competit ff. de administr. pro tutor.* Resp. Duaren. c. 4. ff. de administr. tutor; vbi agit de periculo, & dicit *d. l. quicquid, esse generalem hos vero textus speciales, & generi per speciem derogari l. in toto ff. de reg. iur.* vi ibi est videre.

Ad Thel. 15. 16. 17. 18.] Tertio nunc agendum erit de + cōmunione quæ est quasi contra. Quis, quia sine societate, hoc est, animo & voluntate vel consensu contrahendit societatis, res fit communis seu dividenda, & nihil refert siue illa res dividenda sic existat & dependeat vel ex societatis contractu vel ex legato vel ex donato, vel ex hereditate divisa. Semper enim communī dividendo agi potest, & quidem communionem non esse contractum expresse patet *ex l. Ve. sst. 31.* Et secundū *m. ll. seqq. ff. pro socio.* Vbi Vlp. ICtus docet ei communione fieri nullo tractatu habito. Et Paulus ICtus *in l. furiosus. 40. ff.*

de ob. & actione non conuentione sed ipsam rem communionem & obligationem inducere tradit, & propterea hoc quasi contractu furtiosum & pupillum etiam obligari etiam si-
ne cui auctorum consensu & tutorum auctoritate, cum alias vero contractu sine curatorum
consensu & tutorum auctoritate non obligentur. *sup de autor. tutor. in pr.* Deinde oportet
res ad esse communes inter aliquos. *l. i. in fin. ff. cod.* & quidem res singulas, ad differentiam
actionis famili. h[ab]etis quæ de rebus vniuersis hereditariis competit, & quidem ad id, vt di-
uisio earum fiat. Nam tamen communis dividendo iudicium inter eos redditur, inter quos ali-
quid commune est, vt dividatur. *§. quadam actiones. in fin. de action.* Sed ei quod dictum fuit,
in communione res sine societate esse communes, valde opponitur. *l. 2. ff. communis divi-
dendo.* vbi claris verbis dicitur communis dividendo iudicium esse, licet in societate res
inter aliquos communis sit: Ergo resum non est communio, quasi hoc contractu sine so-
ciitate res esse communem. Resp. Aliud est res inter aliquos esse communem cum soci-
etate, aliud item ipsam societatem. *I*Ctus Caius tradit communis dividendo iudicio
locum dati etiam cum res inter aliquos est communis, hoc est, proportionem rerum
societate factam non tradit, quæ communis dividendo actioni locus sit propter societatem.

2. 6. Variis autem tamen modis res communio constituitur, veluti si duobus res sit legata, vel à
duobus simul emta res sit, &c. si hereditas aut donatio communiter nobis obuenit, aut si
à duobus separatim enim partes eorum, non loci futuri, h[ab]et. *§. n. & d. 1. s. 31. ff. pro so-
cio.* Alia tamen actio ex rei communione oritur, cum hereditas quibusdam communiter
obuenit inter coheredes redditur actio familiaris hereditatis ex hereditatis communione, in-
ter alios datur actio communis dividendo, & in summa notandum est communione rei
semper oculos intendere in res ipsas metas, vt dividantur, & nihil refert siue illæ res pen-
sant ex contractu societatis, an ex alia communione. Nam tamen ex quaunque causa pos-
set esse rerum communio, & competit consoribus, si petitur ab ea tecum, siue sit ex soci-
etate, siue ex canticione, siue ex legato, siue ex hereditate, *Weselb. in ff. & C. b. tit. num. modo*
1. 1. non sint personales praestationes, quæ etiam in personali pro socio, & quidem
ramo, & in iure rei sine consensu voluntatis dividenda semper communio est quasi con-
tractus, & h[ab]et effectu, id est, voluntate & consentiuit. Actio autem pro socio res non di-
vidit, sed magis ad personales praestationes, hoc est, impensas pertinet, scilicet ad damna, luc-
ria, compendia, & incommoda praestanda, & sic collatis inter se *l. 1. & 2. in princ. ff. b. tit. nu-*
ff. facilis est solutio, id quod etiam W. senb l. 6. b. tit. nu. 1. indicat & explicat, quæ solutio et-
iām p[ro]cedit ex d. l. 8. s. 31. ff. pro socio vbi dicitur: etiam circa societatis affectionem rem-
2. 8. posse esse communem, hoc est, quæ nisi ex contractu. Differunt igitur flatis; Actio commu-
nis dividendo & pro socio. Nam actio communis dividendo ex divisione rerum oritur ci-
*tra societatis affectionem: Actio pro socio competit saltem ad aliquid dandum vel faci-
endum cum affectu societatis. l. 2. h[ab]it. num.*

In isto contra datam solutionem & opponit *pro socio. 38. §. & l. ff. pro socio.* vbi dicitur et-
iam, quæ o ad personales praestationes, id est, impensas & fructus hoc iudicium communis
dividendo competit, & iudicium etiam pro socio. Ergo etiam communis dividendo
iudicium pertinet ad personales praestationes ex contractu, & ex circa conuen-
tione praestandas. Nam eo casu datur actio pro socio. *d. l. 1. ff. communis dividendo.*
Resp. Vero que iudicio recte agere possunt ad praestationes personales sed diverso respectu.
Nam actio pro socio ex contractu & communione habet praestationes personales, ex
quo & bono praestandas, ideo autem ex quo & bono praestatur, quia est bona fide actio.
§. add. num. in fin. de action. Actio vero communis dividendo illas praestationes personales
habet, non ex conuentione, sed ex quasi contractu, hoc est, ex nuda rerum divisione.

Notandum tamen est hanc actionem † magis esse in rem, quam in personam, hec est magis intendere oculum ad res quae in ad personales præstationes, ut dicitur in finibus. & ff. de oblig. & all. vbi dicitur, ex iure actionem venire in iudicium conseruandi dividendo: Ex iure, hoc est, ex ipsa divisione. Vnde etiam Cuiac. actions † mixtas queruntur, & hereditatis petitionem, communis dividendo, familia hereditate & finium regundorum, & magis sunt in rem quam in personam, & notetur particula, magis, in d.l. 46. quæ paricula non excludit personales præstationes, sed magis tamen interior res intuetur. Deinde opponitur d.s. item si inter. b. tit. n. vbi dicitur quod actio communis dividendo vadeatur ex quasi contraetu quod verbum, videtur, denotat in proprietatem: Ergo est ex societate & sic ex consensu non sine societate. Respond. Verbum, videtur, dispositiue hic ponitur, & more Iustitiae, pro est, Arrogantiae enim vitanda gratia, ICti & Imp. ita sape invenitur.

Porro opponitur sic, familiæ hereditate iudicij actio compert huic definitioni. Ergo est mala, quia simili modo redditur inter aliquos, inter quos, liquid est commune, sine societate, ut hereditas dividatur, cum & sic ex quasi contraetu. Resp. Magna est † dis. 31 ferentia inter iudicium communis dividendo, & familia hereditate, quia familiæ hereditate actione tota hereditas dividitur vel quota pars hereditatis, & sive per id annexu haber, ut dividatur hereditas vel pars hereditatis, quemadmodum & pertinet hereditas vel quota pars, supr. tot. in ff. de petit. heredit. Iudicij communis dividendo vero non dividitur hereditas vel quota pars, nec hereditatis illi in libello mentio fieri debet, sed sicut res dividuntur, quæ sunt communes, sive sunt ex contractu vel quasi, sive sunt ex hereditate, sive alias communes: Et hoc est quod Iustus Paulus dicit in l. 44. in princ. inter coheredes etiam communis dividendo agi, pessime in id, ut res duxaxai, quæ communes sunt, & causa ex his pendentes in iudicium veniant, hoc est, ut nudatum rerum sit diuisio, & nullus respectus sit ad id, ex que pendent illæ res dividenda. Non igitur dicimus hereditatem hic diuidi, sed res sui plures ut dictum est diuidi res ex societate pendentes hoc iudicio nullo respectu societatis habito, ut ante est dictum. De ceteris vero rebus (subiicit Paulus) in integrum sit familiæ hereditate actio, hoc est, omnes res venient dividendi, vel tota hereditas venit dividenda familiæ hereditate actio. Si autem forte induxit res remanserint, etiam communis dividendo iudicio erunt dividenda. Westm. num. 8 in paratu ff. fam. heredit. Deinde id satis ostenditur in l. s. filia. 22. §. familia. ff. familiæ heredit.

Latius tamen opponitur sic contra ea quæ allata sunt. Iudex in iudicio nihil debet in diuisum relinquere, ut dicit explesse Iustus Paulus in l. heredes. 25. §. index familia. 20 ff. familia heredit. Ego postquam alii in iudicio familiæ hereditate, non potest agi iudicio communis dividendo: cum alias aliquid in diuisum sit reliqui in iudicio familiæ hereditate, quod est dividendum iudicio familiæ hereditate, id quod tamen in d.l. inter coheredes, in princ. ff. familiæ heredit. dicitur. Resp. d.s. index, ita est accipendus, quasi in iudicio familiæ hereditate tota causa, hec est, tota hereditas est dividenda, quod si s. cum est, iudex suo est functus officio & iudicium familiæ hereditate expirat. Si autem forte legataio cum herede vel coherede, cum sunt res reliquæ induitæ specialiter adhuc dividenda, tum † opus est iudicio familiæ hereditate, & sic illi textus conciliantur. Et hoc etiam pertinet l. Mense. 25. in princ. ff. familia heredit. vbi scilicet res est communis ex alia causa non ex hereditate: Ergo dividitur primo illa res pro iudicio communis dividendo. Deinde quia tota hereditas est diuidenda, partes duas haec veniunt in iudicium, cum iudicio familiæ hereditate, quo tota diuidatur hereditas. Ex quo nunc satis liquet † differre iudicium familiæ hereditate, & communis dividenda. Hoc res singulares ex quacunque causa vel contraetu diuidendas continent, familiæ hereditate, iudicium continet res viuientes, puta te-

44 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

ram hereditatem, vel quotam eius partem, Et familiæ herciscundæ iudicium, quia est vniuersales & nihil indiuisum relinquit. d.l.25. § iudex. ff. familiæ hercisc. tautum semel compet. d.l. ff. filia. § familia. ff. familia hercisc. Communi diuidendo iudicio sèpius agi potest, quoties sunt res diuidendæ, quia competit pro verbis singularibus non vniuersalib. l.4. §. hoc sudi-
cium. ff. eod. Cuiac. in paratis. C. eod. Wesenb. in paratus. ff. familiæ hercisc. n. 7. in fin.: Tertio differunt, quia familiæ hercisc. iudicium continet etiam res defuncto commodatas pignori datas, quæ diuiduntur eo iudicio. In iudicium communi diuidendo illæ res non veniunt, quia sunt alienæ & diuisione particuliari nō subiacent. Non enim manent salutæ, quemadmodum manent salutæ in iudicio familiæ hercisc. Alias fere iisdem iuriis regulis constant communi diuidendo & familiæ hercisc. iudicia, tot. tit. C. communia familiæ hercisc. & communi diuid. Vtrunq; enim est bona fidei, duplex, mixtum iudic. l.6. §. catena. ff. communia diuid. vbi gl. addit particularum F. R. E. propter differentias ante allatas.

Sed oponitur contra das differentias ex d.l. Maius. 52. §. vbi. ff. familiæ hercisc. vbi dicitur, & communi diuidendo iudicio, & familiæ herciscundæ vniuersales res estimantur debere non singulares. Ergo vniuersitas in utrumque iudicium venit. Respond. Vniuersæ res estimantur, hoc est, totæ res non partes rerum. Maior enim sit estimatio partis dimidiatæ re tota estimata, quam si per se separata dimidia pars estimetur. Et si tota hereditas diuiditur, competit iudicium familiæ herciscundæ. Si tota res singularis diuiditur, competit iudicium communia diuidendo. Ulterius contra illa verba, sine societate, oponitur l.5. in fin. princ. ff. de rei vindicat. vbi dicitur expresse, si utilitate sunt, commixta duorum frumenta, re communicata, competit communi diuidendo iudicium. Ergo cum societe contrahitur hic contractus, quia adest voluntas. Respond. Est quidem voluntas quæ oritur ex se, hoc est, ex commixtione, non autem nascitur ex affectione societatis: sed tamē ratione rerum cōmixtarum. Ergo si diuisio debet fieri, rursus competit iudicium cōmuni diuidendum, quod propter diuisione ex quasi contractu nascitur. Voluntas enim nou est ex contractu, sed ex sola cōuenientia. Non enim illus adest cōtractus, & sic personalis actio, quia nihil conuentum fuit dare vel facere. Oponitur etiam l. 6. §. 1. ff. nauta. Cauponie stabul. Respond. Seruus potest esse à communis ex contractu societatis, & sic ex conuenientia, & catenus recte patitur aliquid fieri & dari: Et quia est rei persecutoriæ etiam serui partem communem, petit & omne causam, actione pro socio. Si autem agitur ad diuidendum respectu diuisionei ratiæ, agi potest etiam communi diuidendo ex quasi contractu & actione pro loco, agitur iu personam, quæ dare & facere quid debet, actionem communi diuidendo intendimus in ipsam diuisionem. Denique oponitur l. actione. 61. §. si post distractam. ff. pro socio. Respond. Post distractam societatem agi non potest pro socio actione, quia illa actio, à sublata societate, cessat, sed quia diuisio rerum superest recte competit iudicium communi diuidendo, id quod non pugnat cum d.l. pro socio. 38. §. 1. ff. pro socio. quia ibi adhuc stat societas, nec est distracta. Igitur vtroq; iudicio possum impensas consequi, scil. ratione initio contractus, actione pro socio & ratioe diuisionei petitæ ex q. contractu, cōmuni diuidendo iudicio, & hoc amplius locataris iudicia diuiduntur in consequentia & cōmunicantur. l. si quis societatem. 74. ff. pro socio. Sed ex contractu, quia est rei persecutor, diuiduntur ramen communi diuidendo iudicio.

Deinde in definitione cōmuni diuid. vel cōmunionis rerum dicitur. Rem sine societate esse cōmumne: Ergo omnino requiritur. Cui opono l. si seruus. 3. in fin. ff. de noxa alii vbi antequam est cōmumne cōpetit hoc iudicium eotū quæ admissa sunt. Resp. Illa verba, Sed melius est, ostendunt id procedere ex æquitate: Sed in isto & opono directe l. 4. §. fin. ff. communis diuid. vbi dicitur, q. actio non competit eo casu. Resp. Id de rigore iuris procedit,

edit, & ita Paciū ad d. l. 4 §. 6. hos duos text. conciliat rellissime, secutes gloss vel gl. in d.l. 4. in verb. impensa. solutionis, datur vtile iudicium in d.l. si seruus, non directum, id, qd in d.l. 4. §. fin. negare nec negari vtile est. In isto ex l. si finita. 15. §. si d. si quis. 19. ff. de dam. insit. vbi sumum fecit quis ante quam imberetur possidere, & dicitum, qd communi diuid. iudicium locum habeat. Relp. Est casus similis, nam secundum gl. vtile iudic. cōmuni diuid. datur. Ex his resutatis constat cōmunione debet esse ut nascatur hæc actio: si à cōmunione recedant, nec inter eos conueniat bene, certum enim est tibi non cōmunicio, ibi non est cōmuni diuidendo iudicium. l. 1. §. pen ff. cōmuni diuid. Deinde dolus & culpa leuis in hoc contractu præstatut secundum d. l. contraria. ff. de reg. iur. De actionibus suo loco dicitur.

Ad thesin 19.20.] Quarto competit famili. herifc. iudic. ex diuisione hereditatis vel
quotæ partis. Ideo autem est ex quasi contractu, quia coheres cum coherede non con-
trahit, sed incidit in societatem, ut Paul. 1Cor. 11.16 dicit in heredes 25.§. 13. ff. *famil. herifc.* Et
in hac actione tñ dolus & culpa praestatur, *d l heredes. §. non tantum.* Multi autem sunt, qui 37
non constituunt singularem quasi contracum hunc, sed tamen id docendi causa fieri po-
test, quia datur ex illa diuisione peculiaris actio: Et etiam differunt in aliquibus: Clio
communi diuidund. & iudic. famili. herifcund. quemadmodum in superioribus thesibus
prolixius dictum fuit.

Ad thel. 11. Heres etiam quinto legatorum nomine quasi ex contractu debere intelligitur. Nam per actionem hereditatis videtur † quasi contraxisse, unde etiam descen-
dit actio ex testamento personalis, de qua *supr. in materia legatorum* fuit dictum. Sed
quod non sit contractus, videtur satis aperie velle l.3. §. fin. in fin. & l.4. ff. quibz ex causis in
posse. eatur. vbi dicitur, quod contrahatur aedendo hereditatem. Relpond. ICti Vlp. &
Paulus ibi docent quidem contrahere cum, qui adit hereditatem, vel se hereditati immi-
scer, sed tamen adiicit verbum, videtur, ex quo verbo improprietatem denotante appearat
tunc qui adit hereditatem vel hereditati se immiscet potius quasi contrahere.

Ad thelin 22.23.24.] Sexto & ultimo ex indebiti solutione errore facta, † quasi contra etus oritur & inde competit conditio indebiti, quemadmodum supra etiam dictum fuit. Recipimus autem hic tantum errorē iuris nō facti, nisi sit forte facti proprii, q̄ non excusat. *I. granq̄ ff. locati. Welenb. in paratis ff. de iur. & fact. ignor. n.3.* Error autem iuris, facti in indebiti repetitionem parit. *ut l. cum quis. 10. C de iur. & fact. ignor.* Sed valde obiciuntur *l. iuris 7. cum sequen. ff de iur. & fact. ignor. n.* vbi dicitur quod iuris ignorantia non possit acquirere voluntibas. Ergo hic non potest is cui solutum est retinere indebitum, & per consequens damnum non patitur, qui indebitum soluit. Respond. Cuiac. lib 5. obs 39. in pr. subtiliter & tamen diligenter ad hæc responderet, easumque hunc nostrum inter alia afferrit, nimirū distinguendum esse inter nocere & non p̄dēsse, quæ diuersa sunt. Nā, inquit: Cuiac, error iuris, neq; lucro afficit, neq; damno liberat, & hoc est (subiicit Cuiac). q̄ dicitur iuris ignorantiam in dannis non nocere *d.l. 7. & 8. ff. de iur. & fact. ignor.* nempe dāni per eam nihil afferri, vt ece, quod quis ius ignoranterit non ideo, non habet conditionem indebiti, sed ei denegatur. Ergo danni nihil afferetur ei inde, sed quia tam en ius ignorat, nō ideo danda est ei conditio, h.e. non idea ei p̄dest. ratioq; huius rei iſt, quia ipso iure tum non competit. *g. item i.u.b. ut. n.* Ergo † iuris ignorantia per se neminem damno cōficit, ne minem etiam lucro afficit: In summa neque pecuniae subiicit neque pena subducit. Deinde affirmatur legata † ad pias causas ieh̄ta non posse recuperari ex errore soluta, idque est ex lustinian. constitut. nec interest, cuius generis legatum sit, cum hodie nulla Interlegatorum genera sit differentia *l. & 2. C. communia de legat.* Si autem ex aliis legatis non gelicit,

relictis ad pias causas debitum est solutum, et repetitio locum habet. Vnius enim inclusio alterius est exclusio, & hoc tantum de legi ius in thesib. est proprium. Se endum est tam generaliter, ex quibusunque causis incendiando lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non posse. Et veteres hoc in certis legatis constituerunt, aliud ex Iustin. constitut. est introductum, ut supra dictum. Ceterum est autem hoc ius in aliis causis extra legata non esse mutatum. Nam sciendum est tamen quodammodo esse actiones, quae in consenteantur, dantur in simulum, in negantem, in duplum, quoniam incendiando lis crevit, ut est actio danni, iniuriae ex l. Aquila actio depositi ex quatuor causis incendio, ruina, naufragio, tumultu, actio ex testamento, quae legatariis competit pro legato ad pias causas, ex predictis actionibus. Si quid indebiti solvatur repeti non potest. Exempli gratia, si quis ageret contra me quod penes me depositur in incendio floren. licet penes me non sit depositi, sed penes alium, ego ne condemner in duplum pro inficiacione ante condemnationem solvo indebitum, iam quod si deinde constituerit actum penes me nihil, sed penes alium deposituisse, utrum ergo illud simulum quod indebitum solvi conditione indebiti repetere possim? Et decidit Imp. conditionem mibi non dari. Videor enim tacito transegisse cum deponente, & potius fieri si litigasssem, quod fuisset damnatus in duplum, quare contentus sum me solutione simpli esse liberatu. Hec Mynt. eleg inter et a explicat.

Ad Corollarium.] Corollarium est elegans & disputabile ac debundatum ex consuetudinibus feudalibus. Tamen scilicet. Scrutitus in fundo feudali constitui possit incisio & inuitio feudi domino? Et communis est conclusio quod servitus realis constitui optime possit secundum Cuiac. partic. 4. num. 10. Iulium Clari. in §. feundum quest. 37. in l. Zalam. part. 10. no 56. Wesenb. c. II. n. 7. Borch. c. 8. n. 59. Et probatur per contextum expressum in c. 6. n. 5. §. res. Vers. quid ergo. de inuestigat. de aliena facta, modo tantum id non fiat in praetudicium domini vel agnatorum, sed in sui ipsius praetudicium: Cuiac. & Clarus in d. locis per d. c. 6. n. 5. §. Rei. Et quod de servitate reali dictum est, videtur referri quoque possit ad personalem, quasi & vslus fructus possit inuitio domino & agnatis coniuncti, in d. tam non praetudicet domino vel agnatis, sed tantum oneri si: vasallus. M. ite in mq: te vasallus vslus fructus impositus expirat. Deinde id suadet generalitas text. in d. c. 6. n. 5. §. res. de inuest. de re aliena facta qui textus generaliter de servitate loquitur. Vnde ad id dist. nec non distinguamus secundum l. de precio ff. de public. in rem action. Deinde id videtur approbat Dn. Borch. c. 8. num. 64. in fin. Curt. p. 4. n. 106 in fin. Quanvis in princ. dicatur coiunuenit esse sententiam non possit vslus fructum in feudum constitui.

Sed quod dictum fuit servitate non constitui posse, ei obiicitur l. 6. c. de rebus alien. non alienand. vbi dicitur illum alienare, qui servus utem vel vslus fructum constituit in alieno. Omnis autem tamen alienatio est prohibita. c. 6. n. de prohib. scud. alienat. per Frider. Resp. Si id in praetudicium domini vel agnatorum fiat. Deinde d. l. 6. l. loquitur in eo casu, in quo nihil iuriis alienator habet. Hic autem habet aliquid iuris vasallus, cum habeatur pro utili domino. Secundo obiicitur l. for. men. 28 ff. de servus. Srb. prad. vbi dicitur servitutes debere habere perpetuam causam, sed hic non potest esse perpetua, cum duret ad vitam vasalli. Ergo hoc casu servitus constitui non potest. Respond. Causa perpetua in servitutibus requiritur, scilicet durent, ut videlicet semper aliquis us vii possit pro sua utilitate. Nam nemo semper ius vii potest, & de causa in d. l. for. men. agitur. Tertio obiicitur l. 5. ff. de fundo dotalis. vbi dicitur fundo dotalis non posse imponi servitutem, quia alienari non potest fundus dotalis. rot. iii. ff. de fundo dotalis. Respond. Miritus ut nec alienare ita nec servitatem imponere potest in favorem matrimonii & dotis, & tam vxori quam marito esset nouium. Speciale igitur hoc casu est. Quarto obiicitur l. 4. ff. de servus. in princ. vbi dicitur, servit-

Seruitus † ad tempus constitui non potest, sed hic ad tempus constitueretur. Quando c. 47
nisi dominio aperiretur vel agnatis expiraret feudum. d.c. & n. §. res. Resp. Ad tempus con-
stitui non potest seruitus ita scil. vt certum tempus apponatur, sed simpliciter data valet,
& tacite hoc semper inest, quia expiessa sepe nocent, non expiessa non nocent. L.expressa.
ff. de reg. iur.

Deinde ei, quod dictum fuit vsumfructum † in feudo constitui posse, obiicitur l. 4 ff. 48
de & susfruct. vbi dicitur vsumfructum esse partem dominii & qui vsumfructum fundi stipu-
latur deinde fundum, similis est ei qui partem fundi stipulatur; Deinde torum l. qui & sum-
fructum ff. de verb. oblig. Ergo vsumfructus constitutio in fundo dotali feudalii est alienatio.
Resp. Illi duo textus non loquuntur de tali vsumfructu, de quo hic agimus, sed de cōmodi-
tate, quam in propriis rebus habet, quae proprie vsumfructus non est, quamvis tamen à Dd.
causalis vocetur. Res enim sua nemini seruit. l. & i. ff. & susfructus et. Et constitut vsum-
fructus in alienis reb. l. 1. ff. de & susfructu. § 1. supr. de & susfruct. Hic autem vsumfructus, qui à
Dd. formalis vocatur, pars dominii non est, vi Ictus affimat in l. resto dicens. ff. de verb.
sign. Deinde obiicitur l. 1. ff. de & su & & susfruct. legaro. vbi dicitur seruitutem seruitutis con-
stitui non posse, id hic fieret, quia feudum est vsumfructus, & tamen seruitus vsumfructus in
eo consistit. Resp. Magna est differentia inter † seruitutem simplicem & inter feudum. Et
quidem seruitus simplex est accessoriū quoddam prædiorum & sequitur causam vel na-
turam principalis. l. cum principalis ff. de reg. iur. Feudum autē est vniuersale, cui alia singu-
laria iura quasi inuoluntur, in eoq; cōtinentur, vnde etiam seruitus personalis est singu-
laris habitatio in feudo, c. cxix. ordinario. de feodi habit. Et d. l. 1. ff. de & su & & susfruct. de
singularibus seruitut. & quidem realibus est accipienda, in quibus per rerum naturam
constitui vsum vel vsumfructus non potest, vt ibi.

D I S P V T A T I O XXXII.

Per quas personas nob. obligat. acquir. & quibus mod.
toll. oblig.

C O N T I N V A T I O.

*Expositus generibus obligationum, que vel contractu vel quasi ex contractu nascun-
tur, admonendi sumus, quonodo obligatio nobis acquiratur, hic in pr.*

Thesis 1. Acquiritur nobis obligatio non solum per nosmetiplos, sed
per eas quoque personas, quae in nostra potestate sunt veluti per seruos & fi-
lios nostros §. i. h. tit. n. §. i. supr. per quas person. cuiq; acquiritur tot. tit. C. per quas
person. nob. acquir.

2. Et quod per seruos nostros acquiritur, totum nostrum fit, quod autem
per liberos nostros ex obligatione acquiritur, quos in potestate habemus,
huius vsumfructum pater habeat, proprietas filio seruetur secundum l. fin. C. de
bon. qual. liber. §. i. supr. per quas person. cuiq; acquir. tot. t. ff. de stipulat. seruorum.

3. Ut multis modis obligatio nascitur, quemadmodum haec tenus dictū
fuit: ita quibusdam modis eadem tollitur, & extinguitur. tot. tit. hoc quib. mod.
toll. oblig.

4 Et quidem primo obligatio tollitur solutione eius quo dicitur, nec interest quis soluat, vtrum ipse qui debet, an aliis pro eo, liberatur enim quis alio soluente, siue sciente siue ignorantie debitore, licet vel inuito eo solutus sit hic in pr. tit. n. solutione 23. & tot. tit. ff. de solut.

5 Solutionis autem verbum alias pertinet ad omnē liberationem quoquo modo factam, magis tamen ad substantiam obligationis refertur, quam ad numerum solutionem l. solutionis. 5 4. ff. de solut. l. liberorum. & ibi Alciat. ff. de verb. sign.

6 Nec tantum is qui soluit, tollit obligationem, sed qui mandat solui l. qui mandat. 5 6 ff. eod.

7 Et si reus soluit, etiam ii, qui pro eo interuenerunt, liberantur, idem econtra cōtingit, si fideiussor soluerit, tunc enim non ipse tantū liberatur, sed etiam reus §. item si reus. b. tit. n. l. vlt. ff. de pact. l. quotiens. 37. ff. de solut.

8 Secundo tollitur obligatio per acceptilationem. §. item per acceptilat. b. tit. n. & exemplo solutionis solet liberare acceptilatio vtpote imaginaria solutio. l. in diem. 5. ff. de acceptilat. d. §. i. b. tit. n.

9 Est autem acceptilatio liberatio per mutuam interrogacionem, qua virtusq; contingit ab codem nexu absolutio. l. i. ff. de acceptilat.

10 Et est actus legitimus, qui neq; diem neq; conditionem recipit l. actus legitimis. ff. de reg. iur. l. 4. ff. de acceptilat. Hotoman. illustr. quest. 32.

11 Forma acceptilationis hæc est: Accepta facis decem? alter respondet: Facio. l. sane. 7. ff. eod. vel hoc modo: Quod ego tibi promisi, habesne acceptū? Titius responderet, habeo. d. §. item per acceptilationem. b. tit. n.

12 Et pupillum per acceptilationem etiam sine tutoris autoritate liberiari posse placet. l. 2. ff. eod. Seruus autem nec iussu domini acceptum facere potest, l. seruus. 22. ff. eod.

13 Et non tantum quod ex stipulatione sed ex alia causa debetur, potest in stipulationem deduci & per acceptilationem dissolui. §. item per acceptilat. vnr. sed & id. b. tit. n.

14 Et ad hoc est prodita stipulatio, quæ vulgo Aquiliana vocatur, per q; contingit, vt omnium rerum obligatio in stipulationem deducatur, & ea per acceptilationem tollatur per modum nouandi. d. l. §. item. vers. Est autem. b. tit. n. l. & vno. 18. §. fin. ff. eod.

15 Tertio obligatio tollitur Novatione, in specie ita dicta. §. præterea. b. t. g. Est autem novatio prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem transfusio, qua sit vt priore obligatione sublata noua constituatur, cum & à novo nomen accepit l. i. in pr. ff. eod. d. §. præterea. b. tit. n.

16 Et in hanc novationē omnes res transire possunt. Quodcunq; enim, siue

siue verbis cōtractum est siue non, verbis nouari potest, etiam transit in verborum obligationem, ex quacunque obligatione, dum modo sciamus nouationem ita demum hodie fieri, si hoc expresse & nominatim agatur, ut nouetur obligatio. l.2. ff. eod. l.vlt. C.de nouat. §. sed cum hoc, h. tit. n. & ibi Myns. W esenb. in paratit. ff. n. 6. Gail.lib. 2. obs. 30. n. 7. 8. 9.

17 Adeo autem prior obligatio interuentu nouae personae tollitur transferata in posteriorem, vt interdum licet posterior obligatio sit inutilis prima nouationis iure tollatur, veluti si id quod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris autoritate stipularatus fueris, quo casu res amittitur. Nam & prior debitör liberatur & posterior obligatio nulla est. d. §. praterea. h. tit.

18 Sed si eadem persona sit, à qua postea stipuleris, ita demum nouatio fit, si quid in posteriori stipulatione noui sit, forte si conditio aut dies, aut si deiusfor adiiciatur aut detrahatur. d. §. praterea. h. tit. l. in diem. 5. ff. eod.

19 Quod autem diximus, si conditio adiiciatur nouationem fieri, sic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, si conditio extiterit ailioqui si defecerit, durat prior obligatio. d. §. praterea. vers. Quod autem, h. tit. n.

20 Quarto obligatio tollitur delegatione, quæ species est nouationis in genere sumtae. Mynl. in d. §. praterea. n. 2. & ibidem etiam W esenb.

21 Est autem delegare vice sua alium reum dare creditori vel cui iusserrit, l. delegare. II. in pr. ff. eod.

22 Fit autem delegatio vel per stipulationem. l. I. l. nec creditoris. C. eod. d. l. delegare. II. §. fin. ff. eod. vel per litis contestationem d. l. delegare. II. §. verb. Duanren. c. 5. in fin. h. tit. n.

23 Denique obligationes nudo consensu contractæ contraria utilitate dissoluuntur. §. vlt. h. tit. n. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

Corollarium. Non putamus tolli obligationem inter vasallum & dominum ex omnibus causis & per consequens proprietatem feud. transire ad vasallum, ex quibus dominus feloniam committit. Iul. Clarus quest. 49. n. 7. & quest. 68. per tot. in §. feudum.

D I S P V T A T I O N I S XXXII.

Per quas personas nobis obligatio acquiritur, & quibus modis tollitur, resolutio.

S V M M A R I A.

1 Obligatio nobis non solum per nos principios sed etiam per eas personas, quæ in potestate nostra sunt acquiritur.

2. *Alio per liberam personam nobis non acquiritur, nisi cedatur.*
 3. *Obligatio an nobis etiam per liberam personam acquiratur, & quomodo.*
 4. *Actionem directam libera persona nobis non acquirit.*
 5. *Obligatio quo modis tollatur & extinguatur.*
 6. *Solutione eius quod debetur obligationem extinguiri, quomodo intelligendum sit.*
 7. *Soluere aliud pro alio quando licet.*
 8. *Solutio particularis in iusto creditore fieri non potest.*
 9. *Lites diminuere, pertinet ad officium pratorum.*
 10. *Solutione an possit tolli obligatio.*
 11. *Soluto an sit iurius naturalis, an vero etiam iurius civilis.*
 12. *Obligationem tollit, non tantum qui soluit, sed etiam qui mandat solvi.*
 13. *Soluto principali, tollit: ut etiam accessorium.*
 14. *Acceptatio quoniamplex sit.*
 15. *Acceptatio an sit iurius Civilis, an vero iurius gentium.*
 16. *Pupillus per acceptationem etiam sine tutoris autoritate liberari potest.*
 17. *Acceptatio per alium fieri non potest.*
 18. *Acceptatio est actus legitimus.*
 19. *Actus legitimus per procuratorem fieri non possunt.*
 20. *Nouatio quid sit & quando fiat.*
 21. *Pupillus absq[ue] tutoris autoritate, obligationem nouare non potest.*
 22. *Delegationem esse speciem nouationis, & quomodo ea fiat.*
 23. *Obligationes modo consensu distractantur.*
 24. *Compensatio ipso iure obligationem minuit.*
 25. *Confusio quidam tollenda obligationis modus est.*
 26. *Pecunia debita oblatio, depositio & consignatio, obligationem tollit.*
 27. *Iusfrandum est loco solutionis.*
 28. *Feudi proprietatem, an ex iisdem causis Dominus amittat, ex quibus vasallus secundum amittit.*

AD continuationem & thesin 1. & 2.] Explicatis nunc aliquanto fusus obligationis quae ex contractu vel quasi contractu oriuntur, ultimo loco in obligationum distractu admonendi sumas, quomodo obligatio nobis acquiratur, quomodo etiam tollatur. Acquiritur autem nobis obligatio non solum per nosmetiplos, sed per eas quoque personas qui in nostra potestate sunt, velut per seruos, vel per filios nostros. Differunt autem ut supra, per quas personas nobis acquiritur, & hic tit. noster, hoc saltē nomine, quia per procuratorem liberta personam nobis acquirentur rerum dominia, & per consequens etiam possessio, quae causa est dominii, l. i. in princ. ff. de acquir. posse. Obligationes autem per procuratorem non ita acquiruntur, l. i. C per quas person. nob. acquir. l. multum. 6. in fin. C. si quis alicui vel sibi l. si fundat. & ff. de contrah. emt. l. & si fater. 16. C. de inut. stipulat. de pignor. l. si m. ritus. 19. C. de distract. pignor. l. 3. & Ultim. C. de iniut. stipulat. Ideo traditum est, per procuratorem vel aliam liberam personam non acquiri nobis actionem non nisi ea cedentem l. solutum. 1. § per liberam ff. de pignor: action. Mynting. ad rubric. huius tituli. num. 2. Notandum tamen est Iurisconsultum Vlpian. in d. §. per liberam, adiuvare particulam, plerunque, nobis scilicet plerunque per liberam personam acquiri obligationem item non semper huiusmodi personas acquirere nobis obligationem, quibus verbis indicatur ab Vlp. quandoque nobis obligationem per liberam personam acquiri, & sit cum nostro nomine:

romine suos nummos alicui dat. *I. certi codicis 10.9.1 §. si nummos ff. de reb credit.* Vnde intellegitur ob crebrum & frequentem usum pecunia hoc receptum esse, quod quis deinde pecuniam mutuum alteri obligacionem acquirere potest. Et hoc specialiter in procuratore militis concessum est. *I. si pecunia m. dñis. 26 ff. de reb. credit.* Hoc casu excepto per liberam personam nobis obligatio non acquiritur. Sed obiicitur *I. Iulii. 13. §. si procurator ff. de acti. emt.* vbi procurator vendens rem dominii, villem domino ex vendito actionem patit. Item obiicitur *I. si procuratorem. 79 ff. de Verb. ob. vbi ex stipulatione procuratoris actionem ex stipulatu vilicem domino dari dicitur.* Item afferetur *I. 3 C. de donationib.* vbi donator ita donationem conficiendo, ut post tempus id, quod donatum est alii restituatur villem actionem ex benigna iuris interpretatione acquirere dicitur. Denique afferetur *I. si tuas. 3. C ad exhibendum vbi ex conuentione deponentis aut commodantis res alterius, vt ille domino reddantur, vilis actio domino post mortem eius conceditur.* Resp. Animaduertendum est pro solutione, quod allegata illa de utili actione loquuntur. Directam *I. tem a actionem stricto iure liber homo suo contractu nobis non acquirit, vt textus allegati & similes comprobant.* Nec obstat huic solutioni seu conciliationi quod in *I. actio. 47. ff. de negot. gest. dicitur nihil interesse utrum quis directa an utili actione experiatur.* Nam illud ad extraordinaria iudicia pertinet, de quibus nominatum Paulus in dicto *I. actio disputat.*

Ad Thes. 3.4.5.6 7.] Obligatio multis modis nascitur, quemadmodum supra dictum est; Ceteris etiam modis extinguitur, de quibus nunc erit agendum. 1. Tollitur obligatio solutione eius quod debetur. Solutionis verbum generaliter & specialiter accipitur. Generaliter acceptum omnes omnino tollendae obligationis modos continet. *I. liberatio. Verbum ff. de Reb. s. figura. I. significatio. 54 ff. de solutione, qua satisfactiones debentur. I. satisfactio. 52 ff. de solut.* Specialiter acceptum tantum significat primum modum tollendarae obligationis per solutionem eius quod debetur. Nota illa verba, *eius quod debetur;* In iuncto enim creditore aliud pro alio solvi non potest *I. 2. §. mutui. ff. de reb. credit.* & nequidem premium speciei accipitur. *I. poss. sionum. C. communia & iurius q. iudicij.* Nam aliud est res, aliud premium. *I. t. ff. de rerum p. mutantur.* Interdom tamen aliud pro alio solvitur. 2. quando factum est in obligatione *I. stipulatione non dividuntur. §. celsus ff. de Verb. ob.* 2. Quando res quae debet restituiri est perempta, tum quoque licet soluere estimationem, ut cunque res ipsa petatur. *I. sinum. ff. de reb. credit.* quamvis tamen alii aliter illam legem intelligant. 3. Venditor non habens facultatem tradendi, liberatur praestando interesse. *Mynsing in § 1 h. tit. n. num 6.* Deinde hoc in tantum verum est, ut particularis etiam solutio in iuncto creditore fieri non possit. *I. tutor. 4. §. Lucius Tittus. ff. de Cifur.* Particularis enim solutio multa incommoda habet. *I. 3. ff. simil. hercif. nemini autem per alterum iniqua conditio inferri debet.* *I. nemo ff. de reg. sur.* Sed obiicitur *I. quidam exsismarunt. ff. de reb. credit.* In qua ICtus Iulianus docet praetorem iuste facturum si eum, qui decem petebat, vel fundum compellat ad accipiendum quinque vel partem fundi. Respond. Loquitur ICtus in casu ubi satis liquidum non est, an decem debeantur vel fundus totus. Hoc casu praetor iuste facit si creditore compellat ad accipiendum quod offertur. Ad *I. offici. 9* cium enim praetoris pertinet, ut ICtus ibi loquitur, diminuere lites. Diminuantur lites quando creditor compellit partem liquidam, & oblatam accipere. Deinde obiicitur *I. placuit. 4. C. de collat. fundo patrimonialis. lib. 2.* vbi emphyeutis & collatoribus principis solutio particularis permittitur. Resp. In his illud speciale est. Denique obiicitur *I. cum heres. 4. §. item si decima, de statu libertatis.* Resp. Ibi heres favore libertatis partem accipere cogendus est.

10 Nunc ad rem reuertendo videtur dicendum, † solutione non posse obligationem tolli, id quod videtur probati per l. cum iis. 15. ff. de fideiussor. Cui tamen legi expresse refragatur. l. Modestinus. 76. ff. de solut. Sed quare id fiat, & quæ sit vera ad illas duas leges conciliandas solutio *sopr.* ad thes. 15. & 16. de fideiussoribus dictum fuit. Deinde ideo non videtur solutione posse tollit obligatio, & quidem ciuilis producens actionem, de qua hic agitur, quia solutio est iuris naturalis. Ea autem, quæ iuris naturalis sunt, non possunt tollere ea, quæ sunt iuris civ. cum nimis sint infirma, & vnumquodque eo vinculo tollatur, quo est colligatum. l. n. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Respond. Etiam si dicatur solutionem esse naturalem seu realem pecunie debita numerationem, tamen inde non sequitur, quod solutio mere sit iuris naturalis. Nam ciuilis iuris est, id est, ciuilis iure constituta, quia inquit ICtus in l. soluere. 53. ff. de solut. Iure ciuilis constitutum esse licere etiam ignorantis & inuiti conditionem facere meliorem, imo naturalis & ciuilis ratio id suadet. l. solvendo. ff. de negot. gest. Vnde etiam inuito debitori solui potest ut & in thesi affirmamus. Cui tamen directe aduersatur l. inuito. ff. de reg. iur. vbi dicitur, beneficium inuito non dari. Ergo nec solutio in inuito fieri potest. Respond. Cuiac. in comment. ad ist. de reg. iur. putat illam l. pertinere ad assignationem libertorum, ut inscriptio illius legis demonstrat, & non potest cogi filius assignationem liberti à patre sibi factam admittere. l. i. § 2. ff. de assignat. libert. Wselenb. hic putat, hic non esse opus acceptio pecunia, & alias in donatione, quæ cum donatario iustar contractus celebratur. §. 2. *sopr.* de donat. Non enim cum debitore, sed cum creditore negotium hic geritur, cui velut dominio obligationis sufficit satisfieri, qui que distrahere potest obligationem inuito debitore. l. nomina. ff. de heredit. vendit. Vnde etiam potest soluere. Nectantum is qui soluit, tollit obligationem, sed † qui mandat solui. l. qui mandat. 56. ff. eod. cum paria sint mandare, ut aliquid fiat, & facere quod certum est per procuratorem. Ceterum reo principali vel alio pro eo soluente, non solum ipse reus liberatur, sed etiam qui pro eo intereuenerunt, ut fideiussores. Nam obligatio corum est accessoria qui pro reo principali intereuenerunt, soluto autem principali tollitur queque † accessoriū. c. accessoriū. de regul. iur. in 6. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Atque hoc pertinet textus elegans in l. in omnibus 43. ff. de solut. vbi Vlpianus inquit: in omnibus speciebus liberorum etiam accessiones liberantur, puta ad promissiores hypothecæ pignora. Proinde exceptio & extera com:moda, quæ reo principali competunt, etiam fideiussori exterrisque accessoriibus. l. ex persona. 32. ff. de fideiussor. Contra quoque fideiussore soluente non tantum fideiussor liberatur ipso iure, sed ope exceptionis. l. Papinianus. 28. ff. mandati.

Ad Thes. 8. 9. 13. 14. } Secundus modus tolendi obligationem est acceptilatio; Ea

14 docendi gratia sit † duplex. Simplex, & quæ sit per Aquilianam stipulationem. Simplex tantum locum habet in stipulatione, quæ sit per mutuam interrogacionē, ut dicitur in thes. 9. Ea quæ sit per Aquilianam stipulationem hoc est, propositam à Gallo Aquilio multo est pinguior ut quæ in omnibus contractibus iurisgentium locum habet. Quicquid enim debetur ex quacunq; causa vel ex quacunq; obligazione, in stipulationem Aquilianam deducitur, & eius vi ac efficacia stipulationis naturam affunit, per eamq; tollitur, licet reuera ab initio iuris gent. non iuris ciuilis contractus fuerint, & de illa in thes. 13. 14. lueulenter agitur.

15 Ad thes. 10. 11. 12. } Affirmatur quod acceptilatio sit actus legitimus. Cui opponitur l. an inutilis. 8. in fin. ff. de acceptil. vbi dicit Vlp. acceptilationē esse iurisgent. cum græcis etiam verbis fieri possit. Resp. Acceptilatio vere est iuris ciuilis & sua certa & propria constat formula, sed utilitatis causa est constitutum, contra iuris regulas, ut etiam pere-

peregrinis linguis conciperetur, & hoc nimis illud est, quod Vlp. illis verbis significat: Hoc iure vtrum, vt sit iuris gentilium acceptatio, d.l. an iniustitia. Hotoman. hic & Westenb. hoc similiter dicit in §. item per acceptationem. num. 5. Promiscuum sive linguæ usum Romanis cum aliis, unde iuris gentilium est habita acceptatio, ita et sua propria natura inspecta sit iuris civilis. Deinde notandum est tamen pupillum per acceptationem etiam sine tutoris autoritate liberari posse. l. 2 ff. eod. quia suam conditionem sine tutori meliorem facere potest, non deteriorem, ut supra dictum. Denique summe hic animaduertendum est, quamvis solutio fieri possit etiam per alium quam per ipsum debitorem, ut supra est dictum: tamen acceptatio tamen per alium fieri non potest. l. & per ius iurandum. 13. §. 16 tutor ff. de acceptatio. idque adeo verum est, vt licet procurator vel seruus adhuc speciale mandatum habeat, tamen acceptum eum ferre non posse, idque perspicue intelligitur. ex l. seruus ff. eod. cum tamen certum sit seruum non prohiberi acceptum negando ab obligatione dominum liberare. l. species. 18 ff. de acceptatio. Et sane si actus legitimi & legislationes idem sunt, ut vult Cuiac. Hotomanno dissentiente, non posset non vera esse haec sententia. Nam acceptatio tamen est legitimus. l. actus legitimi ff. de reg. iur. 18 & vero alieno nomine agere nemo potest. l. nemo alieno nomine ff. de reg. iur. Sed è diametro repugnat huic legi. l. 3 ff. de acceptatio. vbi dicitur per procuratorem, inquit Paulus, nec liberare nec liberari quisquam acceptatione sine mandato potest, ecce his verbis, docet Paulus, procuratorem quem liberari & liberare posse per acceptationem, si is procurator ad hoc speciale mandatum accepit, verum quia seruus nec ius domini acceptum facere potest d.l. pen. ff. de acceptatio. nec omnino actus legitimus per procuratorem fieri possunt, ut intelligitur ex l. per procuratorem ff. de acquir. heredit. l. 3 ff. de manumissione. l. post mortem. 25. in fin. ff. de adopt. vbi traditur, quod hereditatis aditio item manumissio & adoptio, quae actus legitimi sunt, d. l. actus legitimi. per procuratorem fieri non possint. Ideo existimat Hotoman. in illustr. quest. 32. pro verbis, sine mandato, legendum esse sine nouatione. Nam si nouerit procurator obligationem, acceptum facere potest, modo ad nouationem mandatum habeant, d.l. & per ius iurandum. §. tutor ff. de acceptatio. l. 4. C. de nouat. Alii vero arbitrantur verba illa, sine mandato, non esse 19 l. Cti Pauli, sed eius responso esse addita à Triboniano, vel quodam alio ex compilatoribus iuris.

Ad Thef. 15. 16. 18. 19.] Tertius modus tollendæ obligationis est nouatio, hoc est tamen prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem trans fusio: & haec iure sivebat, quando secunda stipulatio plus prima continebat ut si addebatur aliquid in quantitate vel etiam noua persona accedebat, aut pro rursus noua qualitas interueniebat, que tamen solum firmandæ obligationis gratia non adhiberetur propter l. si fuerit ita. 6. cum seq. ff. de nouat. Secus si secunda promissa minus vel tantundem comprehendebant. Iure autem nouo, quod à Iustiniano est introductum in l. 8. t. C. de nouat. Nouatio si non aliter, quam si contrahentes hoc expresserint, quod secundum magis pro anterieore eligant, Mynsing. in §. præterea. n. 8. b. sit. n. Sed obiicitur l. 2. ff. eod. vbi l. Cti tempore hoc ita fuit. Respond. Illa verba sive hoc agatur, addira sunt à Triboniano ex Iustin. constitutione, vel dicimus ibi quidem tacite id esse actum, non autem expresse verbis id actum esse, quod Iustin. introduxit; Nam nihil interesset, si ex verbis nouatio intelligitur, Mynsing. ibi num. 9.

Ad Thef. 17.] Affirmatur inutilem vel nullam esse stipulationem, si quod tu Titio debes 20 à pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus quis fuerit. Ratio huius rei haec est, quia pupillus absq;

absque tutoris autoritate etiam non potest contrahere, ita nouare non potest obligatio-
ne. *I. nouare 20 ff. de nouat.* Sed obiicitur valde *L. 1. §. Vlt. ff. de nouation.* vbi dicitur, quod
pupillus nouando naturaliter obligetur. Ergo non est nulla stipulatio, vel nouatio. Relp.
Dicunt aliqui ibi locupletiorem pupillum factum est; & quidem ex illa obligatione prae-
cedenti sublata per nouationem, *Vlt. sup. ad tit. de autor.* ut dictum est. Welenb. autem in
§. pupillus n. 2. inst. de inutil. stipulat. dicit pupillū, si nouar obligationē naturaliter quidē
non obligari, quia tamen consensum est, ideo respectu creditoris, & debitorum quotū prior
nouata est & sublata obligatio, dicitur subesse naturalis obligatio, *§. pen. infr. quib. mod.*
toll. oblig. d. 1. ff. de nouat. Sic in *I. cum illud. 15. §. heres ff. quando dies legat. cedat,* naturali-
ter obligari pupillus dicitur non respectu sui sed heredis & legatarum, cui illud debitum re-
lictum est, quemadmodum & in *I. Stichum. 95 §. adstio ff. de solut.*

22 Ad Thel. 20. 21. 22.] Quartus modus tollendæ obligationis † delegatio est, quæ est
species nouationis, quæ nouatio in genere sumta, duas habet species, nouationem in
specie ita dictam, de qua haec tuus fuit actum, & delegationem, quæ sit aut per stipulatio-
nem & dicitur voluntaria nouatio, vel per litis contestationem & dicitur necessaria. *I. de-*
legare. 11. §. fin ff. de nouat.

23 Ad Thel. 23.] Denique ultimo modo † nudo consensu contractæ obligationes distra-
hantur. *I. nihil sit tam naturale ff. de reg. iur.* Et quamvis hic plures modi tollendæ ob-
ligationis non proponantur, tamen secundum Myrl. & Welenb. hic in §. Vlt. plures sunt
24 modi tollendi ipso iure obligationem, † compensatio, quæ minuit ipso iure obligationem.
§. in bona fidei. infr. de action. 1. 4. C. de compensat. Item † confusio, si reus debendi heres credi-
25 tori existat, vel contra creditor debitum, *I. si debitor ff. de fidicuſ.* Item obligatio, deposi-
26 tio & configratio pecunia debitæ, pro solutione habetur, & ideo ipso iure tollitur obli-
gatio *Vlt. ff. depositi. I. ob signatione. C. de solut.* Welenb. in §. tollitur. nu. 2. Iuslaurandum de-
27 niisque loco solutionis est. *I. insurandum ff. de iure iur.*

Ad Corollarium.] Affirmamus non tolli obligationem inter vasallum & dominum
ex oranib. causis, & per consequens proprietatem feudi transire ad vasallum ex omnibus
causis, ex quibus dominus feloniam committit: Sed valde obiicitur *I. cap. 5. n. 1. domino*
committente, si de feudo defuncti contentio sit; & vbi dicitur ex iisdem causis dominium pro-
28 priatem † feudi amittere, ex quibus Vasallus amittit feudum. *2. d. cap. 5. n. 1. in fin. de for-*
mafidel. vbi dicit dominum iu omnibus debere vicem reddere valallo. Ergo etiam eadem
fortuna vatur cum Vasallo. *3. c. 5. n. 1. qualiter dominus feudi proprietate priuetur.* vbi dici-
tuc hanc sententiam obtinuisse ex omnibus causis dominum amittere proprietatem ex
quibus vasallus amittit feudum Sed Iulius Clarus. *quaſi. 49. nu. 7. contra affirmat,* illam
sententiam nimis esse rigosam, Dicimus igitur dominum ex omnibus causis, & ex iisdem
causis animittere proprietatem, scil. si sunt ex causæ expresse in iure feudali. Deinde quia
ea de re fuit dubitatio inter ipsos feudistas, vt constat ex *d. c. 5. n. 1. qualiter dominus feudi pro-*
prietat. priu. unde id quod æquius est sequendum. Denique dominus plus habet pri-
uilegii, quam vasallus unde iurare non cogitur vasallo quamvis alias vicem præstare te-
natur. *d. c. 5. n. 1. in fin. de forma fidelis.* Et hanc sententiam ex æquitate pro-
cedere & defendi posse nulla amplius sit
dubitatio.



LIBER IV.
INSTITUTIONVM.
DISPV TATIO XXXIII.
De Furtis.

CONTIN VATIO.

Obligationibus ex contractu & quasi contractu dependentibus absolutis, sequuntur, quae ex delicto nascuntur, in quarum numero est & illa, quae ex furto oritur.

1 Propositio. Est autem furtum (a furuo, fraude, vel sciendo sic dictum) contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia ipsius rei, vel usus eius, possessionisve lege naturali prohibita.

2 Hinc constat imponerem nisi dol capax sit, furtum facere non posse.

3 Furtum rei mobilis tantum sit, non etiam immobilis, & interdum etiam liberorum hominum.

4 Neque ille tantum furtum committit, qui rem alienam intercipiendi causa amouet, sed generaliter qui rem inuito domino contrectat, sic si quis re commodata, pignoreve dato abutatur, furti damnatur.

5 Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter vtuntur, tum demum furtum committere, si domino nolente id fiat, & si inuito id facere intelligant.

6 Hinc quæsitum est, an qui seruum alienum sollicitat, ut quasdam res domino surripiat, & ad se perferat: Seruus autem sciente & simulante domino id faciat, tencatur is furti vel serui corrupti actione? Et utraq; eum teneri verius est.

7 Dixi: possessionisve, quia aliquando suæ rei etiam quis furtum committit, veluti si debitor rem, quam creditori pignoris causa dedit, subtraherit.

8 Actione furti tenetur non solum qui furtum fecit, sed etiam cuius opem & consilio furtum factum est.

9 Adeo ut sic etiam quandoque aliquis furtiuus fiat, ipso principali fure actione furti non obligato.

10 Ille vero, qui sine fraude non data opera alium ad furtum faciendum commouit, aut consilio tantum instruxit, furti non tenetur.

11 Filiifamil. quoque & serui, si parentibus vel dominis rem surripiunt, furtum quidem faciunt; actione vero illius non conueniuntur, cum nec ex villa alia causa inter eos actio nascatur.

12 Competit furti actio aut Domino, aut ei, cuius interest ob culpam suam rem saluam esse.

13 Quare si fullo aut sartor re poliedam aut farciendam, furto amiserint, & soluedo fuerint, furti actione habebunt: Sin minus, hact domino competit.

14 Idem ob eandem rationem de commodatario intelligendum est, nam & huius interest, ob culpam suam etiam leuissimam, rem saluam esse.

15 Sed tam in arbitrio domini positum est, utram furti actione aduersus furem, vel commodata aduerso commodatarium experiri velit.

16 Alteram autem si elegerit sciens rem surreptam esse, non potest penitentia ad alteram veniri.

17 Interdum tamen etiam ei, cuius simpliciter tantum interest furtum factum non esse, furti actio datur, ut in creditore, cui pignus, & bona fidei emtore, cui possesio surrepta est, videre licet.

18 Furtum porro ceteris eiusdem distinctionibus abolitis, manifestum est, vel nec manifestum.

19. Manifestus fur est, qui in ipso furto, vel in loco, quo furtum fecit, vel antequam portaret rem eo, quo destinauit, deprehenditur.

20 Huius furti pena esset quadrupli, tam ex serui, quam ex liberi persona.

21 Ex his quid furtum nec manifestum sit, facile intelligitur: Quod enim manifestum non est, id nec manifestum est.

22 Et huius pena dupli est.

23 Quadruplum vero hoc, vestatum duplum pena est, extra quam dominus rem vendicare potest non tantum a fure, sed etiam a quocunq; possessore, vel condicere a fure eiusq; herede.

Corollarium. Asserimus furem suspendi posse, si quinque solidos fuerit furatus, idq; non esse ex constitutione Friderici in c.vn. §. si quis quinq; solidos. de pace tenenda. & eius violator: In usibus feudorum. sed ex consuetudine alia manasse, & ab Imperatore Carolo V. fuisse confirmatum. In der Weinstadt Halsgerichts Ordnung. art. 157. cum seqq..

DISPV TATIONIS XXXIII.

De Furtis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Obligationes ex delicto nascentes, quae sunt.
- 2 Furtum unde dicatur.
- 3 Furtum non sit sine contrectatione.
- 4 Contrectatio fraudulosa, nisi lucris causa fiat, furtum non est.
- 5 Rei nostra furtum non fieri.
- 6 Furtum natura turpe est.
- 7 Furtus definitio an aliquid superfluum habeat, & an in defectu peccet.
- 8 Furtum an absque contrectatione fieri possit, sola animi inclinatione.
- 9 Furtum non committunt impuberis, quia non intelligunt quid sit furtum.
- 10 Fur non tenetur eis nomine quod non contrectauit.
- 11 Gentium barbaries furtum non excusat.
- 12 Impubes an dolum facere possit, & ob furtum puniri.
- 13 Furtum in quibus committatur.
- 14 Actionem furti qui habeant.
- 15 Depositarius cur non habeat actionem furti.
- 16 Serum alienum ad faciendum furtum sollicitans, & furti & serui corrupti actiones conserueruntur.
- 17 Furti an teneatur, qui consilium tantum dedit.
- 18 Fraudis interpretatio unde fiat.
- 19 Actione furti quis teneatur.
- 20 Actione furtiva non tenetur qui tantum consilium dedit, & nihil ex furto percipit.
- 21 Filiis familias & serui an furti actione conueniri possint.
- 22 Commodatarius si rem commodatam furto ammisit, qualis commodantis actio competet.
- 23 Furtum quotuplex sit, & quomodo distinguatur.
- 24 Furti domestica mitius puniuntur.
- 25 Esculentia furari licet tempore necessitatis.
- 26 Furta pena qua sit.
- 27 Materiarum diuersitas non inducit iurium falsitatem.
- 28 Furem qui quinque solidos furatus est, suspendi posse, à quo constitutum sit.
- 29 Furii dignitas & conditio in penas inspicienda est.
- 30 Furtum reuelare nemo cogitur, etiam si illud sciat.



N G R E D I M V R nunc Dei gratia disputando quartum & ultimum Institutionum Imperialium librum, qui dum reliquorum trium praecedentium est quasi praxis & repetitio, cum diligenter excutiens. Incipit enim à materia obligationum qui ex delicto nascuntur, hoc est, ex re ipsa, ve habet lex. & ff. de art. & ob. & his absolutis de illis agit actionibus quae ex contractu vel quasi contractu nascuntur. Cui tamen obiicitur l. i. §. i. & l. i. §. pen. de iniur. vbi dicitur in iuriam fieri verbis & literis. Respond. Id sit respectu modi &

formæ, non respectu caræ efficientis, id est, fraudis seu doli mali, quamvis tamen Vlpianus dicat, scriptura & verbo furtum non fieri, in l. si quis §2. § neque verbis. ff. eod. cum contrectatio ad furtum requiratur. Hanc solutionem Un. Wefenb. in tit. de oblig. qua ex delicto nasc. 1. §. 1. n. 3. habet, huiusmodi autem delicta seu obligationes ex delicto peruenientes quatuor hic ab Imp. Iustin. referuntur, Furtum, Rapina, Damnum, L. Aquiliz. & Injuria. Et sunt alia priuata, alia lata publica, aut populataria, aut extraordinaria. Publica, quibus R. spubl. lat. tur: priuata, quibus priuati offenduntur; De furto primo loco agamus.

Ad Continuationem.] Hotoman. putat esse principium huius tit. descriptum ex 1. Cito vete, & nihil facere ad confirmationem partitionis librotum.

2. Ad Thel. 1. & 17.] Furtum deducitur † à furto, fraude vel ferendo, quæ omnes Etymologiae videntur probabiles, & habent vim & veritatem ad percipiendam rem ipsam, alias Paulus non omnia recenset in l. 1. ff. eod. quemadmodum Oldendorp. class. 7. de act. furtuum pr. putat, quod Mynsyng sequitur. Est autem furtum contrectatio † sine quantum sit furtum. d. 1. s. quis. §2. § neque verbis. ff. eod. Nec enim is fur est, qui conlaue furti faciendi gratia intravit, & vulgariter. 21. §. qui furt. ff. eod Additur fraudulenta, quia fur is est, qui dolo malo, hoc est, fraude rem alienam contrectat. Paul. lib. 2. sententia. Et quidem talis contrectatio fraudulenta, quæ fiat lucri faciendi gratia, nam fraudulosa contrectatio nisi lucri faciendi gratia sibi furtum non est. L. Verum est 39. ff. eodem. Potest enim fraudulenter aliena ancilla contrectari non lucri sed stupri inferendi gratia: Sic alienæ tabulae propter lituram possunt contrectari non ut auferantur. Causa igitur finalis hic est attendenda, quæ est litura tanum seu libido, non luctum inde percipiendum, quemadmodum Hotoman eleganter putat, unde male faciunt, qui ea verba tollunt, & purant superflua ea esse in definiitione hac nostra. Deinde dicitur in definitione Rei fieri furtum, scilicet alienæ, quæ iure proprietatis ad alium perinet. Rei enim † nostra furtum non sibi faciunt, ff. eod. Sed etiam na etiam iuris iuris U. d. in § gallinarum sup. de rerum divis. Sic reus homo est, possessoris naturalis sit furtum, pura si commodatarius temerarius odans vsus furtum facit, l. si pignore. 54. ff. eod. vel possessionis, id est, civilis, pura si bona fidei possessor rem amittit, furtum sit possessionis civilis. l. furtuam. 74. ff. eod. Additur demique in definitio: iure naturali prohibita, hoc est, discrimine honestorum & turpium, principiis physicis id prohibentibus. Unde etiam ICaus dicit: Furtum † natura esse turpe in l. probrum. ff. de verb signif.

Nunc qua definitio videatur obstat, videbimus: Et primo dicunt, definitio nem hanc peccare in superfluis & in deficientibus, hoc est, in excessu & defectu. In excessu dicunt eam peccare, dum habet illa verba, lucris faciens gratia, quia illa satis ex vocabulo, fraudulenta, colliguntur, sed supra ad id satis fini reponunt. deinde indefectu peccat cum amittit illa, multo domino. Sed Respond. Illa verba satis colligitur ex verbis: fraudulosa contrectatio: Nemo enim facile consentit in fraudem sibi dandam.

Deinde illa verba, iure naturali prohibita, ea verba satis innuunt, id est quod iure naturali conceditur, consensum habet. Deinde obnunt, fabriq; contrectatione fieri possit furtum, sola animi declinatione seu utilitate, id quod probatur ex l. fugituum. ff. de verb signif. in fin & ex h. in summa, h. tit. n. vi. dicitur furtum consistere ex affectu, id quod Gellius lib. 11. noct. Att. c. & t. confirmat vbi dicit, quod sola amittente voluntate furtum fiat. Respond. Ad d. l. fugituum partiner, dicitur ibi alia significacione vocabuli (furtum) dici quidem possit, scil. si Ethicā respicimus, quo erit Gellius respicit. Voluntas enim nō obscurans iudiciorum rectarum causas huius delicti. Vnde id quidē philosophice dici potest: Addit. tamem

tamen postea I Crus in d. l. fugitum. Ver. tamen. id in hac materia non sufficere, sed hoc delecta non ex sola animi propositione, sed ex facto intelligi. Contre statio igitur requiriatur, cum sola voluntas furtum non faciat. L. 1. §. 1. ff. ecd. & c. cogitationis pœnæ: nemo me recreatur. L. cogitationis ff. de pan. Deinde quod attinet ad §. in sun. m. h. tit. n. agitur vbi t de, impubescens furtum non commitit, quia non intelligit quid furtum sit. Et eo respectu ibi dicitur furtum ex affectu consistere, hoc est, trahit causam & initium ex affectu & cogitatione, vbi affectus non est, furtum subsequi non potest. Non autem aque punitur solus affectus sine effectu.

Porro furtum non esse contrectationem videtur probari posse ex L. qui faciem 77 ff. b. tit. n. vbi qui pecuniam in sacco reconditam auferit, tenetur etiam sacci nomine, quamvis non fraudulenter saccum detrectet. Respond. Singularis est hic casus, ideo quia pecuniam cominode fur portare non potest, vel poterat absque saccum: Ergo ratione eius quod principale est, tenetur etiam quis in accessorio, quamvis alias regulariter fur t non teneatur eius nomine, quod non contractauit s. si quid fur. 22. in fin. princ. ff. ecd. tit. Deinde non esse contrectationem in furto videtur probari per L. qui tabula. 27. §. fin. ff. h. tit. n. vbi dicitur non cum, qui emovit instrumenta, sed cum qui intelecuit, & furti & l. Aquilæ actione teneri. Respond. ibi interlexit, animo furandi ea, qua quis annoverar, & ideo interesse peti potest: corrupteliam, & ideo legis Aquilæ actione tenetur. Itaque contrectationis verbum latius accipi potest. In isto contra datam solutionem ex L. si quis testamentum. 41. §. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur furti actionem non dari eo casu. Respond. Ibi non animo furti faciendo, sed tantum damnum dandi instrumenta laeduntur. Denique etiam quod dicitur naturalern rationem prohibere furtum, ei videtur obstat, quod multa sint gentes suita concedentes. Respond. Illarum t gentium barbaries & error non impedit, quo minus furtum sit iure natura prohibitum: nam voluntas ipsorum populorum non obsequitur rectæ rationi, de quo Aristoteles in Ethic. elegantissime discrit.

Ad thesin 2.] Impubes t dolum non facit, n si sit proximus pubertati & dolii capax. 12] Cui opponitur L. impunes. C. de pan. vbi gl. id verb non datur. vbi dicitur impunitatem properatatem non dari. Resp. Delicti nulla est impunitas vel esse debet, quia Reipubl. interest delicta rei non esse impunita. L. si sit vulneratus sui. ff. ad l. Aquil. Sed tamen pœna est mitigatione proprietatem, vi Welcub. ibidem: firmata, & Imp. Carol. V. in Constitut. Criminal. Consist. 134. von Jungen D eben affirmat, si intelligit impubes le furtum fecisse, vel si improbarat metas supplet, polle cum puniri.

Ad thes. 3.] Furtum sit t lei mobilis & liberorum & hominum. Cui videtur obstat 13] tale argumentum. Libertas est res existens, sibi libertas. ff. dereg. inv. Ergo dum pœna est a similitudine, ut infra dicetur in liberis legemini, si fieri nulla ratione possit videatur. Respond. Ratione filiiam, pater potest agere furti, si est subiectus, & affirmatur hic non liberum caput, sed operæ, quibus patens caruit; Et hoc pratorum affectus extra ordinem criminaliter securans gl. §. interdam. h. tit. n. in Eub. furtum sit, nec etiam est illat filios. à patre non possit deri. L. cum heredes. 23. §. fin. ff. de aequali p. ff. vt inde agere non possit, quando filius est subiectus, quia ethi coegerimus pessimationem, quæ facti est semper requiri, unde hereditatis intentus nullus sit furtum. L. 3. §. Secunda art. ff. si si quis testamentum habet, est & l. herid. tanta. 68 tamen filius am. ratione patnia potestatis quasi possidetur, quamvis alias, is qui sub potestate alicuius est, liberi non possidentur secundum d. l. cum heredes. §. fin.

Ad thesin 4. 5. 12. 13. 14. 17.] Ei cui iniusto quid contrectatur & ei cuius interest, furtum

110 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

non committi factio datur furti. Cui oppono. inter omnes. 46. §. pen. ff. b. tit. n. vbi dicitur furti actionem esse, si quis furatur volente Domino. Respond. Dicendum est ad illam sententiam quidem primo proponi sed postea corrigi, quod sepe fit in II. I. Ctorum. Deinde oppono ita: pro rebus viuuerstratis competit furti actio, l. ob pecuniam. 81. ff. cod. quod in nullius sunt dominio. §. Vniuersitatis. supr. de rerum diuis. Resp. Sunt in dominio ciuitatis vel vniuersitatis, cum qua tamen l. pugnat l. Ser. 4. ff. ad leg. l. l. peculatus. Sed respondet Pacius rocte in d.l. ob pecuniam, extraneum pecuniam fabriquisse ciuitati, & ideo eum non teneri crimine peculatus. In d. autem l. vere subtraxisti pecuniam ciuitatis cum, cui administranda data fuit, & ideo grauius punitur, cum tenetur utraq; actio-ne, furti scilicet & peculatus.

Potro dic: utrum cum eius interest, quoque actionem habere furti. Cui oppono. l. s. v. en-didero. 80. §. 1. ff. cod. vbi dicitur iure dominii deterre actionem furti. d. §. autem. cuius interest dominus non semper est, ut Iustius. dicit, §. furti. b. tit. n. Resp. Ibi loquitur in casu domini. Is autem cuius interest ex honesta cedula etiam habet hanc actionem, licet non sit dominus, idque ex aliis locis constat, ex l. 15. cuius. 10. cum seq. ff. cod. Deinde probo eum, eius interest, furti actionem non habere per l. interdum. 49 ff. §. 14. Resp. Ibi proponuntur duo casus speciales, quod particula, interdum, indicat, primum est in creditore, cui si furti-put res debitoris, pignoris iure non obligata, tum eti eius interest, furti tamen actionem non habet: Si autem amittit rem pignoris nexus sibi obligatam omnino actionem furti habet. d. §. furti. b. tit. n. Alter casus est in rebus dotalibus amissis, pro quibus recuperandus maritus tantum, ut potest dominus per traditionem factus, habet actionem, licet v-keris interest. Denique depositarius non habet actionem furti, cuius tamen interest, l. cum qui. 14. §. is autem apud quem. ff. de furti. Resp. Eius tamen nihil interest, quia nec culpam leuem nec leuissimam prestat, sed tantum dolum, si dolo carerit, eius nihil interest: Insto contra datam solutionem, ex l. s. in A. s. 1. 12. §. fin. ff. depositi. vbi depositarii periculo est res deposita, ergo merito eius interest. Resp. Id ad similitudinem aliorum iudiciorum procedit post l. i. contestationem seu post acceptum iudicium.

Ad thes. 6. 10.] Qui seruum alienum sollicitat ut quasdam res domino surripiat, & ad se perferat, seruusque hoc sciente & simulante domino, cui hoc indicavit, faciat, tene-
tur is & tamen furti & serui corrupti actione l. l. §. is quoque. ff. de seruo corrupto. Idque ideo, quia consilium corruptoris ad periculum probitatis serui tendit, & facile etiam alii illo exemplo corrupti possent, ut Iustinian. afficiat in l. s. qui quis. C. eodem. §. in §. Ende illud quasitum est. C. h. tit. n. Huic calliditati volunt obuiare Imp. in fauorem dominorum & in odium corruptorum. Sed obiicitur ita, vbi est consensus Domini, & concessio, ibi non est furtum, quia factum sit inuito domino, quemadmodum in thesi 4. & 5. dicimus. Respond. Id verum quidem est, vbi quis habet consensum domini, ibi furrum non fieri, sed esse potius donationem. At hic quidem in factum serui dominus consentit, non quod probet furtum, sed quod velit corruptoris improbitatem explorare hoc facto, cui id non concessit, nec iurit cum hoc facere, ergo est diligens, quo ad ipsum corruptorem, alias fa-teri necessitate esse consensum, quo ad seruum, cui dominus consentit & quamvis dominus fuerit, tamen consentire videtur, l. qui tract. ff. de regul. iur. c. is qui tract. de regulin. in 6. Insto ita contra datam solutionem ex thesi 10. vbi dicitur cum furti non teneri, qui consilium tantum dedit, idque etiam elate in §. interdum. Vers. certe c. h. tit. n. dicitur: Fator eum non teneri, qui tamen consilium tantum dat, hoc est, qui profundit, impellit & instruit furem aliquem consilio, l. in feti. 50. §. consilium. ff. eodem. Sed tamen ita est intelligendum, si effectus non sit fecutus secundum l. sape, in fin. ff. de verb signif. Nam tum horatorem seu

sen cōsultorem teneri ob consilium malignum, verum est, d.l. si quis exori. §. neque verbo: ff. cod. Cuiac. in not. priorib. fol. 129. id quod Myns. placet in d. § emendatum, b. tit. n. num. 4. Ibi que id summe notandum esse putat Dn. Borch. qui dicit, nec eum teneri, qui operam tulit, nec qui consilium dedit, nisi contra statio fraudem sit secura, quae efficie & operatur fursum: In casu d. thesis 6. factum est secutum, scil. seruus est corruptus, deinde etiam furtum fecit, alias quis ex solo consilio & fraudulentio furti conveniri non potest, quamuis tamen dici posset, tum doli actione agi posse aduersus eum, qui malum consilium fraudulentiter dederit secundum l. consilii. ff. de reg. iur. Deniq; obiicitur l. si audia ff. de reg. iur. vbi dicitur † fraudis interpretatio iure Ciuii non ex eventu tantum, sed eum ex consilio fit; Ergo 18 consilio solo furtum fieri potest. Respond. Id procedit in grauioribus, crim in alibus delictis, vel alias vbi fieri potest, procedit; Hic nulla ratione mā cœratus sit consilium secutus, vt supra probatum fuit.

Ad thesin 8. 9.] Actione furti tenetur † non tantum qui furtum fecit, sed etiam is, cuius ope & consilio sit furtum, & coniunctim hæc ad sunt, tum si quis auxilium fert; non qui consilium dat; Solum enim consilium non sufficere ad dandam furti actionem. Sed obiicitur l. si quis exori. §. in prff. cod. vbi dicitur dari actionem furti ei, qui tantum consilium dedit, non qui opem tulit, quod particula v. disiunctiva ostendit. Resp. Id verum esse potest efficiunt inspeccio, hoc est, furtu facto pro subiecta materia secundum d.l. sape. in fin. ff. de verb. sign. alias certū est disiunctum quoq; intelligi posse d.l. sape. Potest enim quis dare consilium ita ut effectus sequatur, & tamē opem non praestat, & tum merito tenetur, quia tum consilium nocet, quoniam contra statio sequitur, vt ICetus dicit in d. l. si quis exori. §. neq; verbo. Secundo obiicio l. proinde. 6. ff. de condit. furtiva. vbi dicitur, q̄ is qui opem & consilium fert, non tenetur condicione furtiva: Ergo nec furti actione. Respond. Ideo ibi non tenetur condicione furtiva, quia † tantum consilium dedit, & nihil ex furto accepit secundum gl. solut. q̄ Cuiac. in notis sequitur, quamvis etiā gl. aliter respondeat. Insto contra datā solutionem ex d. l. sape. fere in fin. ff. de verb. sign. vbi dicitur ab eo qui opem tulit condici quid posse, ab eo qui auxilium tulit, nihil condic. Resp. Id fit ideo, quia qui opem fert aliquid ex furto accepit, unde merito dici potest, res, ab auxiliatore eiusq; herede. Si est consilium, idem dicitur, in l. peculis. 4. §. si opem. ff. de peculio: Is autem qui consilium dedit, non potest conveniri condicione, quia nihil accepit, sed tantum dedit consilium.

Ad thesin 11.] Dicitur ibi, quod filius famil. & serui quidem furtum faciant, si patribus & dominis res surripiant; Furti autem actione non † conveniuntur, vt nec vlla alia 25 actione. Cui obiicitur l. si quis exori. §. s. an autem. ff. b. tit. n. vbi dicitur filium famil. furti convenire posse, patrem, si patres furtum fecit. Respond. Id speciale est in casu peculii castrensis, quod ad filium pleno iure spectat, id quod gl. b. hi qui in parentum. b. tit. habet, sicut econtra filius & seruus tenetur patri & domino, si peculium habet filius castrense, servus suum. d. l. si quis exori. §. s. si seruus tamen is. ff. codem. alias non iuris constitutio, sed natura impedit, quod cum his quos in potestate habemus, agere non possimus. l. ne cum filio famil. 1. 6. ff. cod. Deinde tum secum pater ageret, quia filius & pater sunt persona una. l. fin. C. de impub. & alia substitut. & filius est pars corporis paterni. l. scimus. §. fin. C. de agricol. Si tamen pater cum filio litigat super furto, intendit πτεὶ ἵησας τοῖς, πτεὶ γλωπνίς. sc. filium convenire.

Ad thes. 15, 16.] Si cōmodatarius † rem commodatam furto amisit, potest cōmodans 25 aduersus eum agere commodati: vel aduersus furem furti actione: Alteram tamen si cligit sciens rem subrepram esse non potest ex pœnitentia ad alteram venire, id quod etiam extimis,

exprimitur, in l. plura. 53. in pr. ff. de obleg. & art. l. t. C. de fure. l. item cum. 14. §. cum qui. ff. quid
m. etus causa. Cui tamq[ue] opponitur l. cum ex vno. 32. ff. de oblig. & art. vbi dicatur cum ex
vno delicto plures nascuntur actiones omnibus experiri licet; Ergo una electa altera vni
possamus. Resp. omnibus ut illicet nim. cum, si prius leniori actione egeris, quia id quod
supererit per alteram grauiorem actionem exigere adhuc potes; Alii aliter respondent, ni
mitum omnes posse esse apud pretorem, non autem omnibus vni licet secundum d. l. plura.
Pacium ibid. & Hotoman. illustr. quæst. 27.

Ad thes. 18. 19. 20. 21. 22. 23.] In hisce thesibus ultimis agitur de furii distinctio
ne, quod nrastram furum sit † manifestum vel nec manifestum: vocatur nec manifestum
ad unicationem l. 12. tabul. vbi, pro, non, dicebat nec, vnde manifestum vel nec mani
festum fur quis sit, facile appetat. Et quidem fur manifesti pena quadrupli, nec mani
festi dupli esse dicitur, quia furta non manifesta sine rapina facta magis excusantur, vnde
pena est lenior, vt raga actio est directa, civilis & pratoria. Pratoria est, quæ est ex fur
to manifesto, §. i. de perpet. & temporal. art. Civilis ex furto non manifesto §. i. infra. de noxal
action. Sciendum tamen est saccas literas non distinguere inter furum manifestum & nec
manifestum, quia duplum statuunt cuiuscunq[ue] furti. Evod. 22. Nec distinguitur an fiat
nostra vel interdia. Se obiicitur etiam ex iure Cuili. l. 54. non existimo ff. de administ. &
pericul. tutor. vbi grauioribus usuris subiicitur is, qui clam agit aliquid in tutela, quam qui
palam. Respond. Magna est diuersitas inter hoc, quia administratione tutelæ bona si
des requiritur. Si igitur quis palam inique agit, in administratione tutelæ, presuminetur
etiam magis inique agere clam, vnde merito grauius est puniendus. Deinde contra hanc
poenam obiicitur l. causus seruum. 15. ff. de condit. causa data causa novæ securitati vbi
vigilum ultimum supplicium de seruo sumbit. Resp. Dicitur in texu quasi in facinore scil.
alio quodam non furti, & ex tot. tit. ff. de prefact. Vigil. Constat officium prefacti: vig. luna
fuisse prohibere incendiarios & fures per gl. in h. l. Vide. Et refert Iul. Cl. & communem esse
sentent. penam furti iure cæli non esse capitalem: Notandum autem est mitius puniri
† domestica furta. l. recipiendum. ii. §. 1. ff. de pan. lib. 5. §. furt. n. 7. Deinde † esculenta furati
licet tempore necessitatis, nisi delictum sit nim. s. magnum. Carolus Quintus in. Constitut.
Criminal. artic. 166.

26 Ad thesin ultimam.] Affirmatur quadruplum vel d. plurum torum esse † poenam, extra rem,
quæ vindicari potest, si extat: Si non extat, sed consueta est, condici posse. Et notandum
creditorum non habere conductionem, quæ tui competit, quæ est dominus. l. 14. §. qualis e
go. ff. cod. §. Vlt. h. tit. n. Cui opponitur l. actione. 2. §. & ff. de tutel. & ration. distrib. & l. 5. §.
Vlt. ff. de publican. & vigil. vbi aliud statuitur. Respond. Materiarum † diuersitas non
inducit iurium falsitatem, id ibi pro subiecta materia statutum est in causa tutorum, &
in causa publicanorum. Aliud hic est constitutum. Deinde obiicitur l. cum qui. l. 14. §.
idem scribit. ff. de furt. vbi actio furti datur tuteura in decimo quæ debebantur. Re
spond. Ibi ante fuit actum ad duplum & per conditionem postea decem petuntur, glo
ibidem.

Ad Corollarium.] Afferitur eum Dn. Borch. c. 2. de pali. in 2. palliorum divisione. n. 14.
28 & Institut. b. tit. furem suspendi posse, si quinque solidos furatus sit, idque † non esse ex
constitutione Friderici in c. En. §. si quis quinque de pace tenenda. & eius violator: in vissibus
feudorum. Sed forte alia quadam approbata consuetudine esse receptum, & à Carolo V.
esse approbatum. Iulius Clarus §. furtum. num. 8. & 15. vbi dieit à consuetudine esse po
nam introd. etiam, dicit id esse ex generali consuetudine & communiter practicari. Iure
quodam gentium & generali consuetudine est id receptum inquit Mynd. in §. ex maleficiis.
num. 21.

num et 22. infra de actione. Rationes huius rei duas habemus satis evidentes. Prima est, quia in dicta constitutione Friderici in §. proxime precedente. §. si quis quinque solidos dicitur rusticus si arma vel lāceam vel gladium gestauerit, aut det arma vel gladios, aut viginti solidos. Hic in electione est rusticī dāre hoc vel illud, si iam solidus ibi pro Hungarico accipere ut magni valoris fūsser gladius rusticī id quod ridiculū est: Ergo pro alio ibi solidus accipitur. Secunda, quia in c. & vnic. in fin. princ. de pace tenend. inter subditos dicitur furtum legaliter & legitimate puniri, hoc est, eo modo quo leges Cuiusles præscribunt: Ergo illa constitutio, quæ etiam est Friderici, de aureis non potest intelligi. Sed obiicitur. Constitutio Friderici loquitur de furibus qui pacem publicam vim exercendo violant: Ista & illud cap. intelligit Iulius Clarus §. suum. num. 7. Et de iis quoniam loquitur constitutio Criminali Caroli Quinti, artic. 159. vbi constitutio cum qui vim exercit cum furto strangulati. Ibi quidem Carolus Quintus id constituit in iis qui furantur & vim exerceant, sed hoc additur sive plus quam quinque Vngaricos vel minus sint furati, id quod non ita est in d. constitut. Friderici. Deinde aliæ rationes supra posuit id confirmant, Dubitat etiam Oldendorp. cl. 7. vbi dicit aliquos putare, id esse exasperatum ex constitut. Friderici, & Mysling. in §. pena. b. tit. dicit, hanc furti poenam forte esse receptam, aduersus insigniora furtū, contra leuiora vero abscissionem aurium & virgatum castigationem seu fustigationem.

Initiō autem est conditio, tamen dignitas furis, & aliæ circumstantiæ an sit in ipso 29 facinore deprehensus, an sepius id fecerit, vt fraudetur in Constitut. Caroli Quinti, artic. 160. Criminis vel publ. iudic. Denique in materia furtorum sciendam est neminem cogi postle crimen quod scit tamen reuelare, Borch. in feud. sol. 207. n. 107. l. qui eos. §. ff. eod. vbi qui 30 nowat non tenetur furti actione. l. 1. in pr. ff. de scriu. fugit. l. 3. §. non solum ff. de incend. r. usna. l. sub praetextu. §. sane. C. de transact.

D I S P V T A T I O XXXIV.

De vi bonorum raptorum, & del. Aquilia. ex tit. 2. & 3. lib. 4.
Institut. Imperial.

C O N T I N V A T I O.

Imperator in primo precedente titulo quatuor species priuatorum delictorum enumeravit; absolute igitur prima specie, quæ de furtis erat, secunda nunc quæ de rapina tractat, declaranda est.

Thesis 1. Est autem rapina rei alicuius mobilis violenta & dolosa contractatio, vnde etiam raptor fur improbior ab Vlpiano appellatur.

2. Et non tantum furti obnoxius est, sed etiam vtili vi bonorum raptorum actione conueniri potest, quæ est intra annum quadrupli, post annum simpli.

3. Quadruplum vero non totum poena est, sed in quadruplo etiam rei p persecutio

persecutio continetur, ita ut poena tripli sit, siue comprehendatur raptor in ipso delicto, siue non.

4 Si quis tamen aliquo errore ductus rem suam esse existimans & imprudens iuris rapuerit, quasi dominus liceat etiam per vim rem suam a possessoribus auferre, neque furti, neque vi bonorum raptorum conueniri debet.

5 Sed ne raptore sub hoc praetextu impune suam possint exercere avaritiam, melius diuinalibus Constitutionibus cautum est, ut nemini liceat vi rapere rem mobilem vel se mouentem, licet suam eandem rem esse existimet.

6 Et si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem sua dominio cadet, si autem aliena res sit, post restitutionem eius, etiam aestimationem eiusdem rei praestabit.

7 Nec in hac actione spectatur rem in bonis actoris esse: nam siue in bonis sit, siue non, si tamen ex bonis sit, locum hanc actio habebit.

8 Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex iisdem causis omnem hanc actionem haberi.

9 Atq; haec de rapina: Sequitur tunc tercia species prauatorum delictorum damnum scilicet quod l. Aquilia est prohibitum.

10 Legis Aquiliae tria fuerunt capita, quorum primum & postremum in h. tit. à Iustin. referuntur, secundi, propterea quod in desuetudinem abierat, nulla sit mentio.

11 Primo capite ita cautum est, ut si quis alienum hominem alienauerit, quadrupedem, que pecudum è numero est, iniuria occiderit, quanti ea res in anno plurimi fuerit, tantum a domino dare damnetur.

12 Initiæ autem occidere intelligitur, qui nullo iure, dolo aut culpa etiam leuissima occidit; Qui vero casu occidit nulla culpa interueniente, l. Aquilia non tenetur.

13 Culpæ autem etiam imperitia & infirmitas annumeratur, quo sit ut qui onus peritiae, aut viribus suis impar subiecit, si ob eius imperitiam aut infirmitatem quid damni datum sit, culpx reus dicatur.

14. Cæterum actio legis Aquiliae, quoniam poenalis est in delinquentibus heredes non datur, nisi lis cum defurato contestata sit, aut delinquens locupletior factus fuerit.

15 Illud non ex verbis legis sed ex interpretatione placuit, nō solum per omni corporis aestimationem habendam esse, sed eo amplius quicquid praeterea nobis damni natum fuerit.

16 Liberum autem ei est, cuius scrupus occisus fuerit, & ex iudicio priuato.

uato legis Aquiliae damnum persequi, & capitalis criminis delinquentem
reum facere.

17 Tertio cap.l. Aquiliae, de omni cætero danno ita cauetur cæterarum
rerum præter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit,
quidve vñscerit, frēgeuit, ruperit iniuria, quanti ea res in diebus 30. proximis
fuit, tantum a domino dare damnas esto.

18 Illud palam est, sicut ex primo capite ita dēmum quisque tenetur, si
dolo aut culpa damnum dederit, ita ex hoc capite dē dolo aut culpa & de cæ-
tero danno quemque teneri.

19 Cæterum directa l. Aquiliae actio competit, si corpori à corpore da-
mnum illatum sit, quod si quis non corpore corpori sed alio modo da-
mnum dederit, utilis actio dabitur, sin autem neque à corpore damnum, ne-
que corpus laesum fuerit, in factum actioni locus erit.

Corollarium. An aggressus à latrone vel alias etiam ab æquali impune
aduersarium possit interficere, etiamsi fugiendo se posset saluare, elegans est
questio? Nos affirmatiuam tanquam veritati magis consentaneam defen-
demus.

DISPUTATIONIS XXXIV.

De vi bouorum raptorum, & de lege Aquilia, resolutio.

S V M M A R I A.

- 1 Rapina an priuatum tantum maleficium sit, an vero etiam publicum.
- 2 Rapina non est rerum immobilium.
- 3 Rapina non est, ubi non est dolus.
- 4 Furtum quomodo à rapina distinguatur.
- 5 Rapina definitione cur non simul etiam raptus virginum contineatur.
- 6 Rapina vocabulum generaliter & specialiter accipitur.
- 7 Vsus & possessio est in rebus mobiliis.
- 8 Raptor qua actione conueniri possit.
- 9 Raptor quomodo in quadruplum teneatur.
- 10 Rapina an grauius puniatur quam simplex furtum.
- 11 Raptorem posse conueniri actione furti manifesti & nec manifesti.
- 12 Panis respectu rei consideratur & taxatur.
- 13 Raptor bouorum paganorum, quomodo puniatur.
- 14 Ignorantia facti & iuris, à delo excusat.
- 15 Raptor imprudens an nulla actione teneatur.
- 16 Rem mobilem nemini licet per vim rapere etiam si sua sit.

- 17 Adiis si bonorum rapt. quibus detur.
 18 Legis Aquilia caput primum quid complectatur.
 19 Serum proprium qui interficit an puniri possit.
 20 Infirmitas & imperitia culpa annumeratur.
 21 Actio l. Aquilia an & quando in heredes delinquentes detur.
 22 Actione l. Aquilia quid petatur.
 23 Legis Aquilia caput tertium quid agat.
 24 Actio l. Aquilia directa quando detur.
 25 Aggressus à latrone vel alias ab aequali, posent aduersarium interficere, etiā a suis fugiendo
se salvare potuisse.
 26 Occidere & causam ad id dare sunt paria.
 27 Damnum quod quis sua culpa sentit, nemini imputare debet.
 28 Carols Quinis Constitutio de inuasoribus impune inseſſificiendis.
 29 Fama & vita prius passu ambulant.
 30 Fortitudine est non formidare aqualem.
 31 Iniuria quando non propria autoritate sed per Magistratum vindicanda sit.
 32 Constitutiones Imperatorum posteriores semper sunt firmiores.
 33 Inuasor sibi ipsi damnum afferit.

I Mperator hactenus egit de primo delicto priuato, quod est furtum, quamuis illud hodie sit criminale & ordinaria pena laquei puniatur: Sequitur nunc secundum delictum seu maleficium priuatum, quod est rapina. Sed obiicitur exprefſe l.2. §. Si in deposita re ff. Si bonorum rapt. vbi dicitur, raptorem committere crimen publicum: Non igitur priuatum est crimen. Respond. Ille §. est intelligendum in eo caſu quando criminis aliter agitur de vi publica vel priuata, eos iiii. ff. de vi publica vel de vi priuata, quemadmodum illum §. explicat Wesenb. in ff. paratis. h. sit. n. impr. Et hactenus crimen hoc † publicum recte dici potest, & ICrus ipse hoc latius ostendit particula, Etiā, quasi etiam sit publicum crimen, h. ex eo agitur de vi publica.

Ad theſ. 1.] Proponitur hie definitio rapinæ ſcilicet, quod sit violenta & dolosa concreta rei alienius mobilis. Dicitur rei mobilis, quia ut furtum non fit rerum immobilem, velut preceſſente diſputatione viſum fuit, ita † nec fit earum rapina, quia res immobiles non dicuntur occupati aut rapi. l. in u. 5. & l. 7. C. ſende vi. §. quod non ſolum h. sit. n. Rapere autem eſt manibus auferre, l. 4. ff. ne quis eum, qui in iis vocatus eſt, vi exmat. 3 Deinde adiicitur vox dolosa, quia dolo fit ut furtum; nam † ſi dolus abeft, rapina non eſt, 4 d. l. 1. §. dolis m. ali. ff. b. t. t. n. Porro additur vox violenta, qua † furtum à rapina diſtinguitur. teste Myſt. tantum quia furtum fit clam, late nter, obſcure & plerunque noctu; Rapina fit palam imprudenter & vi, d. l. 2. §. dolis. Imo rapina eſt facti atrocitas vltionis & petulantiae animo commissa. Hottoman hic: Vnde & improbabiliſſimi fur hic in pr. à Iuſtin. dicitur, & improbior fur à ICrus Vlp. in d. l. 2. §. catenam. ff. eed.

Nunc ad contraria accedam: Et primo obiicitur rapuum virginum non contineri hac definitione; Ergo videri eam impeſſ. etiam. Respond. Ad rapuum virginum quod atrinet, concedimus illam rapinam non contineri hac definitione, quia † illa in crimen publicum incidit, quemadmodum hoc conſtat ex l. 1. C. de rap. Virg. præterea vox Bonorum, ſatis indicat hic de bonis, non de virginibus agi, atque ira vox, Rapina, hic eſt reſtringenda. Secundo obiicitur, Rapi etiam dicuntur immobiles res; Ergo non tantum mobiles, quia immobiles res dicuntur rapi in iis noſtre. vbi de iis agitur. & in l. ſi quis in tantam. C. ſende vi. Resp.

Resp. Ia uadi proprietate dicatur immobilia, quamvis sciendum sit vocem rapina, esse generaliter & specie nomen: generaliter acceptatam, rapina in specie dicta (de qua etiam hic agimus) competit, quam invasioni. Tertio obicitur. Definitio haec nimis est angusta, quia tantum rei mobilis sit mensio, cum tamen eius in usus & possessione sit rapina, ut sit furtum, quia rapina omnibus modis sit, quibus furtum, saltem quod non sit cum violentia quemadmodum metiam in thesi. affirmamus. Verum est, usus quoque fieri rapinam pura si commodatarius violenter abutitur in commodity, vel si commodatarius res violenter rapitur, tum usus naturalis possessionis, quam habet commodatarius, sit rapina; sic si bona fidei possessioni, violenter res aufertur, ciuilis possessionis sit rapina: Hac tamen sub vocabulis, rei mobilis, continentur, quia in usus & possessione est in rebus mobiliis, quae rapiuntur. & haec quidem etiam in definitione furti porro silent omitti, cum alias intelligentur, sed tamen peccatum non est ea exprimere, quia alias sponte & tacite intelligi possunt, id est, maioris declarationis gratia. l. 1. ff. de furt. Denique obicitur d.l. 2. §. dolis malis f. eod. vbi Vlpianus dicit dolum malum esse sine vi posse, ergo rapina non est violentia & dolosa contrectatio, sed tantum violentia. Resp. Dolus malus est interdum sine vi, ut in furto, vbi nulla vis admittitur. Quoties autem rapina committitur semper dolus adest, & sine dolo fieri non potest. d. §. dolis malis. Data tamen solutioni opponitur. l. 3. §. fin. ff. ne quis in ius vocat. Si eximat vbi dicitur posse aliquid vi fieri, ita ut dolus malus absit. Respond. Glos. in d.l. 3. §. fin. putat non oportere semper adesse dolum malum, quo ad ipsum, scilicet exemptum, licet quo ad vocantem sit dolus malus, potest & exerceri vis ei, qui eximitur, ita tamen ut ei non noceatur, sed tamen vocari; Ergo tantum quoad vocantem est dolus malus.

Ad Thes. 2. & 3.] Affirmatur raptorum non tantum furti teneri, sed etiam vi bonorum raptorum: quae est intra annum quadruplici; post annum Simpli. Annus autem is est utilis, quia est pratoria actio. l. 2. 4. 5. C. cod. & pratorum edicta per annum tantum viuebant. Wiesen & aliis hic. Quadruplum vero hoc non totum pena est, sed in quadruplo etiam rei persecutio continetur, ita ut pena tripli sit, siue comprehendatur raptor in ipsis delicto, siue non. Huic ab omnibus interpres obicitur tale argumentum; fur improbior grauius est puniendi, quam alias simplex fur: Sed hic fur leuius punitur. Ergo male. Mtnorem probo, quia raptor teneri in quadruplum, & in eo inest tri persecutio: Fur autem manifestus teneri in quadruplum, extra rei persecucionem; deinde actio furti est perpetua: Vbonorum raptorum est annua. Resp. Mynsing, affirms admirabile & absurdum id videri, sed dicendum est raptorum teneri in quadruplum, fuit ita tamquam in ista rei persecutio, siue deprehendatur in ipso delicto, siue non, quia ita non est in furto, vbi est duplum in furti nec manifesta actione; unde Iustin. hic dicit, ridiculum esset, si leuioris esset conditionis qui rapit, quam qui clamare. Deinde tenentur raptore pluribus aliis actionibus, furti, vis publica, criminali, & tenentur etiam in conditionem furtiuam! siue manifestos. 10. §. 1. ff. de conditione furti. Inde sane furti grauius punitur rapina quam furti m, quod ex grauitate & magnitudine huius penae potest demonstrari, & certe inquit Horatianus. hic si non est grauior pena, non etiam leuior est. Insto contra datam solutionem hoc modo. Dicitum fuit pluribus actionibus inuolui raptore & quidem actione furti, sed nihil ad rem facit illa ratio, quia in triplo est. Respond. Id concedo, licet tamen furti agere, donec pratorum propria actione notaret, qui rapit, non ut alias actiones tolleret, sed ut hunc quasi cumulati superioribus iudiciis & penas adhiberet, quod postea prator edixit, sic adversus publicanos specialiter dedit prator iudicium. l. 1. ff. de publicanum, cum tamen & furti & rapina & danni iudicicia essent

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

constitutus. Ex re est proprio iudicio facinus notare & insignire sic in l. 3. ff. *Natura, Casu-*
nes. scribit Vlpian. Pomponium mirari solitus cur honoraria actio sit introducta, cum
sint ciuiiles; nisi forte, inquit, ideo ut innoscatur, prator curam agere reprimendae im-
probitatis hoc genus hominum.

Secundum argumentum hoc modo formatur. Raptor est fur manifestus secundum
textus est hac de re expressos in l. si Vendidero 80. § cum raptor. ff. de furt. Ergo in quadrupli
nihilominus, poena est, & extra quadruplum potest res venditari vel condici ut in actione
furti manifesti, qua etiam potest raptor manifestus conueniri; Non igitur inest quadru-
pli rei estimatio Resp. Quia inuis Dn. Mynl. in §. 1. n. 1. dicat omnes esse fures improbos,
& quidem manifestos secundum d.l. si Vendidero. Non autem conuictrici actione furti ma-
nifesti, sed tantum teneri in duplum quasi nec manifesti. l. 1. ff. de f. bon. raptor. Si autem
prius agatur vi bonorum raptor: non posse furti agi, Zabius nu. 9. §. ex maleficiis. de actione.
infr. Raptor manifestus est, quando deprenditur ac clamatur contra eum, cor verit. Aut
ipse raptor rapuit ex domo, in qua nemo habitat & fur est nec manifestus per l. si quis ex
domo ff. de furt. Tamen aliorum sententia gloss hic sequentium communiter approbata
xi & verior est nimis ut dicamus cum Hotom ann. & Welenbec. hic t. raptorem posse
conuictrici actione furti & nec manifesti propter generalitatem. d.l. 2. § pen. ff. cod. Et Hot-
coman. dicit non esse magno pere dubitandum, qua actione furti conueniatur raptor.
Mynting, autem putat de eo longam esse altercationem, quamvis Hotoman. cum pur-
get & dicat se mirari non posse, quid illis interpretib. in mentem venerit, qui de eo dubi-
tant, propterea inquit Imper. §. 1. comprehendit raptorem interdum in ipso delicto, & cum
furti manifesti agi cu eo potest, & codice recidit, quia furti manifesti actio est quadruplum
& quidem totū penale, & respondet per omnia quadruplo, cui tamē rei persecutio inest;
nam t. poena respectu rei consideratur & taxatur, præterea ICtus Vlpia. in d.l. 2. §. si in re ff.
cod. dicit non minima nam esse differentiam inter eum, qui clam facit, & enni qui rapit Cum
ille celet suum delictum; Hic publicet & crimen publicum admittat; Non autem sit meli-
oris conditionis, qui uno digito timide rem alienam tangit, quam qui atrociter auferit;
Si igitur raptor auferit violenter, non vidente domino, teneat furti nec manifesti actione
secundum l. ff. cod. tit. Deinde in d.l. si Vendidero. 80. § cum raptor. raptor fuit omnino mani-
festus, hoc est, ab ipso domino in rapina deprehensus; Et Hotoman. in 7. enumerat. dicit
sive testibus teneatur sive non teneatur, quia tamen dominum latere non potuit, propter
damnū, manifestus est, sed quia probari facti qualitas non potest, neq; vi bonoru raptor:
neq; furti manifesti actione, quia nulla alia ratione probari potest re auertisse, quā quod
ea penes illum est reperta, Welenb. in §. 1. n. 1. & in parat. ff. cod. u. 7. ita tamen ut cum
vi bonorum raptor. agitur, furti manifesti delicto elidatur, & econtra, quamvis vi bonoru
rapt. etiā petat rei persecutionem non furti manifesti, pro qua tamē partem poena habet.
Si autem furti nec manifesti prius est actum id quod superest, actione vi bonor. rapt. peti-
potest secundum d. l. ff. cod. Cuiac. lib. 8. obf. c. 24. Iure Saxonico est nuda restitutio rei ab-
lata, Welenb. in parat. n. 8. b. tit. n. Tertio obiicitur No. 63. de noui. oper. nunciat. § 1. vbi de-
cem libras auri infert, qui aliquid rapit; Ergo nouo iure actio poenæ est constituta, Resp.
Ibi confirmatur poena quadruplicationis & sit mentioni bonor. rapt. actionis sed non
principaliter, sed per comparationis modum. Agitur autem ibi principaliter de noui ope-
ris nunciatione, qui in ea non acquiescit inquit Imp. debere grauerit decem libris auri pu-
niti, id quod a rapina est alienum Deniq; obiicitur l. Christian. 6. C. de paganis, vbi dicitur
cum qui bona pagani vel iudeorum diripiuerit teneri in duplum. Ergo non est qua-
druplum. Respond. recte ibidem gloss. id esse speciale, quia si quiete degunt & neminem
laedunt,

Iudicant, cur non essent tolerandi? Merito igitur pena est statuta in eos, qui eos iadunt. Regulariter autem id procedit alias, quod hic pro pena constituitur.

Ad Thef. 4.] Affimatur cum neque furti neq; vi bonor. raptor. actione conueniri, qui errore dueltus rem suam esse existimans & imprudens iuris eo animo rapuit, quasi dominio licet etiam per vim rem suam à pessi floribus auferri. Cui opponitur ita, ignoratio iuris neminem excusat l.9 ff. de sur. Et facti ignorant. vbi dicitur iuris ignorantiam neminem excusat. Resp. Quatenus tu ignorantia facti & iuriis excusat à dolo, si pena ob delictum dolo commissum infligitur, & doles arguitur, & Wescnb. dicit; Qualiter causa etiam friuola & iniusta à dolo excusat, l. generaliter. 12 ff. de liberali causa. Secundo obicitur d.l.2. q.doli mali. ff. eod. vbi dicitur vim non esse sine dolo malo. Resp. hic vis adscit & non dolus malus quia putat se suam rem contrectare; Tertius hinc igitur & quasi obuelatur dolus malus, & vis faltem arguitur. Tertio obicitur d.l.2. q. hac actione. ff. eodem. vbi dicitur hoc aliter vindicari; tu ergo non sit absolutio, vi hinc dicitur. hoc est, nihil emimus actio furti vel vi bonor. raptor. competit, quod tamen in thesi nostra negatur. Resp. Illa verba, aliter vindicatur, ita sunt intelligenda, competere alias actiones sed non furti, 19 vel vi bonorum raptorum actionem eoque respectu dici ab Imperat. hic. Liberationem competit: Wescnb. & Myns. putant multam esse pecuniariam, seu arbitrariam, dum non exprimitur a latrone consulto.

Ad Thef. 5. & 6.] Hodie constitutionibus Imp. est effectum tu nec vi licet rem mobilem 16 seu se mouentem rapere, licet suam eadem rem esse quis existimet; Et multæ extant hac de re Principum constitutiones; Sed Iustinianus earum constitutionum unum argumentum hic perfingit, l. si quis in tantam C. vnde &c. Quam Imp. Valent. Theod. & Ar. cad. eriderunt: Mynsing ad q. quia tamen, b. ist. num. l. si confiserit. C. fin. regund. d. Lext. ut. ff. eodem.

Ad Thef. 7. 8.] In hac actione vi bonor. raptor. non spectatur rem in bonis esse; nam sicut in bonis, sicut non sit: si tamen ex bonis sit, id est, ex dominio, locum hac actio habebit, unde quod est in aliis omnibus, persecutionibus & petitionibus, in bonis esse videtur, hoc est ex bonis est, vt loquitur I. Cius in l. bonorum in fin. ff. de verb. signif. Ex bonis esse dominio, quæ in dominio nostro non sunt, sed quarum plus vel custodia & periculum ad nos pertinet utrum res commodata & de posta, pignorata, locata: non autem reales seruitutes, l. 1. ff. de fin. & v. fr. In bonis sunt non tantum quæ nostra sunt, sed etiam quæ bona fide à nostris possidentur, vt Modestinus inquit n. l. in rem in bonis ff. de acquir. rer. dominio generaliter igitur omnibus datatur hac actio, quoniam interest res rapitas non fuisse d.l. 2. 17 q. & generaliter. b. ist. nu. Vnde & commodatarius & bone fidei possessores eam actionem habeant, & hinc finiti.

Ad Thef. 9. 10. 11. l. 15.] Tantum de rapina. Nunc de l. Aquilia, cuius tria fuerunt capita, quorum primum & tertium adhuc sunt in usu; primum tu complectitur alienum hominem; 18 id est, seruum, & aliena quadrupedem, quæ pecudum est numero, hoc est, coru animalium numero, quæ gregatim habentur & paleantur, vt sunt oves, boues, caprae, equi, muli, asini, iues, l. legatis. q. priorib. ff. de legatis 3] Canis inter pecudes non habetur, vt nec Visi Leones, Pantheus, q. bestiarum loco sunt. l. 2. ff. ad l. Aquil. Sed queritur, Anne competit primum caput pro seruo proprio. Resp. Quod non, quia seruus proprius licite potuit occidi, quia tamen licentia est restricta per constitutionem Antonini Imperat. q. i. sup. de his qua sunt serui vel alieni sur. quia iubetur is, q. seruū propriū intercitat tu minus puntum, q. si seruū alienū occidit, 19 vbitamē Wescnb. addit pena illa est tantum arbitriā, nō minus punitur, hoc est, punitur, nō est liber a pena, sed tamē pena tu graui non afficitur, sicut is q. seruū alienū occidit, hoc

hoc est, persona legis Cornelie de Sicariis. Inuria autem occidit, qui culpam etiam leuisissimam
20 committit, finitimitas etiam & imperitia culpa non numeratur. *I. imperitia. ff. de reg. iur.*
Sed obnicitur ita: In pari causa paria iura sunt statuenda, sed index tenetur ex quasi delicto, si male iudicat. § *infra de oblig. que quasi ex delict. nesc. Resp.* Multa maiora damnum inferuntur, a iudicibus male sententiam pronunciantibus, quam a medicis feruum iustum male curantibus, & quod a iudice peccatur, per actionem in factum reputatur.

21 Ad Thes. 14.] Actio legis Aquiliae in factis delinquentis heredes non datur nisi lite cum defuncto contestata, quia tum res non est integra amplius. Deinde si delinquens vel heredes eius (qua una sunt persona) locupletiores sunt facti, quia nemo debet locupletari cum alterius iactura. *I. iure natura. ff. de reg. iur.*

22 Ad Thes. 15. 16.] Ultimatio pertinet hac actione & omne dampnum, quod præterea nobis adest; Et liberum est, hoc est, in electione haber, an quis velit serui occisi nomine agere ad personam legis Cornelie, an vero velit priuato iudicio. Aquilia agere quemadmodum etiam de rapina supra dictum fuit.

23 Ad Thes. 17. 18.] Ex tertio capite legis Aquiliae ceterarum rerum damnum persequitur, præter hominem & pecudem occisos, si qui forte vestrum fractum aut ruptum fuerit inuria. Cui opponitur *I. si quis tabulas. 33. ff. de dol. malo. vbi tabule testanentur. d. lentur,* inde tamen actio *I.* Aquilia ex secundo capite non datur. *Resp. Actione I. Aquilia agit dominus.* H. cautelem hæres nondum adiut heredi, aem, quia dum ad letæ sunt tabule testamenti, hereditas non potest adiuti. Sic tutor non potest agere ante ad tam hereditatem in loco opponi *I. qui est tabulas. 42 ff. adl. Aquil.* vbi agitur ad exhibendum & non ex *I.* Aquilia *resp.* Si cœliger adiut hereditatem.

Ad Thes. vltim.] In hac thesi vltima proponuntur & ictiones ex *I. Aquilia directa, ex verbis directis I. Aquilia: in factum, vbi nec verba nec sententia adest: directa & si corpori a corpore damnum datur, puta si ergo manu mea vel corpore corpus laedo.* Sed obnicitur *I. quis in actione 74. I. item si ob. iuris 9. §. 1. & 2. ff. de l. Aquilia.* vbi in factum actio competit, quando corpore a non corpore sit damnum, vbi tamen secundum thesin datur utiles. *Resp. Welsch. Simpliciter affirmat vbi utilem propterea undem effectum & cognationem, pro in factum actione, ponit id quod est notandum.*

Ad Corollarium.] Quod erit latus eleganter, An aggressus a latrone vel alias etiam ab æquali, aduersarium possit interficere licite etiam si fugiendo possit se saluare? Et factum tanquam veritati magis coalentaneam defendimus: Fundamenta nostra sunt haec. Primum, latro qui alium aggressus vel æquals causam præbet tumultus, dam sine causa in alium impetum facit. Merito igitur tum etiam causam præbet occisioni, et si alius prævenit, cui insultatur & eum interfici, qui primum fecit aggressum tum enim primus aggressus se ipsum occidit, paria sensim sunt occidere & causam ad id dare. *I. nihil. 15. impr. ff. adl. Cornel de Sicar.* Et hoc casu defendit se quis moderamine inculpatæ tutelæ *I. 1. & ibid. D. l. C. vnde vñ N im aduersus periculum naturalis ratio promitterit se defendere *I. 4. 10. pp. ff. adl. Aquil.* omnesque illi & iura id permitiuntur. *I. & G. ff. de iust. & iur. I. scientiam. 45. ff. adl. Aquil. am.* id quod etiam facta literæ concedunt. Nam si quis aliquem sine causa occidebat, ei ciuitates refugii subveniebant, quia necessitate defensionis, quæ iuris est naturalis, id fecerat quemadmodum in libris Mysyis legitimus. Int' summa damnum, quod quis sui culpa fecit, ne minimus imputet *I. damnum. ff. de reg. iur.* Et hoc non tantum verum est, ut qui in iuriis fugiendo se possit quis saluare, non tam fugiat, ut est communis opinio, quemadmodum refert *Iul. Clarus lib. 5. sent. §. homicidium. nu. 32. Iason in d. &**

454

Vim ff. de iust. & iur. Bossius in tit de homicidio. nū. 86. Id etiam † Carolus V. in suis constitut. 28
tionibus criminal. artic. 140, concedit, vbi hec sunt verba: So einer jemandt mit einer
tödlichen Waffen oder Wahr überlaufft / ansicht oder schlecht / vnd der beseigte
könne ohne Gefährlichkeit seines Leibs / Lebens / Ehr vnd guten Lernuths nicht
entweichen/der mag sein Leib vnd Leben ohn alle Straff durch ein rechtes Gegewehr
rettet: Hic vides coniungi vitam & famam, vnde non est dubitandum de veritate & cer-
titudine huius opinionis, quin ea, qua in Camera sunt recepta pro lege habeantur, cum
sunt constitutiones Imperatorix, tot. tit. ff. de const. princip. §. sed & quod principi sup de iur.
N. gen. & C. Iuuatur autem huc Caroli V. constitutio optimis rationibus & legibus de-
sumtis, quia turpe est & ignominiosum, viro graui fugere, cum fama & honor ante omnia
sit seruandus & defendendus, quia fama & vita pari passu ambulant. *L. inst. ff. de manu-*
mis. & vind. Ergo dum quis fugere non tenetur, quando sine vita periculo non potest elabi, nec
eriam dum cogitur fugere, quando sine fama periculo, iactura & detimento non potest
effugere, præterea honor omni commodo pecuniarior praefertur. *L. Italianus ff. si quis omis-
sa causa testamenti. l. i. i. s. quidē ff. quod metus causal. reprehendēda. C. de institut. & substitut.*
L. miles. §. sacer ff. ad l. Iul. de adulter. Secunda ratio: quia fortitudinis est, non † formidare
ex qualem & haec virtus propterea in Athletis commendatur. *L. 7. §. si quis in colluctatione ff.*
adl. Aquil. Tertia ratio quia eriam si quis polliceri sibi possit tutam fugam: tamen sape
aliter id cadere potest, vnde tutius est expectare certationem cum latrone vel aquali. Et
haec rationes satis sunt urgentes.

Sed nū videbimus ea, qua huic sententiae aduersantur, & quidem afferri possunt tex-
tus ex iure ciuili, & præstimum *L. scientia* 45. §. quia cum aliter. ff. ad l. *Aquil.* vbi dici-
tur innoxios esse eos in defensione qui aliquem interficiunt, si se aliter tunc non possunt,
Ergo à contrario sensu, qui aliter se tueri possunt, noxii sunt. Sic in §. iniuria. *Inst. adl. Aquil.*
expresse dicit Justin. Imp. eū qui latronem insidiatorem occidit, esse tutū, si aliter effugere non
possit. Idē dicitur in l. 2. C. ad l. *Cornel. de sciar. in Verb. in dubio vita discrimine constitutus, &*
in Clementina i. de Homicid. §. fin. vbi dicitur eum esse immunē ab omni pena, qui occi-
dit aliquem: Si non possit aliter evitare mortem, ergo à contrario sensu, si potest evitare
mortem, non est immunis. Resp. Sunt aliqui, qui illam sententiam defendunt, eaque ma-
gis videtur placere Romuleo, in tractatu *L. Et Cim. ff. de iust. & iur. n. 38.* Imo etiā Carolus
V. d. artic. in fin. addit. vñangefeshen/obes dem geschriftenen Rechtē vnd gewonheiten
eutgehen wehye. Et forte ad dictos textus his verbis respiciunt, sed tamē & similes textus ni-
hil obstant, quia propter superiores rationes ex textibus sumtas de honore & fama defen-
denda, dicendum est eos loqui in tali casu, quando quis potest saluo honore & salua vita
alicui parcere, tum pietas & leges volunt & iniuriam illatam † non propria auctoritate sed 31
remedio magistratus vindicet: Quamuis etiā parum referret dicere Carolū V. sua consti-
tutione illos textus correxisse cum constitutiones † posteriores Imp. semper sint firmio-
res. *L. Vlp. ff. de const. princip.* Secundo obiicitur; pietas non patitur honorē præferre saluti,
& vita alterius. Resp. In foro poli quidem videtur haec sententia periculosior, sed in foro
soli, optime toleratur & defenditur, id dum Imp. considerarunt, facile quid hac in re
suis constitutionibus permiserunt, propter humanam conditionem sortem, & utilitatem,
quia ipse † inuasor sibi ipsi quasi damnum afferit, & certum est Imp. posse etiam quid in 33
hac re contra sacras literas constituere, quemadmodum in simili videmus factū in poly-
gamia, libello repudii & similib. Borch. in c. 1. de fure. Tertio obiicitur *L. furem* 9. ff. adl.
Cornel. de sciar. vbi aliter distinguitur. Respond. non loquimur hic de fure, circa quem
distinguitur inter diurnū & nocturnū ut additio habet in d. §. iniuria. h. sit. in Verb. latronē.

Deniq; obiicitur. Honoris lassionem & iacturā posse peti & resarciri apud magistratum;
nec quis debet propria autoritate vindicare. Resp. Id fieri quidē posse, nisi turpe esset corā
mundo fugere, vnde id Carolina constitutio permittit; vera igitur manet sententia Ca-
soli nostri,

DISPUTATIO XXXV.

De iniuriis & obligationibus ex quasi delicto descendantibus.

CONTIN VATIO.

*Expositis tribus delicti priuati speciebus supereft ut de iniuria etiam¹
paucis videamus.*

Thef. 1. Est autem iniuria, quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aures,
aut turpitudine vitam famamque bonam alterius violat.

2 Et generaliter dicitur, omne quod non iure fit: Specialiter vero alias
contumelia à contemndo sic dicta, de qua h.t.n. alias culpa, *vt in l. Aquilius*,
alias iniquitas & iniustitia, cum contra leges quid iudicatur.

3 Inuria *vt fiat* requiritur dolus animi, contumeliam alicui facere volen-
tis, vnde consequens erit dicere, furiolum & irapuberem, cum doli non sint
capaces, etiam si pulsent, siue conuitum dicant, iniuriam facere non videri
& dormientem etiam cum surioso æquiparari.

4 Quamvis qui per ebrietatem iniuriam facit, dolo caret, propter culpan
tamen quæ præcedit non excusat ab iniuria, reali scil. & atroci; à verbali
tamen omni modo si discussa vinolentia sobrium pœnitiat.

5 Inuria tribus potissimum fit modis, re siue facto, verbis, & literis seu
scriptis iniuriosis, astimaturque vel ex facto vel ex tempore aut loco, vel ex
persona tam facientis quam accipientis aliisque circumstantiis.

6 Re dicitur committi iniuria, & quidem atrocissima; quando quis se pul-
satum aut verberatum, vel domum suam vi introitam docet.

7 Verbis, cum alicui vitium fit, veluti si quis fur, nequam aut latro nomi-
netur; Hinc magistratus summa afficiunt aliquem iniuria, quando præter &
supra officium cum concutiunt, aut etiam contumeliosis verbis onerant, i-
mo incognita sepe causa, odio fortassis quodam adducti, iniustum senten-
tiā contra aliquem ferunt.

8 Circa hanc speciem queri etiam solet, an veritatem per conuitum di-
cens iniuria teneatur? Et eū teneri si Reipub. non expediat conuitum scire,
asserimus, alias non si id probet.

9 Literis fit iniuria, cū quis carmē vel historiam ad infamiam alicuius per-
tinentem scripsit, vel componi curauerit, ediderit, cecineritve, & non tan-

turn iniuriarum cum autore famosi libelli agi potest, sed etiam intestabilis efficitur, & propterea nec testamentum facit nec ad id adhibetur.

10 Non solum igitur is, iniuriarum tenetur, qui recipia facit iniuriam, sed & qui perfluerit, iusfit, mandauit, curauit ut iniuria fieret.

11 Si plures iniuriam fecerunt, singuli tenentur, imo non solum tenentur, sed etiam iniuria damnati famosi efficiuntur.

12 Pati iniuriam possunt omnes, cuiuscunq; sunt ætatis, sexus, conditionis, statusve.

13 Et non solum in semetipso veluti cum directo patrifamil. & matrifamil. sit iniuria, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habent, seruos, vxorem, nurum, sponsam & defunctum, cui heredes existimus.

14 Per seruos tamen non iisdem modis, quibus per liberos & vxores domino iniuria fieri intelligitur, sed ita cum quid atrocius commissum fuerit vel quod aperte ad contumeliam domini respiciat.

15 Quamvis tamen si serui tantum contumeliam respiciat & ipse manumittatur, nec dominus agat, ob id iudex iniurianti pœnam infligere debet, nullum enim maleficium in Rebus publicis impunitum remanere debet.

16 Si communis seruo iniuria fiat ex dominorum & seruorum qualitate & dignitate iniuria illata æstimatur, sed æstimate iniuria non consequitur quis æstimationem nisi pro portione domini.

17 Quod si vñfusfructus in seruo Titii est, proprietas Mævii, magis Mævio iniuria fieri intelligitur nisi in contumeliam vñfusfructuari solū id factū constet.

18 Sed si liber homo vel seruus alienus mihi bona fide seruit, & in mei contumeliam ei facta sit iniuria, mihi iniuriarum actio competet alioquin ipse liber vel seruus dominus agit.

19 Poena autem iniuriarum, quæ ex l. 12 tabul. propter membrum quidem ruptum talio erat: Propter os fractum nummaria &c. in desuetudinem abiit, sed quod prætores permiserunt iis qui iniuriam passi sunt ipsi ut existiment iniuriam, & iudex vel tanti reum condemnet, vel minor s prout ei visum fuerit, in iudicis hoc tempore frequentari assirimus.

20 Pœnam tamen à lege iudicis arbitrio remissam, ad mortem usq; à iudice extendi non debere, nisi delicti aut circumstantiarum qualitas sit talis, quod de iure communi vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda tanquam opinionem magis tutam & mitiorem ponimus.

21 Imo non tantum prætorum prætorū de iniuriis in genere, videlicet tam verbalib. quam realibus, sed etiā Cornelii Syllæ legē in specie, ex his tamen tribus tantum, si quis te pulsatum, verberatum vel domum vi introitam dicit, etiam ponimus.

22 Et de omni iniuria siue leui siue atrociis qui eam passus est, vel ciuiliter vel criminaliter agere potest: utroque tamen modo ad vindictam, & ob id etiam altera alteram consumit.

23 Tollitur vero haec actio primum dissimulatione; deinde nuda remifione, tertio tempore: Si enim iniuria affectus intra animum utilem, id est, a tempore scientiae iniuriarum, actionem praeatoriam (excepta tamen scripta iniuria) non instituat, postea agere volens non audiatur.

24 Quarto tollitur haec actio morte, nisi a defuncto lis fuerit contestata; Quinto transactione & iureiurando.

25 Absolutis itaque nunc tribus obligationum speciebus nempe iis, quae ex contractu, itemque ex delicto proficiuntur: postremam quoque speiem, quasi ex delicto descendente, subiungemus.

26 Est autem quasi delictum proprium, quando quis, neque ex dolo, neque ex lata culpa sed magis ex imperitia siue negligentia sua suorumve conuenienti potest.

27 Veluti si iudex litem suam per imprudentiam fecerit, vel si quid ex coenaculo alicuius deiecitum effusumve fuerit, quod alii norunt, & quidem in duplum damni quod datum est, conueniri potest.

28 Sic si quis ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet quod potest si ceciderit, alicui nocere, in 10. aureos condemnatur, ob hominem vero liberum occisum quinquaginta aurorum poena constituitur, sed si viuat, nocitumque tantum ipsius corpori sit, quemadmodum ob eam rem aequum iudici videtur, actio datur.

29 Filius famili. si seorsim a patre habitauerit, & quid ex coenaculo eius deiectum effusumve fuerit, siue quid positum suspensumve habuerit, cuius casus periculosus est, non pater ipsius, sed ipse ob id tenetur, quod & in filiofam. iudicii obseruatur, qui litem suam fecit.

30 Tertio exercitor nauis, aut cauponae aut stabuli de damno aut furto, in nauis aut caupona aut stabulo commisso quasi ex maleficio tenetur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera naues aut cauponam exercet.

31 In hisce autem casibus in factum actio competit: quae heredi quidem datur; Aduersus heredem autem non competit, quia penalis actio non transit ad heredes.

Corollarium. An actio ad recantationem siue palinodiam infamet, & auctoritate ciuilis vel criminalis, questio est; & non agi hic ad infamiam, ciuilisque eam esse actionem non criminalem. asscrimus..

DISPUTATIONIS XXXV.

De iniuriis & obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur:
objectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Iniustitia an sit cum quid contra leges peccatur.*
2. *Iniuria quid sit.*
3. *Iniuria an recte dicatur tribus modis fieri.*
4. *Pulsationis vocabulum in definitione iniuria generaliter accipitur.*
5. *Dolus animi omnium delictorum causa est.*
6. *Iura Civilia plurimum faucent ebrios.*
7. *Ebrietas omnino ab iniuria excusat.*
8. *Ebrius iniuriam alicui faciens an & quomodo teneatur.*
9. *Constitutio Caroli V. de ebrietate, quomodo accipienda.*
10. *Homicidium per ebrium commissum non punitur pena ordinaria.*
11. *Ebrius & furiosus quomodo differant.*
12. *Iniuria ex circumstantiis tam facientis quam accipientis estimatur.*
13. *Realis iniuria an sit omnium atrocissima.*
14. *Verbis & literis quando iniuria sit.*
15. *Mandatum contra bonos mores quando sit obligatorium.*
16. *Iniuriarum actiones lares simul conueniri posse.*
17. *Iniuriam pati qui possint & quot modis.*
18. *Servis an possit fieri iniuria.*
19. *Iniuria seruo communis illata, quomodo estimetur.*
20. *Penca iniuria ad estimationem hodie frequentatur.*
21. *Iniuria qua sit scriptura, capitalis est.*
22. *Ciuslitter & criminaliter agi potest ex omni iniuria.*
23. *Actione iniuriarum quot modis tollatur.*
24. *Annus quo iniuria actio durat, an sit vitiis vel continuum.*
25. *Actiones pratoria sunt annales.*
26. *Actio ciuilis ex tribus casibus l. Cornelias descendens, an sit annalis vel perpetua.*
27. *Actiones ex lege descendentes sunt perpetuae.*
28. *Actiones iniuriarum quis sit finis.*
29. *Quasi delictum quid sit.*
30. *Iudex male iudicans an ex delicto vel ex quasi delicto teneatur.*
31. *Pena eorum qui quid positum aut suspensum habent ex loco, & si decidat nocere alii possit, que:*
32. *Filius fam. si ipse damnum dat, ipsam tenetur.*
33. *Dominus nautis, caupona & stabuli, de domno conueniri potest, si quod in nautis, caupona, stabulo datum est.*
34. *Actiones aduersus nautas duas sunt.*
35. *Actio ex quasi delicto descendens, non transit ad heredes.*
36. *Actio ad Palnodiām vel evocationem, an infames.*
37. *Reclamatoria actio à quo introducta.*

- 38** *Iniuriarum actio an infamer.*
39 *Actio ad palinodiam an sit civilis vel criminalis.*
40 *Criminalis actio in Camera non admittitur.*

Tribus prioribus delictis priuatis nunc absolutis, succedit iusto ordine quartum, scilicet iniuria, quæ similius inter priuata maleficia numeratur. Nam graue est famam aliquius lacerare, vel alias aliquem iniurioso pulsando, verberando, &c. excipere, quemadmodum exseqq. apparebit.

Ad theses 1.2.5 21.] Videtur hic male thesis secundam esse positam, quae praecedere debueret, cum sit general. or, cui respondentum est theses esse arbitrarias, & patrum referre, an praecedat vel sequatur nominis definitio. Affirmant autem in thesi secunda † iniuriam esse cum quid contra leges iudicatur. Cui oppono *l. pen. ff. de iust. & sur.* vbi dicitur ius esse, etiam si prætor iniquam sententiam dicat. Respond. Additur ideo esse ius, quia respicitur ad id, quod prætor facere debuit, non q[uod] fecit, & potest illa iniquitas facile corrigi beneficio appellationis *toto iur. ff. de appellat.* Deinde in thesi 1. affirmatur tribus modis fieri iniuriam, scilicet pulsatione corpus aut convitio aures aut turpitudine vitam famamque bonam violando, & haec definitio est ex autore ad Herennium, & dicit Horat. man. hic, iniuriam sic recte definiti posse: (alias definiti potest † delictum dolo malo ad alterius contumeliam animo iniuriandi admisum) Sed quod dicitur: † iniuria in hisce tribus modis fieri, ei obstat videtur id quod in thesi quinta ponitur, vbi aut si re, aut verbis aut literis. Respond. Illa optime & facilime inter se possint conciliari, ita ut simul optime stent. Quando iniuria sit pulsatione corporis est realis: quando convitio & lugillatione aurium, tunc est aut verbalis aut sit literis; quando denique vita & fune turpitudine violatur, illud aut verbis sit aut literis, & sic h[ab]et in eterne sunt composita. Sed contra datam solutionem opponitur *l. 1. §. iniuria autem duobus modis fieri tantum.* vnde colligitur quod tantum realis & verbalis sit iniuria, id quod in thesi *vigesima prima* dicetur, quae cum aliis thesibus videtur pugnare. Respond. Aut dicimus in d. l. 1. §. *iniuria autem agi tantum de reali & verbalii iniuria & non de ea quae sit scriptura vel famosis libellis: Videlicet sub verbis, literis continet, nam & gestus ad realem iniuriam pertinet, vi & alia facta, l. 13. §. quis me prohibeat ff. de iniuriis.* Idem responderi potest *ad l. aut facta. ff. de pen.* vbi dicitur aut puniri facta ut furta, cades, aut dicta ut conuictio. Denique definitio iniurie obstat videtur tale argumentum. Definitio angustior definitio est viciosa: *Talis est haec definitio: Ergo est viciosa.* Minorem probo ita, quia iniuria realis non tantum sit pulsando, sed etiam verberando, domum aliquius vi introeundo, & alii modis, & tamen diff. crundi pulsare & verberare; Pulsare enim est sine dolore cedere; verberare, cum dolore, *Llex Cornelius s. 1. ff. eod.* Resp. In definitione † pulsationis verbum generaliter accipitur, ita ut reliqua contineat; alias cum distinguitur pulsatio à verberatione specialiter accipitur, quod est notandum.

Adthes 3.4.] Agitur in thesateria de causa, ex qua iniuria ut & alia delicta existunt, scilicet de † dolo animi: tibsq; dolo enim nemo delinquere videtur. Vnde merito is qui ebrius est dolo caret, cum furioso si nolis sit, qui nescit quid agit. *Iuris f. de regul. iur.*
Et hic casus specialis est & exquisitus, prædictum cum etiam iura ciuiihā plurimum † fauicte ebriis, id quod primo constat ex *L. Eric.* C s̄ quis Imperat. maledix. vbi dicitur, quis ebrius pudoris & vetercundia nescius, id est, modestiae ignarus Imperatori maledixit, si il fecerit ex leuitate contemnendum esse, si ex infanta, miseratione esse dignissimum, si ex iniuria remittendum, ne quid asperum aut durum constituatur, & potius esse penitandæ

persandas personas quam dicta: Si iam Imperator hoc dicitur negligere & ignoscere ebrio, qui tamen in somno dignitatum gradu est constitutus, multo magis viliores & priuatæ personæ id contempnere debent, præsertim quando personam ebrii debent considerare & attendere sic in Lomme 6. §. per Crim. ff. de re milit. vbi. dicitur per vinum aut laevigiam lapidis pœnam esse capitis remittendam: Si pena remittitur, ergo t'ebrietas omnino excusat; Et hoc attende adhuc, est loqui illum textum in casu rei militaris, & quidem in bellis stricior est disciplina & temper grauior pœna propter infidias & excusiones hostis singulis momentis metuendas; si igitur ebrio in bello parcitur, multo magis etiam in pace.

Sed obiicitur ita, qui facit iniuriam dolo non caret, ebrius facit iniuriam & quidem realem, si aliquem vulnerat & damnum post ebrietatem relinquit: Ergo dolo non caret: Minorem probo ex thesi quarta, vbi affirmatur cum dolo carere, & tamen iniuriam facere, quod pugnat cum thesi precedentib. Respond. Aequitatis & specialitatis ratione inspecta, nulla hic pugna est. Nam ebrius iniuriam facere potest, hoc est, aliquem pulsare, verberare vel conuictis proscindere, facit id sine dolo malo, sine animo iniuriandi, vnde propriæ iniuria esse non potest. Quia tamen est in t'culpa, quando damnum facit, hoc est, quando alterum realiter iniuriatum est, hoc est, verberauit quia vitare posset & debuisse ebrietatem, tenetur non quidem ordinaria iniuriarum actione, sed officio iudicis pœna quadam arbitraria & extraordinaria. Sed obiicitur ita: Ebrius duplii pœna est dignus secundum Aristotelem lib. 5. Ethic. Ergo omnino grauius est puniendus ebrius. Respond. Id Aristoteles & Ethici dicunt, Iurisconsulti & quiores sunt in hac parte, considerantes, sape aliquem honeste non posse abstinere ab ebrietate, id quod fieri sape locus, persona & alia volunt & exposcent. Tertio ita obiicitur. Quicquid generalibus constitutionibus Imp. est prohibitum pœna mitigationem & remissionem non admittit. Ebrietas novissimis constitutionib. Caroli Quinti & aliorum est prohibita: Ergo pœna mitigatione non datur ebrio. Respond. Refert Andr. Gail. lib. 2. pract. obfir. 110. num. 24. Publica lege Imperii comitiis Augustanis Anno 1500. 1530. 1540. fuisse id prohibitum, & est titulus de Computationib. vom Zutritzen/ sed dicit eas constitutiones de immoderata & dibebendi consuetudine, vel potius affirmat distinguendam esse inter ebrieratem, Trunkenhett/ & ebriositatem, hoc est, abusum seu habitum portandi, Vertrunkenheit/ Ebrietas quæ sit ex casu & ignorantie non ex proposito, non ex ægapeœti seu industria ea etiæ apud Theologos excusat & peccatum est veniale. c. criminis. §. Crim. dis. 25. Imo t' homicidium per talum ebrium commissum non punitur pœna ordinaria. l. Cornelie de securis. que in admodum Gail. d. loco. num. 27. cum seqq. testatur. Denique obiicitur ita. Ebrius furioso & mortuo comparatur. c. Center. 35. dis. 1. & in c. sane. 15. quæst. 1. Imo impuberi similis est, qui nullum habet iudicium; Ergo etiam si realem iniuriam fecerit, omnino est excusandus ebrius, vnde & Romuleus in tract. l. Et vim. ff. de insit. & iur. dicit pœnam mitigari hoc casu, & constitutiones Imp. de ebriositate potius loqui, quod tamen in thesi quarta negatur. Respond. Etiam si furioso & mortuo ac impuberi ebrius possit comparari, tamen omnis similitudo claudicat, & t' differentia inter hasce personas est, quia ebrius sua voluntate se in ebrieratem precipitat: Furiosus non sua voluntate, sed facto & casu sit furiosus, quamvis tamen aliqui iusto dolore vel nimio studio tale malum sape sibi contrahant, vt exempla ostendunt id quod potius dolendum & excusatandum est; Deinde impubes non sua voluntate pulsat, quia animum nondum habet, sed per fragilitatem & infirmitatem iudicii, vnde omnino excusat, quod in furioso secus est.

Ad thesin 5.6.7.8.9.] Agitur hic de modis tribus, quibus iniuria sit, scil. Re, Verbis, &

- 12 Literis. [Et quidem aestinatur † ex circumstantiis, puta ex tempore, loco, persona tam facientis quam accipientis. §. atrox. h. tit. l. Vulneris ff. de iniur. Redicitur fieri iniuria & quidem atrocissima, quando quis se pulsatum aut verberatum, aut domum suam vi introitam docet. Cui obiicitur ita. Omnia atrocissima iniuria est, que sit verbis & literis. Ergo 13 non illa, † que re sit. Respond. Pro subiecti materia id est intelligendum; nam hi cœ modis Re iniuria sit atrocissime, scil. pulsando, verberando & domum alterius vi introeundo: reliquis modis non ita atrociter, puta si quis alicui affentatur §. l. h. tit. & aliis modis, puta gestuum deformatione, alias non negamus generaliter dicendo inter species iniurie, nullam esse grauiorem, atrociorum & acerbiorum, nisi que verbis seu famosis libellis sit; Deinde ei, quod dicitur atrocissimam esse iniuriam, si dominus alicuius vi sit introita, obiicitur l. qui in dominum. 23 ff. de iniur. vbi quis in ius vocatur, vbi dicit comparere, & aliena domum vi ingressus fuerit, tenetur iniuriarum actione, cum tamen licite vocatus veniat. Respond. Per se iustum est vocatum in iudicium comparete tot. tit. ff. si quis in ius vocatus. Male autem is facit, qui in ius vocatus est, quod in dominum cias, à quo vocatur vi irrumpt, quod facere non debuit in contumeliam ipsius, qui cum in ius vocavit. Verbis etiam sit iniuria, quando aliquis aliquem conuicti onerat, & literis sit, quando famosum libellum scribit, componit, vel componi edue curavit, tot. tit. C. de famos. libell. §. h. sit. num.

Ad thesin 10.11.] Affirmatur non solum eum teneri iniuriarum actione, qui re ipsa iniuriat, sed etiam qui persuasit, iussit, mandauit. Sed obiicitur tale argumentum: Reiturpis nullum est mandatum. l. si remunerandi. 6 §. rei turpis. ff. de mandato. Ergo nullum producit obligationem, & per consequens is qui mandat, non facit iniuriam, nec iniuriarum actione tenetur. Respond. Mandatum † cœtra bonos mores non est obligatorium, hoc est, non habet maiores, nisi deducatur in actum, tum enim quia eventus sequitur, merito is tenetur, qui fecit, & qui consilium dedit, quemadmodum in furto sit, ut supra dictum fuit per l. sape. ff. de verb. sign. in fin. Et regula est: Consilii non fraudulentem nullam esse obligationem. l. consilii. ff. dereg. sur. Ergo a contrario sensu: si consilium est fraudulentum, obligatio procedit in hoc loco; Sciendum est autem † etiam plures & singulos posse iniuriarum actione conueniri, si iniuriam fecerunt, eosque famosos effici. l. i. §. l. athlet. ss. ff. de his qui non. infam.

17 Ad theses 12.13.14.15] Pati possunt iniuriam † eniuseunque ætatis, sexus, conditionis & status homines: Et non tantum per nosmetipso, sed etiam per eos, quos in potestate habemus, iuriuriam patimur, quia vt Vlpian. inquit Ind. l. 1 §. 2. ff. eod. Spectat ad nos iniuria, quæ iis sit, qui potestati vel affectui nostro sunt substituti. Sed obiicitur tale argumentum. Seruis nulla sit iniuria. §. seruis. h. tit. n. Ergo falsum est quod dicitur in thesi 15. Resp. Inspecto iure Civili † non videtur seruis iniuria fieri. Inspecto iure naturali, quo personam habent, l. in personam serui. ff. de reg. iur. ipmis iniuriam fieri dicimus, eaq; æstimatur ex qualitate serui, & quidem vindicatur a iudice, si dominus non vult agere quemadmodum ICtus dicit in l. item apud. 15. §. stag. prator. 44 ff. eod. idque ideo ne delictum etiam vili personæ factum maneat inultum & impunitum. l. s. sit. Vulneratus. in fin. ff. ad l. Aquil. Qualitas autem serui æstimatur ex officio: licet enim vna eorum sit conditio. §. vni. supr. de sur. perso. distincta tamen possunt habere officia, vt h. tit. n. dignitatem autem non habent.

18 Ad theses 16.17.18.] Si communi seruo iniuria fiat † ex dominorum & seruorum qualitate & dignitate iniuria illata æstimatur, quemadmodum Imp. Iustin. expresse dicit in §. ss. communi. h. tit. n. & nihil amplius addit. Sed oppono l. sed non esse æquum. 16. ff. de iniuri:

vbi dicitur non ex qualitate seruorum, in quibus est qualitas, nec ex dignitate dominorū esse aestimandam iniurianam seruo communi illatam, sed ex portionibus dominii, hoc est, quantum quis in seruo habet, idque esse faciendum officio iudicis. Respond. Dominus Borcholt. vult Iustinianum amplecti illam sententiam tantum, quod ex qualitate & dignitate seruorum & dominorum in seruo communi sit aestimanda iniuria, non pro portionibus dominii, idque propter ea quia seruis nulla iniuria fieri potest. d. §. seruus. h. tis. n. & putat d.l.16. non obtinet, sed fusile Pedius sententiam à Iustin. reiectam, id quod periculum est dicere & diuinatorium; potius igitur dicius cum aliis quemadmodum etiam in thes. 16. ostendimus, iniuriam seruo communi illatam aestimari ex persona dominorum simpliciter puta, si dominus unus est nobilis dentur ei forte ab iniuriante viginti solidi: Si est ignobilis alter dominorum dentur decem solidi, pro portione dignitatis, ut vult gl. Wesenb. & Pac in d. §. seruus. Et hoc Iustin. tantum ponit; Nihil autem Imp. dicit de eo, quidnam obtineat aestimatione iam facta. Et hoc cum ex d.l.16 constat nimis applicationem istius aestimationis factae ita esse incundam ut quilibet pro parte dominii accipiat: Non enim esset æquum, inquit Pedius, si signobilis in seruo haberet tres partes, & nobilis unam partem, ut plus acciperet nobilis quam ignobilis; Quam solutionem etiam Hotoman. videtur recipere, quamvis Mynsing. putet in d.l.16. contemplatione & intuitu serui tantum esse factam iniuriam, unde condemnatio sit pro parte dominii: Serui autem contemplatione iniuria tantum fit, si nominatur fur, latro: Domino per seruum iniuria fit, si seruus ex fundis domini iniuriose pulsando eiicitur, quia hoc redundat in ignominia domini, cuius operas in fuso prestat seruus; Si autem visum fructum quis in seruo habet, alter proprietatem, ei qui plus habet in seruo maior fit iniuria, id quod ratio dicitur.

Ad thes. 19.20.21.] Pœna l.12. tabul. in desuetudinem abiit: erat autem maior pœna propter membrum ruptū, nimirum talio: propter os fractū minor pœna, quia in uno membro, pura pede plura sunt ossa, ho dic pœna iniuriæ † ad aestimationem frequenter, inquit Iustin: Estque præterea visurata tempore Iustin. Hotoman. hic, hæc ad mortem non extenditur, nisi id circumstantiarum qualitas requirat: Notandum tamen iniuriam, quæ fit scriptura † esse capitalem, quia diutius durat illa iniuriæ pictura. Wesenb. ff. num. Gl. & virum bonum etiam magis enecar tot. tit. C. de famos libell. ideo eius pœna grauior est, & aestimatio iniuriæ non tantum fit, quando hæc actio est prætoria, sed etiam, quando est ciuilis, scil. ex tribus modis, seu speciebus illis, puta quando quis docet se verberatum, aur pulsatum, aut domum suam vi esse introitam, quæ actio tantum dicitur ciuilis, quia ex l. Cornelias est introducta.

Ad thes. 22.] Ex omni iniuria leui & atroci, potest † ciuiliter vel criminaliter agi. Iul. 22 Clar. §. iniuria. n. 4. Ciuiliter agitur, quando pars laesa peti sibi applicari pœnam dicendo in libello, se malle ceterum florenis carere, quam illam iniuriæ pati. Criminaliter agitur, quando quis petit fisco pœnam applicari, idq; arbitrio & officio iudicis; Pœna autem in corpus vel pecuniarum fisco inferenda pro qualitate delicti ad vindictam est comparata §. insuma. h. sit. n. Ciuiliter autem agitur ab auctore ipso iniuria aestimatur medio iuramento suo & cum iudex taati reum condemnat, quanti iniuriæ passus aestimauit, vel minoris, prout ei visum fuerit ex facto, loco, persona, & aliis circumstantiis. §. pœna. & §. atrox h. sit. n. Sed obiicitur l. in Constitutionib. 37. §. final ff. eod. vbi dicitur, quando ciuiliter agitur ex l. Cornelias aestimationem officio iudicis fieri. Respond. Id ideo dicitur, quia iudex aestimationem factam ab auctore moderatur, & taxat prout ei visum fuerit ex circumstantiis.

Ad thes. 23.24.] Tollitur hæc actio † dissimulatione, & nuda remissione, nisi id iniu- 23 R ratus

Clarus extimatis & protestetur se iniuriam ad animum reuocare, Wefenb hic. Tertio more nisi fuerit contestata hic à defuneto. Quarto transactione & iuramento; Cui opponitur tale argumentum: Iuslurandum non sit vinculum iniquitatis; hoc videtur esse: Ergo male. Relp. Iuslurandum non est hic vinculum iniquitatis, quia potest fieri ut quem punit in iuriis factis, si cum adit iniuriatum & cum eo transigit, sane id flagitium tollitur, & si licet id facere in publicis iudiciis. *I. transigere. C. de transact.* Ergo multo magis in privatis flagitiis id licet. Deniq; tollitur iniuria tempore; Et quidē hoc tempus est annuum & vtile quod à tempore scientiae currit, puta si ante annum mihi iniuriam dixisses, & ego resciuisse hoc post annum, non obstante illo tempore anno clapo, nihilominus ego te iniuriarum actione conuenire possum, per totum adhuc annum. Gail. lib. 2. obs. 104. num. 2. Sed quod non sit vtile, sed continuum, hoc est, ex momento in momentum currat ex die illatae iniuriae, vult gloss. item, Mynting, § sed lex Cornelis, & in §. & l. num. 4. h. tit. n. Wefenb. *in parasit. n. 13. b. tit. n.* & Iul. Clarus hic num. 9. Oldendorp. classif. 7. actio. 10. vult idē. Et probari videtur per *I. si non coniusti. s. C. de iniur.* vbi dicitur ex eo die annus incessit, vbi simpliciter de anno dicitur, & quies in iure nostro non exprimitur, qualis debeat es-

se annus futilis ne au continuus, continuus intelligitur. Deinde illa verba sunt notanda, ex eo die, id est, ex die illatae iniuriae: Ergo non ex die scientiae, vnde continuū est tempus. Tertio id probatur per cap. odia. dereg. iur in 6. quia actio iniuriarum est odiosa, vnde potius est tempus enciuandū, non ampliandum, & per consequens potius tempus sit continuum non vtile. Respondeo. Gail lib. 2. obs. 105 num. 4. duas habet rationes ex hisce, sed dicit eas non obstat, & quidem ad primam rationem quod attinet, sciendum est eam non esse perpetuam, sed fallere, ut hoc loco. Secundo, ad *I. si non coniusti.* quod attinet, loquitur illa lex in casu verbalis iniuriae tantum, & quidem in tali casu, quando iniuriatus optime non sit, quo tempore sit iniuriatus, quando id una cum iniuria illata sit, audit, ideo dicitur ex eo die, alias tamen si id non audit, sed post longum tempus ex alio accipit, ex tempore scientiae currit annus. Gail in d. loco. n. 2. & seqq. Tertio ad *d. c. odia.* q. attinet, procedit id quidem alias, sed hic non, propter hanc sequentes rationes, quia actiones pratoria sunt f annales, hoc est, viuant per annum § seqq. vbi ille annus explicatur ff. quod met. caus. per §. *I. infra. de perpet.* & tempor. action. Gail d. loco. n. 4. Secundo quia in omni pre(c)scriptione, quae ex negligentiā alicuius currit, necesse est ut initio ponantur ea, quae negligentiam inducent, *I. §. fin. C. de animal. except.* Et haec fuit etiam sententia Martini, quamuis Ioānes contrariam sententiam sit amplexus.

Quaritur autem, an f actio civilis ex tribus casibus l. Corneliae descendens, sit annalis vel perpetua. Cuiac in tit. de prescript. c. 20. in pr. & in parasit. ff. de iniur. in fin. dicit omnia iudicia ex iniuriis delcendentia esse annalia, idq; ideo q. d. l. si non coniusti. C. cod. non distinguat, & vbi lex non distinguit, nos etiā non distinguamus. l. de prececa. ff. de public. in rem ast. Sed hisce non obstantibus, dicimus id esse perpetuā ex hisce tribus casibus. Deinde l. properandum C. de iud. dicit publice interessē lites discindi. Primo ideo quia est civilis & ex f legē descendentes actiones sunt perpetuae, d. §. 1. infra. de perpet. & temp. action. Secundo q. a d. l. si non coniusti, loquitur de verbali iniuria, quod vox cōvictum satis innuit, & legis Corneliae modi sunt de reali iniuria. Ad secundam deinde rationem ex d. properandum. quod attinet, pertinet id ad p. pcessum triennio absoluendū, vel actionem semel intētātam citius & finiendam, & hanc sententia sequitur Mynt. §. & l. b. tit. n. num. 4. vbi dicit hanc actionem esse perpetuā ex hisce tribus casib, quamuis Oldendorp. d. loco dicat communem esse sententiam, eam esse annua, licet sit ciuilis, ex tribus dictis casib. Ultimo loco est notandum, cīcīa materiali iniuriarum, actionis iniuriarū fūnēm esse, ut publicē disciplinē vigor conseruetur.

465

seruetur, l. *licitatio*. §. quod *illicita*, ff. de *publican*. c. *Gestigal*. Cicero pro *Cecina*: *Actione in-*
teriarum mitigat dolorem immunitate libertatis.

Ad thes. 25. 26. 27.] Hactenus de obligationibus ex delicto provenientib. dictum est; Nunc de obligationib. quæ quasi ex delicto descendunt quoq; est videndū. Est autem tamen quasi 29 delictū non ex dolo vel lata culpa, sed magis ex imperitia & negligentia sua vel suorum. Et quidē primo: Si iudex per imprudentiam litem suam facit tamen ex quasi delicto tenetur. Sed obiectum est talis argumentum: Medicus per imperitiā male tecum ex delicto tenetur, §. *præterea sup.* adl. *Aquil*. Ergo iudex per imperitiā male iudicans non ex qd. delicto, sed ex vero delicto ad exemplū medici tenetur. Resp. Est diversitatis ratio inter medicū & iudicē, medicus profiteatur suam artem & proclamando eam vendit, sed iudex cogitur sepe esse iudex iniustus, tot. sit. ff. *ad municip*. unde si per imperitiā seu imprudentiam peccat sine dolo malo, quasi ex delicto tenetur. Insto & oppono l. *filius fam. 15*. ff. de *iudic*. vbi dicitur iudicē litem suam face-
re, cum dolo malo in fraude legis tententia dicit: Ergo non si per imprudentiam, & per consequens ex delicto tenetur. Resp. dupliciter, iudex litem suam facit aut per imperitiā seu imprudentiam, aut dolo malo. Si per imprudentiam, ex quasi delicto tenetur. Si dolo malo, ex delicto tenetur. Et tum etiā fūnitus litis restituere, & litis extimationem p̄stat damna-
tur. Nam tum habet animum & affectum male iudicandi. Tertio oppono l. 3. § 4 ff. ad l. *Iul. repetund*. vbi dicitur iudicē in iuste iudicantem lege reperundarum teneri. Resp. Id ideo sit, quia si iniustus est iudex & largitionib. atque pecunia patitur se corrumpi mento l. *Iul. repetundatum* conueniri potest, & sic publico iudicio damnatur.

Ad thes. 28.] Statuitur hic pena tamen corū, qui quid posuit aut lūspēlū habent ea parte, 31
qua vulgo iter fieri solet, qd. potest, si ceciderit, alicui nocere & quidē pena 10. aureor. Cui
opponitur valde l. *qua Vulgo. 42*. ff. de *adil. edict*. vbi si homo liber periit, qua vulgo iter fieri
solet 200. aurei dantur: Si autem nocitum ei sit, quantum aquum est iudici. Resp. Illa lex bene
potest intelligi ex duab. præcedentib. Loquitur autem in casu eo, quando quis animal aliquo
puta verrē, canē, vel qd alius habet in eo loco, vbi vulgo iter solet fieri. Nos autem loquimur
in eo casu, quādo resina nimata potest decidere, ex cuius casu damnum derur, quia Reipublice
vile est ut itinera publica securitatē habeat l. 1. ff. de his qd. *de iec. vel effud*. Ergo hic differētia
sit in re, quādam dat, licet res cui damnum datur, scilicet liber homo, utro bique adsit.

Ad thes. 29.] Si filius familie, tamen ipse damnum dat, ipse tenetur non pater, quia ex penalib. 32
causis non solet in patrem de peculio actione dari. L. *ex pñalib. ff. de reg. iur.*

Ad thes. 30. 31.] Tertio, tamen exercitor nautis, cauponæ aut stabulæ, de dāno aut furto in navi 23
aut caupona aut stabulo cōmīssō qd. ex maleficio tenetur, si modo ipsiū nullū est maleficiū,
sed alicuius cotū, quorū opa nauē aut cauponā exercet, & sibi quis imputet, qui im p̄borū
hominū opa vtitur, ergo & corū facta p̄stat & merito debuistet ante explorare, qd adhibeat,
cuius sint innocētia & fidēi. l. *§. 1. ff. naut. caupon.* & aperiēdo stabulū equis accipiēdis totū
videtur p̄mittere receptū, & fidē hominū. Dux autem sunt actiones aduersus tamen nautas, vna qd. 34
delicto cū nauta cōsulit: Altera delictis coercēdis deseruit. Sed obiectum est l. *Vn. §. 1. ff. furti*
aduersus nautas, vbi non p̄stat factū viatorū. Resp. Eorū, quib. non patet hospitiū, quos qd
ex necessitate cogitare recipere, factū non p̄stat, quia hos non nouit. Na sepe cōmiseratione &
necessitate tēpestatis cogimur aliquos recipere, alias qui exercet nauē ut traiicit vectores,
tenetur ex facto corū quos traiicit. Secundo obiectum, vtramq; hanc actionē esse iniusta,
quia nauta, capo & stabularius non accipiunt mercedē pro custodia, sed tantū p̄ vnu nauis,
caupona, stabuli. At nemo potest obligari ultra id, qd cōuenit: Ergo nomine custodia potest
agi: Deinde iniquū est aliquis de alieno facto condēnari, sed ex posteriori actione ex deli-
ctis familiæ quis tenetur, ergo cōtinet appetitā iniquitatē. Respondeat Oldend. cl. *ff. 7. act. 3.*

in l. cap. in aliis procedere hasce argumentationes, sed hic non procedere propter publicā
·vilitatem, quam hic capiunt viatores, quia alias non possent esse securi. Actio autē hæc
35 quasi ex delicto descendens † non transic in heredes, quia non est æquum, heredem ex de-
functi delicto minime locupletatum, poenam ab eo debitam sustinere, tot. tit. C. ex delict.
defunct.

Ad Corollarium.] Questionis est, an actio ad palinodiam recantationē seu reuoca-
36 tionem infamet vel non? Deinde an sic civilis vel criminalis? Sed hic primo est tenendum
hanc actionem non ex iure communi promanare, sed esse † ex Catoli V. ordinat. in Came-
37 ra Impp. fol. 112. qua quis condemnatur ad satisfactionem & restitutionem honoris, auff
einen Widerruff/ unde & reclamatoria actio dicitur. Ad primam questionem quod at-
tinget, dicimus eam non infamare, idque per Camerae approbatum vsum & stylum, qui pro
lege habetur. Gail. lib. 1. obs. 65. n. 5. cum seqq. & n. 6. Sed obiicitur tale argumentum: A-
ctio iniuriarum infamat. l. 1. & l. athletas. §. fin ff. de iniur. Ergo & actio ad palinodiam.
Resp. Quando actio iniuriarum ita intentatur ut concludat actor per reuocationem sibi
38 restituere bere famam & honorem, & fateatur se iniuriam dixisse, & petat veniam, † non
infamat. Nam manet reseruatio honoris cum hac clausula; daß es jn an seinen Ehren
nit schädlich oder nachtheilig sey/ quemadmodum Gail. in d. loco rescribit, & forte ideo
etiam peccaret eum, qui aliquem violauit infamia & propter penitentiā effugit infamia,
dicit forte se reverto vel calore iracundia fuisse lapsum, & si iniuriarū agitur simul ad asti-
mationem auctori dandam potest id fieri, & vna alteram non consumit Gail d. loco, & hæc
infama; quatinus Dn. Myns. cent. 2. obs. 98. & in §. in summ. n. 5. b. tit. dicat eam infamare,
necc tamen propterea esse criminalē.

39 Altera nunc questione est, † an hæc actio ad palinodiam sit civilis, an vero criminalis?
Quod sit civilis vult Myns. d. cent. 2. obs. 98. & in d. §. in summa. & Gail d. loco: dicit ita ob-
seruari in Camera: rationes eorum sunt hæc. Primo, quia non agitur hic ad poenam fisco
applicandam vel ad publicum bonum promouendum. Secundo, appellatio non recipitur
in criminalibus in Camera, sed tamen ex recepto Germania & Camerae vbi in Camera
frequentatur in hac actione ad palinodiam. Tertio, in criminalibus non regulariter in-
teruenit procurator, qui in his admittitur. Quarto † in Camera non admittitur crimi-
40 nalis accusatio, hæc tamē ibi frequentatur, ergo non est criminalis sed civilis actio. Quinto,
Criminali actione pendeat nulla alia questione locum habet; sed hac pendente aliæ
questiones moueri possunt; ergo non est criminalis. Sed obiiciuntur tria. Primo, actio ad
ad palinodiam infamat; ergo est criminalis. Resp. Myns. concedit eam infamare, sed ta-
men non esse criminalē, quemadmodum nec mādati dispositio, & de dolo actiones cri-
minales sunt, licet infamare. Sed Gail in d. loco. simpliciter dicit eam non infamare, vt su-
pra est dictum. Secundum argumentum est Marantha in speculo aureo, part. 4. dist. 1. n.
17. vbi poena est, ibi criminale quiddam est, sed hæc actio vocatur poena ab Azone: Ergo
est criminalis actio. Respond. Dici quidem potest poena, quia illam iniuriam cogitur in-
iurians reuocare & dicere se eiراس & falsum dixisse; fama autem per id restituitur que-
gratior est omni pecunia estimatione: Ergo est civilis, quia fama redditur & quasi re ap-
plicatur ei, qui famam amiserat. Nihil autem datur fisco. Tertium argumentū est Bart. q.
affert quoq; Marantha in d. loco. & est tale, poena infertur in hac actione in corpus iniu-
riantis, id est, satisfactio delicti per reuocationē, & poena talis indicat criminalē actionem:
Ergo no est civilis, licet sit qđam poena, tamen illa poena est recepta pppter publ. vilitatē
saltem ideo vt absq; infamia alter alteri reddat id, quod amisit, & quod fuit ablatum, ergo
¶ supr. dictum est, potius ciuile hic negotium est. Et tantum etiam de 33. disputatione.

DISPV TATIO XXXVI.

De actionum quibusdam generalibus, rei vindicatione, de
in rem confessoria & negotoria actione.

CONTINVATI O.

Cum omne ius, quo utimur vel ad personas vel ad res vel ad actiones tanquam ad tria iuris obiecta pertineat, & de personis lib. 1. De rebus tam corporalibus quam incorporealibus lib. 2, 3. & partim 4. actum sit Imp. his absolutis nunc ad tertium iuris subiectum, quod de actionibus tanquam obligationum effectibus tractat, iusto ordine procedit.

Thesis. 1. Est autem actio, quæ ex obligationibus nascitur nihil aliud, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.

2 Hanc definitionem tam reali, quam personali actioni conuenire, & actionem à iudicis officio plurimum differre putamus.

3 Omnia autem actionum, quibus inter alios iudices arbitrosve de quacunque re queritur, summa diuisio in duo genera ducatur; aut enim in rem sunt, aut in personam.

4 In rem autem actiones, quibus rem iusve nostrum nobis restitui à quocunque possessore vel quasi oportere intendimus vendicationes & petitiones appellamus.

5 Ad hasce actiones reales constituendas duo requiruntur, nempe dominium & possessionem, dominium habebit agens necessario, qui probat se esse dominum vel quasi dominum hoc est, bona fidei possessorem: Possessio vero penes reum erit, quod reus possideat, detineat, vel habeatur pro posseffore, alioquin haec actiones intentari non poterunt.

6 Et dantur quidem haec actiones reales actori, aduersus eum, qui nullo iure obligatus est, nisi ratione rei possessæ per aduersarium.

7 In personam vero actiones quibus dare aut facere à nobis aduersarium intendimus, & aliis quibusdam modis conditiones & actiones magis proprie appellamus ex contractu vel ex maleficio descendentes.

8 Et haec actiones reales ac personales sunt ciuiles vel pratoria. Ciuiiles quidem sunt, quæ ex ll. SCris, Principum constitutionibus, & responsis prætorum sunt introductæ: prætoriae, quæ iurisdictione prætoris substantiam capiunt iuris ciuilis inuandi, supplendi vel corrigendi gratia.

9 Ad reales porro actiones redire necesse est, vbi sciendum est, rei vindicationem ac vendicationem ut genus & speciem differre; nam vendicatio tam rerum corporalium est quam incorporalium.

10 Reivindicatio dicitur rerum corporalium singularis vendicatio, estq; actio realis ciuilis rei persecutoria, domino directe vel vtili contra possessorum vel quasi ad rem quandam corporalem competens, qua declaratio domini illius rei & restitutio vna cum fructibus pendentibus extantibus petitur.

11 Ex quo consequitur, hanc actionem duplēcē esse: Directam & vtilem; directa datur domino directum dominium habenti: Vt̄lis ei cōpetit, q̄ in re perita dominiū habet, qualis est emphytēta, Vasallus, superficiarius.

12 Competit deinde hæc actio aduersus eum, qui ciuiliter & naturaliter possidet, & contra eum, qui se liti offert, quanquam reuera non possideat.

13 Et quidem datur ad rem singularem, mobilem & immobilem, non autem ad liberam personam petendam, nisi forte adiecta causa quis vindicet ex iure Quiritum.

14 Finis denique huius actionis est, vt̄ quis declaretur dominus vel quasi, & vt̄ fiat restitutio à possesso cum omni causa.

15 Causæ appellatione veniunt fructus qui si extant vel adhuc pendent ab bona fidei possessore omnino sunt restituendi, consumatos tamen per bonam fidem pro cultura & iure luctatur.

16 A malæ fidei autem possesso omnes fructus sunt restituendi etiam ii quos cum honeste potuit percipere, non percepit, & quidem petuntur fructus extantes rei vindicatione, consumti condicione.

17 Sumtuum tamen necessariorum deductionem habet malæ fidei possessor, & etiam vtilium ac voluptuariorum si sine detimento & lœsione prioritatis tolli possunt, quamvis bona fidei possessor omnes impensas deducere possit.

18 Quemadmodum autem in corporalibus actionibus rei vindicatio: ita in corporalibus iuribus, id est, seruitutibus, duplex actio prodita est, confessoria & negotoria.

19 Confessoria, quæ est actio realis ciuilis, rei persecutoria est vindicatio seruitutis, seu actio competens alicui ratione iuris aut seruitutis sibi vel fundo suo vel quasi suo debita, contra impedientem ad declarationem sui iuris directa.

20 Hæc actio duplex est: Directa & vtilis.

21 Directa competit domino, qui seruitutem sibi deberi dicit; vtilis datur ei, qui rem pignori datam iure possidet; item Vasallo, superficiatio, vnufructuario, emphyteutæ.

22 Et datur ei, qui contendit seruitutem sibi competere aduersus negantem seruitutem eiusque usum impedientem.

Hic

23 Hic non opus est ut auctor de suo iure doceat, sed sufficit ostendere se legitimo tempore vatum esse, non clam, non vi, non preario.

24 Euentus seu finis huius actionis est ut auctoris seruitus declaretur, eiq; officio iudicis praestetur: cuni fructibus, hoc est, eo quod auctoris interest seruitutem non fuisse impeditam, vel cautio detur.

25 Negatoria, quaे similiter est realis actio, rei persecutoria, cuius est vendicatio libertatis, hoc est, qua negamus seruitutem, & rem nostram liberari declarari petimus.

26 Datur haec actio ei qui asserit sibi libertatem & negat seruitutem, contra cum, qui seruitutem sibi in rebus nostris deberi contendit, ut condemnetur, ad id quod nostra interest, cum non fuisse vatum seruitutibus.

Corollaria. 2.

1 Actiones origine esse iuris gentium potius quam civilis asserimus.

2 Necesse non esse nomen actionis in libello exprimere putamus.

D I S P V T A T I O N I S XXXVI.

De actionum quibusdam generalibus, &c. Obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Iuris obiecta sunt personæ, res & actiones.
- 2 Obligatio est causa proxima actionum, contractus vero est causare mota.
- 3 Actiones cur prodicta & instantia sint.
- 4 Actiones quibus verbis hodie possint.
- 5 Actiones rebus, quibus persuntur, assimulantur.
- 6 Actionis definitio à DD. Cartatur.
- 7 Causa & actio aenam & idem sint.
- 8 Actionis vocabulum quo modis accipiatur.
- 9 Civiliter & criminaliter quando agi dicatur.
- 10 Actio quid sit.
- 11 Actio quomodo ab exceptione discernatur.
- 12 Actio & bonorum possessio quomodo differant.
- 13 Actiones non fieri extra iudicium.
- 14 Criminales actiones semper in personam tendunt.
- 15 Tutores per sequentes rem pupillorum, sibi quod debetur petunt.
- 16 Actionis definitio an realiam simul & personaliam actionem contineat.
- 17 Actio personalis, & realis unde oriuntur.
- 18 Iudicis officium duplex est nobile & mercenarium.
- 19 Executio iudiciorum, quo officio iudicis fiat.
- 20 Actio & iudicis officium differunt.
- 21 Vtura non sunt in actione, sed officio iudicis praeflantur.
- 22 Cautio damni infecti an sit actio.
- 23 Iudicis officium quando implorari possit.

- 24 Officium iudicis nullam obligatiōem presupponit.
 25 Actiones an primario & recte in reales & personales diuidantur.
 26 Actiones in rem scripte quales sint.
 27 Qualitates diversa, diversa species non faciunt.
 28 Actiones reales semper comitantur rem, & bīcunq; etiam illasē.
 29 Actiones personales semper personam sequuntur.
 30 Interdicta omnia sunt personalia.
 31 Actiones in personam quid sint.
 32 Dandi verbum, dominis translationem significat.
 33 Casuarum figure varia sunt, pro vario contenciarum statu.
 34 Vindicationis vocabulum est generale & speciale.
 35 Realium actionum traditio cur precedat traditionem personalium.
 36 Tignum an res vindicatione possit.
 37 Vulneritas an vindicari possit.
 38 Vindicatio aduersus quem competat.
 39 Res vindicatio an recte dicatur ciuilis actio.
 40 Prator cur produxerit res vindicationem.
 41 Ius vindicationis dormit in uxore, & iuente marito.
 42 Actio res vindicationis an recte diuidatur in directam & vitalem.
 43 Fructus via actionis per rei vindicationem peti possunt.
 44 Male fides possessio habet sumptuum deductionem.
 45 Confessoria actio quid sit.
 46 Actio confessoria aduersus quem detur.
 47 Usufructuario quomodo confessoria actio detur.
 48 Confessoria actio cui detur.
 49 Negatoria actio quid sit.
 50 Iure naturali cuique ad calum & que adificare licet.
 51 Negatoria quibus verbis concipiatur nihil interest.
 52 Negatoria est effectu confessoria.
 53 Actiones an virginitatis sint, an vero ciuilis.
 54 Deportatus retinet actiones.
 55 Obligatio naturalis est ex pacto nudo, qua non producit actionem.
 56 Actionis nomen an in libello aliquo exprimendum sit.

IURIS nostri obiecta tria sunt; personæ, res & actiones. Et distributio librorum nostra est facta, secundum hec tria obiecta: Sed personis primus liber tributus est: Rebus duo seqq. libri, vna cum supra titulis prioribus lib. 4. idq; propter fertilitatem, amplitudinem & multitudinem rerum, de quibus in iudicio lis esse potest. Nec opus est plurimum laborare in eo, an obligationum materia ad peculiarem librum sit referenda quod putat Horrom. Licet enim obligatio mater sit actionum, licet 4. §. ea obligatio ff. de procurat. tamen optime hec distingui possunt & nihil refert distinctis libris, & titulis, illa proponti iuuentuti, quæcum in iis dignoscendis cautiæ & studiosius versari potest, alias concedi potest cognita cuicunque non opus esse effectum ponere. Hoc autem in primis est notandum, obligacionem, ut dictum est causam & quasi matrem esse actionum, & quidem & causam proximam, contractum vero remotam, ut patens causa est proxima mei; auus causa remota. Zal. ad priso. tit. n. nam. 6. 7. Et obligationes precedunt actiones ut aurora matut-

maturina pluuiam, quemadmodum Kling. & Mynschic testatur, *Vergil. in i. Georg.* Actiones autem prodita sunt pro rei nostrae oblatione amissae vel nobis debita restituzione & cōsecutione, cum iure naturae aequum sit neminem cum alterius iactura fieri locupletior rem. *Liure natura. ff. de de reg. iur.* & alias non possit cognosci iudiciorum strepitus sine actionum notitia ut Mynting, hic dicit in pr. Vnde nou immitto hic titulus secundum Alex. de Imola *super tit. ff. de rei vindic.* plenus est auro & argento quemadmodum Schneidw. h. tit. refert quia nemo sine actione experiri potest *l. ff pupilli. §. Videamus ff de negot. gesl.* Hodie tamen necesse non est peti actiones certis ac solennibus verbis sed qui-
buscunque † verbis peti possunt, modo sint apta rebus & proposito negotio competen-
tia antiquis formulis auecupationum syllabatum insidianibus penitus amputatis. *h. titul.*
C. de fam. & imp. sublat. quemadmodum etiam videmus stipulationum subtilem obser-
uationem similiter ab aula recessisse. *tot. tit. sup. de Verb. ob.* quemadmodum Wesenb. af-
firmat *h. tit. n. n. 6.* Olim autem si quis in syllaba vna cadebat: tota causa cadebat, Iason
ad pr. tit. de action. num. 27. Actiones denique assimulantur † rebus, quæ his perun-
tur, & iudicatur de actione ut de re ad petendum designata. Wesenb. in parat. de petit.
heredit. *nu 6. in princ.* sed quod dictum fuit obligationem esse matrem & causam actioni-
num, videtur hac ratione impugnari posse: Obligatio est iuris. *l. ex hoc iu-*
re. ff. de iust. & iur. Actionem autem est iuris ciuilis; Ergo obligatio mater actionum esse
non potest. Respon. Iason *ad princ. titul. n. nu. 10.* hoc moneret, sed dicendum est obliga-
tionem naturalem tantum, esse iuris. Præterea actiones omnes inuentæ sunt iu-
te gentium, à iure ciuilis autem sunt tantum acceptæ & approbaræ.

Ad Theslin. r.] Proponitur in hac thes. i. definitio actionis, quam teste Zasio in pr.
tit. p. num. 1. Dd. † figurunt & refugunt nec possunt in ea facere finem; Action autem late
pro accusatione accipitur. *l. quis accusare. iuncta gloss. C. de edendo.* Quærunt autem
Dd. an unum & idem sint † causa & actio, & quamuis id hic putet Iason propterea quod 7
causæ inducentes actiones sint actiones, tamen Zasio, *num. 20. ad princ. tit. num.* aliud
placet, scilicet ea differre ut effectum & causa, quia ex causa petendi oritur actio, id
quod negari non potest; Actionis verbum accipitur † pro actu quodam ut dici solet de
actionib. humanis, Schneidw. & gloss. aliquot textus allegat, in quibus ita accipitur:
deinde accipitur pro accusatione criminali, *l. vnic. C. quando. ciuil. act. crimin. piud.* Sed im-
pprie dicitur actio & agere *Alagen*; In criminalib. vero dicitur *Antlagen* Accusatio &
accusare; Et tunc dicitur agi ciuiliter, quando illud quod petimus, est applicandum actori,
etiam si pœna, & non solum si ex contractu, sed etiam si ex delicto agatur: † Cri-
minaliter vero dicitur agi, quando agitur ex delicto ad pœnam sive corporalem sive
pecuniariam fisco tamen applicandam, *gloss. est notabilis in l. 3. in princ. in Verb. centrum*
aureorum ff. de sepult. Violat. & l. prima, C. de sepulch. Violat. & hæc procedunt securum
Bart. in dict. l. 3. quando pœna fisco est applicanda ex accusatione proper delictum, sci-
licet, quia tunc dicitur causa criminalis, Secus, si aliqua actio ciuilis intentetur no-
mine fisci, ut in petitione hereditatis, *facit l. 1. cum ibi notat. Cod. de his quibus, &*
indig. vbi ab herede qui non vindicauit necem defuncti, tanquam indigno aufer-
tur hereditas & fisco applicatur *l. heredem ff. de his quib. & indig.* Est autem actio † ni-
hil aliud, quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur; per ius intelligitur formula
non à collegio Pontificum impænata sed à prætore præscripta, & quidem in iudi-
cio persequendi id quod sibi debetur, hoc est apud iudices datos, delegatos vel pe-
dancos.

Sed videtur quod actio non sit tamen ius persequendi in iudicio, sed quod etiam
illæ

Illa differentia conueniat exceptioni, unde latior definitio videtur definitio. Probatus autem id per *l. amplius. 15. ff. rem ratum haberi; vbi dicitur, si quis aduersus petentem compensatione deductione vslis est recte dictum est: petuisse cum videri, cum tamen compensatio exceptio sit non actio, ergo videtur dicendum, quod exceptio etiam sit ius persequendi in iudicio, quod sibi videtur.* Resp. Dum dicitur in definitione actionis, ius persequendi, † discernitur hac nota actio ab exceptione, qua persecutionem depellimus libertate proprie per exceptionem compensationis petere videamus. Improprietatem enim denotat *ICtus dum dicit petuisse cum videri: deinde constat id ex l. 1. ff. de except. vbi dicitur agere videri eum, qui exceptione vtitur.* Sed obiicitur secundo *l. 3. §. bonorum igitur. ff. de honor. pos. vbi dicitur, bonorum possessio est ius persequendi quod deberur, ergo non tantum actio.* Resp. bonorum possessione persequimur res defuncti, vel inter mortuos. **12** *actio sit inter viros, & Hotoman. hic dicit actionem in agendo consistere; bonorum possessionem in patiente. Tertio contra definitionem obiicitur, & etiam quedam petitiones seu psecutiones fiant extra iudicium; ergo non semper opus est ut in iudicio fiant.* Resp. **13** Illa qua fuit extra iudicium, non † proprie sunt actiones, sed extrajudiciales postulationes ut est restitutio in integrum, quae omnia ante iudicium acceptum fuit, vnde & materia restitutio. praecedit tractatum iudiciorum *in ff.* Quarto actionem non persequi id quod sibi deberur, probo per *l. populares §. 1. ff. de popular. actioni. vbi dicitur & populares actiones publici iuris facidi causa cuius est populo dantur. l. 1. ff. de popul. acti.* Resp. Licer cuius est populo debeantur actiones populares & in cuiusvis commodatum cedant: tamen per consequentiam etiam singulis debentur, & hac ratione etiam possit dici, actionibus aliquid acquiri quod sibi deberatur, quia inter se & fiscum petit 300. aureos diuidi; quieas intendit actiones. Quinto. Criminalibus actionibus non conuenit haec definitio: Ergo non subsistit. Relpond. In criminalibus tantum pena fisco deberur, & quidem haec actio tantum ad iudicia priuata non ad publica pertinet: tamen his r. vindicta est publica & agitur hic ad paenam, non ad id, quod accusatori deberatur, & Imp. nunc in tit. 1. lib. dixit se iure priuatorum acturum. Et intendunt criminales actiones † in personam, & semper contra eundem, quia penae suos debent tenere autores.

Duae obiicitur, quod tutor & curator non acquirat, quod sibi deberatur, sed quod tutelæ curationi; Ergo particula sibi in definitione actionis inepit ponitur. Respond. Tutor & curator coguntur reddere administrationis suæ rationem, periculo eorum est cura & tutela, si quid in rationibus desideratur, ergo dum petunt id quod pupillo deberatur, petunt inconsequentiam, idque sibi deberatur, quia illorum fidei tutela & cura committitur, & hanc ita tutores etiam inuiti fauore pupillorum suscipere coguntur; Vnde **14** dum tutorum plurimum interest, pupilos in omnibus seruari, sibi † quod deberatur, petunt, dum nomine pupilli quid consequuntur.

Ad Thes. 2. 6.] In hac thesi secunda duo asserimus. r. actionis definitionem reali & verbali actioni conuenire. Deinde actionem à iudicis officio plurimum differre; Ad **15** primum quod attinet, affirmamus constanter † realem actionem etiam & personalera. Lib definitione actionis contineri. Sed in contraria sententia est Azo in summa sua, quem intrepide sequitur Hotomann. lib 3. obseruat. cap. 17. vbi affirmat hanc definitionem tam conuenire personali actioni, hocque vtuntur argumento: Actio est ius persequendi in iudicio id quod nobis deberatur, quia actionibus realibus contra illum agimus, qui nullo iure nobis obligatus est, quemadmodum Imp. in §. 1. h. sit. loquitur & in thes. 6. ponitur. Ergo definitio actionis reali non conuenit, qua petitur id quod solum est. Respond.

Hotoman. pro more suo vult ad definitionem addere hæc verba : *Quod sibi debetur vel quod suum est, ita ut amba species contineantur, sed certe inepte in his plurimum laborat.* Nam ut iple sibi obiicit, illa verba quod sibi debetur intendunt ad id quod usurpatur. *l. quia, 6. §. 2. ff. qua in fraud. credit. l. nihil. 129. ff. de reg. iur. alibi ut apud Hotomann. in d. obf. est videre, deinde & Myns. sequitur hic ad princ. nu. 19.* Deinde notandum est Zaf. *ad princ. huius tit. num. 5.* dicere verbum deberi extente & generaliter hic accipi pro actu vel habitu ita ut etiam reales actiones in se contineat.

Insto. Sed sua res amplius sua fieri nequit. *6. sic itaque discretio infra hoc tit. num. Actio* autem reali peto restitui saltem id quod meum est ; Ergo definitio actioni reali non competit. Respond. Quando Imp. dicit, nullo iure est obligatus, intelligit naturaliter & ciuilem obligationem descendenter ex contractu vel quasi ex delicto vel quasi. Nam personalis actio ex hiscc 4. contractuum generibus descendit ; Realis autem actio ex ¹⁷ quasi obligatione oritur, eaque quasi obligatio exoritur, quo aliquis rem nostram possidet, & quod dominus dicit se habere eius rei dominium, unde obligationis verbum bifariam accipi potest. Primo pro communi quadam vinculo, quo omnes homines obligantur, ut honeste vivant, neminem ladant, suum cuique tribuant. *l. oblig. mur. §. lege obligamur. ff. de ob. & aff.* Sed hoc vinculum improprie vocatur obligationis cum neque causas neque officia verae obligationis habeat, hoc est, neque ex contractu neque ex delicto fluat, sic etiā in actione reali accipitur, ubi quis obligatus est, ne locūpletetur, cu alterius damno, sed domino tenuis restituat. Deinde in actione personali obligatur quis ex contractu vel quasi, ex delicto vel quasi. Et eodem fere modo etiam Zaf. id soluit, dicendo, in actione reali deberi quid per accidens, & suppositio, id est, per rem suppositam, quæ obligatio non est vera & propria, quia ex vera conventione non nascitur, sed tantum per accidens & per suppositionem rei constat, per quam astricatus est rem restituere, à qua obligatione liberatur per obiectionem rei, si ab eo possessor res descendat, & sic facile omnibus iis, quæ contra id moveri possunt, vna hac solutione summe hic notanda, potest satisficer. Manet igitur verū actiones naturales nasci ex domino vel quasi nec ibi quidem esse obligationem propriam ratione conventionis sed ratione rei restitutionis, unde etiā id quod Theoph. dicit in pr. supr. de obligat. ἐρογνῶντες εἰς τὴν ἀγωγὴν, proprie personales actiones pertinet ; Quamvis etiam in consequentiam ad reales ratione possessionis & restitutionis rei a liezx.

Ad secundum deinde quod attinet, scil. actionem & officium iudicis plurimum differre. Scindendum est iudicis officium secundum Dd. in l. 1. ff. de iurisdict. omnium indic. *E canon. in c. fin. extra de offe. iudic. duplex testis, Nobile & Mercenariū; Nobile dicitur, quod* ¹⁸ præstat non deseruiens alicui actioni, sed iudex juris autoritate illud exercet, etiamsi nulla proponatut actio. Et illud aliquando exercetur ex mero iudicis facto, quia iudex motu proprio nemine petente ob publicam utilitatem duntaxat suam autoritatem interponit, ut in causis criminalibus, in inquirendo & puniendo sceleratos, ut notatur in c. qualiter. l. 2. de aff. Ad eius enim officium spectat per se talia inquirere. *l. congruit. ff. de offic. praesid.* Interesse enim Reipubl. delicta non manere impunita. *l. ita vulnera- tiss. ff. ad l. Aquil.* Aliquando ad instantiam & petitionem partis veluti, quando iudex officium suum impertit alicui priuatim, id imploranti, qui nullam habet iuris actionem ordinariam, ut loco actionis principaliter interponitur, ut cum petitur restitutio in integrum, item si filius grauatur à patre impio & negante id, quod iure non debetur, is quia nullam habet actionem iuxta. *l. l. nulla. ff. de*

iudic. recte confugit ad nobile iudicis officium. l. fin. § per tot. titul. C. de alend. lib. Mercenarium iudicis officium est quod per se non stat, sed actioni differuit, & actionibus iudex suum impertit officium, illud consistit in praeparando iudicium in discernendis citationibus & in orationibus, quae sunt ante item contestatam, aliquando in probationibus admittendis, in exanimandis testibus & in omnibus aliis post item contestatam occurrentibus, vsq; ad sententiam definitiā, & sententiam etiā pronunciat super damnis fructibus & expensis litis, tū executio tamen non mercenario sed nobili officio iudic: fit; secundum Dd. Alex. Ias. & alios post Bart. in l. 1. & l. subere nu. 12. ff. de iuris iudic. quod pars petit iure non debetur, sed iudex officio suo potest sua gratia & misericordia facere, vt illud parti petenti detur. Ex his nunc potest colligi, tū differentiam esse inter offic. iudic. & inter actionem. Nam actio est iuris; Officium iudicis facti. Iason num. 49. ad princ. h. titul. num. & intenditur actio coram iudice, & ecertum quod cupit persequi: Iudex actionem gubernat decernendis citationibus & aliis prout dictum fuit: Deinde id constat ex l. qui per collusionem. 49. §. fin. ff. de act. emti. vbi dicitur iurias non esse in obligatione nec per consequens in actione sed tū officio iudicis præstari. Zal. num. 10. ad §. omnium. Sed obiicitur l. actionis. ff. de ob. §. act. l. actionis Verb. ff. de Verb. signif. vbi dicitur actionis verbo, omnem persecutionem contineri & in persecutione iudicis officium consistit. Respond. ibi secundum gl. in Verb. quod sibi debetur latiss. verbum actionis accipitur ut etiam continet persecutionem. Secundo obiicitur ira: Cautio damni infecti petitur per officium iudicis. l. prætoris in pr. & l. cum postulasse in princ. ff. de damno infecto. Hæc autem cautio dicitur actio in l. inquilino. ff. de damno infecto; Ergo actio est officium iudicis. Respond. 2. Cautio damni infecti licet dicatur actio, tamen proprie tū actio non est, vnde ICtus Vlp. in l. actionis 37. in princ. obligationem damni infecti instar actionum obtinere affirmat, vbi illa impropositas satis ostenditur; Deinde de damno infecto actio, est actio ciuilis & extraordinaria. Ergo non datur, sed extraordinarie exoratur, & qui habet ordinariam non debet querere extraordinariam, & quies agi potest actione ciuili non est opus officio iudicis. Quoties autem actio vel ciuilis vel præatoria in iure ciuili prodig. 3. tanon est, tū offic. iudicis implorari potest, præterea esse differentiam. inter hæc, colligitur etiam ex l. quod si minor. §. fin. ff. de minor. Deinde actio oritur ex obligatione ne dist. l. licet. §. obligatio. ff. de procurat. Officium iudicis nullam tū obligationem presupponit l. quintus. ff. de ann. legat. §. l. dedulta. in princ. ff. ad Trebell. ediles. 15. §. item sciendum ff. de adilis. edit. vbi dicitur ad officium non pertinet ea, quæ ante iudicium contingunt, sed ea quæ post iudicium acceptum veniunt, vbi iudicium distinguuntur ab officio iudicis, & alias totus titulus de officio iudic. separatus est à titul. de action. unde etiam differentia inter hæc duo colligi potest quemadmodum etiam ex l. pecunia §. ff. de Verb. signif.

2. Ad Thel. §. 8.] Affirmamus summam esse tū diuisionem actionum in reales & personales. Sed obiicitur à Iason ad §. omnium. num. 25. summam diuisionē esse in prætoriā & ciuilem, quia causa efficiens est prior materiali causa Resp. nulla est actio, q̄ non proponatur corā iudicib. vel arbitris qualiscunq; illa sit ne obliter l. pen. C. de iud. & hac ratione huic rei satisfieri potest, & recte defenditur nullam actionem esse præter reales & personales. Deinde hæc diuisione utrum summa habeatur, est imperfecta seu mutila, quia non continet in rem scriptas nec etiam mixtas. Resp. Dominus Borch in tratt. de in lit. iurando. affirmit hanc diuisionem propterea esse multilam quod non continet in rem scriptas actiones, & Iason non tantum ponit 2. species sed etiam 4. Et supra est dictum, sed sciendum est in rem scriptas tū esse mixtas, partim enim in rem sunt, partim in personam, & Ias.

& Ias. num. 27. in §. omnium. dicit nullam esse mistam, nisi sit vel personalis vel realis. Et Zal. ad d. §. omnium. num. 16. affirmat, realis & personalis actio sunt duo simplicia, sub quibus mixta continentur, ut participium continetur sub verbo & nomine. gl. in l. 2. ff. de Verb. oblig. Et in rem scripta Zasio mixta est. Contra datam solutionem obiicitur l. vim passam § praescriptione iuncta l. mariti. §. hoc quinquennium ff. de adult. l. adulter. C. de adulter. Schneid. &c. in Verb. summa. fol. 646. Respond. Proprie sunt in personam licet quasdam qualitates cum realibus communes habeant, vt sunt communii diuidunt. famil. hercise. finium regund. l. 1 ff. finium regund. Hoc enim cum actionibus in rem commune habent, quod petamus ut pars aliqua nostra esse declaretur. Qualitates autem † diuerſa, diuerſa species non pariunt, vt homo albus & niger specie non differunt.

Ad thes. 4. 5. 12.] Reales actiones non habent personam obligatam, sed tantum comprehendunt ratione juris, quod quis haber, pura ratione directi dominii. l. in rem. ff. de rei vindic. vel viriles dominii in rem, & dantur semper aduersus possidentem quisquis tandem ille sit, quia † rem comitantur, etiam si per mille manus ambulet. Personales autem actiones non egrediuntur personam, sed semper aduersus eundem locum habet, quemadmodum mirabiliter loquitur textus in l. actionum. 25. in r. ff. de oblig. & act. quemadmodum Iason in §. omnium. num. 3. loquitur, & † sequuntur personam vt ibidem refert: Sic ut lepra leprosum, & ossibus sunt affixa sicut est character baptismi, & licet cedantur tamen viles, tantum transferuntur, directe nunquam separantur; Id quod etiam gl dicit in l. 3. ff. pro sociis. Zal. ad d. §. omnium. num. 3. Myns. ibid. num. 17. Personales in rem scriptae origine sunt personales, quia oriuntur ex contractibus vel quasi, ex delicto vel quasi, & tamen semper comitantur possessorem rei, vt actiones reales: vt est actio ad exhibendum ex quasi contractu. l. 3. §. est autem. ff. eod. Sic omnia † interdicta sunt personalia & in rem scripta, l. 1. §. interdicta ff. de interdicto. Sic sentit Iason in d. §. omnium. num. 6. 7. Quamuis, vt infra dicemus, Cuiac. aliud sentiat, quando dicit actionem ad exhibendum, & quod meritus causa neque ex contractu vel quasi, neque ex delicto, vel quasi oriri. Sed ei quod dicitur, realibus actionibus à quounque possidente rem peti, ei inquam obiicitur, quod hæc actio detur contra eum etiam, qui non possidet, sed dolo desit possidere. Respond. Is qui dolo desit possidere pro possidente habetur. l. p.arem. ff. de reg. sur. Sic tenet is qui se liti offert l. si. ii. 7. ff. de rei vindic. quia damnatur dum offert se rei ad se non pertinenti. Sed actio negotiorum datur ei qui possidet & ei qui non possidet l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. ff. si seruit. Vnde l. 5. §. vlt. ff. §. vnsfruct petat. Cum tamen lustin. dicat in fine d. §. aque. b. sit. dari eam aduersus eum, qui non possidet. Respond. Wesenb. & Hotoman. legunt pro vno casu, illo casu; & Borch. dicit, multos esse casus. Nam in seruitute possessio est, siue negotioria, siue confessoria agatur. Vnde sciendum est domino esse necessaria principalia & formalia in realibus actionibus, scil. dominium à parte actoris, & possessionem à patre Rei, secundum Bart. ad rubr. huius tit. n. 2. Hotoman. num. 10.

Ad thes. 7.] In personam actiones sunt, † quibus dare aut facere nobis aduersarium intendimus, & aliis quibusdam modis, & sunt ex contractu vel maleficio. l. in princ. ff. de oblig. & act. d. §. omnium. b. sit. n. Et certe finis est actionum in personam, vt aliquid nobis detur aut fiat, d. l. actionum. 25. §. in personam. ff. de oblig. & act. Addit autem Imperat. illa verba; & aliis quibusdam modis, quia si pignoratitia, commodati, vel depositi agitur, non potest per actionem pignoratitiam, commodati, vel depositi intendere quis dari sibi portere, cum † dandi verbum dominii translationem significet, l. vbi autem. 75. §. vlt. ff. de Verb. oblig. §. sic itaq. in fr. b. sit. n. Et vero qui iam dominus est; vt hi sunt, dominus amplius iure ciuili effici non potest. Vnde secundum Hotoman. hi petunt redditionem seu

restitutionem non dationem. Et hoc etiam est, quod Ictus in d.l. post pr. ff. de obl. & acq. dicit, actiones dari ex variis causatum figuris, quasi dicere, & alii modis personaliter agi posse cura nec dari petitur, nec fieri, sed prout controvetsit varios habent status: ita sunt 33 \dagger variæ causatum figurae. Sic condicatio furti non est ex q. contractu vel ex contractu, non ex q. delicto vel ex delicto: Ias. in §. omnium. n. 48. Quamvis Iason putet §. ite si quis. n. 110. ea verba: ex variis causarum figuris, saltem velle quasi contractus & quasi delicta: quæ ibi non exprimuntur. Sed illa sententia Iasonis non subsistit, quia in d. l.i. & in d. §. omnium. sub contractibus quasi contractus, sub delictis quasi delicta continentur id quod etiam ita fit in l. contractus. 23. ff. de reg. iur. Vnde Cuiac. ad tit. quod metus causa, fol. 104. quem sequitur Welsenb. putat in actionem ad exhibendum, & quod metus causa, quæ nec ex contractu vel quasi, nec ex delicto vel quasi delicto sunt, non peti quid dari vel fieri. Interdù enim secundum Mynsing. num. 6. in d. §. omnium & Zasius ibid. petitur ut quis cesseret ab infamia, ne quis me molestet, ne turbet meam iurisdictionem, ne in plateam meam vadat, &c.

Ad thel. 9. 10. 11. 14.] Imp. Iustin. postquam generale de actionis definitione & de realibus & personalibus actionib. egit, nunc ordine singula actionum exempla persequitur. Et primo actiones ciuiles in rem aggreditur inter quas eminet rei vindicatio seu vendicatio, & vindicare est asserere, Cicero pro Rabitio & Prattius ynun pro eodem accipit. 34 Vindicationis deinde \dagger veibum est generale & speciale. Generale, etiam rerum incorporaliu[m] vindicationem continet. Specialiter rerum corporaliu[m] vindicationem respicit. Sed dum Imp. Iustin. prius de actionibus realibus tractat quam personalibus obiicitur ita. Digniora sunt præferenda. l. 1. ff. de albo scribend. l. quoties. ff. de & s. f. personalia sunt digniora. Ergo sunt præferenda & priori loco explicanda. Resp. Reales actiones \dagger sunt præferendas quia habent plenius & firmius ius, scil. dominium vel quasi. Secundo, quia ius genti, prius est ciuili, & ex iure genti est dominium interdum; Dominium deinde prius est obligatoribus vt ordo Institut. indicat. Secundo objicitur ei quod dicitur hanc actionem rei vindicari esse singularem. l. 23. §. tignum alienum. ff. eod. & §. cum in solo supr. de rerum diuis. vbi res singularis puta tignum peti non potest rei vindicatione. Respond. Ratio redditur v-trobiq; quia propter l. 12. tabul. de \dagger tigno iuncto hoc non fieri potest: prohibet enim ne edificia vel tigna rescindantur: nam si hoc fieret aspectus ciuitatis deformaretur, præstationem tamen in duplum promittit. Tertio obiicitur, l. 1. §. & l. ff. de rei vindic. vbi dicitur res vniuersitas vel vniuersitatem denotantes posse vindicari. Ergo non tantum res singulares. Respond. Potest vindicari \dagger vniuersitas, quæ non sit iuris, vt est grec. Welsenb. in parr. utit ff. de rei vindic. num. 5. Oldeudorp. in classe, de rei vindic. num. 4. Vniuersitas autem iuris est hereditate, quæ rei vindicat. peti non potest, quia olim necesse erat exhiberi rem in iudicio, ac quasi manu teneri ac asseri quod vindicaretur, testi tit. ff. ad exhibend. Secundo vindicatio tantum contra eum competit, \dagger qui possidet vel detinet. l. 6. vnic. C. de alienat. iudic. mutand. causa. Atque incorporalia non proprie possidentur neque tenentur. l. sequitur 4. §. si & iam. ff. de & s. cap. l. scrut. 43. §. incorporales. ff. de acquirend. rerum dominio. Deinde dicimus hic de singulis rebus, ad differentiam hereditatis, quia tit. de petit. heredit. præcedit hunc in ff. & Cod. Insto ex l. 3. §. arm. mentis. ff. de rei vindic. vbi dicitur ar- ma, menta nauis singula esse vindicanda: Ergo & singula corpora gregis. Respond. Potest etiam tota nauis vindicari l. 16. §. culpa. in verb. nauem petit. sm. ff. de rei vindic. vt & totus grec potest vindicari, quia respectu corporum habetur pro singulati. Denique insto, ex l. vindicatio. 56. ff. de rei vindic. vbi dicitur non vt gregis ira peculii vindicatio est recepta, sed res singulas, is cui legatum est peculium, petet. Respond. Gloss. dicit ideo hoc acti, quia proxime ad hereditatem peculium vt & dos accedit, & continet actiones &

nes & obligationes cum corporibus, & sic res varias, cum grēx sola continet corpora.

Quarto ei, quod dicitur rei vindicationem esse ad iurum ciuilium sollicitum d. l. i. in princ. ff. cod. Et prator. 75. ff. de rei vindic. vbi dicitur proponi hanc actionem à pratorum scu. permitti: Ergo t̄ potius est pratoria non ciuilis. Respond. Oldendorp. claf. 3. act. 2. n. 1. 39. dicit composita & relatas fuisse omnes actiones protorias & ciuilis in ordinem perpetuum & pratorum dedisse vel denegasse omnes actiones: Ergo verum est pratorum quidem approbare actionem ciuilim, inde tamen non statim est pratoria: nisi enim prator eam inueniat & introducat, non est pratoria origine, sed ciuilis manet, eti: m si à pratore approbetur. Sic actio commodati est ciuilis, quia descendit ex iure ciuilii, & ex contractu iuris gentium, eam tamen prator approbat in l. 1. ff. commoda. t. dicendo: iudicium dabo, idem etiam Mynsing. affirmat in §. sed ista quidem h. sit. necessario. n. 5. Nam prator voluit addere suam approbationem & sollicitudinem circa restitutionem rei conmodatae. Et prator produxit rei vindicationem, quia multo definebant dolo possidere, ut subterfugeant iudicium rei vindicent. Ideo t̄ prator eam produxit vi & daretur in eum, qui dolo de- 40. lit possidere. Ergo quo ad innovationem & extensionem illam attinet, dicemus actio- nem hanc pratoria dicī posse. Denique ei quod dicitur, rei vindicationem dari de mi- no, obiicitur l. dote ancillam. 9. C. de rei vindicat. vbi domina seruam, qui ni dotalum ha- buit, vindicare non potest, cum tamen dotis naturaliter sit domina. l. in reb. 30. C. de sis. dor. Respond. Maritus est dotis dominus factus per traditionem, & quidem ciuilis tantum, quemadmodum supra in materia donat. fuit visum: Vxor autem, licet sit natura- lis domina, tamen in ea t̄ dormit ius vindicationis, quod mortuo marito expurgescitur, 41. cum dos ad mulierem reuertatur, & tum vindicare rem dotalem tanquam suam ab alio ablatam optime potest: Viuente tamen marito nihilominus periculum rei dotalis ad vxor- tem pertinet.

Ad thes. 11.] Affirmatur in hac thesi actionem rei vindicat. esse t̄ duplēcēm, directam & 42. vtilem. Cui sic opponitur. Directū & vtile dominiū non fundatur in iure ciuilii; Ergo nec directa vel vtiles est actio. Resp. Quod actio alia sit directa, alia vtiles satis constat ex l. in honorariis. 35. Et l. actionis. 37. ff. de oblig. Et act. & aliis cōpluribus textib. Libenter aut concedemus distinctionem veterum & antiquorum: Dd. de dominio vili & directo non esse fundatā in textib. cum veritate rei inspecta vnum si dominium legitimū scil. vel ciuilis. Distinguendi tamen & docendi gratia illa distinctione solet retineri prater text. iuris ciuilis. Inde tamen non sequitur distinctionē actionis directa & vtiles non esse fundatā in iure, quia ad exemplum illius diuisiōnis errore quodā dominii distinctione est recepta. Borch. in tract. feud. c. 1. Secundo videtur obstat l. act. 47. §. fin. ff. de negot. gest. vbi non distinguuntur inter vtile & directū. Respond. Id sit pro subiecta materia & formalis inspectis, & homi- num actionibus. Hic autem est actio ciuilis.

Ad thes. 15. 16. 17.] De hisce thesib. videantur ea, quae ad tit. de rerū dñis. & acquir. earū domin. in disput. 9. satis plix explicata sunt. Hoc aut̄ notandum, peti posse fructus t̄ via 43. actionis, id est, rei vindicatione, vel adiudicari per officiū iudicis. Et quidē consultū est ita petere: peto rem cum fructib. tum omnia, q̄ in iudicium deductā sunt petuntur, & officio iudicis restituuntur secundum l. adiles. 25. §. stem sciendum. ff. de adil edict. Deinde thesi 17. obiicitur l. 8. t. §. fin. C. de compensat. vbi dicitur male fidei possessio n̄ habere cōpen- sationem: ergo nec retentionem vel deductionem. Resp. Sumtuum haberet deductionē, non 44. autem potest instituere cōpenstationem eo scil. casu, quando nihil forte impedit in posses- sionem occupatam. Nam sumtuum n̄ meminit d. l. 8. t. §. fin. vel dici potest, odio eius esse denegatam cōpenstationem sumtuum cum eo, quod debet is, cuius possessionē occupauit. Ad thes.

Ad thes. 18.19.20.21.22.23.24.] Proximæ, tæ corporalis vindicationi, sunt istæ actiones, quæ rem incorporealem sive ius persequantur: *S. aquæ. h. sit. n.* Quæ les sunt actio confessoria & Negatoria. † Confessoria actio est realis, competens, ratione ac iuris sibi debiti, vel fundo vel quasi fundo suo. Fundo realis, quasi fundo quando bona fidei possessor suu quasi fundum vendicat: Sed obiicitur *L. subemus. in fin. Et l. sanctius. C. de S. S. Eccles. Et c. cum tua. Et c. prohibemus. extr. de decim.* vbi dicitur etiam præpositum decimas, & redditus monialibus debitos petere, qui tamen eius personæ non debentur. Nam certum est pro iure decimatum hasce actiones competere, *d. c. probibemus. Fab. L. s. hic*, item pro iure presentandi Bart. *rubr. C de susfrust.* Respond. Præpositus eos petit nomine Cænobii, cui debeantur, & quod quis facit per alium idem est ac si ipse faceret. Datur autem hæc actio † aduersus possidentem & aduersus plures in solidum, quia solida seruitus debetur à quo uis. *Wesemb. num. 2 ff. si seruit. pet. et. vt scilicet eos patiatur ut frui aduersarius, & in id condemnetur. Sed obiicitur text. l. proinde. 23. § fin. ff. ad l. Aquil.* vbi hæc actio datur aduersus eum qui faretur se occidisse; Ergo non competit pro iure incorporeali vindicando. Respondeatur, Ibi confessoria accipitur non pro actione confessoria, sed pro actu confessionali seu confessi, & illa auctio datur aduersus confessum, ita Thomas Linus hoc accipit & explicat; Directa competit domino, ut ille inter ceteros datur & vsufructuario, quod tamen ita est intelligendum ut habeat utilem confessoriam pro vindicando tantum usufructu, non pro vindicanda seruitute reali per *l. in princ. l. Et frui. §. Et rurum. ff. si ususfr. petat.* cui directe obiicitur. *l. vnicia. §. item Iuliana. ff. deremiss.* vbi dicitur expresse usufructuario vindicandarum seruitutum ius esse. Et quando seruitus absolute in *l. pon. tur.* realis tantum intelligitur, id quod nemini est ignoratum. Respond. Cuiac, *lb. i obser. c. 16.* referri ibi Iuliani sententiam ab Vlpiano sed non probari, idque videtur probari *ex d. l. in princ. ff. si ususfr. pet.* Quæ lexem est Vlp. Sed ibi refert Marcellum in animadversiōnibus ad Vlp. non Iuliani sed Nerua & Labeonis sententiam probare: Ergo satis inde liquet eam rem fuisse controversiam, & Iuliani sententiam fuisse reiectam; Vnumfructum igitur tantum usufructarius potest vindicare, ideo quia quando habet usumfructum in fundo, simul habet ius eundi, si iure interius prohibetur, quodammodo etiam prohibetur usufructu. Ideo que non potest solitarie petere ius eundi, ne petat seruitutem seruitus, contra *l. t. ff. de susfr. Et susfr. legato.* Quod si potest usumfruct. vindicare, vindicat simul ius eundi: Soli igitur domino † directa datur hæc actio ad seruitutem vindicandam, *l. 2. §. hoc autem. ff. si seruit. vindic.*

Ad thes. 25.26.] Agitur in hisce duabus ultimis thesibus de actione negotioria, quæ & negotiua dicitur. Oldendorp. *clas. 3. aet. 5. in princ.* in † qua reus suam intentionem probare tenetur. *l. 9. C de seruit. Et aqua.* quia quodlibet prædium præsumitur liberum nisi probetur contrarium. *l. altius. 8. Et ibi gl. C. de seruit. Et aqua.* Est enim usque ad cœlum suus aer super cuiusque ædibus. *l. fin. §. pen. ff. de seruitut. l. fin. §. pen. ff. quod sus. ans. clam.* Nisi sit forma certa, & modus seu mensura certa ædificii constituta, id quod statutis fit seu iure ciuili, ne deformetur aspectus cluitatis: Iure † naturali interim cuiusvis ad cœlum ædificare licet, nisi vetus forma & status ædificiorum impediatur. Et seruitus altius tollendi involutam habet confessoriam. *Wesemb. hic.* Notandum hic est singulariter nihil interesse † negotiis an affirmatiuis verbis concipiatur Negotioria, modo tamen vim affirmatiuum & negotiiorum continet, *gl. in l. fin. §. Et in Verb. except. ff. de doli mali except.* Et *Gl. in Verb. qui neg. at. quætit.* Nanquid inde dicatur affirmat: & Negat, quod affirmatiuum & negotiium verbum proponatur? Et dicit hoc esse falsum ut patet in seruitute altius tollendi *d. §. aquæ.* Sed magis inspecto sensu hæc nomina sunt imposita. Dicitur igitur meæ

edestibi non seruiunt; vel meæ ædes sunt liberae, in effectu æquipollent Iason. hic n. 47. Si verborum coitatem inspicimus, exemplum in l. 4. §. pen. & vlt. ff. seruit. vindic. Negat: verbum affirmat: sæpe præponatur *l priusquam. ff de noui oper. nunciat. l. loci. §. competit. ff. se seruit. vindic.* & Theoph. cum Borcholt. dicunt † negotioriam effectu esse confessoriam, scil. quamvis verbis sonet in negationem.

Ad Corollarium 1.] Affirmamus in primo corollario, actiones origine inspectati iuris gent. potius quam ciuilis. scil. Hæc questio teste Iasonem *ad pr. h. sui de alt. num. 35.* est multum disputabilis. Zasius cum Mynsing, in nostra sunt lententia, & dicunt origine omnes actiones esse iurisgent. Hæc Ultramontanorum sententia probatur per *I. verum quidem an-* norum. 25. *vers. interrogent. ff. verum amotarum. l. 8. ff. de cap. minus §. appellamus. h. tit. num.* (Mynt. tamen sibi videtur contrarius in §. sed iste. n. 3. vbi dicit, ciuiles actiones esse origine, non quæ approbata sint iure ciuili.) Secundo, qui deportavit, † perdit omnia quæ sunt iuris ciuilis, sed retinet actiones *I. potest. n. oblig.* habere; Ergo & actiones. *l. si mandauero.* 22. §. in cuius bona ff. mandari. *l. quidam ff. de pœnit.* Tertio quia constat ex l. 2. ff. de orig. iur. ante II. 12. tabul. fuisse actiones institutas a Romulo informes, rudes, confusas, formamq; & conceptionem ex iure ciuili accipientes, id, quod Zasius fatetur eas fuisse informes & populares, postea sunt formatae à iure ciuili & compotatae, & eatenus ciuiles dici possunt, quatenus scil. certam approbationem, formam & certos limites ex iure ciuili acceperunt. Hanc sententiam etiam Schneidvtein sequitur dicendo; aut loquitur de actionibus descenditibus ex contractibus iurisgentium, & tum respectu materiæ puta contractuum, ex quibus oriuntur, possunt dici iurisgent. sed respectu formæ iuris ciuilis: Aut loquimut de actionibus ex iure ciuili inuentis, quos habet gl. in l. ex hoc iure, in verbi exceptu quibusdam, & gl. in §. sui autem gentium, in verbo; F E R E, supra, de l. N. G. & C. & tunc quoad materiam & formam sunt iuris ciuilis. Has igitur ad Corollarium necessarium non pertinere dicemus, sed tantum eas actiones, quæ ex contractibus iurisgent. descendunt. Quarto si diccremus actiones non esse ex iuregent. sequeretur absurdum, quod contractus & obligations, quæ sunt de iure gentium, fuisse inefficaces ante II. 12. tabel, aut inutilis, cum tamen nemo sine actione experiri & ius suum persecui possit. *l. si pupills. §. videamus. ff. de negot. gest.*

Contrariam sententiam Iason hic. n. 44. defendit: & pro Iasonem possunt esse hæc argumenta. Primo, naturalis obligatio, quæ est ex iure gent. non potest producere actionem. *l. fidei usq. §. fidei usq. ff. de fidei usq.* Ergo non est possibile actiones esse ex iure gent. quia si ne ciuili non potest produci. Respond. Hoc argumentum ad rem nihil facit, quia † naturalis obligatio est ex pacto nudo, quod non producit actionem. *l. iurisgent. 7. §. 1. ff. de pact.* Inde tamen non sequitur actiones non esse ex iuregent. quia contractus sunt ex iuregent. fere omnes, d. §. *Ius autem gent. supr. de l. N. G. & C.* & producunt actiones ex iure gentium profluentes, & iam iure ciuili formatos. Secundum argumentum est ex §. sed iste. h. tit. n. vbi sunt verba: ex legitima & ciuili causa: ergo sunt actiones iuris ciuilis origine. Idem probatur ex l. *commodato. §. sic ut ff. commodati.* vbi l. Ctus actionem descenditatem ex contractu iurisgent. vocat ciuilem. Item l. 1. §. 1. ff. de superficie. l. 4. §. ex hoc editio. ff. naute, cappon. ergo actiones omnes potius origine, juris sunt ciuilis. Respond. Ibi l. Ctus & Impp. loquuntur de forma & approbatione, quam actiones ex iure ciuili acceperunt: interim tamen origine iurisgent. sunt, id quod illis textibus non negatur. Terrum & ultimum argumentum est ex definitione actionis, quæ talis est: Actio est ius persequendi in iudicio: iudicia autem sunt iuris ciuilis: Ergo & actiones quæ ventilatur in iudicio. Resp. Non valet cōsequentia à iudicii seu loco ad actiones, quæ deducuntur in iudicii. iudicia omnia sunt ciuili ratio-

ne constituta: Actio[n]es autem quibus in iis disceptatur, proditae sunt ex iure gentium; Manet igitur verum actiones origine esse iurisgentium, forma & approbatione esse iuris civilis.

Ad 2. Corollarium] De secundo Corollario etiam quæstio mouet, scilicet an actionis nomen in libello sit exprimendum? Et dicunt alii qui quod iure Canonico quidem id nonenon sit exprimendum, per e[st] dilecti extr. de iudic. Sed tamen iure ciuilis, id quod probant per l. & l. C. de interdicto vbi dicitur acto nomen esse exprimendam: ex quo videtur aperi-
re constare nomen actionis esse exprimendum. Sed contraria sententiam ut communè defendit Bart. in l. i. in princ. ff. de edendo, & laeson in §. omnium. h. tit. num. 167. & in §. sed ista-
n. 69. scilicet nomen actionis necessarium in libello non esse exprimendum, & respondent add.
l. & l. C. de interdicto: actionem scilicet esse exprimendam, hoc est, actionem ita esse pro-
ponendam, specificandam, explicandam, vt ex ea proposita species futurae litis possit
cognosci. Non tamen prohibetur quis exprimere nomen actionis, cum inde eo re-
ctius possit cognosci actio, & propterea non annullatur processus si omittatur: Si autem
plures concurrent actiones, id fieri vtile & consultum videtur, vt eo rectius & facilius di-
stinctæ actiones possint dignosci, id quod praxis tandem dabit; Tantum etiam de hue grā-
ma disputatione.

DISPUTATIO XXXVII.

De actionibus in rem prætoriis.

CONTINVATI O.

*Actiones in rem ciuiiles vidimus: Prætoriae in rem iusto ordine
sequuntur.*

Thesis 1. Actiones in rem prætoriæ sunt; Publiciana actio: Actio re-
scissoria; Actio Pauliana; Actio Seruiana & quasi Seruiana, seu hypotheca-
ria actio, quæ omnes sunt reales prætoriæ, & rei persecutoriæ.

2 Publiciana actio æquitatis ratione habita, primum à Q. Publio præ-
tore proposita est, qua rem ex iusta causa, hoc est, titulo ad transferendum
dominium habili, puta emtionis, donationis, dotis, &c. à non domino bona-
fide acceptam, nec dum v[er]scaptam, & sine facto nostro amissam, à tertio pos-
sesso v[er]scaptam vindicamus.

3 Ex quo nunc constat hanc actionem per fictionem quandam esse in-
troducedam: vtilemque esse actionem seu vindicationem, & dari aduer-
sus quemlibet possessorem, ad quem possessio sine facto v[er]scipientis per-
uenit.

4 Hæc tamen actio non datur aduersus verum dominum, qui exce-
ptione dominii est tutus, nec aduersus titulo & bona fide possidentem.

5 Alias in hac actione omnia eadem erunt, quæ in rei vindicatione di-
stata sunt, cum & ad exemplum vindicationis, Publiciana detur.

6 Actio

6 Actio Rescissoria, non facta sed veram & perfectam vsucaptionem, ex aequitate praetoria rescindens, est, qua is qui propter iustam absentiam est laesus, intra annum rescissa vsucapione rem non vsucaptam vel amissam petit & vindicat.

7 Absentia iusta est, quando quis Reipubl. causa non dolo malo abest, vel in vinculis aut seruitute est; aut quando quis metu iusto abest.

8 Ad rescissionem porro vsucaptionis huius, olim annus utilis dabatur, hodie quadriennium continuum ad restitutionem currit.

9 Quamuis adhuc rescissoria actio seu petitio rei ablata annum suum utilem retincat.

10 Datur haec actio laeso eiusq; heredibus & quidem praesenti aduersus absentem; absenti ex iusta causa contra praesentem, absenti contra absentem, praesenti contra praesentem, & contra eorum heredes.

11 Pauliana actio est, qua ea, quae in fraudem creditorum alienata sunt, rescissa traditione recocantur & restituuntur, vt perinde sint omnia, atque si nihil esset alienatum.

12 Et datur haec actio creditoribus fraudatis & eorum successoribus, ad rem cum omni causa reportandam, & quidem intra annum utilem.

13 Et competit aduersus eum, qui sciens debitorem in fraudem creditorum hoc facere suscepit, quod in fraudem creditorum fiebat, sed non tantum consilium, sed etiam cunctus requiritur.

14 Aduersus vero eum, qui ex lucrativa causa habet, quamvis sit fraudis ignarus, in factum actio datur.

15 Actio Seruiana à Seruio praetore introducta & dicta est, qua experitur locator de rebus coloni in domum locatam inuectis & illatis, vt ibi perpetuo essent, quae pignoris iure facile ei tenentur, pro pensione seu rei deterioratione.

16 Datur autem locatori aduersus colonum res inferentem, non tantum ad res quotidiano usui comparatas & deputatas, vt sunt vestes, supplex, libri studiosorum, sed & quae ad agrorum culturam pertinent.

17 Actio quasi Seruiana seu hypothecaria est, qua creditor agit ad rei persecutionem, quae sibi iure pignoris seu hypothecæ erat obligata.

18 Datur igitur creditori, cui res est pignorata, licet sint plures creditores, & heredibus quidem aduersus eum qui possidet, ac restituendi habet potestatem, vel dolo malo fecit, quo minus possideat vel restituere possit.

19 Inter pignus & hypothecam, quantum ad hypothecariam actionem

attinet, nihil interest, quia tantum nominis sono differunt, quamvis in aliis sit differentia.

Corollarium. Simpliciter cum Zasio affirmamus contra Iasonem & Angelum merces venales in domum conductam illatas facile esse locatori obligatas.

DISPUTATIONIS XXXVII.

De actionibus in rem prætoriis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A

- 1 Actiones in rem præteria quot sint.
- 2 Pauliana actio an sit in rem.
- 3 Fabiana & Pauliana actiones quomodo differant.
- 4 Fraus non principaliter in Pauliana spectatur.
- 5 Pauliana actio, potest etiam personalis dici, & quare.
- 6 Serniana actio an sit prætoria vel ciuilis.
- 7 Actio quasi Serniana an sit realis nec ne.
- 8 Actione in rem quid denotetur in ll.
- 9 Publiciana actio iustam causam requirit.
- 10 Furiosus nullum contractum effaciter celebrare potest.
- 11 Usucapione nondum completa, competet Publiciana.
- 12 Publiciana cur dicatur Etius ratiō vindicatio.
- 13 Publiciana quando locum habeat.
- 14 Publiciana an etiam vero domino detur.
- 15 Cinile & ordinarium remedium qui haber, non debet desiderare extraordinarium
prætorium.
- 16 Dominum verum probare non valenti sufficit si probet quasi dominum.
- 17 Debitor quando Publiciana est possit.
- 18 Actio proprie non datur ex querela falso.
- 19 Publiciana an hodie sit necessaria.
- 20 Publiciana quomodo dicatur per quandam fictionem introductam esse.
- 21 Pradia Belligalia ad usucapi possint.
- 22 Matrem qui potest usucapere, potest etiam partem usucapere, qui sequitur matrem.
- 23 Publiciana actio non datur aduersus ipsum Dominum.
- 24 Publiciana an pro feruntibus detur.
- 25 Rei vindicatio & Publiciana quomodo differant.
- 26 Rescissoria actio quid sit.
- 27 Absentia causa iusta an sit, cum quis Reipubl. causa abelli.
- 28 Rescissio usucaptionis quanto temporis spacio fieri possit.
- 29 Iudicium actionis rescissione quatuorplex.
- 30 Actio an detur absentia contra praesentem.
- 31 Actio Pauliana quid sit, & contra quos competit.
- 32 Actio in fraudatorem qualis detur.
- 33 Eboratum conditionem, qui necessario passus est, quomodo sententia.

- 34 *Pauliana vocatur actio in factum.*
 35 *Seruiana actio quid sit.*
 36 *Colonus quis dicatur, quis item inquilinus.*
 37 *Bona iusticiorum & inquilinorum differunt.*
 38 *Hypothecaria actio quid sit.*
 39 *Hypothecaria actio quomodo differat à pignoratio.*
 40 *Pignus & hypotheca quomodo difficiunt.*
 41 *Merces venales illata in domum aliquam, an sint tacite obligatae creditoribus.*

AD Continuationem & thes. I.] Superiori disputatione satis acutum fuit, de generalibus quibusdam actionum, & de actionibus in rem civilibus, puta de rei vindicatione, confessoria & negotatoria: Nunc sequuntur iusto ordine actiones in rem praetoria, quarumque à lustin. recetur: Publiciana, Rescissoria, Pauliana, Seruiana & Hypothecaria. Obicitur cùtra, quod Pauliana non sit in rem, idque probatur per l. Videamus. 38. §. in Fabiana ff. de Cavaris, ybi refertur inter personales actiones, id quod in princ. l. ius legis expresse dicitur hoc modo videamus generaliter quando in actione, quæ est in personam, etiam fructus veniant & postea hæc actio Pauliana & Fabiana subvincuntur Resp. Ibi agitur de fructibus & ad eos quod attinet conueniunt, quæ alias in multis differunt, similitudo autem in uno inducit identitatem in omnibus. Largiemur aurem facile actionem Fabianam personali esse, id quod satis constat ex l. i. §. hac actio ff. si quid in fraud. patron. Ea que differt à Pauliana in his, quod Fabiana datur patrono: Pauliana creditori, & patronus creditor non est. l. 6. in fin. ff. de l. Cornel. de fal. id quod Cuiac. in tit. ff. si quid in fraud. patron. eleganter ostendit. Datur aurem Fabiana patrono liberto testato: Calvishana liberto intestato. l. 3. ff. si intestatus ff. si quid in fraud. patron. l. 3. C. cod. Cuiac. ibidem in parasit. ff. Pauliana denique est realis. 1. Quidia revocat alienata in fraudem & petit secessiva traditione, quemadmodum Imp. Iustin. affirmat. Dum igitur quid petit, realis est, ut ibidem Welenb. ostendit, & Theophilus probat. Habet enim oculum & digitura directum & fixum, in revocationem & possessionem rei, quæ apud aduersarium est, vnde effectu & reipila revocanda est, quo respectu realis est non personalis. Secundo id positum & situs huius actionis ostendit, cum à lustin. inter reales actiones hic referatur. Tertio quia magnam habet cognitionem, affinitatem & similitudinem cum actione rescissoria, quæ proxime praecedit, quæ absq; omnium controversia est realis.

Secundo oppono ita: Quod ex delicto est, est personalis. Hæc actio Pauliana est ex delicto, id est, fraude, vnde & Fabiana est personalis; Ergo potius personalis est dicenda. Resp. Negari non potest hoc actionem dari ob fraudem ecommisiam, & ideo eatenus dici posse personali, sed sciendum est hic quid fraudem non principaliter considerari, sed tantum secundario. Res autem revocanda potissimum attenditur, vnde recte à posteriori realis magis dici potest, argumento l. quaritur ff. de statu hominum. Hoc tamen addendum est, non absurde eam dici posse personali in rem scriptam. Iason nu. 13. & sequitur Welenb. hic in fine Myrl. nu. 19. personalis dicitur ex eo, quia est ex maleficio, & quasi contractu. Ex maleficio quando est fraus ex parte alienantis & recipientis. Ex quasi contractu, quando fraus est, ex parte tantum alienantis. Quatenus res petitur alienata in fraudem, affirmamus eam realem esse potius.

Porro non videtur rerum actionem Seruianam esse praetorianam, cum quod potius sit civilis. Aldeo quia oritur ex contractu locationis, quod negotium est civile: Ergo potius est iudicium civilis. Resp. Primum in iudicium in locatione habet, sed quatenus res persequimur pro

pensione tacite obligata, non ex contractu est, sed ex eo facto, quod in factis sunt res esse realis. 2. Putant id possit probari per iure*co *iure, 4. in princ. ff. in quib. causis pign. vel hypoth. et ceter. contrah. vbi ex iure descendere videtur Romanorum. Ergo non est ex praetoris iurisdictione. Respond. Illa verba, *co *iure & timur, non sunt ita exaudienda. quasi illud sit ex iure Romano, sed id moribus Romanorum fuisse ita obseruatum; & postea tamen a praetore fuisse hoc receptum, qui inde singularem actionem dedit, & ita in ius transgit hoc. Cuiac. lib. 17. obseruat. cap. 19. Et in l. 4. ff. de pat. Denique actionem & quasi Seruianam non esse realem videtur probari ex §. 1. supra de legat. Et l. 2. Cod. communia de legat. vbi refuntur tres actiones pro legato consequendo competentes, actio personalis ex testamento: actio in rem, & actio hypothecaria. Dum igitur actio in rem ab hypothecaria expresse distinguitur, sequitur eam realem non esse. Respond. Per actionem in rem indicatur & rei vindicatio, quae dum principem locum inter actiones reales obtinet, subinde in illo vocatur actio in rem propter excellentiam κατ' έξοχων. Nec tamen negatur *co*, quod aliae actiones in rem non sint, puta hypothecaria & aliae.******

Ad Thes. 2.] Agitur hic de prima actione reali praetoria, puta de Publiciana. Hæc aetatio mirabilia & subtilia habet, quemadmodum Zafius affirmat, in §. omnium. num: 17. in fin. Requiritur autem in hac actione, & iusta causa, hoc est iustus titulas ad transferendum dominium habilis, puta emt. vendit. donat. dotis, &c. & quidem ex iusta causa fiat traditio. Cui obstat videtur l. sed et si. 7. §. Marcellus ff. de public. in rem acti. vbdicitur, quod Publiciana actio competit eo casu, quādo quis cum furioso contraxit, & tamen certum sit eam causam iustitā esse inspecto furioso, qui nullum negotium recte contrahit, l. in negotiis. 5. ff. de reg. iur. Et principali non subsistente, nec reliqua subsistere poterunt. Respond. Concedimus secundum d.l. in negotiis. 5. furiosum & nullum contractum celebrare efficaciter posse, cum nullum habeat consensuum. l. furiosi. ff. de reg. sur. Quando tamen quis iusto errore putat furiosum esse sanx mentis, & ab eo aliquid emit, datur ei Publiciana actio, quasi a furioso bona fide aliquid accepit, qui non est liber sum rerum administrator, & qui nullum contractum potuit celebrare. Iusto contra datam solutionem ex l. 2. §. a furioso. 5. ff. pro emtore, vbi plane similis est casus de furioso, & ibi denegatur actio Publiciana. Respond. Ille textus non obscure videtur nobis largiri solutionem, quasi ex æquitate & utilitatibus causa. vsucapio. ibi procedat, & vsucapio nec non dñm completa Publiciana competit, propter bonam fidem secundum d.l. sed et si. 7. §. Marcellus. Inspecto autem iuris vigore emtio nulla sit, cum furiosus nullum negotium recte contrahat secundum dict. l. in negotiis, vnde nec Publiciana detur, secundum d.l. 2. §. si a furioso. ff. pro emtore. Et hanc solutionem gloss. habet in d.l. 7. Datur autem ex casu Publiciana contra eum, qui auferit illam rem, quæ est emta iusto errore a furioso. Cuiac. in d.l. 2. aliter hoc solvit putans illa verba: nec Publiciana competit, esse supposititia, quod Charontas non probat, & putat pro nec Publiciana legendum, sed Publiciana competit, & accessio possessionis, scilicet impleta vsucapione.

Secundo obiicitur hoc modo. Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet l. memo. ff. de reg. iur. Ergo qui non dominus est, licet ex iusta causa quid tradat, ius aliquod alicui tribuere non potest, quod tamen hic sit. Respond. Traditio hic est sine datione, hoc est, dominii translatione, Wesenb. hic. Dominium enim is qui dominus non est, tribuere statim non potest: Vnde tantum in conditione vsucapiendi constituirur is, qui a non domino accipit ppter bonâ fidem, & bonæ fiduci possellores dominis veris cōparantur, vnde etiam

etiam prætor ex æquitate nos singulari actione voluit tueri, cum vera & directa rei vim dicatio dari non possit, quæ competit vero domino & perfecto. Et † Publiciana dicitur utilis rei vindicatio propter directam actionem rei vindicat: quamvis tamen Publiciana prætoris intentione inspecta, directa sit, quod Myns. num. 9. hic ostendit, & propter bonam fidem possessoris prætor fictionem admittit, ut contra tertium malæ fidei possessorum intendat, se vñcepisse, quod non vñcepit. Cui solet opponi hic ita; ius non permittit mendacium quod punit. *I. meminerit. Cod. Ende. vi.* Sed hic prætor permittit mendacium: Ergo male. Relpond. Prætor permittit dicere se quasi vñcepisse, hoc est esse in conditione vñcapiendi bona fide & bono titulo, vnde merito se esse in ea conditione vñcapiendi aduersus tertium extraneum eas res alienantem defendantum, docet absolute & perfecta sequatur vñcapio. *I. bona fides ff. de reg. iuris. Mynsing. num. 14.* Is autem mendacium commitit, qui dicit se bona fide possidere, quod pessima fide obtinet, & ibi dolus omnino est reprehendens secundum *I. l. §. 1. ff. de domo male.*

Postea in definitione additur requiri ut hæc actio locum habeat, eum à quo actor acepit rem, † non esse dominum. Cui valde obincitur *d.l. sed et si. 7. §. si petenti. ff. de public.* *¶ in rem art.* vbi etiam is, qui verus dominus est habet Publicianam, quia iurat rem suam, & iuramentum satis ostendit eum certum fuisse sui dominii. Quia alias est pro veritate, *I. sed si possessori. §. item si invato, ¶ ibi gloss. & l. 2. ff. de iure iurando.* Respond. Illo textu se ad id moueri facetur Iason *hic num. 6. l. in fin & num. 6. 2.* Ad quem tamen textum postea *num. 6. 6.* disputandi gratia respôder eum proficet materia esse intelligendum in eo casu, quando quis credit se esse dominum, cum habeat bonam causam & bonam fidem, quamvis tradens non fuerit dominus, id quod dum probabiliter ignorare potest accipiens, merito potest iurare rem suam esse, hoc est, se non aliter credere & putare quam eam rem suam esse. Vnde Iason verbum, meam, explicat, per quasi meam, pro subiecta materia, Germanicè. *Ich sq were das Ich vñ mein Guth halte.* Et dominus Mynsing. *num. 8.* hoc eleganter explicat hoc modo. Quando dicitur aliquem non esse dominum, aliquem à non domino accepisse, respicitur ad ipsam *I. loquentem*, & ad casus qui sic venire solent frequenter, & cum eveniunt, apud naturam, vel nostra inspecta, sunt certi.

Non autem referendi sunt ad opinionem actoris, qui ignorare potest, utrum tradens fuerit dominus. Omnia enim generaliter rerum natura cognoscit, quæ nos plerunque diuinare non possumus neque tenemur: verba Myns. elegantia. Itaque autorem rei traditæ non fuisse dominum ac proinde dominum si quasitum non esse ignorare debet actor illud tantum medicatus, quod traditionem & iustam possidendi causam quâll. tenuerit, naëtus sit, & quod nōne suam probet. Vnde vero iurare potest suam esse causam, quia ignorat alterius esse, sed putat suam esse præsertim cum ab alio illares non vindicetur, & apud talen sit, qui iustum possidendi causam nullam habet. Nec his quicquam aduersatur *I. si duo. 13. §. idem Julianus. ff. de iure iuri.* (quod tamen a Iasonne in d. loco vocatur difficile contrarium) quia ibi verius dominus per præceptio- nem longi temporis factus iurat suam esse rem, vnde datur ei utilis actio ex iure iuriando scilicet, quæ etiam ad similitudinem indicati in factum actio dicitur. *I. action. 8. Cedit. de rebus credit. & de iur. Eo lib. hic & in tract. suo de iuris. capta. penult.*

Notandum tamen est hic quod eriâ Ultramontani dicant vero † domino dari Publiciana, id quod probat Iason & Zal. *v. 8. in fin.* (quamvis tamen ibidem dicatur se con. munem.

DISPUTATION. IURIS CIVIL.

- ¶ 152 Citramontanorum sententiam velle in consulendo sequi, sibi fere contrarius; id quod Myns. n. 38. fatetur) Myns. n. 37. vbi dicit eam sententiam esse aquo rem & veriorem. Citramontani tamen ut & Faber habent pro se textus & rationes. Textus sunt in l. 1. § merito ff. de public. in rem aet. vbi dicitur, merito prator ait nondum vsueaptum. Nam si est vsu-
captum, hoc est, si quis etiam dominus factus habet ciuilem actionem, id est, rei vindicat
nec desiderat honorariam, id est, Publicianam. Ergo vero domino Publiciana non da-
tur. Secundo probatur id ex l. 1. si ab eo. 18. ff. de pignor. & hypoth. vbi dicitur expresse Publi-
cianam ei non dari, qui est dominus. Deinde rationes haec sunt, quia qui habet ordina-
rium & ciuile remedium, non debet & desiderare extraordinarium & prætorium. l. in casu-
sa. 16. ff. de minorib. 25. annis. Porro duæ actiones contrariae non possunt ad idem tendere,
dicere vsucepi & dicere nondum plene vsucepi contraria sunt: Ergo ad idem non pos-
sunt competere. His omnibus non obstantibus, priorem sententiæ sequimur, & respon-
demus ad d. l. 1. §. merito ff. de public. in rem aet. Et si prator ibi id dicat in casu inuentionis
& introductionis huius actionis Publicianæ cum ad id sit introducta, vt eum tueatur, quia
non dominus quid accepit bona fide & iusto titulo, cuius tamen dominiū nondū plene
acquisiuit: tamen non negat prator, eam non dati directo domino, si malit ob difficultatem
probationis dominii, ad hanc configere, quia dominii est difficilis probatio l.
quamvis & ibi Dd. C. de probation. Nam sepe evenire potest, vt quis habeat vere dominiū,
sed tamen id non possit probare, tum sufficit probasse & quasi dominium, ad cuius proba-
tionem admittitur in Publiciana, vnde duas eas actiones prodest in uno libello cumula-
se & haec duo remedia coniungere atque dicere, non quidem possum probare ita domi-
niū, probo tamen me habuisse possessionem iusto titulo & bona fide, quemadmodum
Myns. n. 38. & n. 39. & ult. in fin. & Zafius respondet n. 8. vbi tamen addit se communem Citra-
montanorum sententiam malle sequi in consulendo. Ad alterum textum in d. l. si ab eo.
18. ff. de pignor. & hypoth. quod attinet, is eodem modo est intelligendus, vel dicendum est
¶ 153 cum Mynsing. n. 40. ibi nihil aliud affirmari nisi & debitorem, qui bona fidei est possessor,
nec dominium plene est consecutus, Publiciana vti posse; Sic eodem modo prætor con-
seruat & tuerit creditorem per Seru anam, & quidem creditorem bona fide possidentem
tuerit aduersus alium, non tamen aduersus dominum ipsum, vt nec Publiciana aduersus
dominum vergit, qui exceptione dominii tutus est, vt thes. 4. affirmamus. Nec ex illa l.
sequitur contrariū argumentū, Publiciana agit, q. est bona fidei possessor, Ergo dominus
ea agere non potest, quia utique ea agit. Ad primam rationem quod attinet, dicendum
est, propter probationis difficultatem eas cōiungi posse in metu deficientis probationis:
vt supra dictū est. Deniq; ad ultimā rationem respondendū est, contrarias actiones istas in
processu pari pede currere Zaf n. 9. quem idmodum ante id fuit ostensum, quia & alias
omnia eadem sunt in Publiciana quæ in rei vindicat. dcl. l. sed est. 7. §. in public. ff. eodem.
Deinde exemplum de querela in officioli & querela falsi, est magis simile, quam idem.
¶ 154 quod Zafius num 8. habet, præsertim cum ex & querela falsi non detur actio propria,
vide l. contra. C. de inofficio testam. Et sic omnibus argumentis satis responsū est.
¶ 155 Supereft nunq; questio: An & hodie Publiciana sit necessaria? videbatur dicendum
quod non, quia potest includi rei vindicationi. Secundo obstat Auct. male fidei. C. de
prescript. long. temporis, vbi dicitur malam fidem autoris hoc seculo impedit prescriptio-
neum & vbi nou prescribitur, ibi non potest agi Publiciana. Tertio obstat cap. Vigilantis
& cap. Ult. de prescript. c. possessor. d. reg. iur. in 6. Ad primū argumentū quod attinet, dicen-
dum est, ex l. 12. Tab. rei vindicationem tantum dari vero domino, non bona fidei pos-
sessori. Prætor igitur ex sua iurisdictione speciale in introducit actionem, quæ ita com-
modo

modo tē vindicationi interferi non potuisset. 2. Ad eust. mala fidei quod attinet, disponitur ibi, quod mala fidei possidente alienante, si dominus verus ignoret suum ius, & alienationē factam esse, spectetur 30. annoū tempus. Ergo tamen non tollitur per nouissimum ius Publiciana, licet quo ad autorem longius tempus ponatur. Præterea certum est mala fidei autorem postē vñcapiendi conditionem in aliis conferre, qui propter bonā fidem & iustum titulū sit bona fidei possessor, & defenditur hac actione propter bonā fidem. Hac Iason n. 76. & 77. 78. habet Mynt. tamen nu. 30. generaliter tam ad d. l. Auth. quam ad Canones responderet hoc modo. Omnia illa iura ex naturali certitudine loquuntur, ponunt casum, inuent omnen humanae calliditatis camerinam, sed cum ad captum humānum & rem prætentem quæ incidat, respicimus, potes sine frequenter accidere, vt auctor sit mala fidei; accipiens autem rem nesciat? potest sine millies in iudicio caluniose à reo allegari contra auctorem mala fidesvel sua vel actoris? Certe si his casibus tollas Publicianam, facies omnia incerta. Retine igitur semper bona fidei autorem. Retine malam fidem auctoris non apparere: retine rem carete vitio: & dic hodie semper locum habere Publicianam, non minus quam olim, imo inquit nullam propemodum actionem in foro esse frequentiorem.

Ad Thes. 3.] Affirmatur hic hanc actionem † per quandam fictionem esse introdu²⁰. Etiam, quia singitur bona fidei possessor vñcipele aliquid plene, quod nondum plene vñcepit. Sed obiicitur, quod nec vñque ex parte vñcipe perit, hoc est, omnino non vñcepit, & tamen datur Publiciana, id quod potest probari per l. cum sponſu. 12. §. is cui ff. de public. vbi dicitur eti⁹ quis non habeat possessionē tamen datur Publīciana cum tamen certū est vñcipationē non esse sine possessione. l. sine posſe. ff. de ſur. & vñcap. Et in Publiciana vñcipatione opus est. Resp. Ille casus est ſpecialis, quia quando reſtituitur verbo tenus tantum fideicommissaria hereditas eti⁹ non fit tradita poſſeſſio, tamen habet Publicianam; ſcilicet pro iis rebus, quas defunctus bona fide poſſedit, & heredi per fideicommissum reliquit, vt gloſſ. explicat, & certum est in legato, tranſire statim à morte testatoris dominium ad legatarius fiſte, & ſicut etiam poſſeſſionem: Vere etiam poſt aditam hereditatem, idem & in fideicommisso. Nam si dominus vere eſt testator, tranſit dominium in fideicommissarium: ſi non, ſaltem poſſeſſio, vt hic, & quidē licet non fit apprehenſa, tamen pro eo à tertio conſequenda habet actionem Publicianam. Secundo obiicitur d. l. cum ſponſu 12. §. in Vēſtigialib. ff. eod. Respond. Cuiac. in l. 4. §. libertatem. ff. de ſur. & vñcap. putat vñcigalia prædia vñcapi non poſſe, ſed tamen poſſe pro²¹ longo tempore acquiri; atque ita cum d. l. cum ſponſu. §. in Vēſtigialib. conciliat. l. ſi finita. §. in Vēſtigali. ff. de dāmno in ſecto. gloſſ. variæ ſolutiones habet in d. §. in Vēſtigialib. inter quas illa placet d. §. in Vēſtigialib. loqui de fiscalibus prædiis vñcigalibus. ſed dicit. §. in Vēſtigali. de prædiis vñcigalibus ciuitatis, id quod vox, municipes, videtur ostendere, Chārontas putat in d. §. in Vēſtigialib. d. l. ſi finita. procedere ſi dominus miſſo in poſſeſſionem aduersario dāmni in ſecto cauere noluit, & per contumaciam paſſus eſt iuberi à prætore eū poſſidere. Tertio obiicitur l. ſi ego. 11. §. partiu. ff. eod. vbi partus ancillæ furtiuam p Publicianam peti potest, qui apud bonæ fidei poſſeſſorem eſt conceptus, eriamſi ab eo, qui emit matrem furtiuam poſſeſſius non eſt; Ergo abſque poſſeſſione procedit Publiciana. Resp. Partus pro ſuo vñcipe potest, ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem concepit. l. ſi matrem. C. pro emtore. l. qui Vas. 48. §. uncilla. Verſ. ſed ſic cōcepit. videlicet ſi edatur eo rēporte, quo furtiuam matrem eſſe ignorat. Nam dum ſi matrem vñcapiere poſteſt, quam emit bona fide²² cur non & partum qui matrem ſequitur. §. in pecudum. ſup. de rerum diuis. non ſolum. 33. in princ. ff. de ſur. & vñcap. d. l. ſi ego. §. partiu. b. tit. n. Cuiac. ad d. l. 4. §. hec. ff. de ſur. & vñcap.

Gesup. Sed obiicitur d.l. 4. §. sed et si ff. de usurpat. & G. gesuc. sp. Respon. Si ancilla prægnans surrepta fuerit, vel si apud furem aut furis heredem concepit, etiam si apud bonæ fidei possessorum pariat, vñscapi non potest partus, d.l. si ego. §. partus. d.l. quis has. & ancilla, quia res illa furti vitio labarat. Partus enim nomine is qui ancillam surripuit, furti actione conuenit non potest, si ancilla apud bonæ fidei possessorum pepererit, ideo autem non potest conueniri, quia partum non contrectauit, *Caiac. in d. loco.*

23 Ad Thes. 4.] Affirmatur hic actionem Public. t̄ non dari aduersus ipsum dominum. Cui opponitur l. si à Tito 72. ff. de rei vindicat. vbi datur hæc actio aduersus dominum ipsum, vt loquitur Zasius num. 27. publicare potest contra ipsum dominum. Respond. Is casus est specialis, vt si ego à Tito bona fide rem alienam emero, deinde ego cecidi à possessione, qua peruenit ad Titium, à quo emerā; Is Titius interea factus est dominus rei, forte per successionem, ego peto ab eo rem Publiciana, ipse excipit, se esse dominum interea factum, & me non posse nisi contra dominum: hic ego replico dolo eum facere, cum causam ab eo habeam, & titulum, & ita retrotrahetur venditio à principio inualida, & dabitur mihi contra eum Publiciana. Idem proponitur in l. apud Celsum. §. si a Tito. ff. de doli except. cumque casum notabilem vocat Zasius. num. 27. Secundo obiicitur l. si quis rem. 24. ff. de except. rei iudicata. vbi datur aduersus dominum hæc actio. Respond. talis ibi est casus. Si emtor est bonæ fidei à Tito vero domino conueniretur rei vindicatione, & quia forte dominum probare non potet, bonæ fidei emtor obtinet sententiam, & absolvitur à Tito; Si bona fidei emtor postea cadat à possessione, qua perueniat ad Titum, qui se dominum iactauerat; iam bonæ fidei emtor recte Publiciana ager aduersus Titum, licet vere sit dominus. Tanta est vis rei iudicata, qui emtor nitetur sententiæ per eum obtentæ, nec audierit Titius, etiam si offerat se dominum probaturum, obstante sibi sententia. Textio obiicitur l. d. anni. 18. §. non solum. ff. de damno infecto. vbi Publiciana datur contra ipsum dominum. Respond. Ille casus similiter est specialis, quia si vicinus meus habet ades ruinæ, & me postulante nolit cauere de damno infecto, quo casu mittor in possessionem ædium vicini ex primo decreto. Iste vicinus me impedit, prohibet me, concutit me, ne possim accipere possessionem a prætore mihi decretam. Tunc præter alia remedia possum intententare Publicianam, quia per prætorem accipio condicitionem vñscapiendi; Ergo ut sim in possessione & tandem per secundum decretu secura longi temporis possessione consequar dominiū. d. §. non solū & l. §. & l. in fin. ff. de acquir. poss. §.

Ad Thes. 5.] Affirmatur omnia esse eadem in Publiciana quæ in rei vindicat. Cui oppono d.l. si ego. II. §. si de usurpatu. ff. de public. vbi datur pro seruitutibus hæc actio, cum tamen rei vindicatio pro seruitutibus non derur, sed singulare actiones Confess. & Negat. in eam rem sint conceperat, §. aequ. sup. b. 11. num. Respond. Verum est pro Seruitutibus à non domino constitutis, & ab alia forte tertio impeditis datur hæc actio. Rei autem vindicatio pro iis non datur, & in eodem t̄ hic differunt Myns. n. 46. vt & in eo, quod rei vindicatio sit directa: Publiciana utilis, respectu rei vindicata, & quamvis d. l. sed et si. 7. §. in Publiciana. ff. cod. generaliter secundum thesin nostram loquatur: tamē accipienda est, quasi adiecta esset particula, F E R S, & rarum non est textum aliquem loqui generaliter, & tamen certas admittere limitationes.

26 Ad Thes. 6. 7.] Secunda actio in rem præatoria est actio rescissoria, quæ veram & perfectam vñscapi nem rescindit properi iustum absentiam. Iusta autem absentia etiam illa est; quando quis in vinculis vel seruitute est. Cui valde opponitur quod sine possessione vñscapi nō procedit. l. sine possessione 25. ff. de usurpat. & G. gesuc. Sed qui apud ho-

Resest non possidet, l. neq; seruus. 11 ff. de vscap. & vscap. l. ait prator. 23. §. is autem ff. ex qnib. causis maior. Ergo neque vscapere potest, quod tamen Iustin. Imper. affirmat. in §. rursus h. est. num. Respond. Zalios in d. h. rursus affirmat num. 13. hunc nodum in toto orbe soluere posse nemine, Iustinianu vel domitiale vel vinura bibisse quando hoc exemplum adiecit. Tandem tamen hanc solidam assert ad hanc rem solutionem, quod et si quis caput ab hostibus non per se vscapit, vscapiat tamen per seruum ex rebus pecuniaribus, quas serui nocti sunt, & illa solutio plene habetur in d. l. ait prator. 23. §. hi plane ff. de vscap. & vscap. que affirmat aliquem qui est apud hostes neque per se, neque per seruum possidere. & ideo non vscapere, quod procedit propter causam peculiarem, si seruus res peculiares non habet. Deinde affirmatur iustum causam absentis esse † si quis 24. Reipubl. causa sine dolo malo abest. Cui opponitur. l. & qui data. 5. §. fin. ff. ex quib. causis maior. vbi dicuntur eos, qui Romæ Reipubl. operari dant, Reipubl. causa non absente. Resp. id ideo sit quia illi agunt adhuc in Romana Republ. Insto ex lege abesse. 32. ff. ex qnib. causis maior. vbi dicitur contrarium. Respond. l. loquitur de illis qui in principis a- gunt, hi absunt Reipubl. causa, quia prouincia Romanorum distincte fuerunt à Roma- na Republ. vt ex historiis constat.

Ad Thes. 8. & 9.] Affirmatur in hisce 2. thesibus aliquid contra Cuiat. & Borch. & alios Neotericos, qui dicunt hac actionem unica esse, & per rescissionem vscapionis ipsam recte una vice & tempore, scil. toto quadriennio peti, nos quinquerenniū requirimus, quadrienniū ad 28 rescissionē vscapionis; annum vtilem ad rei petitionē id quod Schurff. corf. 9. 4. n. Vlt. cent 3. Zalios in d. h. rursus. num. 18. talon hic num. 9. 10 Mynsing. num. 16. volunt. Et af- firmamus † duplex esse iudicium hic Rescindens & Rescisorium. Conta nostram sen- 29 ceutiam obiicitur l. 1. ff. ex quib. causis maior. vbi dicitur earū rerū actionem intra annum, quo primum de ea re experiundi, potestas erit, dabo, vbi nota verba: earum rerum; Ergo olim utiles annus fuit ad restitutionem & petitionem ratione rei persequenda: Et dum mutatus est in quadriennium continuum, annus ad persecutionem vel petitionem non superest. Resp. Effectu inspeculo id in d. l. 1. dicitur, nam ita sunt coniuncta, ut vbi sit tracta-
tio restitutionis, ibidem etiam fiat mentio rerum, quæ debent restituiri. Secundo obiicitur q; in d. l. 1. dicatur, intra annum utilem (quod olim obtinuit) restitua, hoc est, plene omnia tractentur, omnia consummetur, & aboluantur. Resp. generaliter loquendo id ita procedit, distincta tamen possunt esse negotia, scil. duo iudicia: rescindens & rescisorium. Insto. Sed absurdū esset pro vna re in hoc negotio duas habere actiones, duos pccellus; vnu ad rescil-
lionē imperrandam: Alterū ad rei persecutionem, id quod habet Mys. versatus in praxi optime. Resp. Id in d. § rursus & in l. honorariis ff. de ob. & alt. ita dicitur per duos abla-
tiuos cōsequentię, qui conditionē important, Rescissa vscapione, hoc est, rescissione im-
petrata obstaculo remoto, dari intra annum petitionē ad rem. Insto. Sed illa verba: intra
annū, præcedunt illa verba: rescissa vscapione, & tam comprehendunt rescissionē q; peti-
tionē, ita ut uno actu & uno labore fiat; Ergo olim annus utiles fuit ad tota re: hodie qua-
trienniū tantū ex novo iure. Resp. in d. l. in honorariis dicitur sic. Rescissa vscapione, hoc
est, post vscapionem rescissam, scil. quid singulari iudicio rescidente factū est, reddi iu-
dicium rescisorium, hoc est, rescisoriam hac actionem ad persecutionem, & anno finiri,
qui adhuc durat. Tertio obiicitur l. Vlt. in princ. C. de semp. in integri. restitut. vbi mi-
dores comparantur maioribus. Minores autem habent tantū quadriennium ad rescissi-
onem totius rei, & ad restitutionem; Ergo maiorib. minus datur. l. in causa: 13. §. Est ff. de
minorib. Respond. Expressum id habemus in maioribus in d. §. rursus. & in d. l. in honora-
riis, & vitari potest id, si dicamus d. §. rursus. in iure antiquo loqui. Quarto obiicitur

in d.l. & l. C. de tempor. in integr. estis. dicitur quadriennium requiritur ex iure nouo ad interponendam contestationem & finiendam litem; Ergo non superest annus ad petitio-
nem. Resp. Contestatio ibi de significatione vel compellatione potest accipi, vt & alias
non de solennis processus restituione quam non puto in restitutionibus ita seruari, quæ
sunt ex prætoris æquitate & moderatione vel si de veralitis contestatione accipitur pecu-
liaris est actio extraordinaria in restitut: declaranda vñscap.refcissa:& solennis ac pecu-
liaris processus in petitione finito restitutionis negotio : & de restitutione negotio fini-
to pro subiecta materia ille textus: est accipiens catenus nimirū quadriennium esse:
quoad petitionem autem esse adhuc vnum annum utilem dandum. d.s. rursum d.l. in hoc
norariis. Quinto obiicitur l. sed eti. 20. §. quoties ff. ex quib. causis maior. Respond. Id rati-
one temporis variat, & ita id est considerandum. Sexto obiicitur. l. & l. C. de repudiani.
Et abslin. hered. vbi ultra quadriennium datur adhuc triennium. Respond. Id speciale-
est, vt tradit Cuiac. in parasit. Cod. b. titul. & loquitur de suo herede, vnde ei legi non
obstat l. quod minor. 24. §. Scanola. ff. de minor. 25. annis.. quia loquitur in herede extra-
neo ex verbis, repudiare hereditatem & omittere possessionem; quamuis tamen circa
suum & extraneum heredem idem haud dubie fuerit ex generalitate editi prætorii. Ca-
stalius dicit in d. §. scanola, fuisse substitutum; in d.l. & l. non fuisse, quamuis gloss. cor-
rectionem amplectatur. Denique obiicitur ex l. & l. ff. maior factus alienationem factam
sine decreto. Respond. Ibi est specialis casus forte in odium eorum, qui prædia minorum
non alienanda, sine prætoris auctoritate & decreto, ad se rapiunt, & ita negligunt auto-
ritatem prætoris:

30. Ad Thes. 1c.] Affirmatur hic actionem dari † absenti contra præsentem. Cui ob-
iicitur, l. is qui Respub. 39 ff. ex quib. causis maior. vbi absens contra præsentem in ciuitate-
ron habet restitutionem. Resp. Quia reliquit procuratorem dari, per quem potuisse de-
fendi, sed non fuit defensus. In isto contra datam solutione ex l. eti. 26. §. & l. ff. ex quib. cauf.
major. vbi dicitur restitui eum, qui procuratorem reliquit. Resp. Loquitur ibi de eo, qui
legationem subiit pro ciuitate, is restituitur sive reliquerit. procuratorem sive non: Si-
sim reliquit eum, & per procuratorem tantum stetit, quod non sit defensus, restituitur.
cum contra procuratorem, si non reliquit procuratorem, ex iusta causa illa absentia in
legatione restituitur ex æquitate prætoris.

31. Ad Thes. 11. 12. 13. 14.] Agitur in hisce thematibus, de actione Pauliana , † qua ea,
qua in fraudem creditorum alienata sunt, rescissa traditione revocantur, & cōperit contra
eum qui sciens debitorem in fraudem creditorum hoc facere suscepit, quod in fraudem
creditorum fiebat. Sed obiicitur quod etiam datur in ipsum fraudatorem. l. r. in fin.
pr. Et l. & l. & l. ff. qua in fraud. creditor. Resp. dictum mandatorium datur tam in frau-
datorem, hoc est, debitorem ipsum, quam in eos, cum quibus fraudationis causa debi-
tor aliquid gessit Cuiac. lib. 12. obseruat. cap. 5. Sed obiicitur, contra eum, qui omnibus bo-
nis est exutus, actio dari non potest. Ergo nec contra fraudatorem id quod argumentum
Ictus ipse in d.l. & l. & l. ff. qua in fraud. credit. obiicit, & Cuiac. in d. loco. Sed respondeo
propter causa dari d.l. & l. & l. in fin. ff. cod. hoc est, si quid post venditionem bonorum ali-
quid acquisierit, pro modo eius, quod acquisierit, vel si quid fraudationis causa aliquid i-
ta dissipauerit, vt nulla ratione recuperari possit etiā in solidum: l. si quis dolo. in pr. ff. de re
indic. in hoc vt vel carcere vel vinculis coercetur, à quo seruari potuit, id quod etiā vul-
32. Welsenb. in parasit ff. qui in fraud. credit. vbi dicit, actio datur in † fraudatorem vt incar-
ceretur, cum alias bonis distractis nulla actio supersit, id inquit durum est propter dictum l.
C. cod. Resp. eodem hoc recidit; Sed obiicitur l. & l. C. de removand. bis, qua in fraud. credit.
ibi

Ibi dicitur, quod ex edicto perpetuo tantum habeat actionem fraudator, qui fraudando-
rum creditorum gratia debito em liberavit acceptatione in quantum facere potest, vel
dolo malo fecit, quominus possit, cum alias in solidum teneatur is, qui fraudem scilicet: Is
autem qui ignorasset, in quantum locupletior sit factus, l. 6. §. similis medo vers. in hos ff. qui
in fraud. credit. Respond. Cuiac. in d. loco, nouum esse edictum in d. l. & l. C. cod. potest au-
tem dici quod teneatur is, qui necessario passus est bonorum venditionem urgentibus ex
ordine creditoribus tantum † in id, quod facere potest, dolore malo desit posse, non al-
ter quam eum, qui sua sponte cessionis beneficio ex l. Iulia, bona sua vendi patitur. Vale-
re enim in utroque rationem illam, quem dicitur, inhumanum esse exutum suis bonis in so-
lidum damnari. §. & l. & l. infra de actionibus. Volut igitur Imp. huic rei consolare edicto perpe-
tuu. At notat in d. l. & l. Charontas ipsum Edictum non extare, & illam legem esse singu-
larem. Notandum vero est fieri aliquid hic in fraudem vel ex onerosa vel ex lucrativa cau-
sa. Si ex onerosa causa puta exemptione tenetur hoc edictu tum, si sciens & fraudulose fecit,
alias non tenetur edicto hoc, si fraudis est ignorans: Si autem ex causa lucrativa, tenetur
quis, siue sciat fraudem, siue eam ignoret, l. p. n. C. de revocand. iis qua. Et ibi gl. sed tantum
in id, in quo factus est locupletior, d. l. 6. §. similis vers. in hos ff. cod. Et vocatur actio Paulia-
na, actio † in factum in d. l. 1. Cuiac. in tit. C. de revocand. bus, &c. Quamuis Wesenb. aliud
videatur in parasit. ff. scilicet actionem Paulianam dici etiam Caluianam, scilicet in l. ait. 9. ff.
cod. ad Caluianamque refert illud posterius edictum, quod eiusdem est effectus & ma-
teria, cum Pauliana saltem diversis nominibus actiones esse proditas. Et hoc saltem esse
in secundo edicto, quod interdum in factum actionem daratum se pretor pollicetur,
de facta fraudis seu fraudulationis mentione, Wesenbe. num. 1. 2. 5. Cuiac. vult semper il-
lam actionem Paulianam dici posse in factum, id quod etiam defendere videtur l. penult.
C. cod.

Contra thes. 15. 16.] Agitur hic de alia actione in re praetoria, scil. de Seruiana, † qua
experitur locator de rebus coloni, hoc est, conductoris siue is sit colonus siue inquilinus,
alias theses sequens non subsisteret, & Imp. quidem vocabulum, *Colonus*, habet: Addit. Zaf.
num. 9. Et seqq. etiam Inquiline intelligi & Myns. num. 4. per l. 2. ff. in quibus causis pign.
Vel hypoth. tac. contrah. Colonus autem dicitur † qui in ciuitate agrum conducit, si quis
in villa conduceat predium urbanum, si esset inquiline, quia locus non facit inquiliini
vel colonum, sed materia. l. Urbana: 16. ff. de Verb. sign. Et l. Ctus in l. repignoris. ff. de acqui-
posse. dicit colonum qui in agro, inquiline qui in rebus conducunt, vt studiosi sunt
inquilini, illorum bona sunt pro pensione affecta & obligata: Zaf. num. 15. si tamen ibi
perpetuo sunt: Ergo non libri, non vestes. Loquimur autem de predium urbano tantum,
non de rusticō predium. l. eo iure. 4. in print. ff. in quibus causis pign. Vel hypoth. Et sciendum
† bona rusticorum esse manifesta, vt plurimum, ligones, rastri, sarculi, aratra; Inquiline
occulta saepe cum & versuiores sint, volunt pauperiores saepe videri, ne vilescant, ne pa-
teant diuinitas aliorum inuidiae. Huc etiam pertinet Colonus, Partiatius, qui improprie-
tiam venit, extenso vocabulo Zaf. n. 14. Myns. n. 8.

Ad thes. 17. 18. 19.] Agitur hic de actione hypothecaria, † qua creditor agit ad pignoris
persecutionem aduersus quemlibet possessorum, & hæc ad exemplum Seruianæ est intro-
ducta, l. 1. C. de precario. Differat autem plurimum † à pignoratitia quia illa unum nomen
retinet; Hypotheca non. Illa est in personam, hæc realis; illa ciuilis, hæc prætoria; illa da-
tur debitori pignoris recipendi causa: Hæc creditori pignoris vindicandi causa, actio hy-
pothec. soluta pecunia à debitore perimitur; illa soluta pecunia nascitur. Inter pignus.
& hypothecam quo ad hanc actionem nulla est differentia. Datur namque hoc actio tam
V. 3. pro.

40 pro pignore, quam pro hypotheca à quolibet possessore vendicanda. Alias tamen est dil-
ferentia inter hypothecam & pignus, quia pignus traditione constituitur, & plurimum
est in mobili re: Hypotheca vero nuda mentione & plerunque est rei immobilis, s.i. & l.g.
§.1. ff. de pign. ad.

Ad Corollarium.] Disensio est inter Dd. in ea quaestione: † An merces venales illatae
in domum conductam tacite sunt obligatae creditori? Zasius constanter id affirmat num.
40. 11. contra Iasonem num. 44. in §. item Seruana. Iasonis & aliorum argumenta hæc
sunt. Primo ex l. in prædict. 7. §. Et ff. in quibus causis pign. vel hypoth. contrah. vbi dicitur ea
tantum obligata esse locatori tacite, quæ eo animo inuecta illatae sunt, ut ibi sint per-
petuo; sed merces venales non sunt in taberna perpetuo.: Ergo tacite non sunt obligatae.
Respond. Verum est, quætidie aliquæ distrahantur, quod licet, si, subinde tamen aliquæ
substituuntur. In genere igitur & generali affectione obligantur, licet non in specie, & o-
culus dirigitur ad genus, scil. prout semper ibi merces sunt, quales tandem sunt, licet non
sint eadē. Myns. n. 16. & hoc pro Zasio & Myns. expresse probat l. cum tabernam. 34. ff. de pign.
et hypoth. quam dicit Zasius pro hac re esse euidentissimam, nimirum pignori esse tacite
obligatas merces quæ distrahantur, si modo alia comparantur. Deinde probatur id
ex l. proponebasur. 76. ff. de iudic. vbi populus in ciuitate adhuc idem putatur, qui ante
centum annos fuit: Ergo & merces quæ comparantur, sunt eadem, quæ olim fuerunt,
& est pulchrum simile & conueniens. Secundo obiicitur §. item Seruana. h. tit. n. vbi ex-
emplum in mercibus non ponitur: Ergo merces tacite non sunt obligatae pro pensione.
Respond. Exempla non restringunt regulas, dicitur ibi de colono seu inquilino, cuius res
sunt tacite obligatae pro pensione. Nec additur quales illæ res sint; Hatum autem numero
sunt merces, ut iam est probatum. Denique obiicitur l. generali. 32. & Exor. 11. ff. de V/s
& V/su. legat. vbi quis vxori legavit vsum fructuum domum & omnium quæ in iis erant,
excepto argento, & deciditur nec ea venire quæ mercis causa sunt comparata: Ergo nec
hic veniunt merces tacite pignoris loco. Respond. à legato ad presentem nostrum ca-
lum pignoris male infertur, præsertim cum d. l. cum tabernam, id expresse velit.

DISPUTATIO XXXVIII.

De actionibus prætoriis in personam; & de poenalibus.

CONTINVATIO.

Premisis' actionibus in rem prætoriis, sequuntur actiones in personam
prætoriæ. §. in personam. Institut. de action. Wefen-
bec. & Schneidvvein. hic.

Thesis 1. Actiones personales prætoriae sunt, de constituta pecunia de
peculio & iuratoria, seu actio in factum ex iuramento præstito. d. §. in perso-
nam. hoc tit.

2. Actio de constituta pecunia est actio in personam prætoria, qua agitus
contra eum, qui nudo pacto constituit, seu deliberate promittit, se solura-
rum esse, quod is aut aliis ex nudo pacto vel quacunq; alia causa debebat. §.
de constituta. institut. de action. Mynling. hic num. 5.

3 Ex quo nunc constat, hanc actionem per nudum pactum esse introductam, utilemque actionem concedi ei, cui per nudam conuentiōnem constituitur aliquid vel sibi vel alii debitum. §. de constituta. h. tit. l. eum qui. §. Iulianus. ff. de constitut. pecun.

4 An aliquis sine admonitione seu interpellatione constitui possit in mora, quae vel sit ex persona, vel ex re. Ias. in §. in personam. n. 55. Inst. de act. Bart. in l. promissor. §. 1. ad fin. ff. eod. tit.

5 Hæc actio datur aduersus enim, qui vel pro se, vel pro alio dare & facere ex quacunq; causa vel contractu siue certi siue incerti constituit. l. i. §. debitum. 6. & l. qui autem. ff. de constitut. pecun.

6 Distinguimus hoc loco inter illud, quod fit exceptione & ipso iure secundum actiones bona fidei & stricti iuris. §. in bona fidei. & ibi Zafius. Institut. de action.

7 Actio de constituta pecunia datur quoq; ad omnes res in constitutum deductas, siue sint mobiles, siue fæse monentes. l. i. ad S. C. Macedon. l. i. C. de probat. l. 2. C. de constit. pecun. Ioan. de Plat. in §. de constituta. n. 100. h. tit.

8 In hanc demum transfusa est actio receptitia, qua aduersus argentarios olim dabatur. §. in personam. h. tit. l. i. 2. C. de constitut. pecun.

9 Differunt inter se actio de constituta pecunia & receptitia, quod illa procedit, quicunq; is fuisset, qui constitueret: hæc vero tum demum valet, cum argentarius constituisse; quæ differentia hodie per Iustinianum sublata est. l. 2. C. de constitut. pecun.

10 Actio de peculio est actio prætoria personalis, qua petimus à patre vel domino, ut pro filiofamilias viuente, vel seruo nobis ex cōtractu obligatus, quatenus in peculio est, soluat. §. actiones autem. Inst. h. tit. Myns. hic. n. 13.

11 Hæc datur ei, qui contraxit cum filiofamilias vel seruo, cui aut à patre vel domino concessum est peculium. l. 3. §. si filius familias. & l. si quis seruum. ff. de peculio.

12 Actio de peculio quoq; competit aduersus patrem vel dominum, filio vel seruo peculium cōcedentem, & quidem perpetuo, quamdiu filius vel seruu in potestate est. l. si quis seruum. ff. de peculio.

13 Actio iuratoria est actio prætoria in personam, qua agit is, qui deferente aduersario in continenti iurauit aliquid sibi deberi, vel reum res suas poscidere, §. item si quis. Inst. hoc tit. Myns. hic num. 15.

14 Hæc actio vocatur quoq; actio in factum. d. §. item si quis. vbi Zafius & Schneidv. latius, hoc tit.

15 Iuramentum, est asseueratio quædā, qua iurans Deum inuocat testē, ut à scopo veritatis aberret, scipsum puniat. Myns. in §. itē si quis. h. tit. Zaf. d. loco.

16 Iura-

16 Iuratoria in personam seu vtilis ex contractu seu in factum, ex iuramento datur iuranti in iudicio ad postulationem alterius partis, siue adiecta causa siue non, in actione personali. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. & §. Marcellus. ff. de iureiur.

17 Actio ex iureiurando competit contra deferentem iuramentum in actione personali. l. ius iurandum. §. prator ait. ff. de iureiur.

18 Expositis actionibus prætoriis personalibus: sequuntur nunc actiones pœnales, vt est actio de albo corrupto, quæ datur contra eum, qui vel ipse, vel per alium dolo malo corrupit vel sustulit id, quod in albo prætoris perpetuae iurisdictionis causa propositum est, vt mulctetur pœna 50. aureorum. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. Mynsing. in §. pœnales quoque. num. 15. Institut. hoc tit.

19 Actio in ius vocandi, est actio pœnalis præatoria, per quam filius emancipatus aut libertus, qui patrem patronum sine prætoris venia in ius vocavit: pœna 50. aureorum damnatur. l. penult. ff. de in ius vocand.

20 Vafallus an Dominum sine venia in ius vocare possit? Wcsenbec. in paratit. ff. de in ius vocand. Zasius in §. pœnales. num. 26. hoc tit. & Mynsing. d. loco. num. 40.

21 Actio de in ius vocato vi exempto, est actio præatoria pœnalis, qua cum eo agitur, qui in ius vocatum vi exemit, seu dolo malo eximi curauit, vt quanti ea res ab actore aestimatur, damnetur. l. i. & l. si per alium. ff. ne quis eum qui in ius vocab. vi exim.

Corollarium 1. Iuris iurandi decisui species an sint tres, vel saltem duæ? Mynsing. & Zasius hoc loco, & tot. tit. ff. de iureiur.

2. Fides hosti data, an sit fetuanda? Hotoman. lib. illustr. question. quest. 7. l. in 1. princ. ff. de pact. l. i. ff. de constit. pecun: c. 2. extra, de iureiur.

D I S P V T A T I O N I S XXXVIII.

De actionibus prætoriis in personam, & de pœnalibus, obiec^tiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Actiones prætoriae pœnales quo sint.
- 2 Actio constituta pecunia est ex iure gentium.
- 3 Actio constituta pecunia quid sit.
- 4 Constitutum sit nudo consensu seu pacto.
- 5 Actio constituta pecunia quomodo introducta, & quomodo obligationem pariat.
- 6 Actio constituta pecunia quando detur.
- 7 Stipulatio & constitutum quomodo differant.

- 8 Mora quotuplex sit.
 9 Receptitia actio an recte dicatur effusa esse in actionem constituta pecunia.
 10 Constitutum potest ciuili & naturali obligationi acceder.
 11 Debitum conditionale, an possit esse in constitutione.
 12 Actio de peculio an sit pecularis actio.
 13 Pater an ex contradictione filij tantum peculiorum enus conueniatur.
 14 Taciturnitas pro voluntate accepitur.
 15 Peculum consilense manet apud filium, soluta etiam patria potestate.
 16 Pater an possit deteriorare peculum filij.
 17 Filius famam ex contractibus quam ex delictis, in solidum conueniri potest.
 18 Actio directa nulla filio datur, licet etilem interdum habeat.
 19 Actio de peculio quando in patrem detur.
 20 Actio ex iure iurando cur competat.
 21 Ius iurandum quare actionem producat.
 22 Iuratum quando est, nulla amplius datur actio.
 23 Ius iurandum iudiciale qualiter producat actionem.
 24 Ius iurandum instar res iudicata habetur.
 25 Commodum ex improbitate sua nemo sentire debet.
 26 Periurium detectum quomodo puniatur.
 27 Actiones penales quae sint.
 28 Album pratoris quid fuerit.
 29 Actio de albo corrupto contra quos detur.
 30 Actio de albo corrupto est annalis, & non datur contra heredes corrupti.
 31 Panca contra corruptentes album quales detur.
 32 Panca actionis de albo corrupto cui applicetur.
 33 Actio penalis de in ius vocando quid sit.
 34 Lis aliqua an inter patrem & filium esse possit.
 35 Vasallus an possit Dominum sine venia in ius vocare.
 36 Libertus & Vasallus equiparantur.
 37 Libertus & Vasallus quomodo differant.
 38 Vasallus Domino subiectus est ratione accepti beneficij.
 39 Scholaris an sine venia petitione possit Doctorem suum in ius vocare.
 40 Exemptiora actio quid sit & quando competat.
 41 Iuris iurandi dictis an tres sint species, an vero tantum dua.
 42 Iuris iurandi species tres que sint & quomodo definiantur.
 43 Iuramentum iudiciale an sit necessarium.
 44 Litus vocabulum quomodo accipiatur.
 45 Hosti an fides sit seruanda.
 46 Aequitas est ex iure naturali.
 47 Vi metusque causa factum, an ratum habeatur.
 48 Absolutio Papistica an absoluere aliquem possit à iuramento quod quis prestitit.

Post actiones pratorias reales sequuntur actiones pratoriae personales; harum tres
 hoc loco refertuntur, scilicet constituta pecunia actio, actio de peculio, & ex iura-
 mento actio.

Ad thes. 1. a.] Primo loco proponitur actio constituta pecunia, Hac materia est

multum utilis, & magis mercatoribus, qui magis videntur hac materia constituendi se soluturos pro scipiosis vel pro aliis, quam aliquod aliud genushominum. Bald. in rubr. de *confis. pecun.* quemadmodum refert Ias. hic in §. in personam. in pr. Alias autem hæc actio est extitute gent, quia naturali rationi cōuenient, ea feruari, quæ selenel inter contrahentes placuerunt. l. 1. ff. de *confis. pecun.* l. 1. in 7. ff. de *part.* Et Cicero pro Roscio Amerino dicit: Fidem qui laedit, oppugnat commune præsidium, & disturbat humanam societatem. Est autem actio constitutæ pecunia, t̄qua agitur cum omnibus, qui pro te vel alio se soluturos nulla stipulatione interposita constituerunt. Constitutum igitur t̄ nudo consensu sit, hoc est, nudo pacto seu nuda cōventione, ut Iason num. 21. hic explicat. Sed obicitur iurament. 7. §. sed cum nulla ff. de *part.* vbi dicitur, quod ex nudo pacto actio non detur; Hic nudum est pactum, scil. dabo tibi centum. Ergo actionem non producit. Respond. Ias. hic. n. 1. dicit, ante prædictas omnes actiones omnia fuisse expedita per manum regiam, id quod cōstat ex l. 1. in pr. ff. de orig. sur. Graue enim erat fallere fidem, cum nihil sit magis congruum fidei humanæ, quā ea, quæ placuerunt feruari, d. l. 1. ff. de *part.* postea t̄ superuenit ius civile, & hūc consensum recepit, & approbavit, deditque certa nomina cōventionib. Firmissimum inuenit vinculum stipulationis, ex qua actio oritur efficax l. s. quis certum ff. si cert. pes. Superuenient etiam prætores, qui æquitatem præ oculis habere debent, l. quod si Ephesi, in fin ff. de eo, quod cert. loco, & nudum pactum sine verborū obligatione confirmarunt, quemadmodum hic exempli gratia. Si mihi debes ex nudo pacto centū, si tantum quis cōstituit se mihi pro te vel pro alio soluturū eo loco & tempore, inde oritur hæc actio præoria: Nudum igitur pactum non est, sed vna hic confirmatione adest prætoris, & fit duplex vinculum, unde hoc pactum nudum sit legitimum, & producit actionem l. legistima. 6. ff. de *part.* per se tamen pactum nudum manet, licet propter confirmationem prætoris accedentem fiat legitimū, Borch. e. 2. de *part.* n. 33. Et sic hoc nudum pactum per se non parit actionem, sed cadens super præcedenti debito ita calescit, vt ex illa geminata promissione, fiat efficax; habet igitur actio fermentum à iure prætorio. Secundo obicitur hoc, q̄ in superiori disputatione attactum fuit, scil. hanc actionem posse dari etiā tum, quando cum stipulatione est constitutum factum, prout etiam Publiciana potest dari vero domino, quamvis directam habeat rei vindicat. prout etiam propria actio ex stipulatu eo causa competit, quando stipulatione quid est consummatū: Datur t̄ igitur hæc actio, quando stipulatione est quid cōtractum. Nam hæc actio propter prætoris autoritatem concepta est in eum casum, quando nudo pacto quid est promissum, manet nihilominus verū, eam etiam eo casu dari posse inspecto iure ciuili, quando quid cum stipulatione est contractū, & per consequens falsum est, q̄ in definitione affirmatur. Resp. Ias. n. 22. ex sententia Iacobi Bruci: dicit id esse fastenabile, postea tamen n. 23. dicit cōmūnem sententiam esse vetiorem, scil. quando per stipulationem sit nō dati actionem ex constituta pecunia, id q̄ inde etiam probatur, quod differant t̄ stipulatio & constitutū: Constituimus enim debitum l. 2. C. eod. Indebitū stipulari possumus. l. s. ilicis commissum. ff. de condic. indeb. Vnde etiā Mynt. n. 2. inter eas distinguit actiones, & merito, cum etiā illæ actiones origine sicut cōtraria, & extraordinariū prætoris cōedium non sit assumendum præsente ordinatio scil. iuris ciuillis. l. in causa. 16. ff. de mino-rib. Præterea in Publiciana longe erat diuersa ratio, illa namq; potest cum ciuili ordinaria actione rei vindicatione coniungi saltē propter difficultatem probationis, vt si non probetur in rei vindicatione dominii: ramu saltē q. dominii in Public. probetur, vt supr. p̄ced. disput. visum fuit. Tertio obicitur l. quia. r. §. si quis cōfuerit cum seq. ff. de confis. pecun. vbi q̄ constituit, alium pro se fideiūsūrum, tenetur, cum tamen in l. cum qui Ephes. 5. §. Iulianus. bors. sed si quis ff. de confis. pecun. dicatur, si quis cōstuet alium soluturū non se pro alio.

non tenetur; Ergo adhuc definitio non subsistit. Resp. Diuersi sunt casus, quando quidem constituit tertium solutarum, constitutum non tenet: Secus autem si constituat tertium pro le fideiussurum. Ideo Bart. dicit in d.l. qui autem, quod quando aliquis promittit aliquem facturum id ad cuius observationem ipse tenetur, quod tunc dicatur se promittere facturum vel curaturum. Denique obiciuntur duo Pauli responsa inter se pugnantia, scil. l. si vero. 8. ff. de const. pecun. vbi dicitur, si mihi vel Titio constitutum te solutarum, Titio soluis, nihilominus mihi teneberis. Sed in d.l. stipulatus. 59. ff. de solut. dicitur contrarium. Respond. Hotom. hic responderet ipso iure alterum altero non liberari, sed per exceptionem. l. vlt. §. vlt. ff. de verb. oblig. l. pen. ff. de const. pecun.

Ad Thes. 3.] Affirmatur ibi sine admonitione, hoc est, citra interpellationem aliqua in mora constitui, Iason hic num. 46. Fab. colum. pen. Bart. l. promissor, §. 1. ad fin. Iason etiam in §. in personam. num. 55. hic. Sed oppono l. mora. 32. in princ. ff. de & sur. vbi dicitur, mora fieri intelligitur non ex re, sed è persona, hoc est, si interpellatus oportuno loco non solvere: Ergo interpellatione est opus, & sine ea mora non committitur. Respond. Mora est t̄ duplex, una quæ fit ex persona, & illa proprie est mora, de qua dicitur in legibus. Deinde mora fit ex re sine interpellatione, & illa improprie mora dicitur, imo negatur mora esse respectu propriæ moræ, quæ fit ex persona, d. l. mora. Interim tamen vere mora dicitur in l. in minorum. 3. C. quib[us] caus[is] in integr. resist. necessario non est. vide Borch. de & sur. e. 3. num. 13.

Ad Thes. 4. §. 6.] Distinguitur hic inter id, quod fit exceptione, & ipso iure secundum actiones bonæ fidei & stricti juris. Cui primo obicio l. nihil interest. ff. de reg. iur. vbi dicitur, nihil interest ipso iure quid fiat, an per exceptionem. Respond. Zasius in §. bona fidei, num. 4. b. tit. n. dicit duram hanc esse obiectionem; sed sciendum est d. l. nihil procedere effectu inspecto: Nam vnum tantum prodest ad rei persecutionem, quantum alterum, sed quo ad iudiciale obseruationem & originem plurimum interest. Nam quod ipso iure competit, non opus est ibi exceptione. Id quod etiam in compensatione videmus, vbi olim oportebat solenniter obiciere exceptionem l. si constat. C. de compensat. Secundo obicio l. stipulatus sum. 105. ff. de & ver. b. oblig. vbi dicitur Sabini recte dixisse, ipso iure in stricto iudicio liberari debitorum, puta in stipulatione re post oblationem perempta, id quod illud verbum, continuo, ostendit. Respond. Cuiac. ibid. & Borch. c. vlt. do & sur. n. 15. dicunt, controversiam de eo inter ICtos fuisse, id quod in d. l. stipulatus. non obscure ostenditur, & Sabini sententiam in d. l. stipulatus non obtinuisse, sed præualuisse Proculiantum sententiam, in l. qui. 10. 72. in pr. ff. de solut. quam nos in thesi ponimus.

Ad Thes. 7. 8. 9.] Affirmatur actionem t̄ receptitiam à recipio, id est, promitto dictam, effusam esse in actionem constitutæ pecunia; Sed oppono ita: Omnia eadē sunt in actione constitutæ pecunia, quæ in stipulatione, l. 2. C. de const. pecun. Sed constitutus debetum d. l. 2. Stipulari autem possumus etiam indebitum. l. fideicom. ff. de cond. indeb. Ergo fasum est ormania esse eadem in actione constitutæ pecunia, quæ in stipulatione. Respond. In hoc non conueniunt, id quod fatemur & Dn. Borch. explicat. Insto. Sed stipulatio potest accedere naturali & ciuili obligationi, & efficax est, imo potest stipulatio locū habere tum, quando quis honorario, id est, prætorio iure est obligatus. Tum. n. fideiussori potest dari, qui sine stipulatione non accedit, id q̄ probatur per l. grace 8. §. cum seq. ff. de fideiussor. & mandat. Sed constitutū non potest fieri, si iure ciuili, h.e. obligatione ciuili quis aliquid debet: Ergo male id assurit: Minorē probo per l. 3. §. si quis iure ciuili. ff. de const. pecun. vbi dicitur cū quiire ciuili qd debet, non posse cōstituere, vel constitutū non tenere, i. valere. Resp. Certum est ex l. 1. per t. ff. de const. pecun. q̄ constitutū t̄ ciuili & naturali obligationi 10. accedere.

accedere possit; quod autem *in d.l.3. §. si i.* dicitur, id ita est intelligendum, quando quidem prius debitum ciuiliter debetur, hoc est, iure ciuili & iplo iure, sed tamen actio ipsius firma potest elidi & eueri per exceptionem, quia tum in effectu actio ipso iure valida infirmatur, quemadmodum exceptionum ea est natura, ut Iustin. *in §.1. Et seqq. infra de except.* ostendit. Denique certum est, *ex d.l.2. C. eod.* quod constitutum tantum de debito fieri possit. Iam autem \dagger conditionale debitum nondum est certum sed sub spe, quod tamen esse in constituto admittitur, *in thes. 9.* ostendit. Resp. In primis hoc attendendum est, an aliquid debeatur sive sub conditione, sive in diem, & quoniam illud sit: Et nihil refert, licet sub condicione quid debeatur, ideo quia tandem illa condicione existere possit, cum semper bene speretur.

- 12.** Ad thes. 10.] Affirmatur ibi actionem de peculio esse \dagger peculiarem actionem: Cui ita oppono; Accessorium sequitur naturam principalis. *c. accessorium. de regul. iur. in 6.* Hæc actio est accessoria ad alias actiones bonæ fidei, vel stricti iuris. Ergo non est peculiaris actione dicenda. Respond. Verum est hanc actionem esse quandam actionum qualitatem & adiectionem. Adiicitur non contractui habito inter extraneum & inter filium vel seruum, quatenus in peculio est, ita quatenus est in rem verum, si tamen re vera in rem patris est verum; Si adiicitur contractibus stricti iuris, sit stricti iuris; Si bonæ fidei contractibus adiicitur, bona fidei efficitur, *l. in bona fidei ff. de pecul.* Iason num. 27. §. *actiones. b. 2. n.* Inde tamen non sequitur hanc actionem non posse distinctam esse ab aliis actionibus. Nam vere ab iis distinguitur propter hanc qualitatem adiectam, qua differt ab omnibus aliis actionibus. Eadem ratio est in actione quod iussu; Item in actione de in rem verso, de quibus in ultima de actionibus disputatione infra agetur. Iason tamen *in d. loco.* putat verius esse, actiones illas esse stricti iuris, quamvis concedat illam actionem, quæ contra filium est, esse bona fidei, *l. mora. §. in bona fidei ff. de & sur.* Sed actiones, quæ contra patrem & dominum sunt, putat strictas esse: Deinde affirmatur *in thes. 10.* patrem \dagger conueniri contractu filii tantum peculiosten, hoc est, quantum vires peculi patiantur: Cui directe obiicitur *l. 1. C. quod cum eo qui in alter. poret. est.* vbi dicitur, quod pater in solidum possit conueniri ratione filii. Respond. Ille causus est summe notandus propter alios textus cum eo pugnantes, & quidem ita est habendum. Si voluntate patris filiissim. decurio est factus & postea tutor constitutus; appetat sane voluntate patris cum & decurionem & tutorem factum fuisse, idque ex eo appetat, quod pater in uno munere decurionatus consentiens videatur etiam in reliquis consentire, id quod *in fine d.l. adiicitur.* Dum igitur pater agnouit tacite tutelam filij sui, dum expresse in decurionatum consentit, merito etiam in solidum conueniri potest, & \dagger taciturnitas pro voluntate accipitur, *l. honores. §. & l. ff. de decur.* Atque ita Cuiacius illam *l. rectissime explicat in lib. 13. obser. 1. 34.* Sed contra datam solutionem obiicitur expresse *l. 3. §. & l. ff. de pecul.* $\&$ *l. 2. §. penult. ff. ad municipal.* $\&$ *l. 1. §. & l. im. ff. de magistrat.* conueni. vbi expresse contrarium dicitur, nimirum filium sim. duumvirum tutorem esse factum & male administrasse tutelam, ac propriea parentem in solidum non conueniri, sed actione ex peculio, quantum vires peculi patiantur, quauis eius voluntate sit duumvir factus: Ergo falsum est, quod antea fuit responsum, parentem in munus duumviratus consentientem, consentire etiam in tutelam, & ideo in solidum conueniri posse. Respond. Diuersæ species in illis tribus proponuntur, nimirum tales: pater ibi consentit quidem in honorem expresse. Contradixit autem quo ad tutelam, *d.l.3. §. & l. ff. de peculio.* unde scientia & taciturnitas ipsius pro consensu haberi nulla ratione potest, in: o nec admonitione patris, si filium moxat & cohortetur simpliciter, ut bene tutelam gerat, pro consensu habetur. *l. si filius sim. ff. de.*

ff. de tutor. ideo pupillo non aliter tenetur in solidum, quam si tutela specialiter consentit; Deinde potest id ita solui, patrem tantum de peculio teneri, si consentit in decuionatum filii, qui tamen filius decurio existens dedit pupillo tutorem alium, tum ratione filii qui dedit malum tutorem, conuenitur tantum peculiotenus pater, quia in illum extraneum tutorem non contentit pater, nec de illo cogitare potuisse. *d. l. 4. §. fin. ff. de magistrat. conuenient.* Insto, sed quod pater non possit conueniri ratione peculii probo, *per l. pater ff. de Castrensi. pecul. vbi* dicuntur, quod peculiū semel concessum filio eius auferri non possit; Ergo per actionem à patre exigi non potest. Respond. *in d. l. pater*, præponitur hoc, quod pater peculium filio suo auferre non possit, & si cum alteri det in adoptionem, quia semel illud filius iure militiæ tenuit. Soluta igitur patria potestate nihilominus apud filium *† Castrense peculium manet.* Insto contra datam solutionem opponendo *l. 4. §. fin. 15. ff. de doli. & metu except.* vbi dicuntur, quod deteriores possit facere res peculiares: Meiro igitur ea auferre potest, *contra d. l. pater 12.* Respond. *d. l. 4. §. fin.* loquitur de peculio profectio, vel etiam aduentio suo tamen modo. Nam profectum peculium concessio filii fam. pleno iure, apud patrem manet, *§. i. sup. per quas person. cuiq. acquir.* vnde etiam pater *† deteriorem* eius conditionem facere potest. Deinde in aduentio pater tantum habet *vsum fructum & ratione vlsus fructus* dederiorare potest illud peculium; non autem ratione proprietatis. Sed *d. l. pater 12.* loquitur in Castrensi peculio, quod pleno iure ad filium pertinet, in quo etiam vice patris fam. habetur, quemadmodum *I. Ctus Vlp.* affirmatur, *in l. 2. ff. de S. C. Macedon.* Insto denique opponendo *l. filius fam. 39. ff. de ob. & act.* vbi ex omnibus causis agi potest cum filios fam. Ergo non agitur cum patre, qui omne dicit, nihil excludit. Respond. Manifesti iuris est filium fam. tam ex contrahibis, quam *17* ex delictis conueniri posse in solidum. *d. l. filium fam. 39. ff. de ob. & act. l. tam. ex contrahibis.* *57 ff. de iudic.* Pater autem post condemnationem filii, vel si lis est contestata cum filio, isq; deinde est mortuus, in id quantum in periculo est conuenitur, quemadmodum disponitur *in d. l. tam ex contrahibis, & in l. eti. 35. ff. de noxal. act.* Sed contra datam solutionem opponitur *l. filius fam. 39. ff. de ob. & act.* vbi dicitur filium fam. suo nomine actionem habete non posse, exceptis tamen quibusdam, quæ ibi exprimuntur; Ergo nec conueniri suo nomine ab alio potest. Respond. Hæc consequentia non ita facile procedit: Conueniri ab aliquo potest filius fam. Ergo alios rursus conuenire potest, quia filius non agit, sed exercitum illud patri referatur, qui eius nomine agit. Nullam igitur *† directio.* Etiam actionem haber, quamvis utilis ei interdum concedatur. *l. si longius. 18. §. fin. ff. de inde.* vt etiam gloss. *in d. l. filius fam. 39. ff. de ob. & act.* ostendit.

Ad Thes. 11. 12.] Affirmatur hic actionem de peculio dari *†* tum in patrem, quando *19.* parens non iussit, vel quando nihil in eius rem est verum; Cui opponitur *l. mandatis. 46. ff. de negot. gest.* vbi dicuntur, patrem posse conueniri iudicio de peculio, quando ipse pater egit, & mandatum filio factum execurus est. Resp. Ille casus est notandus, qui talis est: Sempronius mandauit filio meo, vt aliquid cmeret, ego cum leitem hanc Sempronii esse voluntatem, id emo, ne filius iudicio mandati conueniri possit, & disponitur, quod eo casu pater possit conueniri iudicio de peculio, quia filii intuitu, contemplatione & nomine à patre omnia aguntur; Ergo conuenitur pater, quasi filius egisset, scilicet actione de peculio, & contra mandantem Sempronium vere habet pater actionem mandati.

Ad Thes. 13. 14. 15. 16. 17.] Agitur in hisce aliquot scqq. thesibus de actione ex iure iurando, quæ competit ei, *†* quilegitime iuravit sibi pecuniam deberi, quam peteret: *Sed 20.* oblicita: Ex nudo pacto non datur actio. *l. iungent. 7. ff. de pac.* Sed ius iurandum est

560
186 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

pactum iuris. 25. §. 1. ff. de iure iuriur. Ergo nec ex iuramento actio nasci potest. Resp. Ius*nat*
 2. 1. randum assimilatur quidem pacto, maiorem tamen habet autoritatem, & † propter
 iuramenti religionem ex eo actio inducitur: Deinde cum Cuiac. in paratis. ad tit. C. de
 rebus credit. & Dominus Borch. hic ex c. 8. de iure iuriur. Dicimus, loqui nos hic de iuramen-
 to judiciali, quod sententia iudicis condemnatoria sequitur; Nam si iudex dicit: Tu sis
 condemnatus, oritur inde actio propter vim sententiae subsecutæ, & hæc solutio pena-
 det satis ex l. adiutori 8. C. de rebus credit. vbi si actor in iudicio iurauit, reo iuriurandum
 defertur, & iudex postea reum condemnauit, datur actori ad similitudinem iudica-
 ti in factum actio, & textum nostrum de judiciali iuramento agere satis inuit vox:
 posulante; idq; in iudicio fieri Wescenb. putat.

Secundo obiicio. l. ait prator. 7. & l. nam postea quam 9. in princ. ff. de iure iuriur. vbi dici-
 tur, ex iure iuriurando actionem denegari, hoc est, non dari: Ergo falsum est, quod afferitur,
 2. 2. hic dari actionem. Resp. Quando iuratum est, non amplius datur, nec in eum, nec in
 successores eius actio in eo scil. casu quādō quis iurauit se non debere aliquid alteri, quis
 statim tollit naturalis obligatio, & iure priorio nulla actio supereft; ciuilis tamē manet
 obligatio, quia perimitur per exceptionem, §. aque insr. de except. scilicet eo in casu quando
 quis iurauit sibi quid deberi, & ideo actor acquirit actionem d. l. nam postea quam 9. §. l.
 ff. de iure iuriur. id quod Wesenb. explicat in d. §. aque insr. de except. & Myns.

Tertio obiicitur l. §. duo patroni 13. §. si quis iurauerit. ff. de iure iuriur. vbi dicitur quod ex
 iure iuriurando non detur noua actio sed quod vetus detur actio. l. sed et si 7. §. se petenti. ff.
 2. 3. de public. in rem. Resp. Difficilis est resolutio huius questionis quænam† ex iure iuriurando
 actio detur? Et non tantū interpp. verum etiam ICti hac in questione dissentire viden-
 tur. Vno in loco dicitur, quod utiles actio detur: Alio in loco quod actio in factū: Tertio
 in loco, vetus actio: quæ ante ex contractu competebat. Rem hic expeditam fecisse putat
 Cuiac. in paratis. C. de iure iuriur. dicendo. Si extra iudicium est iuratum, vel etiam in iudicio,
 sententia tamē iudicis condemnatoria non secuta competeat veterem actionem secun-
 dum d. l. §. duo patroni. Si autem sententia condemnatoria est secuta ex illa condemna-
 tione nasci utilem actionem iudicati, quæ etiam in factū dicitur, quemadmodum Wesen.
 in paratis. hic. & alii Dd. testantur. Directa autem iudicati actio non datur, quia sententia
 hic non datur in initium, ut alias, & non directo illa actio datur, sed ad placitum litiga-
 torum: Datur igitur actio utiles ad similitudinem iudicati, seu ad exemplum iudicati. d. l.
 3. C. cod. seu ad petitionem & desiderium litigantium accommodatur hæc actio, & prior
 actio quasi nouatur l. grege. §. etiam ff. de pug. sive sit in rem, sive in personam. Et certe qua-
 2. 4. si contractus hic esse appetet, ex autoritate iurisiurandi, q; instar† rei iudicatae habetur.
 l. 2. ff. cod. Et si spēctes conuentionem deferentium & praestantium, & mutuū consensum
 vim specialiter habet transactionis nouationis delegationis, quemadmodum Myns. n. 16. c.
 legat̄ id exprimit, & Zaf. n. 17. Insto hoc modo opponendo. l. in duob. 28. §. fin. ff. de iure
 iuriur. vbi dicitur, extra iudicium dari hanc actionem & exceptionem ex iure iuriur. Ergo cōtra
 Cuiac. & Borch. non datur vetus actio, quod verbū, inducat, ostendit. Relp. in d. l. in duob.
 §. fin. generaliter hoc afferit secundū d. l. postea quam 9. §. 1. cod. nimic actionem dari &
 exceptionem ex iure iuriur. scilicet quando in iudicio est condēnatio secuta, dari actionem
 utiles iudicati. Postquā hos dixit, ita ibidē ICtus proponit casum aliquem qui potest fieri
 extra iudicium; quando posterior causa valet, vel dicendum est propter generalitatē textus,
 ibi veterem actionem dari nihilominus: Vel secundum alios dicemus illam actionem iu-
 dicati si extra iudicium est voluntarie iuratum, à partib. propter authoritatem iurisiuran-
 di nasci & propter delationem & praestationem.

Quarto obiicitur referri non licere hoc iusfuranum judiciale. *I. Marcellus. II. §. 8. ff.*
verū amotarum. Id q̄ tamen fieri promittitur in d.l. insurand. & ad pecunias. §. ast ff. de iuriur. Resp. Id speciale est prosubiecta materia, quia nemo debet ex sua improbitate senti-²re cōmodum. Hic mulier est suspecta de furto, & forte cōmisit, id eoq; pr̄tor non dat fa-
 cultatē referendi iurifurandi, nō vult vxori largiri beneficiū referēdi, id q̄ in ll. seqq. ostē-
 ditur. Deniq; obiicitur, quod si periuriam sit aliquis puniatur ciuiliter, d l s i d u o p a t r o n . §.
Glt ff. de iuriur. Cum tamen dicatur in l. 2. C. eod. Deū vltorem habere periuriam. Respon.
Oldendorp. in att. 9. claf. i. in affin. tend. n. 2. 3. affirmat lingua † amputatione vel manus ²⁵
 puniri detēctum periurium, & extra ordinem puniri, maxime cum est coniunctum cū al-
 terius damno & iniuria; Quod autē dicitur in d. l. 2. C. eod. id intelligendū est, de iuramen-
 tis non delatis, non pr̄stitis, vt multi ea saepe in ore habent; Hæc relinquantur cuiusque
 conscientia & anima; hæc Deum vltorem habent, Oldendorp. d. loco. Wesenb. in parasit.
ff. num. 13.

Ad Thef. 18.] Agitur nunc de actionibus & penalibus. Sed obiicitur abundare vocem, ²⁷
 penalibus. Nam penales etiam sequuntur rem. *I. rei appellatione. ff. de Verb. signif.* Resp.
Ibi specialiter accipitur tantum pro re que debetur ex contractu, vel ex quo quis negotio,
 hic aliter Zal. Schneidw. in pr. §. penales. Prima actio est de albo corrupto. Album præto-
 ris volunt † esse tabulam gyplatam seu de albaram, in qua solebant prætores sua edicta ²⁸
 proponere, vt ab omnibus legi posseint & cognosci, ita Cuiac. & dominus Borch. ex Cor-
 ras. lib. 4. *Miscellan. c. 6. num. 3.* Vel fuisse chartam quandam, in qua id scribi solebat, quem-
 admodum Vlp. ita album nominat in l. si id quod 7. in pr. ff. de iurisd. omnium. iud. id quod
 Oldendorp. etiā ex Plinio & Tranquillo ostendit claf. 7. att. 3. in pr. Non autē desunt, qui
 per albū parietē murum dealbarū intelligūt, quo nihil est absurdius, & absurditatis ratio-
 nem suppeditat Vlp. in d. l. si id quod, §. & l. vbi dicitur, quod is teneatur hoc edicto, qui tol-
 lit album: Paries autem tolli non potest, Coras. d. loc. in prime. & in hac sententia est Iason
num. 7. b. §. n. Hoc autem edictum hodie ad multa alia solet referri, nimirum † contra eos ²⁹
 datur, qui corrumpunt, remouent & dilacerant schedulas à magistratibus affixas Eccle-
 sia, Curia, vel valuis palati: vel qui dilacerant aliquam scripturam repositā in Camera
 actorum, Iason in d. loco. Sic utiliter tenetur hoc edicto non direkte qui statuas publi-
 cas & libros publice repositos corrumpunt, Oldendorp. claf. i. att. 3. nu. 1. Mynsing. num.
27. Et contra eū, qui edicta professorū discindit, vel lituris corrumpit, tollit, quæ in valuis
 collegii affigi solent Myns. num. 28. Sic tenetur is hoc edicto qui abscondit bullas à literis
 papalibus, vel qui amouet impressum, & appositorum Sigillum. Bart. in l. Paulus. ff. de falf. c.
 alim. ext. de rescr. Sed obiicitur l. q. tabula 8. ff. ad l. Iul. pecul. & l. pen. ff. ad l. Cornel. de falf.
 vbi dicitur eos publico iudicio conueniendos esse. Resp. Posseint plura in vnam rem pena-
 sum remedia esse introducta, ita vt criminaliter & ciuiliter agatur. Et si priuatū damaū
 vindicatur, potest id fieri l. Aquilia. actione. Hotoman. hic.

Hæc porro actio est annalis, nec datur contra heredes corruptentis, Myns. n. 27. Sed ³⁰
 nunc queritur de pena, quanta illa sit in hoc iudicio? Vlp. in d. l. si id quod; quingentos po-
 nit solidos, hanc poenam retinet Wesenb. in parasit. de iuriisdict. nu. 13. Cuiac. lib. 10. obs. c. 18.
& de praescript. c. 20. id quod etiam Zalus tequitur num. 10. Et refert Iason num. 28. 30. 38.
 Aliusq; malunt legi, vt Schneidw. Myns. num. 15. 30. Oldendorp. claf. i. att. 3. nu. 4. Duar.
lib. 1. annal. d. ff. c. 48. argumentū illorum primū, hoc est, scenæ sunt potius mollienda q̄
 exasperādāt: Ergo hic dū dubia est lectio, id q̄ mitius est, præferendū est, l. interpretatione.
ff. de panis. c. in panis & c. in dubiis. de reg. iuris n. 6. quo etiā Iason. n. 38. inclinat. Resp. Id quidē
 fieri debet, vbi bona lex & bona lexus nō refragatur, idq; in odiū eorū, qui publica edicta
 violant.

violent, & quasi crimen lex maiestatis committunt. 2 Argumentum eorum est, ex 3. fin. infra de panem temere litig. vbi quando quis parentem sine venia in ius vocat, tenetur 50. solidos dare. Dum autem id iudicium æque est penale, eadem pena est retinenda. Resp. Est penale iudicium, sed non tam applicatur, & ex diuisis non bona sit illatio. Denique queritur, tñ cuiam illa pena applicetur, si sive an parti? Resp. nec id cõstat inter Dd. Alii volunt parti tribui penam, cù sit popul ius, & cuius è populo cõpetat: Alii sive: Alii ut fiat diuisio. Duaren. putat in l. 7 ff. de ius isidit. omnis iudic. quamadmodum de sepulcro violando: penam esse totam adiudicandam ei, ad quem res pertinent. Iasoni concludit, quod parti tribuatur l. pen. ff. de in ius Vocandi. reiectis omnibus limitationibus. Idem Oldend. putat clas. 1. act. 3. nu. 4. per l. 3. in princ. ff. de sepulch. Viol. Mynsing. tamen num. 24. dicit penam hanc explicari parti, si eius interest: Si nullius interest, sed tantum prætoris, tam applicari sive. Vide Welenbech. de iuris tñ. numero 14.

33 Ad Thes. 19.] Proponitur hic secunda etio penalis de in ius vocando, tñ qua experitur patronus & parens aduersus libertum & filium, qui sine venia eos vocarunt in ius. Sed obiicitur l. lis nulla. ff. de iudic. l. 8. C. de in ius Vocando. vbi dicitur literam nullam posse esse inter patrem & filium. Ergo etiam nulla actio. Respon. Hotoman. & Welenbech id de liberis emancipatis accipiunt, quamvis Oldend. clas. 1. act. 4. num. 4. dicat differentiam illam inter emancipatos esse sublatam. per Nou. 18. §. 1. id quod in casu successionis & tutelæ concedimus libenter. Alias responderi potest hoc modo. Lis nulla potest esse inter 34 patrem & filium tñ, nisi prius venia petatur à prætore, nisi prius prætor id æquum esse arbitretur, vt in hoc casu sit. Nam sequeretur matrem nihilominus posse in ius vocari sine venia, quæ liberos semper non habet in potestate. §. famina sup. de adopt. cum tamen certum sit nec matrem sine venia in ius vocari posse, quod omnibus parentibus eadem debeatur reverentia. l. 6. ff. de in ius Vocandi. Sed obiicitur ita: Hodie sine venia quilibet vocari potest in ius, quia cessat id, quod obtrato collo in iudicium sunt rapti, & eo respectu veniam petitione opus fuerit; Duna autem id cessat, hoc etiam cessare potest. Respond. Reverentia non cessat, & illa veniam petitionem, & iudicis cognitionem hac in re desiderauit.

35 Ad Thes. 20.] Agitur hic de illa quæstione prolixa: An tñ Vasallus dominum sine venia in ius vocare possit? Qua in re sunt dissentientes interpp. sententiae. Welenbech. paratus. ff. de in ius Vocandi. num. 6. dicit vsu seruari eam sententiam, scilicet Vasallum sine venia non vocare in ius dominum posse; Sed tamen alteram sententiam, scilicet quod id facere sine venia possit, esse communem & Fabian. Iasoni approbari in h. §. penales. Deinde Gail. obseruat. 15. num 9. depign. dicit suo tempore suisse pronunciatum, veniam petitione opus non esse. Hartman. autem in tit. de feud. obs. 45. dicit contrarium in Camera obseruari. Dum igit tñ tanti viri dissentient, merito etiam nos dubitamus. Zas. etiam in feud. §. in h. §. sibi est contrarius. Pro illa sententia, veniam scil. petitione opus esse iustiore, sunt fundamenta; Primum æquiparatio tñ liberti & Vasalli, qui sive clientulus vocatur, & quia sine venia patronus a liberto in ius vocari non potest, nec à Vasallo dominus poterit. l. 4 §. 1. ff. de in ius Vocandi. l. 1. §. interdictum hoc ff. de vi & vi armata. Secundum argumentum est ex l. 8. C. delib. cas. vbi dicitur quod salua reverentia debet in ius vocari, patronus à liberta, & id in verba extant de Vasallo in cap. 8. de milite. Vasallus qui contumax est. Ergo item iuris est statendum, vbi etiam vox, competitor, adicitur. Tertium est ex c. 8. nro. de f. si lele & ex c. 8. le nro. for. fideli. vbi multis modis probatur, veniam petitionem omnifam fidem iurata in violare.

Pro contraria sententia etiam, bonæ sunt rationes. Et primum est argumentum: à liberto ad Vasallum esse probabile, non tamca esse necessarium, prætertamen cū magna diff^{er}entia sit inter libertum & Vasallū. Libertus accipit libertatē summum bonū, & sit ē mortuo viuu*s. seruitutem ff. de reg. iur.* & incomparabilem seu ina stimabili rem accipit, scil. libertatem. *libertas ff. de reg. iur.* id de Vasallo non ita potest dici, qui accipi quidem feudum & beneficium, sed non tantum, vnde merito aliud in liberto est receptum propter maiorem reverentia ob maius beneficium præstandum, quā rationem Zas. habet. Gail. in d. loco. & Schenck. in d. c. vñ. de milit. Vasal. Secundo ad 2. argumentum respondent hoc modo. in d. c. vñ. de milit. Vasall. curia vocasse salua reverentia dominū & competenter, hoc est, vt Schenck explicat, curia ei, id est, domino optimis argumentis persuasit, vt possessionem reliquat Vasallo, vel ei illam restituat, quamuis tamen contradici potest, Vasallum primo veniam petuisse à curia, & post illam petitionē factam, curia dominū competenter vocasse, propterea quia sunt conuasalli. Tertio Gail. habet 2. leuiores rationes, scil. quod non referatur Vasallus inter personas, quā veniam petere debent, in tit. ff. de ius vocand. quia eo respicere iura ciuilia non potuerunt. Deinde inquit Vasallus non est subditus domino. Resp. tamen ab eo feudū habet, & ideo ei subiectus ratione accepti beneficii. Dum igitur dissentunt ita Dd. & ab vtraq; patre bona sunt argumenta, sequatur id quod in loco quo quis est receptū, nisi medio aliquius distinctionis id cōponi possit, tentat Iacobin. de S. Georg. in tract. de Homagio n. 26. & Roland. à Valle cons. 18. n. 15. in 2. Vol. vt refert Borch. c. vñ. feud. n. 36. in secundo singulari in fin. An autē Scholaris sine venia pe- 39 titione doctōrē suum in ius vocare possit, queritur? Dicunt Ioannes de Plat. hic, & Ias. nu. 78. & Zas. n. 23. non requiri venia petitionem, vbi tamen Zas. addit, se aliquando tenuisse, quod is honor debeat præceptoribus & parentibus volunt tamen ex l. vñ. C. de exv. & transfr. rei. hodie neminem sine venia & præcepto magistratus in ius vocati posse.

Ad Thes. 21.] Agitur hic de 3. act. penal, quā exentiua dicitur, quā competit, licet 40 plures etiam eximerint, Zas. hic. n. 29. & tunc contra eos in solidum agitur. Mys. hic. n. 49.

Ad Corollar. 1.] Quā situr, an 3. s̄ sint species iutisurandi decisivi. Et primo id rubrica sa- 41 tis aperte docet tit. ff. de iureur. volunt. sud. & necf. Deinde voluntarii iuramenti sit men- tio, in l. iuriandum. 17. in pr. & in l. duob. 28. §. vñ. ff. de iureur. Iudicialis sit mentio in l. iuriandum. 34. §. ait prator. ff. eod. necessarii in l. 31. ff. eod. Deinde illam τειχοτοπίαν reti- net Mys. num. 2. Voluntarium est, quod ex conventione partium præstatur. Zas. 42 nu. i. iudiciale quod à iudice in iudicio defertur, vel a paribus, iudice approbante. Mys. nu. 5. Necessarium quod ex necessitate propter inopiam probationis, si scil. iudex aliquid habet, quod eum moueat, sed tamen nondum habet plenam probationem. l. 3. C. eod. c. vñ. ext. eo quod nōlens volens tenetur quid recipere. Cuiac. aliud videtur sentire, imita- tus græcos, scil. voluntarium esse quod pars parti in iure vel extra iudic. defert. Neces- sarium quod defertur & ideo sic dicitur, quia cogitur quis iurare, nec vlo modo potest conditionem illam reicere. l. pen. §. sed in iuramento. C. de reb. credit. Iudiciale, quod in iu- dicio à iudice defertur. Sed Wesenb. dicit illam distinctionem à cōmuni schola 1Ctorum, abhorre n. 7. ff. eod. Deinde etiā Duaren. in tit. de reb. credit. c. 2. in pr. & Horst. in οὐδ. & etiā thes. 1. ff. de iureur. τειχοτοπία habent, scilicet iusur. esse voluntarium aut necessarium eamq; probant per l. 1. ff. de iur. vbi iuratur ex pactione. Deinde quod iudiciale sit necessa- rium dicuntur petere ex l. 34. iuriur. §. ait prator. ff. eodem. vbi dicit prator. iurare eogan- tur. Sed respondeo vox, necessarium, si generaliter accipitur, & iudiciale & necessarium in specie dictum, potest continere: Specialiter autem si accipitur iudiciale iuramentum τ̄ nequaquam est necessariū, & quod in d. l. 1. de autoritate dicitur, id iudiciali & necessario 43

DISPV TATION. IVRIS CIVIL.

- conuenit Secundo obiiciuntur / pen §. I. C. eod Resp. In iudicio à partibus iudice approban-
te defertur, vel etiam ex coactione & autoritate iudicis; Si ad partis dilationem non vult
quis iurare: est autem tantum iudiciale. Tertio obiicitur: voluntarium extra iudicium
esse: non potest, ubi non est lis, nam lis est, ubi est in iudicium ventum. *Let. si §. si ante ff. de*
4 *petit hered.* Resp. Iuris verbum & generale est, & *litis ff. de Verb. signif.* & hic accipitur pro con-
troversia extra iudicium. *per d. iustiur. and quis lex conuentio. ff. de iure.* Deniq; si iudiciale
est, quod aduersarius in iudicio defert, solus locus facit iudiciale, sed est æquius ut per-
sona & locus iudiciale faciant. Resp. Index approbat in iudicio, & ipsius una adest au-
thoritas.
- 45** Ad 2. Corollar.] Affirmatur & hosti fidem esse seruandam, cuins fundamenta nobis
sunt comportanda, ex quibus id eo facil us credamus: fundamenta nostra sunt hæc. Pri-
muin quia æquitas & iura docent pœta esse seruanda. *L. in pr. ff. de part. l. i. ff. de consti.*
- 46** pecun. & æquitas est & ex iure naturali quod est immutabile, vnde me ita fides hosti data
est seruanda. Secundum: cum hostibus est communio iurisgent. quod est immutabile; Ex-
ego fides quoque est seruanda. *L. vlt. ff. de legation.* Tertium. Cum prædonibus & latroni-
bus est communio iurisgent. *L. 31. bona fides ff. depositi vel contra.* Quartum. Si quis ius iuri-
non seruat, ille violat si leui, quam Deo prouisit, etiam in testimonium rei licita possibi-
lis dandi adduxit. Sed obiicitur textus in 2 Reg. c. 10. vbi Iehu Baalinos sacerdotes contra
fideim è medio tollit. Resp. Hotom. illistr. quest. 7. Iehu ipsiis publicani fidem non dedit,
& ante fidem datam verissimum est quod dicitur: à Vng. Aeneid. 11. Dolus, an vir-
tus, quis in hoste requirat. Secundo obiicitur *L. ff. de dolo male*, ubi dicitur, bonum esse do-
lum si quis aduersus hostem & latroneum machinatur. R: sp. Id procedit quando non est
data si fides, vnde etiam dicitur in L. nihil. 6 ff. *le cap. 2. possum. resuers.* Ius esse dolo male
& fallacia in hostes vni. Tertio obiicitur *L. ff. quo vi metusve causa est factum*, ubi dicte
47 prætor: quod vi metusve causa est factum ratum non habebo. Resp. Id procedit, si quid
vi est ablatu ex bonis vel mera, id enim est restituendum: Alia est ratio in iuramento su-
per re possibili præstito. In iure Canonico aliqua capitula sunt, quæ dicunt illa iuramen-
ta non esse seruanda, *cap. 2. extra. de iure.* Sed respondeo, illa capitula omnia loqui de
absolutione papistica, quasi illa sit tanta virtus, ut aliquem absoluere possit à iura-
mento, quod quis præstitit. Sed eam ablolutionem esse & impiam & blasphemam
satis nunc constat. Denique Cicero lib. 3. officior. est contra Corollar. Resp. Cicero
et Ethicus considerat magis vim illatarum, quam iuramenti religionem superre possibili.

DISPV TATI O. XXXIX.

**D e actionibus præjudicialibus, & condicione certi ex mu-
tuo: condicione ex stipulatu: & actione,
ex stipulatu.**

C O N T I N V A T I O.

*Pest expositas iam reales actiones quasdam ciuiles & prætorias; de præjudicia-
libus recte agitur, quia illa in rem esse videntur.*

Thema 1. Actionibus præjudicialibus de statu alicuius personæ contenditur.

2. Et harum tres sunt videlicet quis sit seruus vel liber: An quis sit liber-
tus vel ingenuus: item de partu agnoscendo.

3. Quarum prior est fere ciuilis, posteriores vero duas inter prætorias re-
ferri affitmanus.

4. Est autem prima actio duplex: directa & vtilis.

5. Directa conceditur domino & seruo, & illis ex verbo & mente legis
competit, siccq; directo procedit à lege, & velut è fonte erumpit.

6. Domino datur contra seruum in quasi possessione morantem ad id, vt
seruus declaretur: Seruo contra competit aduersus eum qui in quasi posse-
ssione seruitutis retinetur vt liber pronuncietur.

7. Vtilis vero Principibus, Comitibus, Nobilibus & cæteris dominis præ-
diorū, aduersus colonos, rusticos, asscripticos, originarios homines: In qui-
bus hodie secundum diuersum Germaniaæ consuetudinem ius habent.

8. Secunda actio itidem est duplex: Directa & vutilis.

9. Directa datur patrono, qui ex iusta seruitute manutinuit, ac libertatis
beneficium contrulit aduersus libertum, qui est in quasi possessione ingenui-
tatis, & negat se libertum eius esse, vt libertus esse pronuncietur; vel contra
liberto, qui se ingenuum esse dicit, aduersus patronum, qui se talem esse fal-
sa opinione asserebat.

10. Vutilis datur dominis, qui rusticos manu miserunt, hoc est, liberam fa-
cilitatem à prædiis, quo velint, migrandi concesserunt rusticis: Honores et
nem debent talibus veluti patronis.

11. Tertia actio conceditur parentibus, qui asserunt patriam potestatem
aduersus liberos non exhibentes eis honorem debitum, contra liberis ad-
uersus parentes, qui nolunt agnoscere partū matri, hoc est, sanguinem suum
& ex se procreatos, quib. pietatē debent, & vtroq; casu directa est hæc actio.

12. Sequens nunc diuilio est, quasdam actiones esse rei persequendæ cau-
sa comparatas, quasdam pœnæ persequendæ, quasdam mixtas. Rei perse-
quendas causa, comparata sunt omnes actiones in rem, ita in personam:
& quidem ex ea, quæ ex contractu nascuntur.

13. Interhas sunt certi condicō ex mutuo: certi condicō ex st' pulatu:
& actio ex stipulatu, de quibus ordine agemus.

14. Condicō certi ex mutuo, quæ vulgo specialis dicitur, est actio per-
sonalis stricti juris, qua petimus res nostras, quas alicui mutuo dedimus, in
codem genere non in specie easdem nobis reddendas.

15. Datur hæc actio ei, qui rem suam fungibilem hoc est, in pondere, nu-
mero, mensura constituentem mutuo dedit.

16. Is qui communem pecuniam credidit, pro sua parte hanc habet actio-
nem, vnde si plures rem suam mutuo dederint, singulis quoque pro parte
hæc actio competit, nisi aliud nominatio sit conuentum.

17 Datur etiam absentis, cuius nomine mutuum contrahitur, siue is sci-
at, siue ignoret, pecuniam suam mutuo dari, nec refert utrum pecunia sit ab-
sentis, an eius, qui numerauit.

18 Et competit aduersus patrem famil. mentis compotem, & puberem,
quoq; ille verterit.

19 Intenditur statim ex obligatione mutui pura: Si autem sub conditio-
ne vel in diem detur mutuum, pender interim, nec ante diem vel conditio-
nem potest pati.

20 Certi condicō ex stipulatione datur, quoties apparet quid, quale,
quantumq; sit quod promissum est.

21 Est autem actio personalis; manat enim ex contractu & propterea
in heredes transfit, & perpetua est.

22 Competit igitur stipulanti seu roganti aduersus permittentem seu re-
spondentem certi aliquid.

23 Actio ex stipulatu oritur, quando incertum in stipulationem est de-
ductum: vt si quis promittat equum.

24 Incertitudo hic intelligenda est, quæ circa speciem rei versatur, cum
tamen de genere conueniat; alioquin stipulatio, quæ nullum profus habet
utriusque partis consensum, non valet.

25 Datur heredibus alias in solidum, alias pro parte & in heredes sub si-
mili differenti etiam conditionaliter promissio.

Pdpeyov. Vnam tantum esse certi conditionem, quam generalem no-
minant, sub qua plura sunt dividua cum Zasio affirmamus.

DISPUTATIONIS XXXIX:

De actionibus praējudicialibus, obiecōnes & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Actiones in rem non sunt in totum reales, sed etiam aliquid de personalibus sapiente.
- 2 Actiones praējudiciales an aliquae sint.
- 3 Praudictis continentur actionis vocabulo pinguis accepto.
- 4 Praējudiciales actiones an restat dicantur esse reales.
- 5 Actiones praējudiciales magis esse reales quam personales.
- 6 Praējudiciales actiones an agant de rebus privatis, an vero de publicis.
- 7 Praējudicibus actionibus praēdicatur aliis questionibus, quæ inter ultorem & rem
mosentur.
- 8 Praudictorum genera aliquot.
- 9 Hereditatis persistit est iudicium praēminens, alim centum virale dictum.
- 10 Criminalis actio semper est potenterior ciuitati.

- 11 Praejudiciales actiones, quibus praievidentur.
 12 Praejudicium nec debet fieri aliena cognitionis.
 13 Actiones praejudiciales quos sint.
 14 Actio de alimento praestandis est singularis cognitio, cui praedictum sit per iudicium.
 15 Praejudicibus actionibus an opus habeamus, & an sint necessaria.
 16 Rei vindicatio & praejudiciale actione quomodo differant.
 17 Status sui, & nec meritoriorum suorum, nemo est Dominus.
 18 Status hominis quo continetur.
 19 Liberorum duas esse species, & tria ex his sit praestantior.
 20 Praejudiciale actio prima, an sit eius.
 21 Iudicium libertatis qui primo invenerit.
 22 Actio de partu agnoscendo an sit pratoria vel civilis.
 23 Actio praejudiciale prima an recte dicatur directa & utilis.
 24 Scruta quarettione possit actionem habere.
 25 Actio utilis an detur aduersus vasallos & clientes, & contra.
 26 Praevidicale actio tertia quibus detur.
 27 Dare significat dominium transferre.
 28 Conducere quare quis possit rem suam à fure.
 29 Condicione furtiva an sit necessaria.
 30 Actio ex stipulatu an tantum rei persequenda causa introducta sit.
 31 Condicione certa ex mutuo, est actio personalis.
 32 Nummi mutuo dati an possint adhuc dici nostri.
 33 Mutuum per biuum munum quid sit.
 34 Mutuum d.ans, an estimationem accipere possit.
 35 Actiones ex stipulatione quos descendant.
 36 Condicione certa an sit duplex, generalis & specialis.
 37 Condicione quid vim fuerit.
 38 Creditum est genus mutui.
 39 Certam qua actione petatur.
 40 Condicione certa est genus, & continet sub se species in qua resoluti possunt, quando sit non
commodatio.

M r. Justin in §. omnium & seqq. egit de realibus actionibus civilibus & prætoriis, quod dum fecit, nunc etiam illas actiones explicat, quæ in rem esse videntur, hoc est, tuquæ nō sunt quidem in totum reales, sed ex parte etiam personales, id quod particula, videntur, satis indicat, quæ satis ianuit hasce actiones aliquid etiam sapere est personalib. Et hęc continuatio licet ad remotores actiones reales fiat, commoda tamen est; quia etiam in his actionibus præjudicibus realitas maxime attenditur, præualet, præminet seu præponderat. Pollet, quod fateor, hac disputatio de præjudicibus actionib. etiam continuari ad proxime precedentes §§ de personalib. actionib. & simul etiam ad remotores, vel potius ad omnes §§. precedentes hoc modo post iam reales & personales actiones ciuiles & prætorias commodissime nunc etiam de præjudicibus agitur: quia istae actiones licet reales videntur, personale tamen quid habent, & quasi mixtae sunt, partim in rem partim in personam, ubi tamen realitas primas obtinet, & potissimum præualet. Deinde una actio est civilis, duas alteras sunt prætoriae, ex quo videmus apte hic de præjudicibus agi post similes

plices in rem, & in personam ciuiles prætoriis, quia haec mixta sunt & conflatae quasi ex realibus & personalibus, ex ciuilibus & prætoriis, de quo etiam valde dubitatur, ut ex leqq. apparebit, & tantum de continuatione.

Ad Thes. 1.] Agitur hic de actionibus præjudicialibus. Sed contra hanc assertionem 2. videtur probari posse: nullas esse actiones præjudiciales, idque primo per l. actionis. 37. in p. ff. de obl. & act. vbi dicitur, quod præjudicia non sint actiones, nec in rem, nec in perlona: Imo expresse ab iis præjudicia distinguiuntur. Ergo præjudicia non sunt actiones. Resp. in 3. d.l. actionis, dicitur, quod actionis verbo pinguis accepto contineantur præjudicia, quam interpretationem æquitas desiderat, ut loquitur h. c. Horiom. in enunc. Et quamvis haec actiones non sint vere reales, nec vere personales: tamen in rem scriptæ ac conceperit potius sunt, Wesenb. hic in pr. vt postea dicemus. Secundo: præjudiciales actiones non esse actiones ita probari potest: In omni libello cuiusvis actionis tria sunt. 1. Narratio. 2. Medium concludendi. 3. Conclusio. Sed præjudicia sine causa, hoc est, sine medio concludendi, quæ causa est, reddi possunt, ut loquitur ICtus. in l. vlt. ff. si libert. in g. esse dicatur: Ergo præjudiciales non sunt actiones. Resp. Duaren. lib. 2. annal. diff. cap. 2. Patronus qui præjudicio experitur aduersus libertum intendit eum libertum seruum esse, & illa est causa propinquia dominii, quæ est in realibus actionibus exprimenda. Non tamen cogitur patronus causam intentionis dicere, puta quia operas vel alius præstatore debeat, atque ita ICtum exaudiendum esse Duaren. in d. loco. putat. Manet igitur verum actiones præjudiciales vere esse actiones.

Deinde dicitur. hasce actiones præjudiciales non reales esse. Cui oppono tale argumentum. Quod deberet personæ à persona, personale est. In præjudicialibus iudicis debetur quid à persona personæ, vel quid personale petitur, & agitur ut aliquid fiat: Ego haec actiones potius sunt personales, quam reales. Respond. Iustin. Imp. in b. iut. n. non sit causa, sed singulari quodam mysterio vitetur particula improprietas, videntur ut & nos in continuatione, & Zaf. n. 7. qua indicat has actiones non in totum & per omnia esse reales, sed continere in se aliquid personale, scil. quatenus de personæ cuiusdam iure agitur: Quia tamen persequitur quis hisce actionibus ius seu rem proprietarianam, scil. ut declaretur quis seruus vel liber: ut declaretur quis ingenuus vel liberus: ut quis declaretur parens, vox, filius, &c. ideo potius sunt reales & non magis reales, quam personales, quia reale hic magis attenditur, & inspicitur: Iason n. 20. dicit: Haec actiones sunt in rem, & perlona petitur declarari seruus, libertus, filius, & illa restitutio officio iudicis fieri potest, ut & in rei vindicat. text. in l. cum aliquis in princ. in verbis indicat, l. i. C. de iure delib. & Iason num. 34. dicit, non dari officium iudicis extraordinarium, alias ut quantum de statu, ut filius viadicetur in filiationem, vel in seruitutem seruus prout competunt præjudiciales. Sed adhoc ut iubeat iudex eum castigari, vel ad similia compelli l. i. § cum patronus. ff. de offic. prefact. Urban. & quod dicitur in l. 3. §. hoc autem interdictum. ff. de liber. exhib. apud prætorum. posse disceptari, an quis sit in potestate vel non, id ita est intelligendum, declarationem iuris fieri iure actionis. Cetera, ut sunt alimenta & restitutio, sunt officio iudicis. Iason num. 36. & notandum Iasonem num. 22. & 23. putare verbum, videntur, alias esse improprietas notam; hic autem esse expressissime, ut in l. seruum filij. § 1. vbi glo. & Dd. ff. de legat. 1. Id quod tamen Zaf. Oldendorp. Mynsing. & alij negant. Oldendorp. fere eodem modo responderet class. act. 9. cap. 3. eas non esse personales, cum non procedant ex aliquo facto vel formula negotij gesti, ut aliquid detur vel fiat, ut personis auctio, sed immediate ad ius ipsum, vel libertatem in personam, potius quam ad id quod extra personam, id quod etiam Dominus Borch. affirmat, quando dicit agi duntaxat principaliter

Capituli hisce actionibus ad declarationem servitutis & libertatis, &c. non ad aliquid dandum vel taciendum, ad id enim aduerterius non damnatur. Mynsing. dicit non absolute sunt reales, sed aliquid admixtum personale habent; pravalet tamen quod sint rei persecutoriae, quia in tem competunt, id est, ius libertatis, libertinitatis & filiationis consequuntur. Zalios etiam hic num. 10. dicit, persona hic venit in iudicium ut res. Duarenus lib. 2. annal. diffus. c. 2. dicit eas actiones esse extraordinarias & magis in tem, quia praetor ita fere enunciavit in realibus. Seruum scilicet esse suum, filium esse suum, libertum esse suum.

Tertio obicitur ab Hotto man. in enunc. 1. Actiones que non de rebus priuatis agunt, huc non pertinent: Aliones & praejudiciales non agunt de priuatis rebus: Ergo non sunt huius loci. Minorem probbo per l. 2. ff. de statu defuncti. vbi Papin. ICtus dicit: Libertatis causa in publicam, tutelam mercii, & in l. sed & ha. 35. §. 1. ff. de procur. praejudicium ab actione priuata manifeste distinguitur. Resp. Verum quidem est, causam status publicam esse, sed ipse status nondum enim ab aliquo in hisce actionibus, quasi suus petitur, eatenus haec actiones de priuati alicuius iniuste agunt.

Quarto obicitur ab Hotto man. hasce actiones nec esse personales, quia non sunt ex contractu vel ex delicto: Nec esse reales, quia actiones reales non sunt de rebus, quae non sunt in commercio. Resp. Nos dicimus eas actiones nec mere esse personales, nec mere reales, sed mixtas. Et quamvis causa status hic agatur: tamen principaliter hic agitur de eo, ut quis seruos declareatur, & principalis questionis est super declaratione iuris, quod in seruos & filios habemus, quod sane ius in commercio est; Si autem constaret filium esse suum & seruum esse suum, non opus esset hac iudicia intentare, id quod in l. 3. §. si dubitatur. ff. de lib. hom. exhib. exprimitur.

Quinto obicitur ira: Definitio qua angustior est definitio, est vitiosa; Talis est definitio praejudicialium actionum: ergo est vitiosa. Minorem probbo per l. & l. c. de petit. heredit. vbi praejudiciales dicitur petitio hereditatis, in qua tamen de statu non agitur. Respond. Praejudiciales actiones proprie sunt, & quibus praejudicatur aliis questionibus, quae inter eorum & reum mouentur, qua decidi non possunt, donec causa status sit discussa. Illæ enim hac pendente interim conquietunt, silent, racent, nec mouentur.

Sciendum autem si pro solutione, plura esse & praejudiciorum genera. Primo sit ratio ne contingentia, quando duas causas se contingunt & afflicant, tum enim sententia lata in una facit praejudicium in alia, & parit exceptionem rei iudicatae, exemplu ponit Zal. n. 2. hic, in hereditate, qd si volo petere, primum hoc oritur: An quis heres sit, hoc iudicium ratione contingentia prius est explicandum, altero interim ceperit: Non enim possum agere facili hereditate, nisi constet an heres sit. Secundum genus est per eminentiam, quando una causa est maioris dignitatis, magis ardua, quæ immiscetur, tunc motus maiores pellici minores, & principalis habet naturam praejudicium l. per minorem ff. de iud. vbi dicitur, per minorē causam minori cognitio praejudicium fieri non oportet. Maior quæ filio minorē ad se trahit, cū minor accessionis loco sit per c. accessoriū ff. de rig. iur. in 6. Tertiū genus continet questionē de statu, de quo hic tantū agimus: Hinc nunc facilis est responsio ad d. l. & l. C. de pet. hered. quia vt Zal. hic, inquit, hereditatis & petitio est iudicium priuatum, & i. opa magna olim peragebatur, unde ceterum virale iudicium dicitur, quia iudicabatur a ieo. Seuatorib. & iudicat proprias eminentiam & maioritatem aliis minorib. iudicis c. penitentiib. pro legatis, libertatib. quæ expediti non possunt nisi hoc iudicium sit absolute, sed de statu ibi non agitur: Ergo ad secundum genus praejudicialium illud est resciendum, & nihilominus

minus verum manet nos hic recte tantum de præjudicialeb. pro statu cōpetentib⁹ agere; id quod etiam Iason n. 39. ita soluit. Eodem modo t̄ actio criminalis est potentior ciuilis, vnde tamdiu quiescat ciuilis, donec sit expedita criminalis. L. 6. t. C. de ordin. indic.

Quoties tamen alias absolute & indefinite sit mentio præiudicij vel præjudicialium actionum, toties propter eminentiam intelliguntur h̄t̄ tres præjudiciales actiones Myns. n. 7. & 12. Et h̄t̄ actiones t̄ aliis præiudicant. Nam prima actio præiudicat actionibus de peculio iuri dominico competētibus. Secunda afferit præiudicium actionibus operarum. Tertia præiudicat actioni alimentorum successionis & similib. Welenb. hic, & Dn. Borc. holz. Sed huic explicationi opponitur d. l. 3. §. plane si dubitas. ff. de homine liber. exhib. vbi dicitur: Si de statu quaeritur, non oportet præiudicium fieri aliena cognitione. Ergo præiudiciales de statu actiones nō præiudicant aliis actionib. Resp. Agitur ibi de interdicto de libero homine exhibendo & dicitur quaestio esse de statu, si dubitatur, an quis liber vel seruus sit. Si autem certum est aliquem esse liberum, non possum agere actione præiudiciale, quia t̄ aliena cognitione, id est, remotæ à status quaestione, vt est interdictū de libero homine exhibendo, non oportet præiudicium faci. Certum enim in eo interdicto est, esse aliquem liberum vt est in textu: Manet igitur verum moueri hasce actiones alterius petitionis causa, cui præiudicium faciunt. L. 1. §. 1. ff. de rei vind.

Ad Thesin 2.] Affirmatur hic t̄ tres esse actiones præjudiciales. Prima an quis sit seruus, vel liber. Secunda, an quis sit ingenuus, vel libertus. Tertia de partu agnoscendo. Et quidem in textu tantum est vox, liber, & vox, libertus, sed subintelliguntur, seruus, ingenuus, quibus opponuntur. Myns. hic n. 7. Vult autem Hugo Donellus quatuor esse actiones præjudiciales, nempe de partu agnoscendo: & alterani de alimentis præstandis. Sed dicendum est illam actionem t̄ de alimentis præstandis esse singularem cognitionem, cui præiudicium sit per iudicialem vt supra dictum est; Sed quod t̄ non opus sit præjudicialeb. actionibus, probo ita. Quia confessoria & negatoria dantur pro iuribus incorporalib. scil. rebus vindicandis, & iis, quæ personæ à persona debentur, vt est seruitus personalis. §. aquo. supr. h. ist. n. Ergo non opus est hisce actionib. Resp. Procedunt illæ actiones & competūt, quando vindico seruitutem realē vel personalem mihi vel prædīo meo debitam, quæ ab alio impeditur vel occupatur, sed ibi non est quaestio de statu, vnde peculiares actiones p̄ eo sunt introductæ. Secundo obiicitur, quod prima actio non sit necessaria, cum rei vindicatio sufficiat, vt constat ex l. 1. §. 1. ff. de rei vind. Hottom. enunc. 1. Respond. Rei vindicatio t̄ locum habet, quando seruus ab alio possidetur vt seruus, nec mouet quaestionē seruus de libertate, nec est cōtrouersia de statu, sed dominus simpliciter afferit seruum illū suum seruum esse. Hęc autem actio intentatur, quando dubitatur de statu serui, vnde Duaren. lib. 2. annal. diff. c. 2. in fin. dicit: Non dari rei vindicationem, cum de statu est controvērsia, quæ tamen competit, cum à tertio quēdam seruus possidetur, sed aut prætorē cognoscere extra ordinā, aut reddi præiudicium, hoc est, præiudicialem actionem; secundum d. l. 1. §. 1. ff. de rei vind. & non potest rei vindicatio tribui huic actioni, quia agitur hic de statu, id est, re extra cōmercium posita. Nemo enim suotam membrorū, vt nec status est dominus, liber homo ff. ad l. Aquil. Similis est vindicationi d. l. 1. §. 1. ff. de rei vind. quia petitur status quasi suus & aduersus quemcunq; ratione possessoris hac actio intentatur.

Tertio obiicitur ab Hottom. plures esse præiudicij actiones, de statu scil. quando dubitatur, an aliqua sit vxor vt expresse dicitur in l. 3 ff. de libe. agnosc. Respond. Coharent illa & tanquam species sunt in genere hoc, de partu agnoscendo, vt & illud an grauida sit vel non, hęc omnia simul in considerationem veniunt, vt constat ex exemplis in l. circa. 14. l. quoties, 18. ff. de probat, l. adoptiūm. ff. de in ius vocand.

Quarto obicitur secundam actionem non esse de statu, quia status + tria continet. 18
 Libertatem, Civitatem, & familiam: Sed ibi non disputatur de libertate, quia ingenuus &
 libertus sunt liberi, nec de civitate, nec de familia. Respond. Conceditur + liberorum spe- 19
 cies esse duas, scil. ingenuos & libertinos, sed ingenuitas tamen longe est preciosior, excel-
 lentior & dignior, cum ortum ex natura trahat, & ex facto hominis, & sit quasi libertas
 quædam auctoritatis, seu accidentalis, nec tantis priuilegiis gaudeat, cum is, qui libertus sit, o-
 peras praestare suo patrono cogatur; non autem is, qui ingenuus probatur, qui patronum
 non habet: Contendit igitur in hac actione patronus, cum, qui se ingenuum dicit, esse li-
 bertum, unde merito est contentio & controversia de status prærogativa in ipsa libertate,
 cum hæc duæ species libertatis inter se dissentiant, & pertinet hæc actio vere ad libertatem
 & sic ad statum ut species pertineat ad suum genus. Et quamvis inferatur, quod hodie per
 ius pouissimum nimium per Nouellam, sicut libertas de cetero, sit sublata differentia inter liber-
 tatem & ingenuitatem: tamen sciendum est id fictione constitutionis Imperatoriae es-
 se factum, ut sint eiusdem priuilegiū dotati, omnes liberti ut ingenui: Interim tamen exi-
 pta Iustin. cōstit. hoc adhuc relinquitur, vt ius patronatus maneat saluum in patronis, hoc
 est, vt liberti honorem & operā eis praestent, qd non est in ingenuis, qui nullum agnoscunt
 patronum; & ideo merito adhuc etiam de statu eam ob causam contendi posset, nisi ser-
 uitus illa Romanorum apud nos esset sublata.

Ad. Thes. 3.] Affirmatur vnam & primam actionem esse ciuilem, duas reliquias præto-
 rias: Hoc inquit Hottom. obscürum & difficile videtur. Et quidem contra primam quod
 + sit ciuilis, obicitur r.t. ff. de liber. caus. in quo fere in singulis l. agitur de prætorio edicto. 20
 Ergo illa actio potius est prætoria, quam ciuilis. Respond. Hottoman. hoc modo: Hæc
 actio primum fundata & instituta est, ex l. 12. tabular. Sed longo interuallo post in e-
 dicto perpetuo quædam adiecit, quæ accessionis locum obtinent, & videtur prætor id ad-
 ieccisse, vt si quis liber sciens dolo malo vendi se pro seruo passus est, ei qui seruum putabat,
 tum emtori detur in eum actio in duplum eius, quod emtionis causa præstiterit, l. 14. retijs.
 cum seq. ff. cod. id quod & Oldendorp. eleganter in class. 3. hac action. indicat his verbis: Li-
 beralis causa ex SCto quidem est, id est, habet legitimam causam, vt Iust. hic docet, sed præ-
 tor adeo multa adiecit, vt propemodum disputabile videatur, an Senatui, an vero prætori
 sit attribuenda. Vtitur igitur Imp. temperamenti particula, F E R E, quod & Myns. hic re-
 fert, & Ræuard. lib. 1. Variar. c. 18. & Wefenb. n. 3. hic. affirmanit non prætorem, sed l. 12. tabul. 21
 inuenisse + libertatis iudicium, id quod etiam Terent. in Adelphi: indicat his verbis: Libe-
 rali assero hanc causam manu, id est, ex iure vel l. Quiritum. Afferitur porro duas actiones
 reliquias esse prætorias, de priore non dubitatur, sed de posteriore admodum dubitatur, 22
 scil. + de actione de partu agnoscendo. Argumentum ex quo dubitatur, hoc est: Si actio de
 partu agnoscendo est ex SCto, est iuris ciuilis, nec est iuris prætorii. Sed est ex SCto l. 1. &
 l. 3. §. 1. ff. de agnosc. tal. lib. Ergo non est ex iure prætorio, quia SCtum iuris ciuilis scripti spe-
 cies, opponitur iuri prætorio, vt & reliqui iuris ciuilis scripti species, id quod satis constat.
 Respond. Hottom. putat prætorem edicto suo iam pridem hoc editum instituisse, postea
 de agnoscend. liber, alend. parent. & de partu subiecto Senatus consulta esse facta, unde
 prætor fuit antiquior, & inde igitur utpote à priore merito hæc actio dicitur prætoria. Eo-
 dem modo Ræuardus lib. 1. Variar. c. 18. putat, vbi dicit, errare eos, qui putant actionem de
 partu agnoscendo esse ciuilem propter SCta, quia inquit, nec Plancianum SCtum, nec id
 quod temporibus Hadriani est factum, efficere hanc actionem ciuilem, nihil detrahere,
 nihil addere, sed dies constituere certos denunciationes: Nam ante Senatus constitutionem,
 denunciationi nullus ordo fuit constitutus: Ergo dum passim sine denunciatione scemi-

ne maritos suos prouocarent p*ro* arbitrio, alieni & agnoscendi partus gratia, voluit Se-
natus post diuortium 30. connumerari dies, & ultra hos maritus denunciantur. Itē prægnā-
tes existimantur, ut possint mariti custodes inutere, id quod constat ex l. 1. §. al. genit. in fin.
ff. de agnosc. lib. W. senb. tamē h*e* put*a*: hāc actionem esse s*C*ui*s*, ex quibus prætores ius
dixerūt. & actiones dederunt, qua*n* re fallit, cum etiam sit contra iust*n*. qui dicit ius
duas post*riores* præ*dicti*ales actiones, ex iur*s* s*d*ict*ione* præ*dicti*o*n* substanc*ia*; hoc est, totū
esse capere. Secundo obicitur: Directa actiones sunt ciuilis; hāc viro*q*; calu*tali* cit*et*; Et-
go ciuilis. Resp. Directe quod proficiuntur vel ex lege, ut prima hāc *et*io, vel directo ex
edicto præ*dicti*, ut h*e* re actio*tertia*. Et hoc dubium nullum habet, & tuta legis vocabulū
specialiter accipitur: Si aut generaliter omnes species iuri*s* scripti continentur.

- 23** Ad Thei. 4. 5. 6. 7.] Agitur in hisce ihesib. de prima actione praeuid. et aliis, quae est t. duplex: Directa & Vtialis. Cui opponitur tale argumentum; sublatum lenius amplius non reducitur. Ut directa actio semel est sublata: Ergo non reuisebitur, & per consequens nulla est utrius actio. Resp. Concedo seruitutem inter Christianos esse sublatam, & per consequencem etiam actionem hanc directam. Sed tamen quia adhuc mansit quædam seruitutis imago, in acrispiens, colonis & aliis nobis subiectis, & seruentibus hominibus, notaria seruitutis habentibus, Zefr. 14. quæ us liberi per quædam extensionem & interpretationem ex æquitate & paritate rationis dantur utiles actiones, quauam tamen expresse lex non meminit, & hoc tanta Germanicæ collaududo receperit & approbavit, quæ pro lege non immixto seruitutem. Deinde dicitur in th. si seruo hanc actionem lati Cui opponitur in persona. ff. de r. g. sur. vbi dicitur in persona seruitutem nullam cadere obligacionem, & ideo nec actionem cum obligatio actioni sicut cœla. Resp. Seruitus habet in seculi liberum, et in poss. libert. personam, & ideo t. eius ratione hanc actionem habet. Alias si certum omnino esset, eum seruum esse, nulla ei daeretur actio, cu si similis bruciis, id habeat caput nec personam, & mortuo similis habeatur. I. seruitutem ff. de rep. sur.

Ad thel. 8 & 10.] Secū la h̄c actio præjudiciale proponitur, quæ datur patrōno in libertam, & econtra libertam in patrōnum. *Lcirca. 14. ff de probat.* quia tamen lex secundum Hotton. hic in 3 enunc. pugnat cum l quod est. 8. ff. de probat. Sed respondeo, posterius Vlp. de patrōni actione loquatur. qui ius patrōnatus petens, actoris pacis merito obtinetur dicitur. Vbi vero ius ingenuitatis ab altero petitur, consentaneum est eum onus probatio-
nis sustinere. Iraque alter locus eiusdem intelligendus est in l. vltim. ff. si quis ingen. effe-
ctus dicitur. Quod erit autem hic, an t̄ utilis actio detur, aduersus vasallos & clientes & econtra Oldenforp cum Mynsing, id negant: Primo ideo quia ex consuetudine iudicatur de illis, non ex l. Romana. Secundo quia non sunt liberti, sed ingenui, ut Z. s. num. 24. dicit. Quamvis tamen tenet eti un utilem his dari actionem, quia argumentum à liber-
to ad vasallum, ethi interdum fallat: interdum tamen procedit, quia vt libertus patro-
no dicitur honorem: ita & vasallus domino, & econtra e. & nsc. de form. fidel. Ego e. & nsc. de no-
ua form. fidel.

- 26 Ad Thes. II. I. Agitur hic de tertia actione præjudiciali, quæ conceditur parentibus, qui afferunt patrui potestatem, hoc est, patribus qui liberos habent in potestate, & his semper & cordinari datur. Interduum tamen etiam matribus, quando parentis est defunctus sot h est. n. quæ dum ratus id fac un., id ita exprimendum non fuit, cum specialiora & rationiora sponte alias se offerant, l. 3. cum seqq ff. de ll. Nec obstat l. famina ff. de reg. sur. & l. 1. ff. de postulando quia postulare non potest in illicet potest tamen agere si ex pietate quadam & iusta causa ad id procedit, ut multi iuris textus innuunt. Et hæc actio utroq; calu est directa, h.e. quando pater agit, & quando filius agit, vtiliter tamen ex sententia Bart. hæc actio intendi potest aduersis fratres & cognatos. Mysl. n. 27. quia directa non datur, quod cause præsumt. quales se in quo contingant & quali affuerint. Ad s.

Ad §. sic iraq; discretis. h. tit. n.] Agitur in hoc §. quid t̄ dare significet. nō mirum do-²⁷
miniū transferre, ita ICti illam vocē proprie accipiunt. Deinde q̄ t̄ condicere quis possit
rem suam à iure. Id mirum videtur, cum āctio condic̄tia non datur ad rem suam, sed ad
rem, quæ sibi debetur. Respond. Id fieri odio furum. Nam à nemine nisi à fure is qui do-
minus est, rem suam condic̄t, idque ideo ut pluribus actionibus teneatur. Et Hortom. hic
dicit enunc. 4. Dare in fure, significare ideā quod reddere, pr̄stare, restituere, quia domi-
nus factus non est fur. Deinde obiicitur, quod condic̄tio furtiva non sit necessaria, cum
ad sit rei viadicatio. Respond. Myns. hic purat n. 14. Condic̄tio furtiva t̄ durat adhuc ad²⁸
estimationem, et si res intereat fortuito, & sine culpa furis sive res ext̄, sive non, semper
obligatur: In rei vindicat. est fecus. Nam si res sine dolo vel culpa interiit, liberatur ab
impetitione.

Ad Thes. 12. 13.] Affirmatur t̄ rei persequenda causa comparatam esse actionem ex³⁰
stipulatu. Cui oppono. l. pacto conuento. 15. ff. de transacti. vbi dicitur, quod pena stipula-
tione persequi potissimum, ergo non est tantum rei persecutoria. Respond. Stipulatio per
serem ipsam persequitur: Quatenus autem conventione partium nudo, scil. consensu &
pacto placuit penā subdi, vt eo firmius quis teneretur, stipulatione pena illa peti potest,
non ex sua natura, sed ratione conventionis, quæ stipulationem praecessit.

Ad Thes. 14. 15. 16. 17. 18. 19.] Agitur hic de conditione certi ex mutuo, quæ āctio t̄ est³²
personalis: sed obiicitur: Quod dicitur petere nos hac actione res nostras, quia personali
actione non petimus res nostras, sed alienas. Respond. Proprie quidem & in specie am-
plius nummi mutuo dati qui non habent nostri in genere: vel sunt nobis debiti nō proprii
nostrī, cum dominium in mutuo transferatur. Possunt tamen aliquodammodo dici no-
stri, respectu eius, quod nobis debentur, & quod nobis in genere sint restituendi. Secundo
obiicitur l. singularia. 15. ff. de reb. credit. vbi quis nō accipit meos nummos, & tamen est mu-
tuum. Resp. Illud teste ibidem ICto, est singulare in mutuo, & dicitur t̄ mutuum per bre-³³
uem manu, quia idem est, ac si ego tibi ex mea manu dedissem, si debitor meos nummos tibi
dat, vide Borch. in tract. de reb. credit. Tertio obiicitur, quod fur possit contrahere mutuum,
cum habeat condic̄tionem, l. nam et si sur. 13. in pr. ff. de reb. credit. qui tamen nou est domi-
nus, nec potest dicere res suas esse. Respond. Consumtione mutuum cōciliatur, quod ab
initio mutuum nō fuit, in quo dantem oportet esse dominū. Et in mutuo omnia sunt ha-
bilis & necessaria veri mutui, vt Dd. loquuntur. Quarto obiicitur l. Vinum. 22. ff. de reb. cred.
vbi debetur estimatio. Ergo non eadem res fungibilis redditur. Respond. Id sit officio
iudicis secundum Myns. hic, vel secundum Wesenb. in parasit. oblata fuit estimatio à de-
bitore, quam t̄ acceptit volens creditor. Nam volenti non sit iniuria. c. scienti. de reg. iur. in³⁴
6. alias stricte potuisse agi ad nummos in genere restituendos. Reliqua supra in materia
mutui sunt explicata.

Ad Thel. 20. cum seqq.] Agitur hic de duabus actionibus t̄ descenditibus ex stipu-³⁵
latione. Una est certi condic̄tio ex stipulatione, qua certum quid in stipulatum deductum
petitur. Altera est āctio ex stipulatu, qua incertum petitur in stipulatum deductum; quæ
duæ actiones planæ sunt.

Ad Corollarium.] Cōmuni Dd. est sententia, conditionē certi esse t̄ duplē, generalē³⁶
& specialē. Generalem volunt esse eam, quæ sit ex quolibet contractu: Specialem tantum
esse ex mutuo. Fundamentū huius rei & opinionis habent potissimum in §. 1. supr. quib. mod.
re. contratt. oblig. vbi āctio ex mutuo vocatur cōdicitio certi absolute: Ergo dicunt, q̄a āctio
ex mutuo alias singulare actionis nomen non haber: Specialis illa cōdicitio ex mutuo pro-
pter singularem dignitatem dicitur. Sed respondeo id dicere esse absurdissimum, pr̄fertim
Z. cum

exam etiam condicō certi, quæ ex stipulatione est, absolute condicō certi vocetur. Eodem modo in §. 1. supr. de Verb. oblig. ita ut utroque loco dici possit pro subiecta materia actione ex mutuo, id est, condicō certi ex mutuo, & actione ex stipulatione, id est, certi condicō ex mutuo. Et nulla differentia ratio est. Sic ex commodato actione dici posset, condicō certi ex commodato, vel actione ex commodato, & tribueret velle speciem conditionis ex mutuo videtur absurdissimum, & contra regulam Dialecticorum, quæ vult genus habere affectionem eum qualibet specie. Ergo tam condicō certi ex stipulatione, quam condicō certi ex stipulatu ita dici potest. Secundo obiicitur § appellamus h. tit. n. vbi dicitur, denunciatione hodie nos non amplius vti; Condicō autem erat idem † quod denunciatione in diem certum & locum statutum seu constitutum, quæ solenniter olim siebat; Ergo dum denunciatio est sublata, videtur etiam sublata omnis condicō, quæ idem quod denunciatio fuit. Respond. Wesenbec. & Borcholt. hic dicunt, solennem illam denunciationem seu conditionem esse sublatam. Manere autem hodie hoc, quod conditionis appellatione veniant actiones personalis, & ex vocentur & signentur. Insto contra datam solutionem ex l. debitores. 10. C. de pignor. vbi dicitur adhuc denunciatione in personali & jone opus esse, hoc est, debitori id esse denunciandum prius. Respond. Cuicac. lib. 5 obsr. c. 31. errare eos, qui ex l. debitores. id conuincant, & alias inquit: valde obstatet d. § appellamus. Putat igitur istam l. loqui de terna denunciatione secundū l. 4 ff. de pign. action. quæ siebat antequam pignus distraheretur. Quamuis ex constit. Iustin. in l. 8. c. C. de iure dom. imperi. adhuc biennium sit expectandum. Insto; Sed dicitur in d. l. 10. creditorem persequi hypothecam. Respondet, ideo non exigitur denunciatio, ut tantummodo agatur hypothecaria, sed vt ablata hypotheca ius suum solenniter creditor ex equat, id quod Wesenb. sequitur in d. §. appellamus. Tertio contra corollarium obiicitur. Rubr. tit. ff. de rebus credit. vbi certi petitio separatur à conditione. Ergo certi condicō certum non caput vel persequitur. Respond. Dn. Wesenb. ibid. in parat. num. 7. dicit legi ibi; & de certi conditione, & postea addit, illa verba; de rebus creditis, ad totam tertiam partem ff pertinere: illa verba: Si certum petatur, ad mutuum proprie referri seu ad cred. tuum, quod est † genū mutui l. 2. §. 1. ff. de reb. credit. Sed nunc queritur qua actione certum petatur? Hoc nunc additur in rubrica, scil. conditione certi ex mutuo. Insto; Sed condicō certi ex mutuo tantum vocatur ibi condicō: Ergo illa specialis tantum est. Respond: in tit. ff. de reb. credit. in l. led. 1. 40 ff. de reb. credit. agitur etiam de stipulatione certi, puta quando creditores sibi cauent stipulando sortem & usuras; Ergo & illa recte recondicō dici potest, ut etiam Iustin. facit in d. §. 1. supr. de Verb. oblig. Denique ita insto: Sed illæ duas tantum sunt, non plures, scilicet condicō ex mutuo: & condicō ex stipulat, quia reliquæ in proprium nomen transeunt, ha sole ita dicuntur; non igitur plura sunt diuidas, ut dicitur. Respond. Wesenb. id quidem dicit in parat. num. 8. tit. Sed potest etiam ad alios contractus accommodari. Manet igitur verum certi condicō nem esse † genū, & continere sub se species, in quas resoluti potest, quando sit accommodatio. Nēinde etiam ex mutuo condicō specialis dici potest, ut tamen reliquæ species non excludat, id quod etiam in thesi 14. facimus. Et tandem de hac disputatione.

DISPUTATIO XL.

De actionibus quibusdam rei persecutoriis in personam ex
contraetu deſcendentibus,

CONTINVATI O.

De tribus actionibus rei persecutoriis in personam ex contraetu deſcendentibus; ſuperius diſputatum eſt: Sequuntur iam iufto ordine aliae; ut: emti, venditi, locati,
conduci, commodati, deſpositi, mandati,
pro ſocio, &c.

Thes. 1. Actio emti, eſt actio rei perſecutoria bonæ fidei, ex frequentiſimo emtionis & venditionis contraetu, qui ſolo naturali conſenſu perficietur, ſine ſolennitate verborum ciuili deſcendens.

2 Quæ datur emtori, qui emti rem, preſens vel abſens, puta per nuncium vel epiftolam.

3 Tutori ementi à pupillo palam & bona fide vel cum decreto iudicis, vel alio tutore autoritatem ſuam interponente.

4 Emtoris heredibus & ſucceſſoribus vniuersalibus non etiam ſingularibus.

5 Aduersus venditorem eiusq; heredes & ſucceſſores vniuersales, non ſingulares, quibus cum nihil contraactum eſt.

6 Ad hoc ut pietii ſolutionem rem venditam cum omni cauſa, accessionibus & fructibus, à tcmporte contraetū perceptis, emtori aut heredibus eius vel vniuersalibus ſucceſſoribus tradat, ea que omnia præſet (modo ſpecialiter nihil conuenierit) qua naturaliter iudicij huius potestati inſunt.

7 Ad diſtrahendam quoque emtionem quandoq; & utilis datur emti a-
ctio, ut puta, ſi arriha nomine quid datum ſit, & poſtea conueuerit, ut emtio
irrita fiat, arrha reſtituatur.

8 Ex contraetu etiam procuratoris datur domino utilis haec, ſi nimirum
procurator de mandato domini rem vendidit, atque emtori cauit.

9 Redhibitio quoque hac directa emti actione, ob rei emtæ vitium ali-
quod latens, & euictio, licet expreſſe de ea nihil actum ſit, continetur.

10 Ex vendito aetio rursus datur vendori contraemtori ut precium
conuentum integrum, vel eius residuum ſibi vna cum uſuris à tcmporte rei
traditæ, aut alioqui tcmporte moraſoluatur.

11 Traditio enim rei conſtituit emtorem in mora, cum qui poſſidet em-
tor, ex ipſa ſuetaum perceptione commoneſacere ſe debeat de precio ſol-
uendo:

uendo: nec enim æquum fuerit ipsum fructu rei perfui; venditorem contra neq; pecuniam neq; fructum eius consequi.

12 Vbi autem traditio facta est, neque mora interuenit, vsuras à tempore contractus deberi verum non est.

13 Actio locati est quoque rei persecutoria bonæ fidei , ex locationis & conductionis contractu promanans , quæ competit locatori, qui prædium vrbani vel rusticum , aut rem mobilem; vel operas locauit.

14 Eiusq; heredibus non etiam successoribus singularibus.

15 Datur quoque locatori operis faciendi eiq; qui id, quod conduxerat faciendum locauit alii.

16 Aduersus inquilinū, qui vrbani, vel colonum, qui rusticū prædium conduxit, aut eum, qui opus faciendū cōduxit propter opus vitiosum factū.

17 Ad pensionem vel mercedem rei locatae persoluendam, & rei culpa conductoris deterioratae damnum sarcientum.

18 Et vt rem conductam conductor post expletū conuentionis tempus, si ne controuersia restituat, vel quoq; ante finitum illud tempus (certis tamen in casibus) rem vel domum conductam ei dimittat, atq; ab ea recedat.

19 Condu contracta datur ipsis conductoribus , qui rem aliquam v-tendam vel fruendam conduxerunt.

20 Aduersus ipsum locatorum & heredem eius, vel successorem vniuersalem: siue enim sit perpetua siue temporalis locatio, intra tempora locationis heredi onus contractus incumbit.

21 Ut liccat illis vt & fruire conducta , & vt domum locator, vel rem a-liam reficiat : expensasque necessario & utiliter in re conducta factas refundat.

22 Mercede in quoq; proper sterilitatem & casum sine culpa coloni cōtingentem remittat, omniaque ea prestat, quæ in l. conditionis dicta sunt.

23 Actio commodati est actio persecutoria bonæ fidei, ex nominato quoque contractu & iure ciuili recepto resultans.

24 Estq; duplex ; Directa & contraria.

25 Directa datur commodanti aduersus commodatarium eiusque heredes, vt visu rei commoda tate finito, sibi salua & integra res restituatur; Detrior enim si redditur, reddi non videtur, & hoc casu etiam in litem iuratur, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis.

26 Et non duntaxat res ipsa repetitur, sed etiam omnia accessoria & quicquid ex re fructus quoconque tempore utilitatise obuenit; non enim rem quæstui commodatario esse oportet, quia eius periculo non est.

27 Contraria datur commodatario ad petendum id, quod sua interest: Si

res

res commodata ante expletum usum ei auferatur, vel si vitio rei detrimentum passus sit.

28 Ad refundendum quoque sumtus in rem commodatam factus extra cibaria & modica impendia, quæ naturali ratione ad eum qui re virtutur, pertinent, recte conceditur.

29 Datur etiam & tum commodatario, quando rem commodatam perdidit & pretium pro ea dedit: atque deinde ies rursus in commodantis potestatem recedit, ut aut rem vel pretium solutum restituat.

30 Vel etiam si dominus ipse rem alicui a se commodatam clam surripiat & estimationem eius consecutus sit.

31 Mandati quoque actio duplex est: Directa & contraria. Directa datur mandatori & eius heredibus: Contraria vero mandatario: ad indemnificationem utrinque mutuo praestandam.

32 Ac petitur directa, id quod mandatoris interest una cum fructibus & utilitis, si mandatum vel non sit gestum, aut male, vel extra fines prescriptos gestum, vel si quid dolo, culpa, negligentia admisum sit: Nam omnia haec in iudicium mandati veniunt.

33 Bonam fidem enim agnoscere, & pro viri boni arbitratu versari, ac diligenter fines mandati seruare, mandatarius debet.

34 Contraria actione mandati, est illi experiundi potestas, quæ mandatum suscepit, ad recuperandum sumtum omnem in negotio gerendo bona fide factum & quicquid omnino interesse mandatarii vlo modo potest, etiam si casu aliquo negotium confidere non potuerit.

35 Imo antequam exequatur negotium, agere potest mandatarius, ut sumtus necessarii sibi praestentur, cuius rei ratio est, ut serueretur indemnus mandatarius, & damnum non sentiat, qui officium fidei amico postulandi praestitit, & apud quem nihil ex mandato remanet.

36 Actio depositi est, qua depones rem custodiæ traditam, repetit à depositario, veleius heredibus, & est quoq; duplex: directa & contraria.

37 Directa competit deponenti contra depositarium habentem facultatem rei depositæ restituendæ, vel desinentem habere hanc potestatem.

38 In heredes depositarii conceditur, & quidem in solidum ex dolo defuncti, ex suo in simulum: Nam actio in duplum depositi, cum sit penalis, in heredem non translit.

39 Etsi alias ex dolo defuncti non solemus teneri nisi p ea parte, quæ ad nos peruenit: tamē quia dolus hic ex contractu, ieq; persecuzione discredit, in solidū unus heres tenetur, plures vero p ea portione, qua quisq; heres est.

40 Ad rem ipsam depositam cum fructibus & omni causa iec. i incendiis:

incendiis

incendiū vero, ruinæ, naufragii, tumultus causa depositæ ex dolosa inficiatione duplum, hoc est, rem ipsam, eiusque estimationem, & hoc tantum causa penalē est.

41 Inficiantis autem hereditatem pœna amota in simplum intra annum, nisi ex heredis inficiatione actio crescat, competit.

42 Contraria datur ipsi depositario, eiusq; heredibus contra deponentem ad sumtus recuperandos, in rem depositam necessario & utiliter factos, ne officium suum sibi & suis existat damnosum.

43 Actio pro socio est quoque actio rei persecutoria bonæ fideli, vltro citoque directa, & datur sociis, quoties alterum alteri ex bono & æquo aliquid præstare oportet, soluta vt plurimum societate, nonnullis etiam casibus, ea adhuc durante.

44 Ad hoc vt commoda, lucra, omnesque societatis res diuidantur, partionesque societatis seruentur, ac id, quod interest, præstetur, si vel in tempestiue renunciatum, vel dolo, culpa, negligentia socii, damnum datum sit.

45 Repetuntur quoque hoc iudicio impensæ in causam societatis factæ, vt viatica, testuræ sumtus in perfectione ad emendas merces impensi & similis, & vt in cæteris, bonæ fiduci iudiciis, fructus vel vñsræ.

Corollarium. Obligationem efficacem inter patrem & filium in potestate constitutum, præterquam de Castrensi & quasi Castrensi peculio non contrahi, adque idcirco actionem quoque inter eos non dari recte affirmamus.

DISPUTATIONIS XL.

De quibusdam bonæ fidei actionibus, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Actiones non omnes eodem modo esse bona fides.
- 2 Actio emitī cur dicatur esse bona fidei.
- 3 Dolus malus à dolo bono quomodo differat.
- 4 Vñsra vnde veniant in actione error.
- 5 Actio emitī & venditī cur sit directa.
- 6 Scriptura non requiritur de necessitate in emitione & venditione.
- 7 Emittio quomodo dicatur vudo consensu perfici.
- 8 Arriba ansit de substantia emitionis & venditionis.
- 9 Actio emitī quando tutori aliquid à pupillo ementi detur.
- 10 Actio emitī & venditī in quem finem detur.
- 11 Redibitio quid sit in actione emitī & venditī.
- 12 Actio ex vendito quid sit.
- 13 Morā quando recte sic dicatur.
- 14 Locati actio qualis sit.

- 15 Locatioris & conductoris definitiones vera.
 16 Locatio quando transeat in aliud genus conservatum.
 17 Locatio & emtio quomodo differant.
 18 Altio conducti quid sit & cui detur.
 19 Mercedis remissio quando peti possit in conductione.
 20 Actionem commodati personalem esse, & cui detur.
 21 Commodatarius ad rem integrum reddendam obligatus est.
 22 Commodata rei periculum aliquando ad Commodatuum spectat.
 23 Altio commodatis est ciuitatis.
 24 Altio commodatis contraria qualis sit.
 25 Mandatis altio est bona fides.
 26 Merces an detur vel interuenias in mandato.
 27 Altio mandati quando competit, & quando non competit.
 28 Mandatu & mandato in Ablut. quomodo differant.
 29 Altio depositi quid sit.
 30 Heredes defuncti quando in solitum teneantur.
 31 Depositum ruina, incendiis, tumultus, naufragii causa factum, qui insciatur, quomodo
32 Depositis altio quamdiu dure. (remittatur.)
 33 Altio depositi directa insamat, & quaro.
 34 Altio pro socio & inique est directa & principalis.
 35 Iure fraternitatis damna, pericula & lucra inter socios communicantur.
 36 Altio pro socio, & communis dividendo quomodo differant.
 37 Altio pro socio & ex vendito an dari possit in negocio societatis.
 38 Obligatio efficax an esse possit inter patrem & filium in potestate constitutum.
 39 Filius an agere possit contra patrem prodigium.
 40 Restitutio nuda aditione pratoris impetratur.

A GITVR in hac disputatione iusto ordine de quibusdam actionibus rei persecute. At si in personam ex contractu descendenteribus, nemirum de actione emti, venditi, locati, conducti, commodati, depositi, mandati & pro socio, de quatum actionum causis scilicet de contractibus diligentius supra actum fuit, ita ut vix sit necessarium, in actiones hasce prolixius inquirere, cum etiam omnia fere plana sint.

Ad Theses. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.] In hisce thesibus agitur de actione emti, qua bonae fidei. Cui opponitur: Omnis actio est bona fidei: Ergo non est opus specialiter id hic exprimi. Resp. non tamen omnes actiones eodem modo sunt bona fidei, quia in bona fidei actionibus maior & verior requiritur bona fides, qua in contractibus seu actionibus strictis, qua a iudice stricte secundum strictam formulam seruantur. Sunt igitur haec actiones bona fidei in gradu excellenti bona fidei: In aliis strictior ratio observatur. §. in bona fidei. infra de actione. Secundo probatur: actionem emti non esse bona fidei cum permitatur ea decipere emtorem. 1. in causa. §. idem Pomponius. ff. de minorib. est deceptio non committitur sine dolo: Ergo non videret esse bona fidei. Resp. Illa circumuentio est concessa cum fiat sine dolo. & sciendum est dum esse duplicum malum scil. & bonum, quemadmodum venenum bonum & malum l. qui venenorum, ff. de verb. signif. Dolus malus est, machinatio fraudulenta studio & animo fraudandi, qui annihilat contractum. Dolus bonus est, cum quis non malo animo sed ignoranter decipit, utputa equum meum minoris pretii vendo maiori prelio, cum putem cum tanti constare, emtor similiter id ignorat, quemadmodum in. i. disput. hoc explicatum fuit. Tertio obviatur: Vsurpatione tenuerat in hoc

negotio emti vendit. Et in thes 10. dicitur. Eigo non est bona fidei. Resp. Aliunde tenetur vslura, hoc est, ex mora vel pacto. I.e. *sura ff. de verb signif.* Et quid de aequitate vsluratuum sit, statuendum, in *disput. 1.* fuit dictum.

Vtraque deinde actio emti & venditi est directa principalis. Zaf. n. 20. de præsid. ad Mynf. n. 63. Oldend. cl. 4. art. 1.c. 2. vtraq; est tralatoria & perpetua. Ud. in l. 2. C. de per. int. emti. Et Vendit. Wesenb. in ff. n. 1. vtraq; est ciuilis, Oldend. cl. 4. art. 1.c. 2. per l. proinde in pr. ff de adlits. edit. & Mynf. n. 63. ideo autem t' vtraq; est directa, quia vtriusq; gratia initur, vt nō esse debeat melior alterutrius conditio; Wesenb. in parat. de alt. emti. Et Vendit. n. 2. Deinde affirmatur, nudo & solo consensu fieri emtionem & venditionem. Cui oppono. §. 1. sup. de emti. Et Vendit. vbi requiritur scriptura; Deinde §. premium ed. vbi pretiū etiam requiritur, & sine ea nulla est emtio. Resp. Scriptura t' non requiritur du necessitate, sed quia id ita contrahentibus placet, vt propter diuturnitatem scriptura fiat, merito id seruari debet, argumento l. 4. ff. de pign. Et hypoth. Deinde de pretii necessitate quid statuendum sit, in *disput. de emti.* Et Vendit. dictū fuit, scil. perfici quidem emtionem nudo cēlensu, t' quo ad initium: Quo ad finem vero eiusdem absolwendum, aliud esse dicendum, & perfecta est emtio, quo ad primam conceptionem, non autem ad producendam actionem, quamuis ante pretii numerationem hac actio effectualiter non possit intendi, licet sua vi tamen contractui insit. Et notandum est ex hisce contractibus perfectis non statim dari exercitū actiōnum. Deinde arrha etiam requiritur in emt. & vendit. d. §. 1. supr. de emti. Et Vendit. Ergo non perficitur emtio nudo consensu. Resp. Arrha t' non requiritur de substantia in omni venditione, tantum in ea, quæ sit scriptura, de qua ille §. loquitur, & arrha alias est lignum & argumentum quoddam illius contractus, & magis confirmat obligationem & pleniū huic contractui addit robur, alias sine illa emtio subtiltere potest.

Deinde in sh. § 3. affirmatur dari hanc actionem t' tutori, emeti à pupillo palam & bona fide, vel etiā decreto iudicis, vel alid eutorum authoritatem suam interponente. Cui opponitur directo l. s. in emtione. 34. §. fin ff. de contr. ab. emti. vbi dicitur, quod tutor re pupilli emere nō possit. Resp. Genus ibi proponitur, scil. regulariter id fieri nō posse, nisi fiat palam & in auditio publica l. 5. C. cod. l. 18. ff. de autor. tut. quemadmodū à Gotthofsted. in d. l. nobilitatur. Hoc enim si adest emtio procedit, cum non præsumatur facta in detrimentū pupilli. Adhuc obicitur l. tutor reram. 57. ff. de admin. tutor. Resp. Cum alio extraneo licet ipsi tutori contrahete etiā de re pupilli, sed tū pupillo id non licet. Præterea hanc actio datur heredibus & successorib. vniuersalibus. Ad hoc autem pretii fiat solutio cum omni causa. Dantur enī actio emti & venditi directo non ad rescindendum, sed t' ad implendū contractum. Et Vendit. ll. 1. C. de alt. emti. l. in civile. C. de rei vindic. Wesenb. n. 9. fere in fine. Interdum tamen vtilis datur ad rescindendum venditionem, quemadmodum in thes. 7. Et 8. ponimus. Tandem redhibitio quodq; inest huic actioni, & quidē quād minoris ad res non vitiolas pluris tamē cuntas propter cōmendationem, quam valcent, quanto pluris, si scil. pretiū species non si rem emtam. Wesenb. in parat. hic. n. 5. & Oldend. cl. 4. art. 1.c. 7. dicit, cum res vitiola venditur ab ignorantie, tunc petitur id, quanto minoris emturus esset actor, si tale vitium scinisset. l. Iulia. 29. in pr. ff. de alt. Et emti. & quidē in tria 6. menses hoc iudicium competit ad rescindendum contra Etum.

Ad Thes. 10. 11. 12.] Proponitur in hisce thesib. actio ex vendito t' quæ datur veditori, cōtra emtorem ad pretiū petendum cum vsluris à tempore rei traditæ aut tempore moræ. Cui opponitur l. 5. C. cod. vbi dicitur etiā p̄stari vsluras, licet nulla mōra interuenierit. Resp. Textus ille loquitur de mora quæ sit ex re, illa t' impropriæ est mora, vnde sepe negatur mora esse. Qui autem sit ex persona, propriæ est mora. l. mōra. ff. de vslur. Deinde obicio l.

qui per collusionem 49. §. fin. ff. de act. emt. vbi usura non veniunt & perutur actione sed officio judicis. Ergo contrarium hic male assentitur, Resp. Id sit soluta scil. sorte tunc non possunt exigi usura debitae ob mora, puta sententiam antecedentem l. 4. C. deposit. Sed veniunt officio iudicis adiudicanda.

Ad Thes. 13. 14. 15. 16. 17. 18.] Agitur in hisce thesibus de actione locati, quæ itidem 14 est bona fidei, & ab utraq; parte directa & ciuilis. Myns. nu. 72. quæ datur locatori, qui debet vtendu vel opus faciendu, quemadmodum sup. in disput. de locat. id late sicut explicatu, vnde id huc est afferendum. Locator proprie dicitur, qui mercedem accipit: Conductor qui dat id, quod apud Latinos cōuerterit in opere faciendo l. 2. C. locat. l. 2. §. si conservatis ff. 15 ad l. Rod. de iact. l. 1. ff. de estimat. Sed veriores sunt definitiones hæc: Locator est qui dat vtendum, vel opus faciendum. Conductor, qui accipit vtendum vel opus faciendum. Welenb. h. sit. nu. 2. in fin. Locatio autem ad tempus est vel in perpetuum, & purant ultra decennium vel quinquennium non esse amplius locationem, sed t̄ transire eam in aliud 16 contraetus nomen ut emphyteusi, id quod Conanus putat falsum esse & repleta quia potest possessio auferri in locat. etiam si longiss. utputa qui item alterius possidet, si similipli citer datur. Alias si aliter est cōuentum ut in emphyteusi. Welenb. n. 8. ff. h. sit. & t̄ diff. 17 fert locatio & emtio, quia in locatione usus ut plurimum transfertur: in emtione semper dominium: Et in locat. etiā vilissima interdum culpa praestatur pro circumstantiis rerum & pactorū. l. si merces. 25. §. pen. ff. eod. Welenb. ff. n. 15. finisq; est locationis, ut res inter homines communicentur. Welenb. ff. n. 19.

*Ad Thes. 19. 20. 21. 22.] Agitur hic de actione conducti t̄ quæ datur vicissim condu- 18 tori aduersus ipsum loc. torem ut liceat ei ut frui non impedito, & ut dei mercede si opus fecit, & notandum est in thes. 19. posse addi: *Vel opus factendum conduxerunt, quamvis ex thes. 14. 15. id petere possit.* Petitur etiam t̄ remissio mercedis propter casum hoc est, viii 19 fluminis, graculorum, sturnorum, hostium, simili ratio. e. si est magna sterilitas, quæ non potest compensari cum ubertate sequentium anno. um. l. si vno anno. ff. h. sit. n. C. cod.*

Ad Thes. 23. 24. 25. 26.] Agitur hic de actione cōmodati directa t̄ quæ est personalis 20 ex cōtractu, ut & contraria, & datur cōmodatarii aduersus cōmodatarium ut usus rei finito salua res restituatur in specie, nō in genere, in quo à mutuo differt, quemadmodū supra dictū scit. Cui oppono ita. Hac actione petitur, ut res nostra restituatur. Ergo est re- 21 alis. Resp. ratione conuentionis est ex cōtractu: At in realibus nulla procedit conuentio de re restituenda, quam semper perimus à possesso. Hic vero agimus aduersus certā personā, quæ nobis est obligata ratione cōtractus. Insto, personali actione perimus nobis dari vel fieri, id quod hic non sit. Resp. Dare pro dominii translatione, accipitur, id quod natura huius contactus non patitur, idq; variat ratione contractū. Secundo oppono ita: Nihil præstat cōmodatarius, si rem in nulla parte sua deteriorē facit l. 10. in pr. ff. cōmodati. Ergo res integra nō necessario est restituēda. Resp. Id excipitur, si scil. casu res sit deterior, propter ea quod cuiuslibet periculū spectet ad dominiū, alias autem semper t̄ ad rem integrā 22 reddendā est obligatus cōmodatarius. Tertio oppono l. 5. §. et si. ff. cōmod. vbi omne periculum præstat ab eo, qui rem accepit cōmodato, si res astimata est data. Resp. Id rursus est speciale. Sunt igitur aliqui casus speciales, quibus etiā t̄ periculū tei omnino spectat ad 23 cōmodatarium, qui casus tamē non infringunt generalē regulā. Deniq; obiicitur l. cum gni. io. §. et. l. Vers. sed & s. ff. cod. vbi non recipit in se periculū cōmodatarius, neq; etiā affi- mationē accepit, & tamē proptei rem casu peremptam tenetur, quando rem pro arbitrio suo cui cōmititur, ut reseatur, & in refendo res cōmodata documentum capit. Resp. Id quodāmodo ipsius sit culpa, sibi nāq; imputet, quod illi homini hoc commiserit. Deniq;

notandum est, hinc actionem f*ciuilem esse. l. in commodato. s. sicut autē ff. commodat. Sed prætor iurandi & exequendi iuris ciuilis genera editum de commodato proposuit, l. i. in pr. ff. cod.* in hac actione duo probandam veniunt. Primo contractum commodati esse celebratum probet a*etor. Secundo finitum esse vslum.*

*Ad Thes. 27. 28. 29. 30.] Proponitur in hisce thesibus actio commodati contraria, quā datur commodatatio ad petendum id quod eius interest, scil. maiores & necels. impensas, cum modicum hic non curetur. Mynf. num. 23. & quidem directa datur principali*ter ex contractu: Contraria commodatarius habet obnoxium commodantem nō quidem ex contractu commodati, sed ex a*quitate naturali, qua obligatio cogit eum, ut ipsi re cōmodatavi licet, vt restituat impensas, si quas maiores in re commodata fecerit. Mynf. nu. 30.***

*Ad Thes. 31. 32. 33. 34. 35.] In hisce thesibus tractatur de act. mandati directa & contraria. Et quidem mandati actionem esse f*bonæ fidei nō dubitatur, cum sit ex officio fidei & amicitia. Sed quāritur anne f*merces detur vel interueniat in mandato? Resp. Suaz natura mādatus est gratuitum, cum pendeat ex officio & amicitia, cui est contraria mercē. l. i. in fin. ff. h. sit.* Si merces interuenit est locatio: si vero vltro & remunerandi causa offertur, honeste id accipitur, nec impedit mandati actionem, si honor remunerandi gratia interuenit. Si conuentum vel promissum est solarium sine certa tamen mercede super facto quod locari non soler, non petetur actione mandati, sed aut ex stipulatu, si stipulatio intercessit: aut ex alio contractu puta præscriptis verbis, vel extra ordinem, si in genere, vel sine certa pollicitatione extra ordinem: Si autem sine certa merce præscriptis verbis. l. ff. de locat. & conduct. atque ita est accipienda l. 7. ff. mandat. Wesenb. s. vlt. ff. cod. Secundo experitur hac actione: cui scilicet debitum honorandi causa est remissum: unde non videtur veram hāc actionem competere ad recuperandos sumptus. Intentionera probo ex l. inter. 26. s. si quis ff. cod. Cui tamen textui contrarium dicitur in l. si vero, 12. in pr. ff. cod. Resp. Pro reconciliatione textuum hotum, diuersitas specierum quid facit, scilicet non competere hanc actionem f*si quis non remunerandi causa, sed principaliter do-*nando fideiussori remissum sit simpliciter secundum d. l. 12. in princ. Si vero ego creditori fideiussoris acceptum tulero, fideiussor ex mandato tenetur, atque in hanc sententiam Gothofredus inclinat in d. l. si vero, 12. in pr. Deniq; notandum est in ablativo dicit: mandatu: vel mandato, sed f*mandatu denotari volunt priuatum, mandato publicum & mandatum: publicum est coactum quando mandante senatu quid committitur & præstatutus; Mynf. nu. 33. hic.***

*Ad Thes. 36. vsque ad 42.] Tractatur in se q*qq. thesibus de actione depositi, de cuius actionis causa scilicet contractu supra fatis actum fuit. Est autem h̄c actio, quā depo-*nens rem custodiaz traditam repetit à depositario: Estque directa & contraria. Directa in heredes depositarii conceditur, & quidem in solidum ex delicto defuncti, hoc est, ut quilibet heres pro ea parte, qua heres est, teneatur. l. ad ea. s. vlt. ff. de reg. iur. Lex depositi. 12. ff. de oblig. & act. Sed obiicitur l. cum autē 52. ff. de rei vndis. vbi dicitur, quod heredes teneantur ex eo quod ad eos peruenit, id quod etiam proponitur in tit. Institut. inst. de perpet. & temporal. act. Respond. Id est in penalibus & strictis actionibus, secus in bonæ fidei contractibus, in quibus ex dolo defuncti f*tenentur heredes in solidum dicit. l. ad ea. s. fin. 50. Wesenb. in ff. de perpet. & tempor. act. s. penult.* Deinde obiicio l. si duo. 22. ff. depositi. vbi tenentur heredes partem dare. Respond ibi est talis casus, quando ipsi heredes dolo apud defunctum rem depositam interuerunt, tum si res est diuidua, p*rae pecunia, quilibet das partem, p*cc. in solidum quisque est obligatus, atque ato.***

Ha d. si dico est accipienda. Sed si res divisionem non ticipit, in solidum quisque tenetur, quia solidam seu totam rem quilibet videtur intervertisse, & est obligatus obligatione rem restituiri, quæ indiuividua est: atque ita Dn. Wesenb. id soluit *in paratu.* n. 9. Deinde in duplum tenetur is, qui inficiatur depositum causa ruinae, incendiij, tumultus, naufragii. g. j. **C**ui ita oppono: Imputet sibi is, qui negligenti amico forte rem tempore incendiij commisit: Ergo merito tantum in simulum quis conueniatur. Respond. In tali casu ex necessitate aliquis est ita perturbato iudicio, ut nesciat, quid agat, & electionis integrum libertatem non habeat, vnde crescit crimen perfidiae, si quis de præsum inficiatur, & ideo is majori est pena & odio dignus. Wesenb. *in ff. n. 12.* idem dicit Hottom. *hic n. 4.* Quia scil. prætor existimauit, inquit, tam indignam fraudationis perfidiam certo iudicio & pena coercendam esse. Deinde Mynsing. *num. 39.* dicit grauius esse fidem fallere ei, qui necessitate deponit, quam qui voluntate, vnde in duplum tenetur quis ex his causis, in quibus hac actio est prætoria, cum dominus nullam causam habeat deponendi, quam ut præsens evitet periculum: Wesenb. *num. 13.* & Mynsing. *d. loco.* Estque in annalis & mixta penam & rem continens & prosequens ex aquitate prætoris. Civilis autem est perpetua. Myns. *n. 4.* Iuratur etiam in hac actione in item ex dolo non restituentis *l. i. § 5 f. rem ff. cod.* Infamat etiam directa, quia ibi quodammodo de perfidia agitur, & is notatur, qui suo nomine conuentus, non qui alieno. *l. depositum. C. cod.*

Ad thesin 43. cum seqq.] Denique hic proponitur actio pro socio & quæ vtrinque est directa & principalis. *§. ex quibusdam infra. de offic. iudic. Zal. num. 20. de preind. att. Myns. in § sequens. num. 30. h. sit. num. & hic num. 57.* Wesenb. *ff. num. 12.* Et Myns. *d. num. 30. dicit:* Si contractus sunt principaliter vltro citroque obligatorii, vtrobique directa actio conceditur, & neutrobi contraria. Et in hac actione fiat communicatio utilitatum Cic. *in Offic. & functio* hic est, Oldendorp. *cl. 4. act. 21. in princ.* Cum fraternitatis iure damnata, et pericula & luera communicentur inter socios. Wesenb. *num. 8. in fin.* Siue sint socii in vna negociazione. Siue in omnibus bonis. Differentur etiam actio pro socio & communis diuidund. quia actio communis diuidund. versatur circa res, quae communes sunt, ut recte & aquis partibus diuidantur; Actio pro socio facit ut res in commune conferantur, quæ ante communes non erant. Deinde actio pro socio habet personales præstarienes, & oritur ex contractu. Sed ut recte diuidantur res communes pendentes vel ex societate vel aliunde, est actio communis diuidundo ex quasi contractu. Myns. *n. 55.* & quæ res sine affectu societatis, & sine personarum tractatu sunt communes, earum non dicitur societas, sed cōmunitio. *l. 34. l. pro socio. 38 ff. cod.* Sed obiicitur valde *l. cum societas. 69 ff. pro socio. vbi in negotio societatis datur etiam actio pro socio & ex vendito.* Resp. Cuiac. *lib. 4. obser. c. 17.* Sicutur à quo tempore iure civili operam dare coepisset, nullam legem se diutius tollisse quam hanc: Tandem dicit, in hoc negotio actione pro socio habere locum, quia id inter socios agitur, putat ramen actionem ex vendito locum, etiam habere hic posse, & eum qui vendidit his qui in negotium missi sunt, dum unus epulas nundinarias parat, non in eos tantum qui emerunt, sed in eum etiam, qui epulas præstare debuit, quasi & ipse emissee videatur, quodhac de re, societate contracta, socium in negotium misit, ex vendito actionem habiturum.

Ad Corollarium.] Affirmatur inter patrem & filium in potestate constitutum nullam efficacem obligationem consistere, nec actionem. Obiicitur *l. 61. §. 8. c. de sentent. pass. & restitutio.* vbi filius cum patre agere potest, sed non est ordinaria actio, sed potius aditio prætoris. Nam si pater est prodigus etiam potest filius adire prætorem, & petere ne dicitur bona; Ordinaria igitur actio non est, sicut nec illa, quando denegat alimenta: Eodem

Eodem modo & actio de restitutionis extraordinario remedio est intelligenda. *I.6.6. §.11.*
C. de bon. qua. liber. Nam restitutio sit sine actionis ordinario exercitio, saltem impetratus
 & nuda aditione prætoris. De reliquis quæ videntur obstat *supr. ad diff. 38.* dictum fuit.

DISPUTATIO XLI.

De actionibus pœnaliibus ex maleficiis proditis.

CONTINVATIO.

Absoluto primo membro diuisionis supr. traditæ, actionibus nimirum realibus & personalibus ex contractu rei persecutoris, quæ in heredes dantur, etiam si delictum quoque in illis versetur, reliquum est ut de altero membro, actionibus vi- delicit pœnaliibus ex maleficiis proditis, paucis agamus.

Thesis 1. Actiones pœnales ex maleficiis proditæ, sunt actiones, quibus pœnam ob aliquod delictum debitam, tanquam principale sequimur, quæ in heredes non dantur, nisi lite contestata, aut si aliquid ad eos peruenit.

2 Harum aliae sunt simplices, aliae mixtae.

3 Simplices sunt, quæ tantum pœnae persequendæ gratia comparatæ sunt.

4 Pœnam tamen persequimur actione furti & iniuriarum.

5 Actio furti, est actio mere pœnalis, quæ pœnam furti legitimam persequitur, in qua res ipsa non inest quippe, quod ea per alias actiones rei persecutorias peti & concedi possit.

6 Hæc omnibus, quorum ex honesta causa interest, rem furto non esse sublatam, competit, bona nimirum fidei possessori: malæ non item. Nemo enim de improbitate sua actionem consequi potest.

7 Contra eum datur, qui rem alienam vel etiam suam, fraudulenter lucri faciendi animo contrectat.

8 Impubes quoq; pubertati proximus, & doli capax, ex hoc, ut etiam ex omni delicto, excepto adulterio, tenetur. Impunitas enim propter ætatem non ceditur.

9 Marito tamen aduersus vxorem, stante matrimonio, aut patri aduersus filium in potestate, aut denique domino aduersus seruum non competit.

10 Actio furti porro duplex est, civilis nimirum & criminalis. Civilis est, quando ad nostrum commodum intentatur. Estque honoraria aut civilis.

11 Honoraria est, quæ à prætoribus supplendi vel adiuuandi iuris ci- uilis

uiliis gratia, propter publicam utilitatem est introducta; veluti actio furti manifesti.

12 Actio furti manifesti est actio mere pœnalis, qua agimus in quadruplum aduersus furrem, qui rem tenens quocunque in loco, visus vel deprehensus fuerit vel à domino vel ab alio, antequam ad eum locum, quo ferre destinarat, peruenierit.

13 Civilis est, qui in lege 12. tabul. scripta & à decemviris lata est: veluti actio furti nec manifesti.

14 Actio furti nec manifesti, est actio qua agimus in duplum aduersus furrem, qui manifestus non est. Nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est: hac etiam, qui opem & consilium tulit, tenetur.

15 Criminalis actio furti est, quando agitur ad pœnam fisico applicandam, aut reum in corpore puniendum: ubi tamen ætatis ratione pœna in impubere mitiganda erit.

16 Actio iniuriarum est actio mere pœnalis, iniuriam nobis illatam ab alio vindicans.

17 Hac quando iniuriatus petir pœnam applicari sibi, ciuiliter agitur: ut quia dicit, quod tantam pecuniam perdere maluisset, quam talem iniuriam pati.

18 Si vero nihil applicari sibi, sed vt reus officio iudicis puniatur, propter iniuriam illatam, petit, criminaliter agitur.

19 Competit autem iniuriarum actio iis, qui iniuriam siue mediate per alios siue immediate per se metiplos, passi sunt: In eos non solù, qui fecerunt iniuriam, sed etiam qui dolo fecerunt aut curauerunt, vt cui mala pugno percuteretur.

20 Tollitur dissimulatione, vt si quis ab initio & motu proprio cum iniuriante edat, bibat, ludat, iocetur, amice saluter, aut manum ei porrigit: pacto, transactione, per satisfactionem, per ius iurandum, & denique morte.

21 Est & hæc actio vel ciuilis vel prætoria. Ciuilis est, quæ perpetuo solum pro iniuria ciuili competit, quando quis se pulsatum, aut verberatum, aut domum suam vi introitam dicit.

22 Prætoria est, quæ pro quacunque iniuria tam verbali, quam reali, competit: Estque capitalis vel minus capitalis.

23 Capitalis est, quæ ob famosum libellum instituitur, qua non solum eius autor, sed etiam inuentor, qui id non statim corrupti, tenetur.

24 Minus capitalis est, quæ ob reliquam iniuriam instituitur, iudicisq; arbitrio æstimanda relinquitur.

25 Mixtæ actiones pœnales, sunt actiones tam rei quam pœnae persecutoriæ: ut actio vi bonorum raptorum: & legis Aquiliæ.

26 Actio vi bonorum raptorum est actio pœnalis mixta, præatoria, quæ tum rem licet minimam, vi, dolo malo surreptam, tum pœnam simul cum re vindicamus.

27 Hæc datur ei, cuius interest rem non esse surreptam: in cum qui dolo malo rapuit, aut rapi curauit.

28 Est etiam hæc, ut reliqui, ciuilis & criminalis. Ciuilis est, cum Iæsus rem & quod sua priuatiū interest, persequitur, sibique pœnam adiudicandam petit.

29 Hæc est vel in quadruplum, vel in duplum. In quadruplum intra annum, in quo & rei perfectio inest: In simplum post annum.

30 Criminalis est, qua extraordinarie agitur, & raptor aut pœni pecuniaria aut alias in corpore punitur.

31 Actio legis Aquiliæ (alias damni iniuria) est actio pœnalis mixta, plebiscito de damno dato, qua petitur damnum non iure datum resarciri.

32 Datur domino corporis, quod damno affectum est, vel quasi domino, qui ius aliquod reale in corpore habet.

33 Aduersus eos qui damnum, licet inuiti dederunt aut dare iusserunt.

34 Est hæc quoque duplex: In simplum vel in duplum: in simplum pro se, aduersus confidentem; in duplum, per accidens aduersus negantem.

35 Duplatur autem hic, non verum rei precium, sed omne intercessus, quod tamen secus est furti actione.

36 Atque hæc de actionibus pœnalibus ex maleficiis descendantibus, verum cum harum, ut & aliarum quarundam concursus fiat, non abs re crit, hic corollarii loco, de actionum cumulatione pauca subiicere.

37 Est autem cumulatio actionis vnius, ad aliam coaceruatio.

38 Hic vero rursus distributio actionum supra tradita in memoriam reuocetur necesse est: quod scilicet sint aliæ actiones in rem, aliæ in personam.

39 Quod si plures actiones in rem eiusdem rei nomine concurrant, una dundaxat instituere licet: quia ut semel tantum res mea esse potest, ita semel etiam ea, & vñica actione exigenda venit.

40 Si vero plures actiones in personam concurrant, sunt hæc vel omnes rei persecutoriæ, vel omnes pœnales, vel partim rei, partim pœnae persecutoriæ.

41 In actionibus rei persecutoriis refert, an omnes ex eadem causa, an vero ex duabus vel pluribus causis ad idem competant.

42 Si omnes ex eadem causa dentur, altera per alteram consumitur: ex duabus vel pluribus, alia aliam non consumit.

43 In actionibus pœnaliibus notandum, an vnum factum sit & vnum delictum: vel an vnum factum sit & plura delicta: vel denique an plura sint facta & plura delicta.

44 Si vnum sit factum & vnum delictum, cuius tamen vnius causa plures competit actiones, tunc vna instituta aliæ non consumuntur.

45 Si vnum factum sit & plura delicta, altera actio alteram non consumit. Si plura sunt facta et plura delicta, singulis factis singulæ actiones pœnæ que debentur.

46 Porro si quædam actiones pœnæ, quædam rei sunt persecutoriae; tunc actio pœnalis vel mere pœnalis, vel mixta est.

47 Mere pœnalis, si concurrat cum rei persecutoria, altera alteram non tollit: Si mixta cum rei persecutoria concurrat, tollitur hæc, quia qui hac egit, iam rem est consecutus.

D I S P U T A T I O N I S X L I .

De actionibus pœnaliibus, & cumulatione actionum, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A .

1 Actionum realium & personalium diuisio.

2 Pœnaliū actionum nomine, quaæ actiones hic intelligentur.

3 Iudicium publicum quid sit.

4 Pœnales actiones an & quando in heredes defuncti dentur.

5 Pœnales actiones an velled uidantur in simplices & mixtas.

6 Mixtas actiones non tantum pœnales sunt, sed etiam reales.

7 Actiones pœnales simplices quid sint.

8 Pœnam quis exigit, pignori incumbere videtur.

9 Furti actio quibus competit.

10 Emtione perfecta, periculum ad emtorem spectat.

11 Actio furti contra quos non detur.

12 Actio furti, an recte distinguatur in ciuilē & honorariā.

13 Fur an simul & semel esse possit manifestus & nec manifestus.

14 Actio furti nec manifestus, an sit ex l. 12 tabularum.

15 Pœna furti hodie quæ sit, & an etiam ciuilis esse possit.

16 Furtum cur hodie severius puniatur.

17 Actio iniuriarum an recte dicatur esse ex delitto.

18 Actione iniuriarum agere potest Dominus, si ex sâle iniuria facta sit, qua in Dominum redudent.

19 Iniuriarum quare qui per procuratorem agere possit.

20 Actio iniuriarum debet annum, mensem & diem illata in iniuria, in libello nominari.

21 Actio iniuriarum quomodo tollatur.

- 22 Actio iniuriarum quotuplex sit.
 23 Iniuria famosilibelli cur capitalis dicatur.
 24 Actio si bonorum raptorum an sit mixta, in creditore, Commo. latrario & alii licet Domini
nisi non sint.
 25 Actio si bonorum raptorum ar recte dicatur in quadruplicem dari.
 26 Actio l. Aquilia an sit necessaria.
 27 Cumulationis actionum materi. e cur difficultis.
 28 Cumulatio actionum quid sit.
 29 Cumulationis quis sit finis, quis item effectus.
 30 Rei eiusdem nomine & extantum potest institui actio.
 31 Res mea amplius quam semel mensa esse non potest, sapientiam potest deberet.
 32 Actionibus pluribus quando simul agi possit.
 33 Actiones miscentur, si in una minus sit quam in altera.
 34 Cumulatio actionum quomodo in penalibus adhuc beatur.
 35 Actione grauiore qui egit, non potest amplius alia agere.
 36 Testamenti inofficio nulla est actio.
 37 Actio penalis si cum rei persecutoria concurrat, quomodo altera alteram tollit.
 38 Publico iudicio si actum sit, denegatur priuatum, & vice versa.

Duisio actionum alia supra est tradita, nimirum actiones tam reales quam personales esse, aut ex contractu rei persecutorias ad heredes transitorias, & in heredes dannas: Aut esse penales; aut mixtas. De rei persecutoris autem haec tenus dictum est, ideo etiam nunc de penalibus & mixtis enarrandum.

Ad Thes. 1. & 2.] Actionibus penalibus penam persequimur. Cui oppono ita: si hic de priuatis actionibus agitur, quibus id quod nobis debetur, persequimur, male etiam hic de penalibus agimus, quia tum etiam videtur recte hic agi etiam posse de criminalibus, quibus penam persequimur: Item de actione depositi, quae ex quatuor causis datur, aduersus insufficientem in duplum, §. duplex. b. tit. Item de actione seruari corrupti & de ea quae datur ex legato, quod venerabilibus locis relatum. Resp. Quando hic agimus de penalibus actionibus, & de iis tractamus, quibus penam nobis debitam persequimur. Sed actionibus seu iudiciis criminalibus persequimur penam sifco seu Reipubl. principaliter debitam, vnde priuatarum actionum est talis desinatio. Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, hoc est, quod debetur priuato siue sit res, siue sit pena publicorum seu criminalium iudiciorum. §. 1. supr. b. tit. Definitio est talis, Publicum & iudicium est ius persequendi in iudicio penam sifco seu Reipubl. principaliter debitam, quemadmodum in ultima disputatione talis definitio proponitur. Ad reliquias actiones, quarum mentio est facta, quod attinet, sunt illæ priuatæ, penam etiam persequuntur aliquæ certis casibus. Sed hic agimus de actionibus penalibus ex delictis priuatis ordinariis descendentiis, puta ex furto, rapina, danino iniuriæ dato, & ex iniuriis. Deinde affirmatur penales actiones & non dari in heredes, nisi lite contestata cum defuncto: vel nisi quatenus ad heredes quid peruenit. Cui opponitur e. 1. & 2. extra, de raptor. vbi quis teneat plenam facere securitatem, & si moritur, eius heredes. Respond. Id in favorem rerum Ecclesiasticarum non rapiendarum est constitutum. Præterea id tum sit quando es qui delinquit, moritur, tum heredes tenentur, quia lis cum defuncto satis est contestata. Obiicitus quoque L. si hominem. 7. §. datur ff. depositi, vbi dicitur, actionem depositi ex dolo defuncti in solidum dari in heredem; Ergo non tantum in id, quod ad eum peruenit. Resp.

In con-

In contractibus bona fidei ex dolo defuncti in solidum datur in heredem actio. *l. ad ea. 9.*
fin. ff. de regul. sur. non ita in aliis strictis & penalibus iudiciis. *§. pen. inf. de perpes. & temp.*
act. quamvis in quinta disputatione eius rei mentio facta sit. Tertio obicitur *l. 2. §. vlt.*
in fin. ff. & in bon. rapt. vbi dicitur, eam aetionem non competere in heredes ne quidem in
 id, quod ad eos peruenit. Respond. ibi Iurisconsultus, quod sufficiat condicō furtiva.
 Inst. *ex l. 1. C. ex delict. defunct.* vbi dicitur successores eius, qui vim facit, in solidum teneri
 post litem contestatam. Respond. Generaliter de vi loquitur non de hac actione, quae
 excipitur propter perniciem criminis, quemadmodum id solut Oldendorp. *claff. 7. att. 9.*
c. 4. Quarto obicitur *l. constitutionib.* *33. ff. de oblig. & att.* vbi heredes tenentur. Respond.
 Ibi lis est quasi contestata, ut in textu dicitur, quia viuus defactus fuit conuentus, & deinceps
 de mortuis. Transmittitur igitur poena ad coheredes.

Ad Thesin 2.] In hac thesi diuiduntur poenales † in Simplices & mixtas, id quod §
 non videtur pati superior distinctio Iustin. qua diuidit actiones in rei persecutorias, poe-
 nales & mixtas. Ergo dum partes seu species inter se sunt dissentaneæ, cum toto tamen
 consonantia, sequitur mixtas poenalia speciem tantum esse non posse. Sed pro resolutio-
 ne & defensione huius rei scilicet nūdum est dichotomiam hanc aliqua ex parte defendi posse
 hoc scilicet modo. Vox, poenales, est genus continens sub se duas species mere poenales
 & mixte poenales. Ergo quod Iustin. dicit, accipitur specialiter, scilicet alias actiones
 esse rei persecutorias, alias poenales, in specie scilicet mere poenales, alias mixtas scilicet
 mixte poenales. Iason autem *num. 1. §. sequens. b. tit.* dicit, mixtas non contineri sub
 rei persecutoriis tantum, nec sub poenaliis tantum, sed tertium constituere speciem, &
 hoc videtur magis aptum & rei veritati conueniens, cum mixta † non tantum sint poena-
 les, sed etiam reales. Participant enim aliquid de te, aliquid de pena. Videmus hoc in
 diuisione illa, aliquæ actiones sunt reales, aliquæ personales. Mixta autem proprie nec
 reales, nec proprie personales dicuntur, cum de vitroque quid participant. Videmus hoc
 in participio etiam, quod conflatum est ex nomine & verbo, & ideo habet peculiarem
 appellationem. Zasius tamen in *§. quedam. num. 4. b. tit.* dicit: Si ex simplicibus alterum
 sit potentius altero, tum mixrum iequi naturam potentioris simplicis, ut videre est in he-
 redit. pet. quæ participat quid de realitate & personalitate. Realitas tamen exuberat, unde
 de merito realis dicitur actio, *l. sed eti. legem. §. pet. ff. de petit. heredit.* Sic in actione vi bo-
 norum raptorum exuberat poena, quæ triplum est: Res, vnam tantum partem persequen-
 dam continet, unde potius poenalis illa dicitur, quod tamen non procedit in mixta actio-
 ne, scil. damni *l. Aquilia.* vbi poena & res sunt similes.

Ad Thesin 3. 4. 5.] Simplices poenales actiones dicuntur, † quibus meram poenam
 persequimur, ut est actio furti, & actio iniuriarum. Cui oppono *l. 4. ff. de public. indic.*
in fin. vbi dicitur, quod de re furtiva derur actio furti. Respond. Id ita est intelligendū
 quasi poena peratur nuda actione furti, sed includitur condicō furtiva, id quod se-
 pe fit. Secundo obicitur *§. furti. supr. de oblig. quæ ex delict. nascun.* vbi Imp. Iustin. dicit,
 creditorem de pignore suo rapto habere furti actionem. Respond. ut ante, ibi ad meram
 poenam eam competere. Hottoman. dicit, Iustin. id subtilater disputare; pignus enim in
 locum pecuniae succedit, & vicem eius tantisper Iustinet poena exacta succedit etiam in
 locum pecuniae creditur: Ac proinde vim eandem quam pignus obtinet, quare, qui
 † poenam exigit, pignori incumbere videtur.

Tertio obicitur *l. 2. §. vlt. ff. de tutel. & ration. distractab.* vbi in duplo inest rei persecutio
l. hoc editio. §. vlt. ff. de publ. R. Duo sunt speciales casus loquētes in alia materia tutelari &

196. 530 D I S P O T A T I O N . I V R I S C I V I L .

publicanotum. Myns. hic. Hic autem ut quedam alia de furto dicantur, non opus est, cum supr. lib. 4. in pr. hæc omnia latius sint exposta.

Ad Thesis 6.] Affirmatur tamen omnibus competere hanc actionem, quorum ex honesta causa interest, scil. bona fidei possessoribus, non malæ. Cui opponitur l. i. §. prado. ff. depositi. vbi fur seu prado, cuius ex honesta causa non interest, agit actione depositi, id quod etiam ita est in l. nam eis sur. 13. ff. de rebus credit. vbi dicitur quod fur habeat actionem ex inutuo. Respond. Certum est neminem consequi de improbitate sua actionem, vnde hic actionem furti non habet. In eo autem non peccant, quod cum re furtiva contractus licitos celebrant, & ideo etiam habent illius contractus actionem. In eo autem peccant grauiter, quod rem furantur, & inde iis actio non datur. Secundo obiicitur l. eum qui. 14. ff. de furt. §. cum autem supr. de empt. & vendit. Respond. Quando nudo consensu emtio est perfecta, statim periculum rei venditæ spectat ad emtorem: Potest enim quocunque libet soluere pretium, & rem auferre. Sed furti actio non potest competere, nisi tradita res sit. Datur enim ratione dominij. Is enim qui dominus est, furti actionem habet. Tertio obiicitur: obstat l. interdum. ff. de furtis. Respond. Sunt duo specialia, quæ sunt de regula, id quod etiam particula, interdum, significat, quæ particularitatem importat. Quarto obiicitur l. qui iniuria. 33. §. qui alienus. & l. i. cuius interest. ff. de furt: vbi non datur hæc actio ei, cuius ex honesta causa interest, nimisrum ei qui se ex honesta causa alteri obtulit. Respond. Interesse hic admittitur ratione proprietatis vel pignoris vel possessionis, rei tamen promissa vel debitæ ratio non habetur. Quinto obiicitur. l. qui eas. 48. in princ. §. si ego. ff. codem. vbi dicitur, quod fur furti agere posse: Ergo agit is, cuius ex honesta causa nequaquam interest. Respond. Ibi eius ex honesta causa interest, quia inest res locata polienda, & commisit furum, aliis concedendo rem locatam, vnde habet actionem, quam non haberes, si ipse vredo furtum fecisset, & ita & Gl. in l. eum qui. 14. §. is autem apud queno. ff. de furtis. id soluit. Denique obiicitur l. i. §. qui à me. 30. ff. de f. & vi armas. vbi dicitur quod is, qui à me vi possidebat, si rursus deiicitur, habeat interdictum. Respond. Habet interdictum saltem ratione possessionis quam habuit, siue sit iusta, siue iniusta. Hoc enim est commodum possessionis. §. commodum. infra de interdicto. Et in eo non peccat, quod ratione possessionis habet interdictum: in eo autem peccauit, quod alium de sua possessione deiecit.

Ad Thesis 7. vsque ad 12.] Agitur hic aduersus quem datur actio furti, & aduersus: quem non datur. Non tamen datur aduersus impuberes pubertati nondum proximos. Nec propter honorem matrimonii. marito aduersus vxorem, cum sit actio rerum amotarum, quæ non infamat. tot tis. ff. verum. amotarum. Nec propter reuerenriam naturalem, datur patri aduersus filium, id quod supra etiam in delicto fuit explicatum. Deinde dicitur in thesis decima & undecima, actionem furti esse tamen duplē, Ciuilem & Honorariam. Honoraria est actio furti manifesti, quæ est in quadruplo. Sed oppono ita. Partes distributionis contrariae esse debent: Actio furti manifesti, & nec manifesti non contrariae sunt, id quod probatur per l. bulgaris, h. tis. vbi vnius rei fur. manifestus. & nec manifestus est. Ergo hæc distributione est illa gitima. Respond. Vnum posse vnius rei esse furem manifestum & nec manifestum certum est, tamen sed non eodem tempore, eodemque actu: nam cum dolo contreditur nec manifesti, cum abstulit & deprehensus est, manifesti furti se alligavit. Secundo obiicitur l. si quis. 7. C. de seruis fugitiis. vbi non quadruplo, sed 12. libras argenti poena nomine dentur. Respond. Textus ille loquitur de seruo scali, & ideo tenetur quis præter serui restitutionem dare duodecim libras argenti scalo, & est speciale: Eodem modo speciale est, quod dicitur in l. 7. C. de his qui à non domino sunt manumisssi: quia.

quia manumittendo laesit quis Principis autoritatem. Praeterea quod dicitur in thes. 12.
Nam ab alio deprehensus vel visus fuerit, per hoc non infingitur regula, s. excepta. C. p. q.
pers. non acquiratur. quod per liberam personam nobis nihil acquiratur. Nam magis ex
delicto suo proprio, quam alterius factio hoc cuenit. 1. prohibere. 3. ff. quod si aut clam.
Quod porro dicitur (visus) intelligendum, si cum videt furem surpicientem accedit ad
comprehendendum eum. Ceterum si cum furtum fieret, abscondit se, etiam si quis videt
furtum fieri, tamen fur non est manifestus 1. 7. ff. de furtis.

Ad Thes. 3. 14. 15.] Agitur hic de actione furti nec manifesti in duplum † quae est 14.
ex l. 12. tabul. Cui opponitur autoritas Gellii lib. 11. c. 8. & Theophrasti infra de petet. c.
tempor. act. vbi dicunt eam non esse ex l. 12. tabul. sed ab ea esse recessum. Respond. Wesen-
bec. in parat. ff. eod. nu. 14. id intelligendum esse de poena manifesti, quam poenam capita-
tem & minus acerbam pratores mitigarunt, duplum constituendo. Hoc autem de poe-
na furti generaliter est tenendum, poena furti de consuetudine non obseruari. Iul. Clar.
§ furtum. nu. 16. id quod etiam Wesenb. testatur esse hodie furtorum poenam. Addit tamen 15.
Mynsing. posse peti poenam sibi applicandam etiam hodie, & agi posse ciuiliter sed si id
italoci consuetudo patiatur. Furtum dicitur etiana in minima re, Tiraquel. in tract. de iud.
in reb. minimis. fol. 50. que opinio est frequentissimo omniu calculo recepta, referente Iu-
lio Claro in § furtum nu. 23.. Deinde quia furtum est fraudulosa contrectatio, is qui fur-
tum facit non definit esse reus & nocens talis peccati, si eum peniteat mutato consilio l. qui
ea mente. 67. ff. eod. Deniq; quia furtum hodie † nimis frequentatur, leuerius in eos fures 16.
animaduertitur, quia turbant, euertunt & violant humanam societatem, & grassan-
tur in hac extrema extatis effera barbarie. Wesenbec. in parat. eod. num. 8. &c.

Ad Thes. i. 6. vsque ad 19.] Agitur in hisce: thesibus de actione iniuriatum, quae est † 17.
quoque ex delicto. Sed obicitur l. non solum. II. ff. de iniur. vbi dicitur actionem iniuria-
rum esse ex bono & aequo. Ergo non est ex delicto. Resp. Id verum est virumq; diuerso-
ramen respectu, quo ad reum est ex delicto, quod iudicem est ex bono & aequo. Index e-
nim in iniuria estimanda, dictetus ante omnia esse debet, & aequus, l. placuit. 8. C. de in-
dic. Generaliter de actione iniuriatum id est tenendum ea agere posse † dominum, si est 18.
valallo facta iniuria, quae in dominu redundet. Wesenb. ff. de iniur. n. 6. in fin. Sic, procurator
potest agere iniuria act. civil. & criminal. Chil. Rönsig. c. 58. & Maranha in specul. prat. p.
4. nu. 10. vbi addunt pro cautela esse obseruandum q; quis agat per † procuratorem, vt 19.
hac ratione condemnato procuratore reus effugiat infamiam. Illudque est tutum. We-
senbec. ff. num. 6. Eo non obstante quod dicatur sententiam ferri in principalem non
in procuratorem. l. & l. ff. de iniur. Deinde communis est opinio ut in libello iniuriarum po- 20
natur annus, mensis, & locus illatae iniuria. Iulius Clarus in §. iniur. num. 5. & sit aliquis in-
famis ex atrocis iniuria. Idem Iulius Clarus num. 8. Denique non excusat, si quis dicat
se non habuisse animum iniuriandi, quia in dubio presumitur facta animo iniuriandi,
nisi contrarium probetur. Iulius Clarus n. 12. §. iniur. Sic non relevatur protestatione, si
addat salvo honore suo, Iul. Clarus num. 13.

Ad Thes. 20.] Dicitur in hac thesi actionem iniuriarum † tolli pacto, dissimulatione. 21
Cui opponitur l. Pomponius. 9. ff. de negot. gest. vbi dicitur actionem quae semel competere
cepit nuda voluntate non tolli: Ego id hic male asseritur. Resp. Pacius cent. 2. quaest. 56.
dicit illa verba generaliter non esse intelligenda, sed pertinere ad actionem negotiorum
gestorum, de qua ibi tractatur. Certum igitur est nuda voluntate actionem iniuriarum
tolli, imo cum etiam quando quis cum aliquo ludit, & si aliquem salutat. Illa enim
BB 3 sunt:

DISPUTATION. IURIS CIVIT.

sunt certa signa reconciliationis, quæ amicum mutatum & mitigatum esse declarat. *We-senbec. in paratit. num. 13. & tum iniuria censetur remissa. Iulius Clarus in §. iniur. num. 10.*

- 22.** *Ad Thes. 21. 22. 23. 24.]* In hisce thesibus agitur de eo t̄ actionem scil. iniuriarum es-
se prætoriam, & ciuilem in aliquibus casibus. Si est ciuilis perpetua est, & notandum *l. s.*
loco conuicti. C. de iniur. intelligi de verbali iniuria, quod vox conuicti ostendit, quemad-
*modum supra fuit copiosus monstratum. Deinde capitalis est iniuria, quæ profici-
tur ex famoso libello, quia t̄ famosus libellus diutius durat & grauius mordet, vnde ob fa-*
mousum libellum merito iniuria grauius punitur.

Ad Thes. 25. vsque ad thes. 30.] Agitur nunc de mixtis penalibus. Et prima est a-

- 24** ctio vi bonorum raptorum. Sed quætitur t̄ an hæc actio mixta sit in creditore commoda-
tario, & aliis, quibus hæc actio conceditur, licet domini non sint. Dubitandi causa est fur-
ti condic̄tio, quæ soli domino datur, eoq; creditori, cui pignus surreptum, non furtiuā sed
incerti datur condic̄tio. Resp. Hotoman. putat etiam in illis hoc verum esse, nisi furtiuā a-
ctione dominus vtatur. Nam cum sit mixta, nihil impedimento est, quo minus res vno
eodemq; iudicio reperatur cum non proprie & principaliter eius causa iudicium institu-
25 atur. Deinde dicitur in t̄ quadruplum hanc actionem dari. Cui opponitur lex Christianis.
C. de paganis, vbi disponitur duplum dari, quando bona diripiuntur, cui insit tamen res
ipsa. Resp. Illa est constitutio Impp. Honorii & Arcadii plane specialis, scil. duplum debe-
re Christianum dare, si forte Iudeo bona diripit, modo tamen Iudeus tranquille viuat,
& hic ideo minus datur à Christiano, quia non est talis Dei contemtor, Iudeo ideo sub-
uenitur, quia tranquille viuit, quemadmodum etiam supra fuit explicatum.

Ad Thes. 31. vsque ad 35.] Hæc theses agunt de actione l. Aquilia. Estq; plebisitū, vni-

- 26** de est ciuilis actio. Idem Oldend. cl. 6. act. 12. c. 1. Sed obicitur ita; furari & rapere nemo
sine damno illato potest: vnti hæc actio potius videtur t̄ superuacanea. Resp. Duplex est
differentia inter hoc & illud dannū. Hoc loco ea damna intelliguntur, quæ propter
nomen non habent: Fursum autem & rapina suum nomen habent: Deinde hæc sine do-
lo malo fieri posunt; illa non item.

Ad Thes. 36. 37.] Corollarii loco nūc de materia cumulationis actionum videbimus,
quæ materia est multiplex & confusa, quemadmodum Hotoman. in illisfr queſt. 27. in

- 27** pr. & difficilis est ex eo, quod hinc inde sit colligenda t̄ nec sub certo titulo de ea agatur.
28 Obrecht. in thes. 1. § 2. Est autē cumulatio t̄ nihil aliud, q̄ actionis ad aliam coaccruatio.
Bart. in l. 3. C. de edēdo. dicit cu. nulationē esse vnius actionis cū alia coadunationē. Scien-
dum autem est iure ciuili in vno libello non posse coniungi duas actiones, id quod ab in-
terpretibus pragmaticis optime est inuentum contra ius. Obrechtus in thesibus suis affir-
mat Paulum singularem librūnū hac de re scripsisse, & potius cumulationē in hanc iure ci-
uili inspecto concursum esse dicendum, & puras concursum esse, quando duæ vel plures
actiones eiusdem rei nomine ex vna vel pluribus causis, ex vno vel pluribus factis vni ad-
uersus eundem competitunt. Dico vnius rei nomine, quia si propter diuersas res, non du-
biū est omnes subfistere, alias dubium est an recta simul vel separatim intententur, an
potius alteram alteram consumant. Deinde per rem corpus significatur nō factum. Obrecht
39 in thes. 6. & 11. Et huius concursus actionum t̄ finis est ut laxior & liberior sit agendū facul-
tas, quemadmodum Papinianus Ictus id indicat in l. cum filiis. 76 § pen. ff. de legat. 2. Ef-
fectus autem est singulis nimis controversiis singulas actiones sufficere, ne aliter mo-
dus litium multiplicatus suminam & inextricabilem pariat difficultatem. l. singulus. 6. ff.
except. residuc.

Ad Thes. 38.39.] Si plures sunt astiones in rem eiusdem rei nomine vna tantum in-³⁰
stituti potest, i. novo ex iis, & quoties ff. dereg. sur. quia contra bonam fidem est bis idem exi-
gi. l. bona fides ff. de reg. iur. & si de novo quis petiti, exceptione rei iudicata submouetur quis
puta si hereditate petiti, deinde singulas res velle contra l. 3. l. 7. & generaliter ff. de except.
rei iudic. Et quid sit de eadem re agere eleganter declaratur in l. ff. de except. rei iudic. sci-
licet qui candem rem alia tantum actione petiti, contrario non agit de eadem re, qui
prosul rem non persequitur, vt ibi ICtus Vlp. dicit & l. 4. & an. 5. *actiones ff. de except. rei*
iudic. vbi est differentia inter actiones reales & personales, quo ad concuitem. Et cer-
tum est t̄ amplius quam semel rem meam esse non posse, sapient autem potest deberi,³¹
quemadmodum dicitur in l. non est ex pluribus ff. de reg. iur. Sed obiicitur Nouell. de fideiuf-
for. & sed neq; vbi pluribus potest agi actionibus. Resp. Id in personalibus & realibus si-
mul leu t̄ in rei persecutoriis procedit, quæ si dantur ex vna causa puta fideiussionis, alte-³²
ra per alteram consumuntur, quemadmodum id in thes. 41. proponimus atq; etiam ita l.
fundum. 16. & l. fundi. 18. ff. de except. accipienda sunt.

Ad Thes. 40.41.42.] Agitur hic de actionibus personalibus rei persecutoriis, quæ si
veniunt ex vna causa, altera per alteram consumuntur, si ex pluribus causis alia aliam non
consumit, si eadem res ab eodem duplice de causa & obligatione debetur non modo post
actionis damnationem altera vti licebit. l. sis 18. ff. de ob. & act. verum etiam post vnius
victoriam d.l. si s̄ quis in fin. l. non est nonum. 10. ff. de act. cmt. Hoc tamen adder. dum est, mi-
sceri hasce actiones, id est, vnam per alteram tolli, nisi plus sit in altera. Nam duas habeo
actiones & vna consecutus meum sum, non possum ad alteram transire, sed si in vna t̄ mi-³³
mus est, quam in altera possum eam intentare, quæ plus consequitur, saltem vt id acci-
piam quod milia abest. Cuiac lib. 8. obseruat. c. 24. (l. pro socii. 38. §. 1. ff. pro socio. Hotom. in il-
lust. quest. 27.) idque probari potest per l. quod in herede. 9. & ff. de tribus act. Et si vtraque
est rei persecutoria vel ipso iure perimitur altera, si fuerit actum stricto iure, vt condicio-
ne fuitiva & deinde actione bona fidei, vel p exceptione, si prius bona fidei actio sit in-
tentata d.l. qui seruum, quemadmodum Obrecht in thes. 51. 52. 53. demonstrat, & sciendum
est utrunque obligationem initio ita constitui vt altera in iudicium deducta, altera ni-
hilominus in tera maneat. l. sis quis Stichum. ff. de ob. & act.

Ad Thes. 43.44.45.] Agitur hic quid t̄ in penalibus obtineat circa cumulati-³⁴
onem actionum, & distinguitur, an vnum factum sit & vnum delictum vel an vnum sit
factum & plura delicta, vel denique an plura sint facta & plura delicta. Si vnu sit factum &
vnum delictum, cuius tamen vnu eius plures competitur actiones, tunc vna instituta
alix consumuntur: Nani si ex uno facto duæ competunt actiones, iudicis potius partes
sunt, vt quo plus sit in reliqua actione, id actor ferat, si tantundem aut minus id conse-
quatur, quemadmodum ICt. Paulus legit in l. quoties. 41. §. fin. ff. de ob. & act. Obiicitur autem
valde l. plura 83. in pr. ff. de ob. & act. vbi dicitur plura delicta in vna re plures admittere asti-
ones, sed nō licere omnib. vti, ergo falsum est vna per alteram non cōsumi, cū tamen hic di-
catur nō licere omnib. vti. Resp. variæ sunt ad hāc rē solutiones apud interpp. & quidē pu-
gnat d.l. plura. s̄ in l. cū ex uno. 22. ff. de ob. & act. vbi dicitur, post magnas varietates obiiciu-
isse omnibus experiri aliquē actionibus, cū ex uno delicto plures nascuntur actiones, vnu
de Cuiac. putat lib. 8. obseruat. c. 24. vnum texum ex altero esse correndum. Pacius in
marg. ad illas ll. dicit omnes ante prætorem posse edi, sed non omnibus vtendum, & sic
illas ll. conciliat. Hotoman. autem illust. quest. 27. rectius responderet ex l. qui seruum 34 in
pr. ff. de O. & A. cōpetere & non consumi, scil. eo casu, quādo plus est in altera q̄ in ea, quæ
inter-

intentata fuit. Eo enim casu altera non tollitur, quia ad id, quod adhuc competit, ex intentanda, quam solutionem etiam Cuiac, indicat, & sequitur Obrecht reiectis aliorum opinionibus in thes. 9. 9. 7. & secundum hanc solutionem plura conciliantur, & intelligitur l. 26. ff. de priuatis. deli. 3. dominicam. 8. de iniur. & Hottom. in fin. d. illustr. quasi. 27. di-
 35 cit eam regulam esse obseruandam, & cum si grauiore t̄ egeris, non poteris altera agere, quia obstat iudicati exceptio. Item eū. 14. §. cum q. ff. quod metus causā. l. 4. §. cum dominus, & §. vbi. ff. de noxal. 47. Obrecht thes. 8. C. Secundo obiicitur l. si vulnerato ff. adl. Aquil. vbi quis potest agere ex l. Aquilia bis, cum tamen idem repeatat. Respond. In posteriori plus perit, scilicet quando ex vulnere moritur seruus antea non fuit mortuus. Tertio obiicitur l. licet. 6. §. vbi. ff. naus. capon. vbi dicitur quod furti & danni iniuriaæ actio competit ex illo quasi contractu sed dicitur una contenti esse debemus. Ergo non est verum utrunque manere. Resp. Addenda est distinctio ante allata si scilicet tantum unaquaque consequimur, quantum volumus. Idem est in l. si heredem. 5. ff. de calum. vbi dicitur alterutram sufficiere, sed si prius egero ex edicto, cessat conditio ob turpe causam: Si autem prius egero con lictione, non ago in quadruplum, sed ad triplum. Deniq; obiicitur l. contrariares. 15. C. de inoff. test. vbi duplex actio contra testamentum intentatur. Resp Actionis voca-
 36 bulum improprie pro intentione accipitur, cum de inofficio testamento actio t̄ nulla sit, sed incidens tantum questio. Præterea id in person. act. militar. hic de penalisbus agimus. Manet igitur verum nunquam penales actiones de eadem re concurrentes, aliam consumere aliam l. nunquam 60. ff. de ob. & adl. l. nunquam 10. ff. de reg. iur. §. vbi. infra si quadrup. paup. feciſ. dic. De arbitratus vide Cuiac. in d. loco. & Obrecht in thes. 119. 120. cum seq.

37 Ad Thes. 46. 47. Si denique actio mere est penalis, & t̄ concurrit cum rei persecutoria, altera alteram non tollit. Si est mixta & cum rei persecutoria concurrit, haec tollitur, quia qui hac egit, iam rem est cōsecutus. Primo obiicitur l. 3. §. vbi. ff. naus. capon. vbi actio de recepto, quia est rei persecutoria, potest intentari, & tollitur furti mere penalis. Respond. Cuiac, aut idem habet in eundem actionem rei persecutoriam & mere penalem, & alteram altera non tollit: aut habet idem in eundem actionem rei persecutoriam, in alterum mere penalem, ut vector in exercitorem habet actionem de recepto, in furem furti, si elegerit exercitorem non agit in furem, sed fur pena non exiuitur; Exercitor enim in eum habet actionem furti, quod si vector elegerit furem exercitor absoluuntur. Hottom. in illustr. quest. putat per furti actionem intelligi conditionem furtiuam. Se-
 cundo obiicitur l. si n. cui. 71. ff. de furt. vbi si actum est furti, cōmodati actio extinguitur. Ergo falsum est quod in thesi alteratur. Responde, non vnius rei nomine competunt ambæ, quemadmodum illa dominii, haec furti causa in odium furorum conceditur, Accurs. & Hottom. in illustr. quest. 27. dicunt furti actione contineri conditionem. In thes. 55. 56. sequimur Hotomannum.

Et tantum de actionum priuatarum cumulatione. Nunē brevibus coronidis loco
 38 monebo, quid iuriis sit in publicis iudiciis. Si actum est t̄ publico iudicio denegatur pri-
 uatum & ex diuerso. l. quod SCtum 6. in fin. ff. de iniur. l. interdum. ff. de publ. indic. l. 2. §. 2.
 ff. vi bonorum raptorum. Sed obiicitur l. Enica. C. quando ciuitatis actio. Respond. Hic utrinque ad vindictam in d. l. 1. proper. damnum rei familiaris agitur. Eodem modo id Gloss. in
 d. l. 6. in fine soluit. l. inde Neratius. 23. §. se dolo. ff. ad l. Aquil. vbi ad damnum rei familiaris
 egit. Cum qua tamen pugnat l. 4. ff. de publice iudice. vbi dicitur fieri præiudicium publi-
 co iudicio l. Aquili v, Responde. In d. l. inde Neratius, quod in d. l. 4. quidem non dica-
 tur, sim al intentari non posse publ. iudic. & l. Aquiliz sed quod uno finito, id est,
 l. Aquil.

Aquil. vel Publ. praiudicium alteri sunt, ratione probationis, quia suspicio augerat.
Et tantum de hac 39. disputatione.

DISPUTATIO XLII.

De actionibus legatorum, familiae herciscundæ, communi diuidendo, & finium regundorum.

CONTINAVATIO.

Vt superiores actiones quadam mixtae sunt, ita & actio personalis ex testamento aliquo casu mixtam causam obtinet, vnde hic commode subiicitur.

Thesis 1. Legatorum & fideicommissorum nomine tres dantur actiones, personalis ex testamento, Rei vindicatio, & hypothecaria, quibus ad ita demum hereditate quis utri potest, ita ut una electa, altera tollatur.

2 Quamuis tamen hypothecaria cum alia concurrere possit, quia cum sit cautionis loco, non tollitur electione, sed solutione.

3 Actio personalis ex testamento est civilis, stricti iuris, eique datur cui aliquid in testamento vel ab intestato est relictum per legatum vel fideicommissum, aduersus eum, a quo est relictum, siue is sit heres siue legarius vel fideicommissarius.

4 Ad hoc, ut legatum & fideicommissum una cum usuris & fructibus a tempore moræ perceptis praestetur & solvatur.

5 Sacrosanctis vero Ecclesiis vel aliis venerabilibus locis, aut pro redemtione captiuorum legato vel fideicommissore reliquo, si negatur vel fraudulenter differtur id solui usque ad iudiciale conuentionem & iussum iudicis, haec actio pœnalis in duplum datur ut partim rem, partim pœnam contingat.

6 Rei vindicatio datur legatario vel fideicommissario ad rem istam relicketam, a quolibet possessore vindicandam sibi tradendam.

7 Hypothecaria actio simpliciter datur ei, cui relictum est legatum vel fideicommissum in res seu vniuersa bona testatoris sibi obligata, non heredis vel alterius personæ, ad id, ut legati vel fideicommissari nomine detur.

8 Quædam porro actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem quam in personam, quales sunt actio familiae herciscundæ, communi diuidendo & finium regundorum actio, in quibus actionibus uterque est actor, & quidem is, qui prior ad iudicium prouocauit.

9 In has actiones non tantum veniunt res, sed etiam personales præstaciones, & conceditur iudicire rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo ad-

iudicare, & si una pars prægrauari videbitur eam in certam pecuniam condemnare.

10 Actio familiae herciscundæ est civilis, bonæ fidei, eaque directa datur coheredi aduersus coheredem vel plures coheredes, ut illos bonorum possessoribus, fideicommissariis & iis, quibus quatta debetur, ex constit. D. Pii, ad id, ut diuisio hereditatis bonorum possessionis & quartæ omniumque commodorum & incommodorum, fructuum, expensarum, damnum & adiudicationum fiat.

11 Collatio quoque eorum quæ quis percepit ex omni patrimonio est facienda, quamvis equitas non patiatur conferre ea, quæ studiorum causa peregre agenti dantur, nisi credendi animo id factum esse certo constet.

12 Veniunt igitur in hoc iudicium omnes, nisi quædam prohibeantur, ut sunt nomina, venena, & libri improbatæ lectionis, & scelere acquisita.

13 Si autem forte in diuisione & adiudicatione controversia oriatur, tuitius sorti res committitur.

14 Actio communii diuidendo est bonæ fidei, quæ competit iis, qui aliquam rem habent communem vel cum societate, & sine societate, ad eam diuidendam, & personales præstationes officio iudicis faciendas.

15 Directa autem actione communii diuidendo, res corporalis diuiditur, cuius dominium habemus, non tamen hereditas diuiditur ut res corporalis quam iusta ex causa possidemus.

16 Et computatur hic, si quid in re communi dolo vel culpa est datum, vel quid ex nomine abest, vel si ex re communi, ad aliquem quid peruenit.

17 Actio finium regundorum est stricti iuris, eaq; directa datur confiniibus, dominis emphyteutis, vasallis frumentariis, creditoribus pignoris, ad prædiorum rusticorum fines regundos & terminandos.

18 Ut illos autem de hortorum in urbibus latitudine regunda & determinanda datur.

19 Venit in hoc iudicium id quod interest, veluti datum ratione turbationis finium perpetuum, sumptus & mercedes agri mensoribus præstitæ, ac fructus.

20 Deniq; ad officium de finibus cognoscendis pertinet mensores mittere, & per ipsos dirimere ipsam finitam questionem, ut æquum est, & si ita res exigit oculis fundos subiicere, & in hoc sequi vetera monumenta, putalapides, statuas, sepes, fossas, arbores &c. Censu autoritate ante litem inchoatam ordinata, nisi varietate successorum vel arbitrio possessorum fines potesta permutaros esse probetur.

Corollarium. Cum communio discordiam pariat, nec pactione communium dominiorum, nec patris prohibitione testamentaria, nec præscriptione effici posse, ne à communione discedere liceat, verius putamus.

DISPUTATIONIS XLII.

De actionibus legatorum, familiae herciscundæ communi
diuidendo & finium regundorum, obiectiones
& resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Actiones prolegato consequendo quot sint & quomodo differant.
- 2 Actio ex testamento, cur ex quasi contractu personalis sit.
- 3 Actionis ex testamento quis finis sit.
- 4 Mora quot modis sit.
- 5 Vt si ex mora an in actione ex testamento peti possint.
- 6 Actio ex testamento quando panulus sit.
- 7 Legatum ad Ecclesiæ scholas & pauperes si negatur, qualis actio inde existat.
- 8 Actio ex testamento an panulus in duplum sit si quid Respub. vel fisco legetur.
- 9 Panalia non sunt extendenda ad casus non expressos.
- 10 Rebus indicatis quo fine detur legatario.
- 11 Legatus in quomodo reali & personali actione vtratur.
- 12 Hypothecaria actio ad quid legatario competit.
- 13 Actiones mixtae quot modis dicantur.
- 14 Actiones mixtam causam habentes participants sua natura cum realibus.
- 15 Temperamentum optimum fit ex contrariis.
- 16 Mixtae actiones quomodo reales sint, & quomodo item personales.
- 17 Familia herciscunda actio quomodo possit esse in rem.
- 18 Actio famil. herciscunda cui detur & quo fine.
- 19 Res in divisionem hereditatis non videntes qua sint.
- 20 Hereditatis divisione penes quem hodie sit.
- 21 Actio de communis diuidendo quibus detur.
- 22 Actio finium regund. cur sit strictius juris.
- 23 Finium regund. actio, cur non ponatur inter actiones bona fidei.
- 24 Actio finium regundorum quid trahet.
- 25 Finibus regendum quo remedia adhibeantur.
- 26 Actio confessoria & negotiorum quomodo finibus regendum seruiat.
- 27 Pactio communium dominiorum an facere possit, & non licet a communione discedere.
- 28 Societas costio nulla est aeterna & perpetua.
- 29 Communio parit discordiam.
- 30 Societas ultra mortem extendi, non potest.
- 31 Testamentaria prohibitione effici non posse, ne à communione discedatur.
- 32 Voluntas ultima quando & quatenus pro lege sit seruanda.
- 33 Prescriptione non effici potest ne à communione discedatur.

34 Diuisio*n*on pote*s*. quamdiu constat duos esse simul socios vel Domino*s*.

35 Actiones famil. hercise com. diuid. fin. regund. quamdiu dure*n*.

GENERALIS diuisio hæc ante fuit proposita, actionum, scilicet quasdam esse in Grem, quasdam in personam, quasdam mixtas, hoc est, pecunia & rei persecutorias. Dum igitur adhuc ex mixtis illis vna restat nimisrum actio personalis ex testamento pro venerabilibus domibus, ideo de ea nunc erit agendum. Sed quia actionis personalis ex testamento vno tantum casu, scilicet quando competit pro venerabilibus locis hic fit mentio, datur occasio, ut de tribus actionibus ex testamento prouenientibus agatur.

Ad Thef. 1.2.3.4.5.] Agitur in hisce thesibus de personali actione ex testamento possimum. Nam pro legato consequendo dantur tres actiones, quæ in forma differunt non in effectu, quia idem consequuntur, sed non uno modo, vna via, uno respectu intentantur. De hisce vide quæ latius dixi *supr. in materia legatorum ad thef. 3.* Et 4. in *disputatis ab D. Horsto thesibus*, quæ hic repeti superuacuum esse puto. Et hæc actio personalis est ex testamento, scil. ex quasi contractu, ex quo legatarius vel fideicommissarius heredem habet obligatum. Est directa in heredem, ut ille in legatarium vel fideicommissarium. *Myns. hic num. 44.* Et hoc inde, quia heres adeundo hereditatem quasi contrahit cum legatariis vel fideicommissariis, sicut cum aliis debitorib. & creditoribus. *I. cum apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. causis maior.* Competit igitur ab intestato *Myns. n. 45.* Competit autem hæc actio ad hoc, ut legatum & fideicommissum vna cum fructibus & vsuris à tempore perceptis præstetur & solvatur *I. §. 10. tit. C. de Vsur. & fruct. legat. & fidicommiss.* Sed obiicitur *d. 1. i. C. de Vsur. & fruct. §. c.* vbi dicitur, quod ex litis contestationis tempore vsura debeantur. Ergo non est mora. Resp. Mora sit duobus modis: vel per litis contestationem *d. 1. i. §. 2. C. de Vsur. & finit. legat.* vel per interpellationem extra iudicalem. Sufficit igitur si dicamus ex mora deberi vsuras, quæ sit lite contestata. *Gothofred. ad d. 1. i. C. de fructib. & Borch. c. 3. de Vsur. n. 16.* Quamvis laf. putes duplice modo deberi vsuras, ex mora, & ex lito contestata, sed male in §. ex maleficis. *num. 23. b. tit.* Deinde obiicitur ita: Ex mora debentur vsuræ tantum in bona fidei contractibus. *I. mora. ff. de Vsur. I. 2. C. depositi.* Sed actio hæc personalis ex testamento competens, pro legatis consequendis, est stricti iuris, quia non refertur inter bona fidei iudicia in §. actionum autem hoc sit *num. 16. 17. Zal. etiam in §. actionum, b. tit. n. 21.* idem sentit, scil. quo ad vsuratum cursum ex mora esse comparationem. Currunt enim à tempore moræ ut in minoribus, quæ dicuntur nota abusiva, *Dd. in I. n. minorum C. in quibus causis.* Deinde affirmatur peccalem hanc esse actionem in duplum & quando datui pro sacerdoti & Ecclesiis vel aliis venerabilibus locis, si negatur & fraudulentiter differtur, & quidem in b. §. n. scil. ex maleficis. tantum fit mentio fraudulentæ inficiacionis: in §. sed furti, b. tit. fit mentio fraudulentæ dilatationis. Vnde hic sunt coniungendi Iason & Zasius *nu. 21.* Trahitur etiam ad scholas & ad omnes pauperes si legatum fraudulentiter negatur vel differtur. Et hoc coniunctim operatur fraudulenta machinatio, & fauor piarum caularum. Quixit autem hic à Dd. anne hæc actio sit personalis in duplum, si aliquid Recipit. vel fisco legetur? Et videbatur dicendum quod sic, quia hæc omnia comparantur in I. *tit. C. de S.S. Ecclesiis.* Gloss. vero Iason.

Iason num. 40. cum segg. Zaf. Mynsing. num. 49. id negant, propterea quod pena non sunt extendenda ad catus non expresos. c. in penas. c. odia. de reg. iur. in 6. Et datum vni rei priuilegium non statim extendor ad alteram. Iason num. 41.

Ad Thesin 6.7.] Duæ adhuc alia actiones pro legatis & fideicommissis dantur: Rei vindicatio & hypothecaria 1.2. C. communia de legat. §. 1. supr. de legat: Rei vindicatio datur legatario & fideicommissario † ad rem istam reliquam in testamento, à quolibet possesso: sibi vindicandam sibique tradendam. Datur autem ideo iis rei vindicatio, quia statim sunt domini legati vel fideicommissi post mortem testatoris, sicut tamen, vere autem ad ea hereditate, quemadmodum supr. ad thes. 1.2.3. do legat. copiosius dictum fuit. Cōmodatarius autem & alii qui tenent rem ex primo decreto vel alias, rei vindicationem non habent, sed si forte illi tenent, ab alio aduersus eos rei vindicatio intentari potest. l. officium. 8. ff. de rei Vindic. Sed superioribus obiicitur l. traditionibus. 20. C. de patr. vbi dicitur traditionibus transferri dominia & usucaptionib. Hie autem quamprimum testator moritur. Respond. Id in legato est speciale. Nam adira hereditate vere quis sit dominus, & postmortem testatoris sicut tantum, licet non sit dominium translatum. Myns. n. 4. supr. in §. nostra autem. de legat. Secundo obiicitur. Impossibile est actionem realem & personalem ad idem competere, cum sint contraria. Nam actio realis presupponit dominium, & actio personalis agit ad dandum, hoc est, dominium primum transferendum. §. sic itaq. de att. vbi dare est dominium transferre, & presupponit agentem non esse dominium. Respoud. Myns. † Reali actione agunt quia sunt domini; personali agunt actione, quia apud alium est possessio, quae est auocanda. Et ita in modo hæc actiones differunt. Deinde est actio hypothecaria, † quæ datur ad vniuersa bona testatoris sibi obligata: Ergo non in res sibi legatas, quia non sunt amplius testatoris; Quamuis tamen Myns. putet etiam in res legatas eam dari. Sed obiicitur: Nemini res sua pignori esse potest. l. neq. pignus. ff. de reg. iur. Resp. Myns. in d. §. nostra autem. supr. de legat. num. 7. id tunc procedere, cum iuregentium est translatum dominium per traditionem, quod hic nouum est factum, quia speciali iure hic dominium transfertur.

Ad Thesin 8.9.] Agitur hic de aliis actionibus mixtis, quæ mixtam causam habere videntur tam in rem quam in personam: Et sunt actio familiae hereditatæ communi dividendo, & finium regundoru: & mixta † dicuntur actiones tribus modis. Primo, quando sunt in rem & personam. Secundo, quando ex re & pena. Tertio, quando uterque rei & actoris partes sustinet. Myns. in §. maleficiis. n. 3. 4. Iaf. n. 15. in §. quadam. Et Zaf. hic in pr. Mixtas esse tribus modis rei persecutorias & penales. Secundo: Rei persecut. cum petit, reali, & rei persecut. cum petit. person. Tertio, ut hic q. in jdem recidit. Et hæc tres actiones sunt personales origine, id est, ex contracitu vel' quasi. Sunt tamen vi in rem scriptæ. Myns. n. 13. hic. Et actiones mixtam causam habentes principaliter & sua natura † participant cū realibus. Nam non possum portionem exigere à coherede, nisi petam rem, in qua ius habeam. Ideo est realitas ex quasi contraetu, vel ex contraetu sunt personales præstationes, quia bos forte vel' quid aliud non potest diuidi. Totus igitur vni adjudicetur, qui postea alteri in certam pecuniam condemnatur, ut seruerit aequalitas. Myns. num. 21. Sed opponitur, quod Imp. dicit, videntur esse in rem. Ergo est improprietas. Zaf. n. 3. Respond. Ideo quiq. proprie sunt ex contraetu vel quasi tantum: sunt in rem scriptæ. Insto. Sed vnum corpus. & vna species ex contrariis non subsistit: Ergo nec hic. Resp. Zaf. Ex contrariis tō: ptimum sit temperamentum. Quatuor complexiones sunt in homine contraria, & tamē ex his componitur homb. Item in Grammatica. Nōmen & verbum sunt contraria, ex quibus componitur participium. Deinde obiicitur l. ff. finium regund. vbi dicitur esse hasce

26 actiones personales non mixtas Respond. *Si supra est dictum. Actiones haec vi scripturarunt reales: vi proprias sunt ex contractu vel quasi, & personales habent præstationes, quia haudo quis bene diuidi non potest, quod etiam Hottom de communis diuidit iudic. ita dicit: cedam actionem in rem, scil. non quatenus spectamus possess. sed quatenus dicimus nos esse dominos, personalē vero quatenus vna pars prægrauatur, quæ tamen alteri in certa pecuniam condemnatur. Quærit idem Hottom. in d. §. quadam. enunc. I. quomodo t' actio familiæ Hercisc. sit in rem, cum sit actionis in rem ea proprietas, ut & c. qui possidet, detur, & aduersus eum, qui possidet intentetur. Et certum sit actionem hanc intendi ab eo qui possidet, & in eum qui possidet non intendi. I. i. ff. eod. Tandem respondet in hoc iudicio utrumque actorem & reum esse: Ergo ita instituitur quasi utrumque & neuter possideat. In rem quatenus dominium rei spectatur.*

27 *Ad Thesin 10.] Agitur hic de actione famil. hercise. t' que datur coheredi aduersus coheredem, ut diuidatur hereditas. Quæ autem ad hanc actionem explicandam pertineant supra inter quasi contractus prolixius vñsum fuit.*

Ad Thesin 11.] De hac thesi abunde & plane dictum fuis ad Corollarium primæ disputation.

28 *Ad Thesin 12. 13.] Quælibet res in divisionem hereditatis veniunt, nisi forte quædam prohibeantur. t' Prohibentur autem nomina, quia I. 12. tabul. ea diuisit, quod scil. quilibet heredium pro sua portione habet actiones hereditarias actiue & passiue. I. ea que. C. famil. hercund. Item libri improbatæ lectionis, qui à bono iudice statim sunt corumpendi. Wesenb. inf. n. 5. Si autem in divisione & adiudicatione controversia oritur, tertiis sorti res commititur, alias amicus ex consensu & suffragio est eligendus, apud quæ deponatur vel in æde sacra I. 4. s. 6. b. tit. Wesenb. n. 6. ff. eod. Moribus tamen nostris & iure Canonicō obtinet, ut t' maior natu diuidat, minor eligat. c. vñ. per illum text. de paroch. Schurff. confil. 71. n. 71. cent. I.*

29 *Ad Thesin 14. 15. 16.] In hisce thesis agitur de actione communis diuidendo pro diuidendo, ut & finium regundorum pro regendorum, imitatione vñstatis, Myns. m. §. quadam. act. n. 7. b. tit. ex Oldendorp. class. 3. act. 14. in pr. Hoc actio laetus patet quo ad vñsum quam famil. hercise. Datur enim t' etiam coheredibus & aliis ad rem diuidendum. De reliquis contratiis hanc actionem explicantibus rectius supra in materia quasi contractuum, dictum fuit.*

30 *Ad Thesin 17. 18. 19. 20.] Agitur in hisce thesis de actione mixta, finium scil. regundorum, quæ stricti est iuri, t' quia non ex contractu vel quasi, nec ex gestu bona fidei datur, quemadmodum Wesenb. bic num. I. in fin. indicat. Deinde non numeratus inter actiones bona fidei in §. actionum. b. tit. Ibi enim est certus numerus, ut inf. in disputat. thes. 16. dicetur et Zaf. in d. §. actionum. num. 18. Nec obstat tria illa negotia magnam inter se & mutuam habere similitudinem. Et ideo etiam hanc bona fidei esse, cum reliqua sint bona fidei d. §. actionum, quia similitudo in ipso non statim similitudinem in altero patit. Deinde dixit Zafius in §. actionum. num. 19. Gl. ponere hanc rationem, t' quia in duobus prioribus iudiciis non adiudicetur mihi quicquam, quod prius meum fuit, sed per adiudicationem sit meum. At in finium regundorum lèpe auferetur mihi terra mea ex agro meo, & datur alteri, quod non prorsus conuenit cum bona fide: vel in duobus est quoddam ius fraternitatis, quia quo ad communionem sicut quasi fratres & coheredes. I. verum. ff. pro socio. excludunt igitur hunc miserum socium. Considerat autem hæc actione & t' regit fines seu terminos, cuiuslos ab homine vel flumine, ut commodius reponantur.*

vnde etiam finalis quaestio dicitur, *si confitentit C. fin regund. & actio limitis. C. inter memorias* 16. q. 3. Dantur autem pro finibus regund. † quatuor remedia. I. hac actio. II. *Condictio ex l. Constantini d.l. si constituerit. III. Actio legis Agrariae, 30. aureorum in eos,* qui limitem eiiciunt, locoque mouent, Welenb. *in parasit. n. 8. b. tit. IV. Accusatio criminis ex constitut. Hadrian.* pro qualitate & condicione personæ & mente facientis *I. & 2. ff. terminomoto. Myns. num. 50. cum seqq.* Sed obiicitur etiam actionem confess. & negat. competere. Respond. Confinia hac actione discriminantur in rusticis prædiis. Nam in urbani prædiis displicuit, † confess. & negat. magis vicina prædia regunt; ideo que et si in agris sint iuncta ædificia, tamen huic actioni non est locus, sed confessione & negatione. Insto. Sed si riuis priuatus interfluit, est actio finium regundorum. *I. 6. b. tit. num. Welenbec. num. 4. in fin.* Respond. Pars est fundi sicut priuati limites, vnde hæc actio datur.

Ad Corollarium.] Corollarium hoc propositum non parum est disputabile, vnde & eo commode hic disceritur, cum ex p[re]senti materia sit delictum & acriter hic per Iasonem & Zasium in primis disputatur; Est autem tale † actionem communium dominiorum effici non posse ne à communione discedere licet, hoc est, ne licet socium etiam altero inuito à societatis contractu discedere, idque ex eo quod pacta contra ll. non valeat, *I. p[ro]l. 6. C. de part.* Hoc autem pactum sit contra illas expressissimas. Et potest eius probatio afferri *ex l. Vlt. C. communii diuid. vbi dicitur ita: In communione vel societate nemo compellitur inuitus detineri.* Idem dicitur *in l. null. societatis. 70. ff. pro socio. vbi expressis literis dicitur nulla societas † in æternum coitio est, & in l. si hoc iudicium. 14. §. si conueniat ff. communii diuidund.* Pactum igitur tale non valet, quemadmodum etiam Iason *num. 41. §. quadam, b. tit. c[on]cludit.* Sed primo obiicitur *§ fin supr. quis mod. toll. obligatio.* vbi dicitur obligationes mutuo consenti initas mutuo consensu tolli, quod similiter dicitur *in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.* Vnde videtur dicendum socium inuito socio non posse discedere à communione, s. d[icitur] tantum volente socio, cum mutua voluntate societas & communio iniatur. Resp. Illud fallit tantum in cōtraetu societatis, & quasi contra cōmunitatis p[ro]pter hanc rationem, quia † communio discordiam patit. *I. cum pater. 79. §. dulcissimi ff. de legat. 2. Zal. n. 11. in d. § quadā. b. tit.* Secundo obiicitur *I. in pr. ff. pro socio.* vbi dicitur posse contagi societatem in perpetuum, hoc est, dum viuant illi, qui contraxerunt. Resp. Z. sius licet dicit viuant l. dicit e[st] album; alteram nigrum: Et potest dici, si ita volunt contrahentes posse in perpetuum coiri societatem, hoc est, donec viuant, ut mutuo consensu maneant in communione. Non autem in æternum scilicet nolune secundum *d.l. nulla.* Manet igitur verum societatem, † ultra mortem extendi non posse in *perpetuum. I. cum duob. 52. §. idem respondit. 9. ff. pro socio.* Et hanc solutionem Zasius hic habet & Gothofred. *in d.l. 1. ff. pro socio.*

Deinde affirmatur propter eandem rationem, vt scilicet lites diminuantur vel prohibeantur effici non posse † prohibitione testamentaria, ne à communione discedatur, pura si parens in testamento forte prohibuit id filiis. Sed obiicitur *I. 1. C. de Sacrosanct. Ecclesiis,* vbi dicitur licitum esse iterum, quod non redit arbitrium seu ultima voluntas viisque ad extrellum vitæ spiritum: Ergo merito prohibitio hæc ultimæ voluntatis pro lege est seruanda. Respond. Pro lege seruatur ultima voluntas, † quatenus cum ll. consentit: quatenus pugnat seruanda non est. Nemo enim in suo testamento disponere potest, ne ll. in eo locum habeant, secundum iurisconsultum *in l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1.*

Tandem affirmatur nec † prescriptione effici propter eandem rationem posse, ne à *communi-*

communione discedatur, puta si duo heredes per triginta annos in communione steterit ita quod non diuiserunt, anne cogantur in communione esse innexi & illigati vel an non possiat recedere: an vero recedere possiat? Et nos affirmamus eos à communione recedere posse, quia nemo inuitus in communione potest detineri d.l. l. Ultim. C. communis diuid. vnde nec præscriptio illa valeat: *argumento § furtive. supr de fiscus. Et hanc sententiam secundum Zasium hic tot egregiae & illustres animæ defenderunt una cum Cyno in l. i. §. nemo. C. de annual. except. quod etiam post triginta annos libere possit à communione recedi, ibique etiam Bart. & in d.l. Ult. C. communis diuidund. ibique etiam Bald. qui dicit illam sententiam ipsam esse veritatem. Hanc opinionem Zasius est secutus, ut ipse facetur num. ii. Et Iason hic per allegatos texius. Deinde hanc habent rationem, quia t' impossibile sit præscribi diuisioni, quamdiu constat duos esse simul socios vel dominos, quia præscriberet rem, quæ sua non sit. l. male agitur. C. de præscript. 30. annor. Præterea hæc communio invitaret ad delinquendum, quia si esset inter fratres communio perpetua, sequeretur alcetum vel aliquos ex iis matrimonium contrahere non posse, quod neutriquam esset concedendum.*

Alij contra tenent quod annis triginta præscribatur communio. Sic sentit Glo. in d.l.i. §. nemo. Cogit autem aliquem stare perpetuo in communione, quo ad fructus & emolumenta: Faber dicit hic ab omnibus ita teneri. Vnde etiam Iason (qui tamen priorem sententiam tuerit) dicit num. 28. hanc sententiam in puncto iuris in disputando esse sustentabiliorem, Zasius etiam hic dicit, nodum hunc esse implicitum & quæstionem pro amico, quia utraque pars videtur defendi posse, & pro sua sententia adducunt d.l.i. 35 §. nemo. C. de annualib. except. vbi expressis verbis dicitur neminem debere t' vitam actionis familiaris herciseund. communis diuidund. finium regund. longius producere quam triginta annorum spacio. Ergo merito præscribitur eo tempore iis actionibus. Respond. In d.l.i. §. nemo. adducuntur hæc verba, *s' semel competit actio & nata est. Potestigitur etiam vel per plures annos durauerit communio, ab ea discedi, si scilicet non est para, hoc est, constituta ex voluntate partium: Quando enim semel est intentata, ab ea recedit non potest, quia nascitur ex mutuavoluntate contrahentium. Et hanc solutionem Zas. in d. loco, amplectitur, &c re etc.*

DISPUTATIO XLIII.

De actione servi corrupti, de actione ex l. Condictitia, quod metus causa, de actione ex edicto de calumniatori- bus, de actionibus bona fidei negotiorum gestorum, tutela, pigno- ratia.

CONTINVATIO.

Habuimus hactenus in materia actionum tres summas diuisiones, actiones scil. alias esse reales, alias personales: Item alias esse ciuiles, alias prætorias: Item alias esse rei persequenda & gratia comparatas, alias pena persequenda, alias mixtas. Sequitur nunc commode quarta actionum diuisio.

Thema 1. Omnes actiones sunt conceptæ vel in simplum vel in duplū, vel in triplum, vel in quadruplum, vltius nulla actio extenditur.

2 In simplum agitur ex multis causis, quæ partim enumerantur in d. §. omnes, de quibus supra est dictum: In duplum præter actiones in superiori quadam disputatione vñas, agitur iudicio serui corrupti.

3 Aetio serui corrupti est actio pœnalis præatoria, eaque directe datur contra eum, qui seruum seruam, alienum alienam recepit, cisque quid' do lo malo persuasit, quo animum & mores deteriores redderet, & quidem in duplum quanti ea res erit: in quo damnum serui corrupti inest.

4 Utile datur quando filii vel filiae sunt corruptæ, iudicis officio æstimatur, quoniam interest nostra animum & mores liberorum nostrorum non corrumphi.

5 Hæc actio perpetua est, non temporaria, & heredi, ceterisque successoribus competit: In heredem non datur, quia est pœnalis.

6 Et hæc actio interdum cum actione furti concurrit, & extraordinariam vel criminalem adiunctam habere potest, ita tamen ut vna alteram non consumat vel minuat.

7 In triplum agimus actione ex l. condititia, quæ actio est personalis, ci uilis, competens ei, qui damnum passus est in eo, quod actor maiorem quantitatem, & plus vera æstimatione in libello suo est complexus, vnde sportularum grauamen nascitur.

8 Datur ad id ut reus triplum ab aetore consequatur, cui simplum inest, in quo damnum est passus.

9 In quadruplum igitur actione furti manifesti: Item actione ex l. condititia, contra executores litium, qui contra Iustiniani constitutionem à reis quisque exegerunt, cuius triplum ærario infertur: Simplum læso cedit.

10 Ad quadruplum agitur similiter in actione quod metus causa, quæ est in rem scripta aetio præatoria, competens ei, qui per iustum metum est læsus, ut id quod vi aut metu maioris mali ac instantis periculi est extortum, iudicis arbitrio restituatur.

11 Et nisi fiat restitutio intra annum utilem, in quadruplum prætor iudicium pollicetur, in quo omne est, quod restitui oportet, post annum in simplum, non quidem semper, sed causa cognita.

12 Datur etiam heredibus ceteris, successoribus in heredes eorum, qui metum intulerunt in quantum ad eos peruenit.

13 Actio editi de calumniatoribus est personalis, & in eum datur, qui pecuniam accepit, ut innocentii in iudicio negocium faceret vel non faceret,

& quidem intra annum in quadruplum eius pecunia, quam accepisse dicitur; post annum vero in simplum.

14 Et haec actio heredi quidem non competit, nisi in simplum, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest; in heredem competit: in id quod ad eum peruenit.

15 Quinta actionum generalis diuisio est, quod quedam actiones sunt bona fidei, quedam stricti iuris, quedam arbitriae,

16 Bonae fidei actiones sunt, in quibus libera potestas permitti videtur iudici, ex bono & aequo aestimandi, quantum actori restituenda debeat, quarum hic certus & definitus numerus ponitur.

17 Inter has præter alias supra propositas, est actio negotiorum gestorum, eaque directa datur domino aduersus gestorem, ad rationem administrationis domino absente & ignorantie sponte suscepta redendum: ad fructus cum usuris restituendos: negotium inchoatum bona fide complectendum, & damnum dolo vel culpa datum resarcendum.

18 Contraria datur gestori aduersus dominum negotiorum ad id, ut sumitus necessarii cum usuris, & omne quod nomine illo abest, vel abfutrum ei est, restituatur, atque ita indemnissetur.

19 Tutelæ etiam administratæ nomine pupillo directo datur actio aduersus tutorem, ut administrationis rationem legitime reddat, & quod eo nomine pupillo abest, præstet.

20 Habet etiam pupillus actionem de communibus distrahendis, quæ pœnalis est in duplum, cui inest rei persecutio, competens ei contra tutorem qui in gerenda turcla rem ex bonis pupilli abstulit.

21 Contraria tutelæ actio datur tutori aduersus pupillum ad id, quod tutelæ bene gestæ nomine, vel alia causa ei abest.

22 Curatores etiam vtilem tutelæ actionem in adultos habent ad id persequendum, quod eis abest ratione gestæ curæ: & contra adulti vtilem tutelæ & rationum distrahendarum, & vtilem negotiorum gestorum, etiam durante officio aduersus curatorem & protutorem habent.

23 Actio pignoratitia datur debitori pecunia soluta, vel satisfactio- ne quali quali præstata, qua creditor fuit contentus ad rem pignoris nexu obligatam & venditam, eadem bonitate restituendam, dolum & culpam latam & leuem, moram & interesse præstandum.

24 Contraria pignoratitia actio datur creditori contra debitorem, si in conuentione pignoris ipsum decepit, vel alienam, vel alteri obligatam, vel vitiosam rem pignori sciens vel ignorans eiusmodi pignoris defe-

Etum pignori ponendo, aut si impensas in pignus conseruandum creditor fecit.

Corollarium. Aequissimum esse putamus actionem vtilem serui corrupti etiam dari in eos, qui bona fidei studiosos ad Academias à parentibus missos ludendo, potando, & scortando corrumpant.

Quæstio: An utilis actio furti corrupti detur, de stupratoribus virginum?

D I S P V T A T I O N I S XLIII.

De actione serui corrupti & aliis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Actio ultra quadruplum nulla extenditur.*
2. *Divisio actionum quarta, an non sit superflua.*
3. *Quadrupli appellatione in actionibus penalibus quid veniat.*
4. *Actio serui corrupti an recte dicitur penalis.*
5. *Actio serui corrupti licet pratoria sit, tamen etiam perpetua est.*
6. *Serui corrupti actio an civilis dici possit.*
7. *Edicta pratorum hodie sunt perpetua.*
8. *Actio serui corrupti directa contra quem detur.*
9. *Perfusor serui corrupti quibus actionibus teneatur.*
10. *Actio serui corrupti utilis contra quos detur.*
11. *Persona libera non admittunt affirmationem.*
12. *Penales actiones sunt perpetua & hereditibus etiam dantur.*
13. *Serui corrupti actio potest interdum cum aliis actionibus concurrere.*
14. *Actiones quibus in triplum agitur, qua est quot sint.*
15. *Sportula quid sint.*
16. *Actio, quod metus causa an in rem sit vel in personam.*
17. *Metum inservit est delinquere.*
18. *Actio, quod metus causa, est arbitaria, dans facultatem restituendi reo, si vult panam e-
sistare.*
19. *Heres quando teneatur actione quod metus causa.*
20. *Actio editi de calumniatoribus quid sit.*
21. *Calumniatores cur in quadruplum condemnentur.*
22. *Divisio actionum in bona fidei, stricti iuris & arbitriariorum, unde sumpta.*
23. *Actiones an omnes sint bona fidei.*
24. *Arbitriaria actiones an recte addantur ad actiones bona fidei & stricti iuris ac-
tiones.*
25. *Actiones bona fidei & stricti iuris, quomodo differant inter se.*
26. *Arbitriaria actiones quomodo differant ab actionibus bona fidei & actionibus stricti
iuris.*

- 27 Actione negotiorum gestorum an etiam leuissima culpa praestetur.
 28 Curatores cur habeat vitalem tutela actionem. .
 29 Pignoratisia actio differt ab actione quasi Seruiana.
 30 Studioſos qui in Academiis corrumpunt, actione serui corrupti conueniri possunt.
 31 Filius fam. habet actionem in cum a quo corruptus est.
 32 Actio filios familias contra suos corruptores an ex iure sit, an vero ex aquitate. .
 33 Pater an habeat actionem serui vitalem aduersus stupratores suarum filiarum..

TRIBVS summis diuisionibus actionum nunc feliciter explicatis: ordo requirit ut etiam ad quartam diuisionem accedamus. Monendum autem est tertiam diuisionem, in 39. disput. fuisse propositam, sed aliquando aliter, quod tamen tum conciliatum fuit, nec hic reperendum.

Ad Thesin. 1.] Quarta actionum diuisio est, omnes actiones esse conceptas in simplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, † ulterius nulla actio extenditur, & quidem haec diuisio est quasi determinatio naturae & quantitatis, quæ per se potest, est que velut moderatio & temperamentum superioris diuisionis, ex qua est nata, Mynsing. 2 hic in princip. Sed obiicitur primo ita. Diuisio haec est † superflua, dum omnia continet, quæ continet § sequens. Nam rei persecutoriae sunt in simplum, in duplum, triplum, quadruplum, sic & pecnales & mixtae. Respond. Iason ita obiicit hic num. 1. ex Fabro, sed secundum est hanc diuisionem superiorem magis explicare & magis est propterea lata seu magis specialis. Est igitur haec diuisio peculiaris ratione certæ formæ, sciuncta ab aliis & maiori rei declarationi inferiur. Et quamvis Iason num. 6. dicat, esse quidem sustentabile hoc, nullam esse hanc propriam diuisionem, tamen postea addit: teneatis quicquid veritis, quia est de lana capitina. Secundo obiicitur ei, quod dictum fuit, nullam actionem ulterius extendi, §. illud, supr. ad legem Aquilam. vbi seruus est iussus adire hereditatem, quæ sit centum marcarum, agitur ad totam hereditatem; Obiicitur & l. 3. §. Senatus consultum ff. de incendio, ruina, naufrag. vbi is qui vitem clauum de naui auferit, unde tota nauis perit, ad totum damnum tenetur, quod quadruplum longe excedit. Tertio etiam l. Iulianus. 13. in princip ff. de act. emt. & vendit. vbi occasione pecoris morbos totus grex est contaminatus, vel occasione tigni, vitiosi, tota domus corruerit: Ergo illa universalis negativa non procedit. Respond. Glossa habet hos casus, sed hi omnes loquuntur de interessè vel damno dato alicuius rei, quia seruus tenetur de centum marcis, propterea quod iussus est eam hereditatem tot marcas continentem adire, & non adiit: Deinde occasione ablati vilis clavi, tota nauis periit, unde totum damnum afferens tenetur resarcire, quia ad id occasionem dedit: Denique occasione morbos totus grex perit, unde merito ia totum gregem quis conueniri potest: Hic autem agimus nos de certa pena definita in. ll. Et Hotom. similiter haec ita solvit enunc. 1. vbi haec habet quadrupli appellatione non quævis venit litis, estimatio vel multa legis, sed tantum † ea summa, quæ nominatim, & definite à lege visque ad quadruplum est multiplicata. Nam litis estimatio interdum multo est maior. Nam si quis sciens vitiosum tignum aut pecus morbosum vendit, omnia detimenta, quæ ex ea emtione emtor trahit, præstabit.

Ad Thesin 2. 3. 4.] In simplum agitur ex multis causis, de quibus supra est a- clum: In duplum præter alias actiones supra enumeratas, agitur iudicio serui cor- rupti

scripti. Hoc tamen hic monendum est ex Hotoman. prætermisso esse hic à Tribonianus inter exempla dupli, quod primum exemplum totum sit duplum extra rem, relqua ipsam rem complectantur. Nunc de actione serui corrupti † quæ est actio penalis, & penalis expresse dicitur, in l. hac actio 13. in princip. ff. de seruo corrupto. Sed obicitur l. si quis 9. §. datur ff. de seruo corrupto. vbi dicitur, dari hanc actionem quanti ea res est, in duplum, & primo res est, deinde illa res cum omni intereste duplatur, & sic mixta est hæc actio, partim ex re, quanti ea res est, partim ex pena, quia illud penale est, quod in peccatum accedit l. s. fin. ff. cod. l. Neraius. §. 2. ff. cod. Et per consequens male dicitur hanc actionem esse penalem, cum tamen sit mixta, partim in pena constans. Resp. Verum est hanc actionem esse mixtam, sed potest dici penalitatem, scilicet mixta non simpliciter, quemadmodum in disput. 39. id explicatum fuit. Imprimis autem hoc fuit exprimendum, hanc actionem penalem esse, id quod aliunde venit, alias quis naturaliter tenetur suu cuique restituere, in quo quis damnum passus est, & quod ablatum est; ideo ICtus vocat eam penalem, quod nos securi sumus. Præterea in d.l. hæc actio dicitur eatenus penalem, vel hoc ideo exprimitur, quod non detur in heredem, alias non negatur, quod non sit mixta. Deinde dicitur hanc actionem esse prætoriam, id quod Mynt. hic. num. 2. vult, ex l. 1. ff. cod. Est tamen nihilominus † perpetua, quia post annum datur ratione rei, quam persequitur, & eatenus est rei persecutoria, quia persequitur id quod patrimonio nostro abest, l. sm honorariis 35. in pr. ff. de ob. & art. vnde Imp. in §. 1. insr. de perpet. & temp. art. dicit: plarunque honorariae actiones: intra annum viuunt, quia eius annum erat Imperium; Ali quando tamen in perpetuum extenduntur; quod etiam particula plarunq; ostendit, & ideo etiam hæc actio perpetua. Et quamvis ibi certa exempla referantur, tamen non restrinquent regulam & alia exempla excludunt. Præterea hoc textus in dict. l. hac actio 13. in princ. expresse probat & gloss. id docet ex dict. l. in honorariis, quæ gloss. nobiscum sentit.

Alii ut Wesenb. in parat. ff. cod. in fin. & in suppl. Schneidw. ad §. in duplum. num. 19. dicunt, quod sit civilis id quod probat ex l. 5. ff. de extraordim. trivian. vbi dicitur, quod hæc actio ex perpetuo, & editio detur. Ergo est civilis & perpetua. Resp. Concedere facile possumus hanc actionem dari ex editio perpetuo, inde tamen non statim sequitur, quod sit † civilis, quia id potius civile est quod est ex lege, SCto, Principum placitis, & responsis prudentum. Iam autem certum est ICtum in d.l. 1. dicere de prætore: iudicium dabo, hoc est, ego prætor ex mea iurisdictione iudicium dabo, quod ante non fuit. Et certum est quod olim annua fuere edita prætorum: iam autem sunt † facta perpetua, ita ut non amplius de novo petantur; sed ex perpetuo editio detur. Ratione tamen primæ conceptionis seu primæ nativitatis dicuntur adhuc prætoris, nec degenerant ex eo, quod ex perpetuo editio dentur.

Porro hæc actio est directa & utilis. Directa datur † contra eum qui seruum alienum recipit, eisq; quid dolo malo persuasit, quo animum & mores deteriores redderet. Sed obicitur l. 4. C. de furr. & seruo corrupto. vbi tenetur, qui reuera corrupti; Ergo non tantū qui persuasit. Responde. Vna cum persuadendo requirimus effectum, scilicet ut deterior fiat corruptio requiritur de substantia, quæ sit per persuasionem. Secundo obicitur l. si quis 20. C. cod. vbi quis tenetur actione serui corrupti cum tamen seruu id facit sui domini consensu, cui id manifestauit. Respon: ille casus est singulatis relatus etiam ex d.l. si quis in §. 1. supr. de oblig. quæ ex delict. nasc. tenetur enim † persuasor hic dupli actio, scilicet furti & terui corrupti, seruic corrupti actione tenetur, quia seruo persuaderet, vt domini res ablatas ad se ferat, atq; ita seruu corruptum: Furti tenetur, quia seruu, ipsius instiſtu res.

domino auffert. Ne igitur tales nequitiae excogitentur tam duram pœnam eorum Iu-
stin. constituit quamvis id non manifesteretur. Nec est quod quis dicatur cogitationis
pœnam neminem pati. *I. cogitationis. ff. de penia.* & volenti domino ac consentienti nota-
fieri iniuriam *c. scienti. ff. de reg. iur. in 6.* quia hic reuera est corruptio, non tantum de ser-
uo corrumpendo cogitatio. Deinde etiam si dominus sciat, tamen pœna est duplicitis a-
ctionis ideo constituta, ut alii ea deterreantur, & ita salua maneat substatia dominorum.
& servi non corrumpantur; *Et tantum de directa actione servi corrupti, que directo ex edicto*
10 *datur.* Ut ille non datur ex edicto sed ex interpretatione ob liberos homines, ob filios
filiasve corruptas. Et datur ex officio iudicis, quia liberae personæ † non admittunt aesti-
mationem: Officio autem iudicis supputatur interesse ex dignitate liberorum, quemad-
modum id expresse dicitur in *I. Et tantum 14. §. 1. ff. eod.* Computatur etiam id, in quo fi-
lius meus factus est vilior & utilior ad studia vel ad alia artificia exercenda, id quod
pater delato iure iurando potest aestimare sequente iudicis taxatione. Vide Schneidw.
hic. Datur etiam utilis actio pro famulis, Zal. & Schneidw. *hic. nn. 6.* & quidem ex aquitate. *Id.*
I. Et tantum. §. 1. h. tie.

12 *Ad Thes. 5. 6.]* Hæc actio est perpetua, scil. quatenus rem persequimur, & quatenus
heredibus datur, quod etiam glossa dicit. Imo pœnales sunt perpetuae, & heredib. dan-
tur, nec denegantur, inquit Justin. in §. non autem infra de perpet. & temp. att. In heredem
autem non dantur, eaq; est certissima iuris regula, nisi a principalibus personis sint con-
testatae pœnales actiones. §. pœnales. infra. de perpet. & temp. att. vel nisi quid ad heredem per-
tinerent *I. & n. C. ex delicto. de fur.* Deinde in thes. 6. affirmatur hanc actionem posse inter-
13 dum † concurrere cum actione furti: Imo etiam extraordinariam vel criminalem adiun-
ctam habere posse. Particula vel hic est intendendi pro, etiam, quasi etiam criminalem
extraordinariam adiunctam habere possit; unde etiam non criminalem, id est, priuatam
extraordinariam habere potest. *I. 5. ff. de extraord. crimin. I. & I. ff. de furt. I. & I. ff. de iniur. We-
senb. in ff. de seruo corrupto in fine.*

14 *Ad Thes. 7. 8.]* In triplum agimus actione ex *I. Condictitia.* Et notandum est ex
Schneidw. in §. tripli in princ. † unicam actionem esse relatam ab Imperat. quæ ad triplum
competit, nec plures reperiuntur, adeo ut gl. magna *hic in fine*, dicat saltē de consuetu-
dine contraria sublatam eam esse.

15 *Ad Thes. 9.]* Hæc constitutio Justin. abest à Codice, quo hodie vtimur, Hotom. *bie.*
Sportulae † autem sunt merces illa, quam executoribus litium, & præsidentibus officiis
publicis atque nunciis sive apparitoribus conuenti in iudicio persoluere tenentur, gracie
Sine asta. Et conditio hæc est una actio, licet diuersum effectum & vim habeat modo in
triplum, modo in quadruplum Myns. in §. tripli. num. 8. Notandum etiam est, quod
Hotom. *hic* vocabulum, soluentem, explicat pro *solvere non recusantem*; non enim in sol-
uentem actionem dari putar.

16 *Ad Thes. 10.]* Agitur hic de actione quod metus causa, quæ est in † rem scripta. Sed
forrit obiicitur §. *praterea, b. su.* ubi expresse dicitur, quod hæc actio, quod metus cau-
sa, sit in personam. Respon. Quod in rem etiam scripta sit, aperte docetur in *I. 14. §. in*
bac actione. ff. quod metus causa. Quomodo igitur hæc conciliantur? Resp. Actio quod
metus causa est in rem scripta: vi ipsa est personalis: scribitur in rem exemplo edicti,
persona eius, cum quo agitur, vel qui metum intulit non notata, nullo proprio no-
mine expresso, nec tantum datur in cum qui metum intulit, sed in omnes, qui lucrum
17 ex metu illato senserunt, & est personalis, quia ex delicto est. Inferre enim † metum &

Vim est delinquare. Wesenbec. in *supplm. ad Schneid W. hic. num. 35.* Deinde obiicitur t. si p.atre cogente 13. ff. de rit. nupt. vbi metus laudatur. Respond. Est reuerentialis ibi metus, quemadmodum illalex supra in materia nuptiarum est latius explicata.

Ad Thes. II. 12.] Et nisi fiat in iudicio hoc restitutio intra annum vtilem in quadruplum prætor iudicium pollicetur: post annum in duplum. Est enim hæc actio t. arbitria dans facultatem restituendi reo si vult pecuniam euitare l. item s. 14. §. 1. ff. eod. Cuiac. vtilem requirit annum ex iuriis interpretationibus magis quam continuum. I. Vel post annum. ff. de alienat. iud. causa facta. Præterea prætor plerunque vtilem annum servat. Cuiac. in l. item s. 14. ff. eod. In heredem non datur hæc actio, nisi quatenus ad eum peruenit, id quod affirmatur in l. quoniam. 20. ff. de eo quod metus causa. Cui expresse refragatur l. Videamus 17. ff. eod. vbi dicitur, quod in heredem detur, licet nihil ad eum perueniterit. Respond. Cuiac. in d. l. Videamus ita dicit; Aut consumbit heres id quod ad eum peruenit, aut id naturaliter periit: si consumbit t. omnino tenetur, cum id litis 19 contestata tempore non habeat. l. cum prætor. ff. de reg. iur. Si periit naturaliter ante litis contestata tempus tenetur.

Ad Thes. 13. 14.] Agitur hic de actione editi de calumniatoribus, quæ est perso- 20 nalis & in eum datur, qui pecuniam accepit, ne innocentia in iudicio negocium faceret vel non faceret. Sed obiicitur primo ita: Calumniatores quis potest conuenire extra iudicium. l. se quis. 1. ff. de calum. Ergo non in iudicio. Respond. Dicitur simpliciter dari actionem: iam autem de aliis etiam actionibus sub illo titulo agitur.

Secundo obiicitur ita: Honestæ est res dare pecuniam ne innocens patiatur calumniam. Ergo id male hic asseritur. Respond. Zas. in §. quadruplum. num. 6. dicit. Honestæ quidem quiddam dari, sed turpiter calumniaz causa quid accipi, ipse enim alio deberet continuere manus, cohibere consilium, mentem, animum, ut abstineat ab huiusmodi calumniis, ideo merito t. in quadruplum condemnatur. Nam 21 quod accipit pecuniam ne peccet, omnium verbero maximus est. l. iurisgent. 7. §. si ob maleficium. ff. de pall. Vnde gratis debemus benefacere non propter pecuniam. Et sic intelligenda sunt illa verba: faceret vel non faceret: Vnde etiam intelligitur l. generaliter. §. ex hoc editio. ff. eodem. vbi dicitur, qui depeccatus est, hoc est, turpiter paetus, ut alicui negotium faceret vel non. Quod igitur in thesi 14. dicitur, heredi non competere hanc actionem nisi in simplum, cum sufficeret ei debeat, quod potest repetere eam pecuniam quam defunctus dedit, id ita est intelligendum, defunctus dedit. Scilicet ne calum. pateretur, hoc repetit heres, nam non solum qui pecuniam accipiunt, ut calumniam struant innocentibus hac pena arcentur, sed etiam alii, qui pecuniam accipiunt, ne calunientur. Zas. d. loco.

Ad Thesin. 15. 16.] Quinta generalis diuisio hæc est: actiones alias esse bona fidei, alias stricturis: alias arbitrarias. Quæ diuisio à t. qualitate & natura actionum 22 est desumpta. Wesenbec. in §. actionum in princ. vel vt Angelus dicit referente Mynsing. est desumpta ex cœla substantifica, quod Zasius ita explicat, quæ respiciat qualitates intrinsecas. Sed contra hanc diuisione ita primum obiicitur: Omnes actiones sunt bona fidei: Ergo non sunt 3. species. Resp. Omnes quidem actiones t. habent bonam 23 fidem, sed non eadem exuberantia, exuberat enim bona fides in bona fidei iudiciis, non ita in strictis & arbitrariorum. Secundo obiicitur d. §. actionum b. tit. vbi tamen sunt 2. species, scil. bona fidei & stricti iuris, non autē arbitrariorum: Ergo non sunt tres species consti- tuendæ.

24 tuendæ. Resp. Tres esse species constituendas & hisce † duabus tertiam addendam satis ostendit §. præterea, h. tit. vbi quando in superioribus egit Imp. de bonæ fidei & stricti juris iudiciis, subiicit: Præterea sunt & actiones arbitriaræ. Præterea, hoc est. Præter actiones bonæ fidei & stricti juris. Et id approbat in d. §. præterea. Cuiac. & in l. 9. §. ex hoc editio. ff. quod metus causa. Similiter dominus Borch: in tract. de in lit. iur. Hotom. in thes. s. præterea. h. tit. Deinde id probari videtur ex l. item 5. 14. 6. hac autem a l. 10. ff. de eo quod cert. loco. Tertio obiicitur ita: Actiones arbitriaræ insunt bonæ fidei iudiciis, id quod potest probari ex §. in bona fidei h. tit. vbi dicitur, in bona fidei iudiciis libera potestas permitti videri ut iudicetur ex bono & ex quo estimandi, quantum a dñi re tertiū debeat; hæc est delcrip̄tio actionum bona fidei: Iam ipsis verbis ita describuntur arbitriaræ actiones in d. §. præterea Vers. sn his, vbi dicitur, in his actionibus arbitriariis per nittitū iudicetur ex æquo & bono estimare, quem id modum actori satisfieri oporteat, unde nihil differunt, deinde ex stricti juris actionibus sicut: similiter arbitriaræ propter certum aliquod accidens, vel circumstantiam loci, temporis, &c. Id quod dominus W. cens. in parat. ff. de eo quod cert. loco. & in d. §. præterea sentit, vbi etiam dicit actiones de dolo & metus causa non esse stricti juris, quamuis bona fidei iudic. comparentur, ut actiones legatorum. Sed respondentem est: plurimum differre hasce 3. species & reuera esse inter se dissidentias, cum 25 toto consentaneas: . Et quidem primo notorie † differunt actiones bona fidei & stricti juris, quia in actionibus bona fidei alter alteri obligatur, ut præstet ex æquo & bona fide quantum est æquum officio iudicis. Myns. num. 7. & hæc actiones omnia ex bona fide agunt, vel ut Zal. dicit: Actiones bona fidei habent longam & amplam interpretationem, largioris sunt iuris, & redditur bona fides pinguis & opulenta: Stricti autem iuris actiones certis finibus sunt quasi inclusæ, in quibus non nisi ex coherentium conuentione iudex aliquid facere potest. Mynsing num. 5. vel ut Zal. actiones stricti remanent sordidae, sicut sunt expressæ, stant sicut truncus sterilis, nihil additur, nihil demitur, vide plures differentias apud Dn. Mynsnum. 10. cum seqq. Hotom. dicit ex formula æqui & boni in bona fidei iudiciis agi: in strictis ex stricta formula. Deinde actiones arbitriaræ † differunt ab actionibus bona fidei & strictis, quia bona fidei contractibus sua natura inest bona fides: In arbitriariis inest ex officio iudicis tantum. Deinde in bona fidei iudicis simpliciter condemnatur quis ex natura contractus: At in arbitriariis duæ sunt sententiae, una interlocutoria: altera definitiua: Interlocutoria hæc est: Restitutas rem aut condemnari, si rem restituit & iussu iudicis parer, est absolutio, & cessat condemnatio, alias sequitur sententia definitiua. Tertio dicit Hotoman. in d. §. in bona fidei iudicis alter alteri obligatur ex æquo, quia utriusque tum interesse utro citroque. At lites arbitriaræ ex æquius obligatione nascentur. Quarto bona fidei actiones tantum in personam rapiuntur præter petitionem hereditatis quæ tamen habet personales præstations, & primum a Justin. est ad. l. 17. C. de Æsur. vbi dicitur omnem culpam præstari; Ergo & tenuis. Respond. textus vniuersalis est exaudiendus secundum alios textus, in quibus culpa præstatur tantum. De reliquis supra in quasi contractibus est videndum.

Ad Thes. 17. 18.] Affirmatur in actione negoc. gestor. præstari dolum & culpm, scilicet leuem. Opponitur directo l. 17. C. de Æsur. vbi dicitur omnem culpam præstari; Ergo & tenuis. Respond. textus vniuersalis est exaudiendus secundum alios textus, in quibus culpa præstatur tantum. De reliquis supra in quasi contractibus est videndum.

Ad Thes. 19.20.21.22.] Agitur hic de actione administratæ tutelæ directa, quæ datur pupillo aduersus tutorem, & contraria, quæ datur tutori aduersus pupillū Curatores etiam t̄ vtilē habent tutelæ actionem, quia ad similitudinem tutelæ cura administratur, vnde vtilis curationis causa, in rubr. 2. tit. de tutela, &c. dicitur. Deinde negatur vtilis contraria actio, quia secundum Cuiac. directa dari non potest, cum non vltro cura tor ad negotium accedat. Obstat autem l. 1. § sed eis curator ff. de contraria tutela, vbi datut contrarium iudicium curatori. Ergo non tantum tutori. Respond. Ibi est contrarium iudicium vtile tutelæ, quod vi illius textus dici potest, vel negot. gestor gloss. Et Cuiac. Secundo obstat l. 4. ff. de tut. & rat. distr. Respond. Ibi agitur de tutelæ actione directa non de vtili, & in d. titul. nihil agitut nisi de actione directa non vtili.

Ad Thes. 23.24.] Agitur hic de actione pignoratitia directa & contraria. Vnde patet eam differre t̄ quasi Seruiana, quæ datur creditori ad pignus amisum, recuperandum à quasi possessorē ut sup. disputatum fuit.

Ad Corollarium.] Affirmamus æquissimum esse, actionem vtilem serui corrupti et iam dari t̄ in eos, qui bona fidei studiolos, ad Academias à parentibus missos, ludendo, 30 potando, & scortando corrumpunt. Et certum est parti dari vtilem actionem serui corrupti nomine filiorum, quia eius intercessione filiorum animus corrumpatur. In hoc autem Corollario volumus, vtilem actionem hanc etiam ipsos habere t̄ filios fam. in corruptores: & ideo filio datur, quia corruptio ex sua persona est facta, & charitas à seipso incepit. l. præses. C. de seruit. Et aqua. præsertim quando pater abest, nec reliquit procuratorem, vt refrenentur corruptores iuuenilium animorum, ne postea tristem experiantur exitum, qui eos post dispersum patrimonium expectat. l. fin. § filii. Cod. de bon. qua lib. Deinde Ioannes Faber dicit hanc opinionem esse multum æquam & inculcandam corruptoribus iuuenenum. Sed de rigore iuris eam defendi non posse tenet idem Faber, Plat. Iason. Zaf. Sed obiicitur primo ita: Diuersa est ratio inter patrem & filium, cum filius consentiat in sui corruptionem, non autem pater, & voleuti non fiat iniuria l. r. § filii. Vero ff. de iuri. & quilibet in re sua sit liber moderator & arbiter. Vnde videbatur dicendum filium non habere actionem. Respond. Id quidem verum est, illam actionem non habere directo cum in sui deteriorationem consentiat, quia tamen nemo alium præsertim studiorum debet corrumpere, fauore studiorum ipse corruptus accommodatam vtilem habet actionem t̄, non ex rigore iuris sed ex æquitate. Secundo obiicitur: 32 Ex consilio in delictis nemo obligatur, qui consuluit, licet tertio obligetur, in cuius caput damnum redundant & imputat sibi quis, quod rem turpem etiam alio suadente perpetravit, cum mandatum rei turpis sit nullum. §. illud quoque supra mandati. l. si remunerandi. §. rei turpis ff. mandati. Respond. Nemo obligatur ex consilio nisi sequatur effectum. Et habet hic actionem ex æquitate, non ex rigore iuris, vt supra est dictum, vnde addit Faber, vtinam beneluerent, qui iuuenes ad illecebras alliciunt, vide in Schneidw. alia.

Ad Questionem. Parti an detur actio hæc vtilis t̄ de stuproribus suatum filiatum 33 quæritur. Et deciditur per Zaf. in d. §. in duplum. num. 9. quod sic. Sed obiicitur ita: Qui habet ordinarium remedium non petat extraordinarium, l. in causa, 16. in pr. ff. de minor. 25. annis. Pater haber ordinarium l. Iuliæ de adult. §. item l. Iuliæ. infr. de publ. iudic. Ergo hoc non expertat. Resp. Negari non potest, patrem, habere iud. publ. sed quia s̄p̄ plura remedia sunt pro uno delicto, ideo etiam habet hanc actionem vtilem, quia potest consequi.

vt doceatur, si eam quis ducere nolit, & quidē vt doceatur in loco, cum possit. & gener fidei iure dote. Secundum consuetudinem loci vel regionis, dignitatem puerorum & facultatem patris. Schneidw. hic num. 13. quando non vult eam ducere in odium stupri, id quod in præctica perpetuo est notandum.

DISPUTATIO XLIV.

De actionibus quibusdam bona fidei & Compensatione.
CONTINVATIO.

Expositus quibusdam actionibus bona fidei; nunc de reliquis, videlicet, æstimatoria præscriptis verbis, ex permutatione, petitione hereditatis, ex stipulatu de dote: itemque de compensationibus videndum erit.

Axioma 1. Actio de æstimatorio, dubitationis tollendæ gratia proponitur, cum antea apud veteres dubitatum fuerit, cum res æstimatorio vendenda datur, utrum ex vendito, an ex locato, an ex conducto: an mandati esset actio.

2. Placuit igitur ex hoc contractu dari actionem æstimatoriam præscriptis verbis, quæ est personalis, ei competens, qui rem aliquam alteri certa æstimatione, aut vendendam, aut vendendam dat, sic ut ipsi eandem rem, æstimationem restituat.

3. Nec refert, an gratis vel mercede incerta promissa, rem vendendam accepit, prius tamen huic actioni conuenientius est.

4. Dico, incerta, nam si certa merces pro venditionis opera venit, ex locato & conducto actio competit.

5. Estque perpetua & idcirco transit ad heredes, & in heredes.

6. Actio præscriptis verbis ex permutatione veniens, est actio in personam competens ei, qui rem suam animo permurandi dedit, ut rem aliam ab altero ex permutatione consequatur. Daturque aduersus eum, qui rem alterius ex permutatione accepit, nec tradit suam.

7. Actionem hanc non ex solo consensu aut pacto, sed ex rei propriæ traditione nasci, contra Accursum putamus.

8. Articulum, do ut des, remota aliorum interpretū opinione, nihil à permutatione differre melius videtur.

9. Perpetua est hæc actio, daturque heredibus eius, qui rem tradidit, aduersus heredes illius, qui rem tradere & implere conuentionem cessat.

10. Petatio hereditatis est actio mixta, heredi competens, aduersus possidentem, pro herede vel pro possessore, ut hereditatem totam vel partem consequatur, una cum fructibus.

11. Estque directa & utilis: Directa contra eum, qui pro herede vel possessore possidet: utilis aduersus eum qui rem à possessore emit, datur.

12. Nec

12 Nec refert, an quis ex testamento, an ab intestato, an quis per se an per aliam interpositam personam heres sit factus.

13 Pro herede possidere dicitur, qui assentit se heredem esse, siue hoc putet, siue se heredem non esse sciat; pro possessore, qui nec putat, nec assentit se heredem esse, vel per mendacium, nec ullam causam suæ possessionis possit dicere.

14 Is quoque hac actione tenetur; quidolo desit possidere, aut se litio obtulit.

15 Dico, cum fructibus, nam malæ fidei possessor ad omnes tam perceptos, quam qui percipi potuerunt, bona fidei, non nisi in quantum locupletior est factus, tenetur.

16 Ut igitur hæc actio locum habeat, requiriatur à parte actoris, quod sit heres, & quod ante possessionem non habuerit à parte rei possessæ vel id quod loco possessionis habetur.

17 Est actio ex stipulatu de dote bona fidei, civilis & personalis, quæ datur stipulanti pro consequenda dote promissa, constante matrimonio, vel etiam pro repetenda, eo soluto vel marito ad inopiam vergente.

18 Competit hæc actio tam marito, quam vxori, eorumque parentibus tam extraneis quam heredibus defunctæ.

19 Marito ad dotem prestandam pro euictione dotis, ad fructus, ad versus, à tempore moræ, mulieri pro ea restituenda, ad donationem propter nuptias, ad bona paraphernalia, & vsuras dotis dandum.

20 Tam aduersus dotem vel donationem propter nuptias permittemus, eiusq; heredes, quam accipientem & eius successores.

21 Siue in his certum, siue incertum quid permissum sit, siue de his præstandis, vel restituendis, stipulatio aliqua intercesserit, siue non.

22 Et pro his tam bona vxoris marito, quam mariti uxori tacite sunt obligata.

23 Atq; hoc priuilegium inesse actioni ex stipulatu, ideoq; non personaliter, sed transire ad quemcunq; possessorem & extraneum asserimus.

24 Quamuis autem olim in bona fidei iudiciis ipso iure: in strictis non nisi doli mali exceptione opposita, locum habebat, tamen hodie omnes actiones siue in rem, siue in personam ipso iure compensatio minuit.

25 Interim tamen actioni depositi, vestigialium, & possessionem alienam perperam occupantibus compensatio denegatur.

Corollarium. Mulierem ratione dotis numerata, omnibus mariti creditoribus etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus (contra communem opinionem) præferendam esse fixo pede sustinebimus.

DISPUTATIONIS XLIV.

De actionibus quibusdam bonæ fidei, & de compensa-
tione, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

1. *Actio estimatoria, & ex permutatione cur inter bona fidei actiones relata.*
2. *Actio prescriptu verbis cur sic dicatur.*
3. *Contractus innominati quid sint.*
4. *Actio prescriptis verbis quando detur.*
5. *Actio prescriptis verbis quot species habeat.*
6. *Actio, ex verbis, facio & des, qualis oriatur.*
7. *Actio de dolo est famosa & subsidiaria.*
8. *Actio de dolo non concurrit cum actione prescriptu verbis.*
9. *Verba, facio & des, an actionem prescriptu verbis producant.*
10. *Actio prescriptis verbis est lenior quam actio de dolo.*
11. *Conventions quis initium dederit, in conventionibus videndum.*
12. *Æstimatoria actio cur proponatur.*
13. *Æstimatoria actio cui competat.*
14. *Æstimatoria an mercedem requirat.*
15. *Prescriptu verbis bona fides actiones quo sint.*
16. *Actio ex precario quomodo dicatur esse bona fidei.*
17. *Contractum bona fidei initii, & esse bona fidei, differant.*
18. *Permutationis vocabulum generale est, & omnes contractus continet.*
19. *Venditor non tenetur rem dare emtori, sed tantum tradere.*
20. *Actio ex permutatione unde oriatur.*
21. *Articulus, do & des, à permutatione non differt.*
22. *Genus omnibus speciebus competit.*
23. *Petitio hereditatis ait sit actio mixta ex reali & personali.*
24. *Actio hereditatis petenda an sit stricti iurius.*
25. *Actio petenda hereditatis non datur aduersus tituloposidentem.*
26. *Actio pro dote, continet in se actionem rei exoria.*
27. *Dote est proprium patrimonium mulieris.*
28. *Continguum est contractus bona fidei.*
29. *Actio pro dote cui detur.*
30. *Compensatio quid sit.*
31. *Debitum & creditum quid hoc in loco significant.*
32. *Compensatio quando procedat.*
33. *Compensatio an tantum in quantitate fiat.*
34. *Genus in iure nihil est aliud quam species in eo contenta.*
35. *Compensatio, hodie omnes actiones, tam in personam, quam in rem ministrat.*
36. *Actionem non habere ipso iure, & eam per exceptionem infirmare differunt.*
37. *Compensatione etiam sine iudice ministratur actio.*

- 38 Compensatio &c consisteret vox hominis requiritur.
 39 Compensatio quod locum habeat in actione depositi, & quare.
 40 Vxor an repetenda dote preferatur omnibus mariti creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus.
 41 Mulier in dote causa preferitur ei, qui credidit marito pecuniam in verum suarum refectionem.
 42 Praxis generalis est optima rerum magistra.
 43 Dote etiam fisco preferatur.
 44 Fiscus non preferitus expressam & partam hypothecam habentibus.
 45 Parentes coguntur liberos suos in matrimonium collocare & dotare.
 46 Dotae mulieribus salvas esse. Republ. interest.
 47 Mulierum infirmitati sape contra regulas iuris succurruntur.
 48 Pignora qui acceperunt, prius legi omnibus preferuntur.
 49 Fiscus & mulier pari passu ambulant, & quomodo illud intelligendum sit.
 50 Dote pluribus coheneſtatis est priuilegium quam fiscus.
 51 Mulier & fiscus quomodo differant.
 52 Maritus habet tacitam hypothecam pro dote consequenda.
 53 Donatio propter nuptias an subsit tacita hypotheca.

HA C T E N V S de quibusdam bonæ fidei actionibus fuit tractatum & disputatum: Superest ut in hac disputatione reliqua, quæ adhuc supersunt, explicentur. Supersunt autem quatuor. Primo, Actio præscriptis verbis estimatoria. Secundo, actio præscriptis verbis ex permutatione. Tertio, petitio hereditatis. Quarto, actio ex stipulatu de dote. Sed obiicitur actionem præscriptis verbis esse stricti iuris: Ergo & hasce duas. Respond. Iustin. Imp. duas illas actiones inter bona fidei actiones referit, † quia actio estimatoria t. habet cognitionem cum cointione, locatione & mandato, unde veteres dubitarunt, an ex emulo locato, mandato, &c. actio sit danda, quemadmodum in l. 1. ff. de estimatoria. videtur licet, vbi etiam dicitur, quod bona fidei sit actio. Deinde actio præscriptis verbis ex permutatione similiter bona fidei est, quia ex æquo & bono omnia ibi secundum legem conuentionis sunt peragenda. Actio autem præscriptis verbis alias est stricti iuris. Dicitur autem actio † præscriptis verbis ideo, quia in id quod datur, quemadmodum in contractu à contrahentibus, verba sunt præscripta, reliqua actiones dabantur à prætore mediatis & conceptis verbis, vt Dn. Borch. in tit. de locat. loquitur & Mynsing. num. 76. cum seqq. in §. actionum. h. tit. dicit, præscribere esse ordinata variis actionibus, quod fieri placet contrahentibus, & inde sunt naturæ actiones præscriptis verbis, quia natura rerum ita est comparatum, vt plura sint negotia, quam vocabula. l. natura. ff. de præscript. Verb. Et haec actiones etiam in factum actiones dicuntur, Verbr. tit. ff. de præscript. Verb. ostendit, & Zaf. §. actionum. num. 30. Vocantur etiam contractus hi innominati, † quia non habent proprium nomen in iure nostro, sed communis nomine veniunt, scil. quando ita est præscriptum, præfinitum, condicatum, conuentum, quod est medium concludendi. Zaf. in §. actionum. n. 30.. Et † datur actio præscriptis verbis, quoties de nomine aliquius contractus ambiguitur, vbi tamen actio danda esset. l. 1. ff. de estimat. att.

Sunt autem † quatuor hi articuli, quibus actio præscriptis verbis denotatur. Do ut des, facio ut facias: Do ut des, d. l. s. in pr. ff. de præscript. Verb. Articulus do ut des, similis est cointioni, & nascitur inde actio præscriptis verbis ex permutatione, quæ est bona fidei, quemadmodum supra dictum fuit: De qua actione infra latius agemus. Ex art.

ticulo, facio ut facias, nascitur actio praescriptis verbis ex permutatione qua est bona fidei, quemadmodum supra dictum fuit, de qua actione intralatius agemus; Ex articulo, facio ut facias, nascitur actio praescriptis verbis, & similis est mandato, d.l. 5. § sed si facio in fin. ff. de prescript. Verb. Ex articulo, do ut facias, nascitur quoque ciuilis actio praescriptis verbis, qua in aliis casibus est stricti iuris: in causa actionis astimatoriæ est bona fidei, ita enim est conuentio: Do tibi rem illam vtendam, ut eam mihi restituas, vel astimationem, ut infra dicetur. Si autem inest conuentio: Do tibi vestem, ut astes fratri in iudicio, est praescriptis verbis, stricti iuris, non bona fidei. Zal. in §. actionum. n. 26. Obicitur l. 5. §. sed si dedi. ff. de prescript. Verb. vbi videtur quod non detur actio praescriptis verbis ex articulo, Do ut facias. Sed solutionem vide in Borch. tract. infra de past. c. vlt. n. 32. quæ placet. Denique est articulus, facio ut des, qui alii contractui non comparatur d.l. 5. §. quod si faciam. ff. de prescript. Verb. Quæ autem actio † ex hoc articulo detur, plurimum controvexitur inter Dd. Aliqui volunt nullam inde dari actionem ciuilem praescriptis verbis, sed tantum dari actionem de dolo vel in factum prætoriam. Qua in sententia est Myol. num. 31. §. actionum, addens causam, quia cum facta vt pluimun repeti non possint, lex generaliter introduxit, ut de dolo ageretur. Idem etiam sentit Zal. in §. actionum. num. 28. addens hanc rationem, quia dolus est euidens, cum pro te ierim Romam. Welenb. similiter ita sentit in past. ff. de prescript. Verb. num. 5. vbi dicitur, nullam dari ciuilem actionem, cum nulla subsistit obligatio, quæ formam ciuilis contractus habeat, & ideo de dolo dari subsidiariam, quia non habet affinitatem cum nominato contractu, ut reliqui articuli, cui accommodetur. Deinde ex facto perinde mihi non obligaris, atque ex datione, quia fieri potest, ut ex facto meo nihil ad te perueniat, verbi gratia: Si seruum meum manuauitam, ut mihi des decem, hic constat ad te nihil commodi ex libertatis datione redire, quo mihi ciuilites obligeris, de qua specie loqui licet, exemplum manumissionis paulo ante positum dicitur. Quod cum ita sit, ad euitandas illas discipulas, & in omnem euentum dicitur actio de dolo: Etenim in dolo es qui cestas fraudulenter in dando, postquam ego feci. I. dolum. sapr. mandati. Nam actio de dolo datur tum, quando nulla alia actio competit ciuilis vel honoraria, quia est actio † famosa & subsidiaria l. 1. §. art. prator, l. 1. & ff. de dolo malo. Dicitur igitur de dolo actio, vbi dolus arguitur: si dolus descendit in factum datur actio prætoria in factum, ea est actionum perpetua. Idem sentit cum Welenbec. Cuiac. in l. 5. ff. de past. pag. 21. vbi dicit tantum dari actionem de dolo per d.l. natu. 5. §. quod si faciam. ff. de prescript. Verbis. Et l. eum proponas. 4. C. de dolo malo. Cui tamen directo opponitur l. 3. §. quinimo. ff. de condit. causa non secut. vbi est actio praescriptis verbis in eo casu, quando inter nos conuenit ut tibi darem decem, & manumitteres Stichum. Manumisisti, nec tibi do decem, actionem habes praescriptis verbis. Sed in d. l. 4. C. de dolo. est de dolo actio. Respond. Actio de dolo non † concurred cum actione prescript. verb. l. intragent. 7. §. sed eti. ff. de past. & semper spectandum est quid initio conuenerit, utrum fuerit ita contractum, dabo' decem ut manumittas, ut in d.l. 3. §. quinimo, in d. l. 4. dicitur, vel ita manumitto ut des, ex quo de dolo tantum agitur. Hanc sententiam simpliciter sequitur Dr. Borch. in tract. de past. c. vlt. num. 22. Et num 34. & in Comment. ad tit. Institut. de locat. Et conduct. propter hanc rationem, quia contractus ex hoc genere vel articulo nullam habet affinitatem, cognitione & similitudinem cum contractibus, qui legitimimo modo predicti sunt. Hanc sententiam sequitur Pacius in Antinom. cent. 3. arg. 4.

Alij contrariam sententiam tuentur, scilicet competere actionem praescriptis verbis, qua in sententia est Hotton. in §. actionum, enunc. 3. Duaten. in tit. ff. de prescript. Verb. Fundamenta † eorum sunt l. lex solent. 15. ff. de prescript. Verb. vbi est negotium tale, facio ut des, hoc

hoc est, reuelles hoc & dabo centum, & tamen dicitur actione præscriptis verbis dari. Si autem dolus arguatur, dari actionem de dolo, & dicit Duaren. in Vers. Ultim. particulam nisi non corrigere præcedentia, sed esse quandam exceptionem. Quando enim ICTU quid corrigunt, habent particulam, tamen est, &c. Et est l. cum mota. 6 C. de transalt. vbi in tali conventione datur actio præscripti, verb. Deinde est §. si de causa, supr. de locat. & conduct. vbi datur similiter actio præscripti, verb. vbi exequiparatur locationis operatum, vt & in l. in operis. ff. locati, vt vult etiam Donell. Quarto, dicunt ideo dari actione præscripti, verb. Quinto, actio præscriptis verbis est † lenior quam actio de dolo, quia infamat, vnde actio præscriptis verbis potius erit intentanda. Denique ad d.l.s. §. quod si faciam, respondent diuersimode scilicet non dari actionem scilicet directam sed virilem scilicet præscriptis verbis q̄ virilis dicitur in l. cum mota. 6 C. de transalt ita sentit Duaren. Hottom. dicit illa verba: non dari actione: esse referenda ad illum calum, de quo Paul. ibid. disputat, nimirum cum in factura est, unde nihil ad alterum peruenierit, veluti si seruum meum manumittam, vt mihi des centum, sed quoties ita tua interfuerit, me fidem præstare, vt ex eo commodum & emolumenatum aliquod perciperes, præscriptis verbis agetur, vt in eo calu perspicue est dictum. Donell. referente etiam Welenb. in parat. ff. de præscript. Verb. num. 5. putat illa verba: nullam esse actionem, respicere ad præcedentem & scilicet nullam esse conditionem; Et sic etiam hanc sententiam defendit. Cuiac. autem & alij, vt Borch. in tractat. de part. c. Ult. num. 36. hisce fundamentis non sunt contenti, sed respondent ad dd. II. hoc modo, in d. solens, particul. nūf: corrigit præcedentia, id quod tantum Duaren. negat & dicit potius illam particulam, Et, desiderari in Noricis libellis, ne forte quis putet duplē actionem posse dari act. præscript. verb & de dolo, quod est contra d.l. 1. §. 3. ff. de dolo malo. vt supra dictum. Deinde ad d.l. cum mota. Cuiac. & Dn. Borch. in d. loc. respondent, ibi ita negotium fuisse gestū. Dabo sibi partem bonorum, vt à lite d' secedas: Ergo est, do vt facias, ex quo oritur præscript. verb. Deinde ad d. §. quod de causa, respondent Borch. in Comm. ad tit. Insit. de locat. Ibi non esse tale negotium, facio vt des, quod est vicinum locat. & conduct. Sed ita: Dabo mercedem, de qua inter nos conuenerit, vt tu vestimenta sarcias: Est igitur articulus, do vt facias. Et in † conventionibus videndum est, quis initium dederit conuentioni, non qui citius vel prior fidem liberauerit, Et tantum de hisce 4. articulis.

Ad Thesis 1.2.3.4.5.] Agitur in hisce thesi. de actione estimatoria, quæ proponitur † dubitationis tollenda gratia. Obiectebatur l. & eleganter. 7. §. non solum ff. de dol male. vbi datur actio, quando dubitatur, an alia actio supererit. Resp. quod in d. l. & eleganter affirminatur, diuersum est à thesi nostrâ. Nā hic agimus tantum de estimatoria actione, & de negotio tali, vnde actio præscript. verb. oriatur, & hic non agitur de dolo. Sed in d. l. & eleganter, agitur de dolo, quando scilicet dubitatur, quæ actio sit danda, vel quando nulla actio alia superest, tunc in subdandum datur actio de dolo, quando scilicet dolus arguitur & adest. Et illud diuersum ab hoc esse nemo facile primo intuitu viderit. Deinde monendū est Hottom. hic enunc. 5. dicere diuersam esse actionem præscript. verbis: ex permut. & estimatoriam id quod concedi vix potest, quia duas ultimæ sunt actiones præscript. verb. id quod Imp. Iustin. hic expresse addit. Hæc autem actio † estimatoria ei comperit, qui rem aliquā alteri 13 certa estimatione aut vendendam aut vtendam dat, vt ipsi eandem rem vel estimationem restituat: Eodem fere modo Hotom. eam definit in enunc. 5. Aut rem interrupiā restituat, aut estimationem referat. Nec refert an gratis vel mercede incerta promissa res vendenda vel vtenda sit accepta. Prius tamen huic actioni est conuenientius, scilicet vt gratis fiat, quia pro officio præstito nihil est postulandum, & hic est officium magis, & est bona fidei. Sed opponitur l. 2. ff. de estimatoria, vbi dicitur mercedem interuenire.

Respond.

Resp. Dicitur quod hæc actio sit utilis, et si merces interuenierit, quasi veller dicere ICrus Paulus, etiam eo calu hanc actionem esse utilem, quando adest merces: Ergo innuit etiam 14 † sine mercede eam fieri posse: Oldendorp. tamen act. 3. class. 4. n. 2. dicit, hanc actionem directo gratis dari: Ut ille si mercede, per d. l. r. ff. cod. Estq; perpetua & transit ad heredes, & in heredes datur, Et thes. 5.

Ad Thesis 6.] Incepit nunc actio de praescriptis verbis ex permutatione, quæ est bona fidei, quemadmodum actio praescriptis verbis de estimat. l. 2. c. de rei permutat. 15 ubi dicitur permutatione esse bonæ fidei: Et haec duæ tantum † sunt, in quibus praescriptis verbis actio fidei est. Sed obiicitur valde l. 2. §. naturalem. ff. de precario, ubi dicitur, actionem praescriptis verbis, quæ datur ex precario, esse bona fidei, pata concedo tibi Codicem precario hac conuentione ut mihi cum reddas, quounque die repeatam: Estque praescriptis verbis, tradit ut tradas, quæ nascitur ex interdicto precarii: Ergo sunt plures actiones bona fidei praescriptis verbis. Resp. Hortom. enunc. 5. §. actionum. dicit dubitari ex hac l. possit: Sed Zal. in d. §. actionum dicit, non esse bona fidei, quia in d. §. actionum. non enumeratur; & certum est, omnes ibi numerati actiones bona fidei, ut supra visum fuit. Nec obstat 16 quod in d. l. 2. dicitur, eam ex bona fide esse, quia id intelligitur de naturali exequitate, in qua primum locum bona fides habet. Et longe † est aliud contractum bona fidei initii & esse bona fidei. Manet igitur verum duas haec tantum actiones praescriptis verbis esse bona fidei. Est autem actio praescriptis verbis ex permutatione † actio in personam aduersus eum instituta, qui cum pepergisset, ut res sua cum alterius re communaretur, postquam rem alterius accepit, suam non praestat. Sic cara actionem definit Hortom. enunc. 5. hic. Res 17 igitur pro re datur in hac actione ex permutat. præscripti verb.

Sed hic tria obiiciuntur: Primo obiicitur, hanc actionem non esse ex praescriptis verbis, & sic ex contractu innominato, cum proprium nomen habeat, & quidem elegans, quia permutatione est, seu οὐνάλλαγμα & dicitur emptio, locatio, qui contractus sunt innominati. Respond. Mynt. hic num. 91. hoc mouet, ut & in disput. motum fuit, & respondet ex Oldendorp. in præs. huius actionis. ut ego respondi, permutationis verbum nimis esse generale, & continent † omnes contractus nominatos & innominatos, cum nihil aliud sint contractus, nec alio pertineant, quam ut permutando communicentur res inuicem. Non igitur habet proprium nomen permutatione, sed sui generis nomen transit in proprium nomen, stat in suo generali nomine, respectu igitur aliorum contractuum, emtio, locatio, &c. recte innominatus dicitur. Secundo obiicitur, quod si pecunia pro re datur, sit emtio & venditio, id quod probatur expresse per d. l. 5. §. et si quidem. ff. de praescript. Verb. Cui tamen omnium opinione expresse refragatur l. 5. ff. de contract. causa dat. causa non fecut. ubi in eodem casu nulla alia datur actio quam conducta causa data causa non leccuta; & quidem ex contractu innominato, do ut des, ubi tamen pecunia adest; Ergo non semper res pro re datur. Respond. Certum hoc est in permutatione rem proprie dari, id expresse dicitur in d. l. 5. ff. de praescript. Verb. Deinde certum est esse emtionem quando pecunia datut ut res accipiatur, secundum d. l. 5. §. 1. Sed quomodo d. l. 5. ff. cum eo conciliatur? Pacius cent. 3. antnom. arg. 9. 8. respondet hoc modo: aliis verbis contractus innominatus, do ut des, judicatur in d. l. 5. aliter in d. l. 5. §. 1. de emt. agitur: In d. l. 5. dedi pecuniam ut dares, qui abhorret à natura emtionis & venditionis, quia † venditor non tenetur rem dare emtori sed tantum tradere, siquidem date est dominium transferre. §. sic itaq;. b. tit. quod venditor facete non tenetur l. 5. ita 25. §. 1. ff. de contrah. emt. Est igitur contractus innominatus, do ut des. Sed in d. l. 5. §. 1. ita contractus fuit, do ut accipiam, quod perinde est, ac si dicamus, do ut tradas, quod emtioni & venditioni conuenit. Eandem solutionem habet Cuiac. in d. l. 5.

d.l.s. de past. pag. 18. Borcholt. in tract. de past. c. 8. l. n. 14. Sed hoc etiam dicunt illi in d. l. & l. non contrahi permutationem, quæ non in pecunia sed in consitit, nec esse emtio-
nem, quæ ita contrahitur, do tibi pecuniam ut tradas rem, non ita: do tibi pecuniam ut
des seruum: Datur igitur nulla alia actio, quam condicione causa data, causa non lecura.
Tertio obiicitur l. str. constante. ff. de iure dot. in qua Modestinus docet, constante matri-
monio, dotem ex pecunia in rem, aut ex re in pecuniam permutari posse, si hoc mulieri
sit vtile. Respond. Permutatio ibi pro emt. vendit. accipitur quemadmodum apud C. & Plin. sapissime, vt à Tiraquelle est traditum de stroque retrat. s. 30. gl. 1. num. 19. Borch
d.c.d. loco 11. 12.

Ad Thesin 7.] Actio hæc † non ex nudo oritur consensu, vt en. jo & venditio, li- 20
cer ei sit vicina, sed ex re tradita initium sumit, id contra Accusianos putamus ex l. 1. §.
item emtio. ff. de rerum permuts. vbi expresse emtio in eo ab hac actione sciungitur, quo ni-
hil clariss dici potest. Deinde in l. 3. C. eod. dicitur ex placito permutationis nulla re se-
cunda constat nemini acquiri actionem vel competere, vbi v. de Gothofred. Sed obiicitur l.
§. C. de rerum permuts. vbi ex nudo consensu initus hic contractus parit actionem pra-
script. verb. Resp. Ex nudo consensu non initur, vel ex nudo pacto: nam hæc conuentio
data rei lege certa, quæ à datone sumbit effectum, non pacti solum nomine censeretur, sed
est contractus. Cuiac. lib. 11. obs. c. 17. in fin.

Ad Thesin 8. 9.] Affirmatur in thesi 8. articulum, do vt des, nihil † à permutatione 21
differre; Quia in sententia est Vaudus lib. 1. Variar. questione quæst. 25. Item Coras. lib. 2.
Miscellan. c. 15. num. & l. Et Borch hic dicit: Prostus hæc nihil differre, nisi quo ad sonum
nominis, vt Vaudus loquitur: Fundamenta horum satis sunt evidentia. Primum est in d.
l. naturalis. in pr. §§. sin. extrem. ff. de præscript. verb. vbi expresse dicit Ictus Paulus: Do vt des
esse permutationem. Et Paulus ait, in diversis esse permutationem, l. 1. ff. de contrah. emt. De-
inde si oleum pro frumento, aut pro possessione cesserit adificium, contractus hi inter per-
mutationes habentur, ex constitutionibus l. quomodo. l. emtionem. C. de rerum permuts.
Deniq; si Pamphilum accepturus Stichum do, non minus in permutationem itur, quam
si vt mihi Schyphus detur, dederim. l. sed ex i. lege. §. consulit. ff. de perit. hered. In cōtraria sen-
tentia est Accurs. in l. iurigent. inter l. facias. ff. de past. Hunc sequitur Bart. Et Mysl. Bar-
toli sententiam amplectitur, distinguendo scil. si ex virtuare parte est species certa præstan-
da, puta, do tibi tunicam tuam nigrā, vt des mihi tuam purpuream, est permutatio: Sed
quando ex virtuq; parte est genus, vel ex altera tantum, tunc est contractus innominatus,
do vt des, Vaudus in d. loco dicit: Do vt des esse genus permuts. speciem. Et dicunt, si vnū
& idem essent permutatio, & do vt des, sub diversis titulis daretur permutatio, & de præ-
script. verb. de iis non ageretur. Tertia ratio, Actio ex præscriptis verbis ex permutatione
est bona fidei: ex articulo Do vt des est stricti iuris. d. §. actionum. Sed respondendum
est ad primam rationem ex Coras. eam nulla lege esse fundaram & ideo non tolerandam,
quia cur non fieret etiam iusta permutatione & dominio translatio in iis quæ in genere con-
fiuntur, vt in speciebus? Namvis sane species magis sint certa & obvia: tamen in genere
si quid consistit, facile in species resoluti potest, quia † genus omnibus speciebus competit. 22
Ad secundum argumentum quod attinet, sciendum est, collectores nostrorum librorum,
voluisse primo loco in specie agere de permuts. & astimatoria, cum sint bona fidei in di-
stinctis titulis. Deinde de articulis do vt des, &c. In genere in singulati titulo, exceptio est
in priorib. titulis: regula in posteriori. Tertiū argument. est nullius momenti, quia artic.
do vt des, cum inducit permutationem, sit bona fidei, & non est stricti iuris.

Ad Thesin 10. vsque ad 16.] Agitur in hisce thesibus de petitione hereditatis, quæ est † actio mixta. *I. hereditatis. 7. C. de petit. heredit. Myrl. §. actionum. n. 105.* Opponitur autem directo *I. sive autem. 27. §. sed & i. ff. de rei vindicatione, vbi dicitur expresse, quod petitio hereditatis in rem sit actio;* Ergo non est mixta, hoc est, partim realis, partim personalis. Respond. Mixta dicitur ideo, quia multum habet personalitatis, id est, præstationū personalium, vnde etiam propter personalitates donata est inesse bona fidei, quemamodū Zasushic dicit; Proprie autem in rem dici potest *secundum d.l. quamvis Iason hic dicat,* nullam nos inuenturos actionem in rem, quæ sit bona fidei. Insto hoc modo. Interdum *24. actiones hereditariae † sunt stricti iuris;* Ego & actio hereditatis petendæ. Resp. *Zas. n. 41.* *hoc §. n. dicit attingendam esse naturam talium actionum hereditariorum, quia si sunt stricti iuris, & petitio hereditatis erit stricta:* Secus si sit bona fidei. Sed contra datam solutionem obicitur *Litem venient. §. cum prediximus. ff. de petit. heredit.* vbi actiones hereditariae perdunt naturam earum in petit. heredit. cum heres agit petitione hereditatis agit ad actionem hereditariam, & tunc actio hereditaria naturam non amittit. Respond. *Zas. in d. loco.* perditur natura, quo ad naturam aduentitiam accidentalem, sicut est in l. Aquilia, nam a clionis materia nō est ad duplum, sed tantummodo ad damnum. Sed si reus insicetur iam aduentitie crescit poena dupli, & ita dicitur accidentalis natura actionis, quæ tollitur per petitionem hereditatis. Ceterum quo ad naturam primordialem, essentialem & originariam, quæ inest ab initio actioni hereditarie, sicut est strictum ius in mutuo, ista natura magis est in fixa actioni hereditariae & connexa & concreta, quæ non tollitur petitione hereditatis, immo actio hereditaria eo loco mutat naturam petitionis hereditatis. Si actio servi corrupti ab initio & essentiabiliter ad duplum competit, vnde pena nō mutaretur, non tolleretur petitione hereditatis. Hac autem actio non datur aduersus † titulo possidenteum. *I. regulariter. ff. de petit. heredit.* vide Gothofred. in l. Vlt. C. in quib. causis tesc. long. temp. prescrift. Et verius est hanc actionem etiam non dati aduersus singulare titulo possidentem, quia is nititur causa dominij, super qua se non fundat petitio hereditatis, in qua sufficit docere, bona hereditaria sub manu defuncti fuisse, Myrl. hic. n. III. 112. *Ad fructus quod atrinet, de iis supra in disput. de acquir. rer. domin. copiole dictum est, quæ hic repetit inutile fore puto.*

Ad Thesin 17. vsque ad thes. 23.] Agitur in hisce thesibus de actione pro dote, quæ ad Sacrosanctum matrimonij contractum pertinet, ut dicit Oldendorp. class. 4. art. 26. in princ. Et hæc actio continet in se † actionem rei vxoriarum, quæ in eam est transfusa, tot. tit. C. de rei vxor. art. Et dicitur potius actio rei uxoriæ quam maritalis, quia tendit ad 27. repetendam dotem, quæ est † proprium patrimonium mulieris, l. 35. sed & trum in sim. ff. de minor. eo non obstante, quod dos sit mariti. *I. doce ancillam. C. de rei vendit.* de quo alibi dictum fuit: Estque hæc actio bona fidei. Cui obstat, quod stipulatio sit stricti iuris, cum hic non enumeretur: Ergo & hæc actio ex stipulatu. Respond. Per accidens ratio-*28. ne & fauore dotis sit bona fidei.* Nam & coniugium, quæ est perpetua communio † est bona fidei, & ex aquo & bono contractu censemur. Welenbec. hic in princip. Estque tunc etiam bona fidei, quando maritus petit dotem ab uxore, vel eius patre, vel ab extraneo, qui dotem promisit, Iason in § fuerat. num. 14. Et datur aduersus stipulantem: sic loquitur Myrl. in d. § fuerat. u. 22. Videretur rectius aduersus promittentem, sed ita intelligitur hic quasi per stipulationem promittentem. Is enim proprius ex stipulatu tenetur, qui per stipulationem dotem promisit, sive sit vxori sive maritus. Et datur † uxori & marito. Uxori ad 29. pendam donationem propter nuptias, & ad repetendam dotem à marito, & datur marito ad pe-

ad petendam dotem, quia hi duo pari iure censentur, licet paritas facti sit sublata. *Notiss.*
27. de equal. dot. Oldendorp ibid. n. 4.

Ad Thesin 24.] Absolutis nunc omnibus bonæ fidei actionibus, subiicitur etiam ab Imp. aliquid de compensatione † quæ est debiti & crediti inter se contributio. *L. ff. de 30 compensat.* Debitum autem & creditum † strictius hic accipitur, pro quantitatibus scilicet 31 pro pecunia numerata & aliis rebus fungibilibus, ita tamen ut frumentum pro frumento compenseretur. Species igitur seu corpus cum corpore non compensatur. Vnde si peto abs te vas argenteum, & tu vicissim obiiciis compensationem, quod ego tibi vicissim vas argenteum debeam, possum ego iuste compensationem detrectare. Ratio est in textu nostro, quia ista compensatio petita non nititur iure aperto, hoc est, utroque non est certa aestimatio in fundis & corporibus vel speciebus valor & aestimatio variat, item in eis cadit affectio, fundus meus forte mihi est charior quam tuus fundus. Textus etiam est in *L. ff. conuenierit.* 2. ad fin. prin. ff. de pignor. action. vbi debitum, quod haber species, corpus, si datum est mihi pignorum a debitor meo, & si exigam hanc species debitam, non possum compensare cum debito mei debitoris. Item habetur id in *L. quod dicitur. ff. de 32 impens. in reb. dotalib. fact.* vbi si versentur corpora uxori soluto matrimonio, ista corpora non diminuunt dotem, quia cum pecunia non compensantur. Item est textus in *L. ff. non sortem.* §. scicentum ff. de condit. indeb. Hanc conclusionem extende, quia nec species cum quantitate compensatur. Zafius hic. num. 10. procedit autem † compensatio, si res est aestimata, quia tum certus valor est, vel si ex necessitate ad aestimationem peruenitur, puta si reus in rei vend. pro fundo dat aestimationem, vel si res aliena est legata, & dominus eius rei eam non vult vendere, tunc aestimatio sit, & ibi locum habet compensatio. *L. de 33 res.* §. qui confitetur ff. de legat. 1. l. non dubium. §. fin. ff. delegat. 3. Sed obiicitur primo, §. in bona fidei, b. iii. n. vbi dicitur competere compensationem vel receptam eam esse in actionibus realibus Iam autem certum est rei vindicationem prosequi tantum corpora & species: Ergo in iis compensatio locum habet. Respond. Zaf. num. 11. quod Gl. dicat compensationem introduci in actionibus realibus, non cum corpora sunt restituenda, sed cum peruenitur ad estimationem, si reus in rei vindicatione offerat aestimationem pro fundo, dabo tibi decim, pro isto fundo petitio & actor acceptet, iam locum habet compensatio, si actor etiam sit obligatus reo in decim, sic in realibus actionibus admittitur compensatio. *L. qui restituere. ff. de rei vendic.* l. cius rei cum l. seq. ff. eod. tit.

Secundo opponitur *L. 1. §. stem. se cum. ff. si pars heredit. pet.* vbi sextans hereditatis cum sextante compensatur. Deinde obiicitur *L. & num ex familia.* 67. §. sed ff. vno. ff. de legat. vbi genus cum genere compensatur. Tertio obiicitur *L. qui non militabat.* 78. in fin. prin. ff. de hered. inst. vbi similiter genus cum genere compensatur: Ergo compensatio etiam species seu generum est concessa, & non tantum † quantitatum. Respond. Zaf. h. n. 12. dicit glossam & Dd. communiter consentire, quod compensatio generis ad genus valeat, eamq; visque adeo secundum gl. & Bart. esse communem opinionem, vt pudor dici possit contrarium sentire, puta, peto abs te equum, quem prouisiisti in genere, tu in uicem vis compensare equum, quem tibi debet etiam promissum in genere: Ego peto a te hominem in genere, tu vicissim obiiciis compensationem de homine in genere; Sic de animalib. in genere. Vicit autem Zaf. hanc differentiam habere errore inexcusatum, qui ratione viua & spiranti possit ad oculū ostendi. Nam † genus in iure nostro nihil est aliud q̄ species in eo contenta, cum nomine hominē, tunc perinde est ac si nominarem Stichum, Flaccum, Boten & oēs alios seruos, id est in *L. Maxius.* §. duob. ff. de legat. 2. vbi dicitur hominis appellatione oēs venire homines, id est, seruos compendio sermonis. Et homo in genere non pot. st solui nisi per

speciem. *I. cum incertus ff. de legat. i.* Ergo si in speciebus non potest compensari recte in generibus, quæ non sunt nisi species breuitate sermonis collectæ. Nec obstant dñi. II. quia d. l. *i. §. item si cum.* loquitur in cōpensatione partium hereditatis, puta si vni ex hereditibus debetur certa pars à coheredibus, & ipse inuicem debet certam partem coheredib. istæ partes cæteris paribus mutuo compensantur, & illa compensatione est licita. Vide casum *d. l. i. §. item in Zaf. n. 21.* Deinde in iis vocabulum compensationis impropte accipitur, & ita sentit Dn. Borch. *in publ. disput. de compensat.* de tribus II. istis, in iis pro deductione accipi compensationem, nec talem ut hic definitur intelligi compensationem. Cuiac tamen pro vera compensatione de *L. & num ex famili. lib. 15. obf. c. 1.* Et Gotthofred. *in d. l. qui non militabat.* dicit valere generis ad genus deductionem. Deniq; obiicitur *L. i. §. si quis seruum ff. deponisti*, vbi operæ cum custodia compensantur. Ergo rei cum re est compensatione. Respond. Ibi impropte sumitur pro mutua estimatione seu compensatione ad se inuicem, quemadmodum tum quando dicimus delictum cum delicto compensati per *L. si duo. 36. ff. de domino malo.*

Ad Thesin 25.] Affirmatur hic, quod oline in bona fidei iudiciis ipso iure in strictis non nisi doli mali exceptione opposita locum habebat compensatione. Hodie tamen ex 35 Iustin. constit. † omnes actiones in rem & personam ipso iure compensatione minuit. *L. & l. C. de compensat.* Sed obiicitur primo dura obiectio, ut eam Zaf. hic vocat *num. 4.* quæ est in *L. nihil intercess. ff. de reg. iur.* vbi claris verbis dicitur: nihil interest ipso iure quis actionem non habear, an per exceptionem infirmerur. Ergo hic non distingui debuisse inter hæc duo. Respond. Verum est, nullam esse differentiam ad rem consequendā, quia in effectu conueniunt me acquirere aliquid ope exceptionis, vel ipsa actione. Magna tamen est differentia, † quo ad iudicialem obsecrationem & originem. Nam quando ipso iure quid non constisit, potest iudex statim ex officio, nomine petente alterum repellere ut processus sit nullus, quasi dicat, tibi non cōpetit actio, quæ sublata est ipso iure: Alias quando ipso iure cōsistit, actio procedit, nisi obiiciatur, exceptio judicialis, licet in effectu actor non teneatur propter exceptionem, & magna est inter hæc differentia ipso iure vel per exceptionem. *L. si vnu. §. patius ne peteret. & ibi Bart. ff. de post.* Secundo, quod dicitur ex Iustin. Constit. non distingui hodie inter actiones reales & personales, quo ad compensationem, ei obiicitur *L. postquam. 21. ff. de compensat.* vbi ipso iure quid sit in actionibus. Ergo illud ante Iustin tuit. Respond. Est illud de personalibus actionibus intelligendum, quæ sunt bona fidei, excepta petitione hereditatis, quæ ex Iustin. Constitutione accessit, id quod verbum, *Debetur*, indicat, quamuis in definitione actionis latius illa vox accipitur. Est & alia adhuc lex in *ff. sit. de compensat.* ita soluenda. Tertio, si quod affirmatur ipso iure fieri compensationem, hoc est, solo obiectu compensationis absque vlla formula, absque ullo iudicio exceptionis opposito liquidi ad liquidum. Obiicitur *L. 1. ff. codem.* vbi submouet: Ergo factum requiritur. Deinde etiam iudici opus est factio; Ergo non sit ipso iure. Respond. Certum est ex Iustiniani Constitutione, non opus esse hodie exceptionem opponere contra actorem, sed qualitercumque liqueat iudici in actis, ex parte rem compensabilem, tunc mox † ipso iure minuitar, enecatur & interficiatur, actio actoris in tanto, quantum est, quod compensari debuit, hoc iudici est liberum in actionibus strictis & bona fidei, et si super eo non sit imploratus. Et dicit Zaf. n. 6. inuoluerat esse hæc & perstringe oculos Glossatorib. in hac materia quætere; an opus sit voce hominis vel facto, tacente teo, an non? Martinus dicebat nō opus esse facto hominis, sed ipsum ius esse ita potens, ut penetret limina iudicii ad repellendum auctorem. Quæ sententia per tres rationes reprehenditur, & est certe ridicula: *Quis n. diceret hoc iudici, an reus*

genus haberet compensationem, necesse esset ut iudex diuinaret super ea, vel spiritum habere, qui ei hoc manifestet. Verius igitur est Ioan. sententia, quam sequitur Accursius nimis necesse esse constare de vox hominis, l. si constat. C. eod. Alleganda igitur est iudicii qui non potest diuinari. l. si quatuor. ff. ad l. Aquilium. Si autem non allegat exceptionem, tunc iudex in totam sumam potest condemnare reum. Et postquam lata est sententia, si vult contra rem iudicatam opponere exceptionem, & tandem venit, qui tacuit benef. indebitum per errorem solutum non repetit: Ergo haec investigatio non est inutilis.

Ad Thes. 26. & vlt.] Affirmatur in actione depositi non habere locum compensationem, idque propter vererrimam bonam fidem, quae in ea est, secundum Borch. Idque ex l. fin. C. de compensat. l. pen. C. depositi, quae est Iustin. Imp. Cui opponit Hottom. Paulum, in sentent. lib. 2. c. 12. vbi traditur in causa depositi, compensationi locum non esse: Ergo id ante Iustin. fuit. Respond. Iustin. omnia sua facit, ut solvit ea generaliter alii cubi. Coras. in Miscellan. Deinde forte id à quadam Paulo ex Iustin. est adiectum, quia sententiae Pauli nondum sunt authenticæ & corpori iuris insertæ. 2. Oblicitur l. Grl. C. commodati, vbi etiam in commodato non admittitur compensatio; Ergo non tantum eo priuilegio gaudet actio depositi. Respond. Cuiac. ibi legit pro commodati, commendati, id est, depositi, quod ramen. alii non placet, ut hic dicit W. esenb. Cuiac. lib. 9. obseruat. c. 37. vide Rusard. inv. lib. 1. c. 8.

Ad Corollarium: Questio hæc inter alias in nostro iure nobilis & grauis, sed ramen intricata & difficilior est, tan̄ uox in reperenda dote præferatur omnibus mariti creditoribus, non solum tacitam sed etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus, atque ita sit in unita iure ~~et ergo pactum~~? De hac questione antiquis temporibus fuit controversia inter Glōssatores Bulgarum & Martinum. Martinus de Gössio, vnde Sectatores Gossianos vocant, voluit mulierem omnibus omnino præferri creditoribus anteriem etiam expressam hypothecam habentibus. Fundamenta huius sententiae sunt evidētia, clara & manifesta. I. est in l. in reb. 30. C. de iure. dot. vbi dicitur neminem creditorum præferri. II. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habeantur. vbi dicitur omnibus creditoribus mulierem præferri. Idem dicitur in Nouell. 97. de aequalib. dot. §. his. autem consequens, propter quam generalitatem etiam in Camera Imperiali recepta fuit Martini sententia, quemadmodum testatur Myns. cent. 4. obs. 13. Et in § fuerat. Institut. num. 13. & Gail. lib. 2. obs. 81. III. Imp. Iustin. in d. l. assiduis, dicit se velle pleno iure subuenire mulieribus, q̄ non fit, si non præferatur anteriorem expressam etiam hypothecam habentibus. Quod vero attinet ad l. 2. C. de iure fiscis, in qua dicitur, Fiscus mulieri præferatur. Respond. Illam l. per constit. d. l. assiduis esse correctam, quæ constitutio est vna ex 50. nouis decisionibus lata Lampidio & Oreste Consulibus. Idem etiam in l. & nica. §. Et plenius. C. de rei & exori actione. Porro etiam certum est in generalitate legislatorum si quid sit in dubio vel ambiguo, pro dotibus esse interpretationem: l. dotem quæ l. in ambiguis. ff. de iur. dot. l. Grl. C. de sur. dot.. Denique fortissimum huius rei argumentum est, quod Accurs. affert: Mulier in dotis causa præfertur ei, qui marito in refectionem rerum suarum credidit, dict. l. assiduis. & ibi. Accurs. cum. Autb. quo iure. C. qui pot. in pign. hab. Et d. §. his. consequens No. 97. de aequal. dot. Eum autem qui in refectionem credidit, potiorem esse eo, cui anterior hypotheca expressa ex pacto & conuentione competit, iuris est notissimi, l. 5. interdum, cum l. seq. ff. qui pot. in pign. habeantur. Cum itaque constet ex Iustin. constit. dotis causam ei qui in rem aliquam conseruandam quid impetrat præferri, & is rursus præferatur ei, qui rem ex priori conuentione expresse habet obligatam, multo magis mulier in dotis.

doris causa huic præferetur. d.l. assiduis & ibi gloss. His argumentis motus Martinus antiquus Glossator eam sententiam amplectitur, sequaces ipsius præter Cameram Imperial. Myns. Gail. sunt, Ioan. Faber in § fuerat. num. 7. b. sit. vbi dicitur in praxi generali quæ dicitur t̄ optimæ rerum magistra, ira obseruari. Item Guibertus Constant. in tract. de dotoibus c. 7. Vaudus lib. 1. quest. Vari. quest. 21. Oldendorp. class. 3. art. 11. Robert. 3. animaduersal. 14. Cuiac. in parasit. sive & in notis hic per l. doris. C. de iure dot. vbi res est obligata Titio; deinde fisco, tum dori, fisco præfertur Titius. Titio mulier, atq; ita sit, vt dos t̄ fisco sit potior. Hanc sententiam amplectitur Const. Elect. part. 1. c. 23. Ioachimus a Beust uotauit id in l. admonendi. ff. de iure iur. fol. 476. Hanc etiam sententiam vltro motu Galli tenent. Hanc sententiam etiam Græci vt Harmenop. lib. 1. sit. 13 pag. 76. Euan. Zoarez. in thes. recept. sent. nu. 305. 306. tenent.

Contraria sententia, scil. vxorem præferri in dote repetenda creditoribus tantum tacitam anteriorem hypothecam habentibus non expressam, defendit Bulgarus antiquus Glossator, quam sententiam secuti & amplexi sunt multi Gloss. Bart. quod Myns. n. 11. 12. refert. Castr. & Dol. in d.l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Cano. in c. ex literis exempl. de pign. Dyn. in c. qui prior. exempl. de reg. iur. in 6. 1a. in § fuerat nu. 72. & Zaf. ibidem nu. 22. vbi dicit eam esse verissimam. Hanc sequitur Welenb. hic & in parasit. vbi Hartmannus etiam in publica lectione professus aliquando erat publ. professor Wittebergæ Socer Raucharti. Hanc sententiam etiam amplectitur hic Hotom. quando dicit: Communibus creditoribus præferri mulierem, nisi habeant expressam & pactam hypothecam. Nam iis ne fiscus quidem præfertur l. si pignus. ff. qui pot. in pign. hab. Sed nos fundamenta eorum præcipue subiiciamus & refutabimus. I. Argumentum. Vbi textus non distinguit, nec nos distinguamus. l. de precio. ff. de publ. in rem art. vbi dicitur, qui prior est tempore, potior & iure. l. 2. & 4. qui pot. in pign. hab. Ergo mulier non potest præferri creditoribus anteriorem hypothecam habentibus. Resp. Hoc argumentum procedit tunc, quando creditorum pars est conditio, non si unus speciali priuilegio est munitus, vt hic mulier; Et sane magnus est dotes fauor, multaq; in ea propterea sunt singulare. Hinc ex constit. Diuoru Seuer. & Anton. 45 per proconsules præfidesq; prouinciarū cogitatur parentes in matrimonium liberos collocare & dotare. l. 19. qui liberos. ff. de rit. nupt. l. fin. §. & transq. C. de dot. promise. Ias. in § fuerat 46 n. 97. Et dotes esse saluas t̄ mulieribus Reipubl. interest, vt propter eas facilius nubere possint, imo maxime necessariam ad procreandam sobolem repleandamq; liberis ciuitatem. l. 2. ff. de iur. dot. l. 1. ff. solut. matrim. Arius Pinellus in Auth. nisi triennale. num. 59. C. de bon. matern. dicit generali dispositionem non componere casus speciales priuilegiatos & causas priuilegiatas gloss. in l. postquam liti. C. de pali. Resta in l. 1. num. 58. cum seq. ff. de regul. & pupill. subfinit. II. Argumentum est tale. Priuilegia, quæ constitutionibus Imperialib. tribuuntur ad alienam iniuriam porrigi non debent l. non debet. ff. de reg. iur. l. fin. l. C. de pali. quod fieri hoc in casu, & ius quæstitum creditoribus auferretur. Respond. Theorica proposita ita demum locum sibi vindicat, si princeps non sciens prudensque ob publicam similemque causam & utilitatem priuilegium nominatum indulget l. 2. §. 16 quis & 16. l. Dd. ff. ne quid in loco publ. Deinde id suader infirmitas t̄ mulierum propter quam contraregul. iur. illis sape succurritur. l. 2. §. pen. ff. ad S. C. Velleian. Et vtile est Reipubl. dotes mulieres habere saluas. d.l. 2. ff. de iur. dot. Deinde secundum Vaudum negligentiae creditoris id erit ascribendum, qui vigilare debuit, vt suum ius consequatur, neque tantisper expectare dum loculis mariti exhaustis priuilegiis mulieris incepit subiici. l. qui autem §. sciendum. ff. qui in feud. credit. III. Argumentum est tale:

Præuisio hominis tollit præuisionem legis, nec lex potest rescindere id, quod homo sibi posuit: Ergo quam legem sibi fecit anterior creditor ex parte habens hypothecam, ea non potest auferri, cum lex velit suum auxilium dare mulieri, non adimere securitatem creditoribus ex conuentione & præuisione propria & industria creditoris. Respond. Hoc argumento Zaf. in d. §. fuerat num. 22. vitur, sed Vaudus duobus verbis responderet id propter fauorem dotis fieri, quemadmodum ante fuerat responsum. IV. Argumentum est ex d. l. aſſidu. vbi dicitur mulierem in quaunque actione personali indistincte præferri creditoribus, sed additur particula, pene, limitativa; Ergo in quibusdam actionibus non gaudet vxor prærogativa. Deinde in d. l. aſſidu. & in d. §. fuerat h. tit. num. dicitur quod tacitam hypothecam Imperat: dederit mulieribus tum quando anteriores etiam temporis privilegio sunt vallati creditores, id quod tum est, quando tacitam habent creditores anteriorem hypothecam. Resp. Hodie in his casibus omnibus, dotis causa, mulierem iure tacite hypothecæ, omnino præferendam esse. Iuxta generalem decisionem in l. 9. C. qui pot. in pign. hab. vbi ab Imp. Dioclet. & Maxim. est receptum: Eos qui pignora acceperunt, cum in rem actionem habeant, priuilegiis omnibus, qua personalibus actionibus competunt, præferri. Ad alterum quod attinet, certum est d. l. aſſidu. magis facere pro nobis, quia quod ibi dicitur & in §. fuerat, de tacita hypotheca data, illud respicit mulierem tamquam, quasi illa habeat eam, licet omnes creditores sint vallati anterius privilegio, scilicet tacito vel expresso propter duplē textus generalitatem.

Deniq; summiū fundamētū habent hoc t̄: fiscus & mulier pari passu ambulant l. 9. de- 49. tis. C. de iur. dot. l. 2. C. de priuileg. fisc. l. quāmvis. C. de iur. fisc. Sed fiscus creditoribus tempore prioribus non est prior, si de hypotheca priuatorum agatur, idemque iurius est, si nulla sit constituta priuato hypotheca in bonis creditoris, & concurrat rei priuata persecutio cum fisci poenæ exactione, ut priuatus fisco præferatur. l. si pignus 8. ff. qui pot. in pign. hab. l. si fundum. C. cod. Iulius Clarus in prat. num. 8. t. quæst. 78. Hinc ex idenditate rationis concludunt, neque mulierem priuato priorem hypothecam exprestam habent præferendam esse. Resp. Mysn. in d. §. fuerat num. 12. 13. dicit, dote m̄ plurib. & maioribus priu. legiis esse cohonestatam quam fiscum, sed vt res sit expeditissima, quoad fiscum attinet, cuin quo mulier ratione περιπεξται, confertur, est id in d. l. 2. C. de priuileg. fisc. ex qua autem cōparatio illa depromi non potest; nec enim vlla aequalitas, ex eo quod pretenditur illo recipuo commode colligi potest, quippe in illa lege non expreſsum reperiuit, id quod fisco denegatur, continuo etiam denegandum esse vxori, sed mulierem, licet ei ius prælatiōnis ex legis dispositione contra reliquos creditores competit, fisco cu quo prius, id est, ante dotis constitutionem maritus contraxit, ob singularem, quo semper fiscum persecuti sunt, fauorem præponi non debere. Facilius igitur concedi potest fiscum & mulierem inter se respectu iuris communis paribus ambulare passibus: iuris vero singularis intuitu & reliquorum priuatorum non æque: vide etiam l. priuilegia. 17. ff. de prin. credit. Deinde differentia est hac, t̄ q; mulier non tantū in qualibet personali actione, verū etiam in hypothecaria præfertur; Et mulier in actione hypothecaria suo quodam iure priuilegiata est, cum nec fiscus nec vlli alii ex hypothecariis creditoribus suo iure sint priuilegiati. l. aſſidu. Et ibi Cuiac. in paratit. Et in d. Nou. 97. de equalib. dotis. Manet igitur vera sententia Martini.

Addo etiam maritum t̄ habere tacitam hypothecam pro dote consequenda. l. 6. §. 1. in 52. Herb. tacitam hypothecam damus ex vitroque latere. Zafius d. §. fuerat num. 12. Quare autem an donatio propter nuptias t̄ subit tacite hypothecæ, hoc est, an vxor mariti s; bona habeat tacite obligata propter donationem propter nuptias? Dynus putat q; non. Sed

Sed dicit Zas. magnos viros s̄epe improuide errare. N̄ iebatur l. assiduis. ad fin. C. qui pot. in pig. hab. vbi dicitur dari doti hoc priuilegium. Ergo non donationi properi nupr. Resp. Iustin. ibi Imperat. intellexisse prælationis priuilegium non hypothecæ tacite monstrat textus expressius in l. vbi in princ. C. de iur. dos. vbi dicitur res mariti supposita esse vxori. id est, tacite obligatas. Procedit tamen hoc, si dos est effectualiter vel realiter numerata, non si est confessa, hoc est. Si cōfessus est maritus se accepturum. Est tum dos cauta vel confessata non numerata, & potest tum maritus se defendere exceptione non numerata pecuniæ. Zal. hinc. 24. 25. 26.

DISPUTATIO XLV.

De actionibus stricti iuris & arbitrariis.

CONTIN VATIO.

Postquam dictum est de actionibus bona fidei: erit nunc etiam de actionibus strictis & arbitrariis agendum.

Thema 1. Actiones stricti iuris sunt, quibus præcise persequimur, quod aperto iure nobis debetur, non habita ratione eius, quod ex æquo & bono iudex præstandum censeret,

2 Actiones arbitrariæ sunt, in quibus iudex ex æquo & bono satisfieri iubet, & si iussui non stetur, condemnat.

3 Harum septem Imperat. Iustin. recenset in §. præterea. Instit. de action. earum tractandæ restant tres: nimirum, actio de dolo: de eo quod certo loco: & ad exhibendum. Insuper autem adhuc alia adduci possunt: veluti in factum aduersus nautas, caupones, stabularios: in factum de publicanis: redhibitoria: & deniq; noxales actiones, de quibus suo loco.

4 De dolo actio comparata est aduersus decipientem, ad persequendum id quod ratione dolii ipsius nobis abest, scil. si aliud remedium non erit, & iusta causa subesse videbitur, quo pertinent hæc: primo quod hodie intra biennium continuum sit proponenda: Deinde quod per modica summa non excedente duos aureos nō detur; item quod honestatis & dignitatis intentu denegetur hæc actio.

5 Actio de eo quod certo loco, est utilis arbitraria, competens ex equitate contra eum, qui certo loco aliquid promisit, quo in loco tamen sui non facit copiam, ad id quocunque alio loco persequendum, facta commemoratione loci constituti.

6 Ad exhibendum actio est arbitraria, qua petitur alicuius rei copia ab eo, qui exhibendi facultatem aut dolo malo facit, quo minus habeat. Aedibus sane coniunctum tignum in hanc actionem non venit.

7 Actio in factum aduersus nautas, caupones, stabularios est arbitraria

traria, quia experimur aduersus exercitorem, institutoremque de recepto restituendo.

8 In factum aduersus publicanos arbitria est actio competens alicui, ut prosequatur id, quod a publicanis corumve familia supra iustum vestigialis modum dolo malo exactum aut vi ademnum est.

9 Actio redhibitoria datur aduersus venditores, ut praestito omni interesse, id quod vitiosum ab his traditum est, sine istius admonitione recipiant. Ex aduerso quoque venditori contra emtorem contraria tribuitur actio, ut is vna cum re fructus quoq; restituat, & damnum ipsius culpa datum refaciat.

10 Sane de eo quod in iudicium deductum est, licet incertum sit, iudicii incumbit, ut certam ferat senteniam, quoad potest.

11 Ceterum quoniarn vsu euenire potest, ut plus aut minus quam nobis debetur, in iudiciis petamus, de plus minusq; petitionibus interferere quid placuit, & qui plus petit, id quod contingit 4. modis, scilicet re, tempore, loco & causa, tota cadit causa.

12 Quod si minus petitur iisdem plane modis, cum contrariorum eadem sit ratio, tum sine omni periculo agitur in tantum, ut nec id quod omissum est in intentione, quis amittat, quippe quod iudicis officio ab aduersario praestandum venit, ex constitutione diuini Zenonis.

13 Eadem porro ratione si quis iusto errore ductus aliud pro alio interderit, nihil periclitatur, sed correctioni istius erroris in eodem iudicio locus est.

14 Alio modo distinguuntur actiones, quod aut in solidum simpliciter exercantur, id quod regulare est actionum; aut non.

15 Harum, scil. quae non praeceps ac solidum persequuntur, quædam ita comparata sunt, ut iis stricto iure solidum quidem petamus: attamen ex æquitate, non nisi in id tantum quod facere potest reus conuentus, saluis alienis subsequitur condemnatio.

16 Veluti si mulier aduersus maritum experiatur dotis restituendæ nomine, itemq; ex aliis contractibus Dn. Pii constitutione super eo emissâ: Aut contra, maritus aduersus vxorem agat, id quod perinde obseruatur in persona saceri & generi.

17 Similiter si quis aduersus parentem suum patronumve actionem instituat, non amplius consequitur actor, quam facere potest reus: idemque est, si aduersus socium iudicio societatis agatur: Item aduersus donatorem in id quod ex donationis contractu nobis debetur, vbi amplius tamen id est, quod etiam æs alienum deducitur.

18 Sic quoq; cum eo, qui bonis suis semel cessit, si experiatur quis ex antiquis creditoribus ultra id, quod facere potest, condemnandus minime est. Idem etiam obtinet in milite armato, eoque qui paterna hereditate abstinuit, de eo quod sub patria potestate contractum est.

19 Quædam rursum istiusmodi sunt, ut ne quidem ab initio in solidum simpliciter concipientur, puta de peculio, quia persequimur à patre vel domino, quod nobis ex obligatione filii vel serui debetur, quatenus est in peculio, & de in rem verso, de qua inferius plura.

20 Ulterius actiones etiam hoc modo distinguuntur, quod quædam nostro ipsis nomine competant: quædam vero alterius nomine: illuc actiones fere omnes pertinent: huc vero perpetuae: utpote de peculio, quam paulo ante proposuimus.

21 Item quod iussu, qua experimur aduersus patrem vel dominum de eo, quod ex negocio, ipsorum iussu, cum filio vel seruo gesto nobis debetur.

22 Exercitatoria etiā quæ dirigitur contra exercitatorem ad id quod ex negotio, cum magistro nauis vel substituto istius rei gratia cui præpositus est, gesto debetur.

23 Institutoria quam ad persequendum, si quid ex negotio cum institore negotiationis terrenę habitu ratione demandatae prouinciae nobis debetur aduersus proponentem intendimus.

24 Tributoria, qua agimus aduersus patrem vel dominum, quorum in potestate constituti scientibus ipsis negotiantes in peculiaribus mercibus earum ratione nobis obligati sunt, ut distributione eius, quod ex merce est inter creditores facta pro rata debiti nobis tribuatur.

25 Quanquam autem ex hoc edito dominus simul cum extraneis creditoribus vocetur in tributum, tamen hac præ illis fruitur prærogativa, quod non modo ratione mercis, sed ex quacunque causa constitutum debitum ipsis in computationem veniat, quod secus est in extrancis.

26 De in rem verso, qua à patre vel domino persequimur id quod in rem eorum filius vel seruus ex negocio cum ipsis gesto necessario impenderant.

27 Notandum hic est, id quod peculiariter in persona filii locum habet, ex SCto Macedon. omnem denegari actionem petitionemq; ei, qui mutuas pecunias filio, in sacris adhuc constituto, dedit.

28 Vicissim in serui persona peculiariter quid est, nempe quod noxalis detur actio aduersus dominum ex priuato delicto serui commisso ipso ignaro, ut id quod nobis ratione delicti istius debetur soluat, aut seruum næxum dederat.

29 Est & actio noxalis de pecude *ex l. 12. tab.* aduersus dominum anima-
lis, contra communem istius generis animantium naturam, pauperiem fa-
cientis, competens ei, cuius interest, ut aut estimationem istius damni præ-
stet, aut animal noxae dedat.

30 Si autem per animalia nocua, quæ ibi habentur, qua vulgo iter fit, da-
mnum illatum est, præter de pauperie actionem, ex ædilitio etiam edicto a-
ctio locum habebit, siquidem libero homini nocutum sit, in id, quod bo-
num & æquum iudici videbitur; Si autem alii rei in duplum damni
dati.

Corollarium. Occasione plus petitionis non incommodè queritur, v-
trum etiam reus plus negando incidat in pœnam? vbi nos negatiuam com-
muni calculo receptam defendimus. Ex quo rursus illud queritur, num to-
ta libelli positio ratione partis falsæ negari possit? Id quod iterum negamus
cum Camera Imperiali.

DISPUTATIONIS XLV.

De actionibus strictis & arbitrariis obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Condemnatio in arbitrariis actionibus unde fiat.
- 2 Arbitraria actio datur propter certi loci interesse.
- 3 Actiones bona fidei cur non ab arbitrio, sed à seipso denominantur.
- 4 Iudicis officium quomodo in actionibus bona fidei, strictis, & arbitrariis deservias.
- 5 Contractus omnes quaratione sint & dicantur bona fidei.
- 6 Actiones bona fides habent laxiores effectus, quam actiones stricti iuris.
- 7 Differentia inter contractus bona fides & stricti iuris.
- 8 Dolus in contractibus dupliciter consideratur.
- 9 Arbitraria actiones habent duas sententias, interlocutoriam & condemnatoriam.
- 10 Actio de dolo malo quinam duret & quare.
- 11 Actio de dolo malo quando competit.
- 12 Actio de eo quod certo loco ad quid comparata fit.
- 13 Sententia iudicis an posse esse certa, cum petitio libelli sit incerta.
- 14 Pœna eius qui plus in iudicio petuit.
- 15 Petens minus in iudicio, quam sibi debetur, non prainducat sibi quo minus, quod reliquum est, petere posse.
- 16 Actor an posse emendare libellum in eodem iudicio.
- 17 Exceptio competency datur contra actiones solidum ipso iure exigentes.
- 18 Mulier quomodo aduersus maritum, dosis restituenda nomine agere possit.
- 19 Sacer quomodo conniviri possit.

- 20 Socer mariti non est parentis loco & sacer fœxi.
- 21 Matrimonio soluto cessat affinitatis vinculum.
- 22 Pater fœxi an soluto matrimonio priuslegium nullum habeat.
- 23 Agens contra parentem vel patronum suum, non amplius consequitur, quam facere posset.
- 24 Socius si aduersus socium agat, datur ei exceptio competentia.
- 25 Competentia priuslegium an etiam inter fratres locum habeat.
- 26 Competentia priuslegium locum habet etiam in contractu donationis.
- 27 Maritus non habet causam lucrativam ex promissione dotis, sed est similis creditoris.
- 28 Actio de peculio non est proprie actionis, sed tantum appendix & clausula actionis.
- 29 Servus ex contractibus non obligatur.
- 30 Filius fam. ex omnibus causis & pater fam. obligatur.
- 31 Delicia suo tenent autores.
- 32 Senatus consultum Macedonianum quare introductum.
- 33 Filiis fam. noxa dari possunt.
- 34 Noxa & noxia & vocabula an differant.
- 35 Reus qui plus negat non incidit in panam.

AD Contiuuationem & Thesin. 1.2.] In superioribus aliquot disputationibus tractauimus de actionibus bonæ fidei, nunc igitur iusto ordine stricti iuris actiones & arbitriariorum sequuntur. An autem illa triplex divisionis species possit defendi supra satis abunde monstratum fuit. Sed obicietur, id quod qualitate seu accidente accedit non constituir certam speciem: Talis est arbitria; sit enim ex stricti iuris actionibus vel bonæ fidei. Ergo non constituit certam speciem. Resp: Cuiac. hic affirmit arbitriarias esse, in quibus sit condemnatio ex natura actionis, in qua additum est, ut ex bona fide datur: In actionibus strictis condemnation sit ex stricta formula: nec in iis quid venit vel arbitrio iudicis vel ex natura actionis, sed ex stricta ratione contrahentium. Et hoc est id quod Ias dicit n. 18. §. præterea, b. tit. vbi affirmat, q[uod] officii iudicis in arbitriis actionib. tantum residet in plena, & dum tantum in pectore iudicis habet, cōcedere vel non cōcedere potest illa arbitria, pura interesse propter locum. nā & Zal. §. præterea. dicit, actionem in arbitriam dari propter certi loci interesse, quia si quis dicit soluam Francofurti, & alibi soluit, interesse abdittatur iudex. Et idem Ias. n. 20. dicit, actiones bonæ fidei non dici arbitriarias, quia in actione bonæ fidei iudicis officium multum potest, ex materia actionis. Vnde non essent adictione arbitria, non essent alio adiunctu. Hinc statim quis debitor est in mora, & quæ mouet iudicem est iam in lucem formata ab ipsa actione. Hinc est, quod actiones bonæ fidei non denominantur ab arbitrio, sed à scriptis. Hotom. hic inter alias differentias hanc ponit inter bona fidei & arbitrii, quod in bona fidei iudicis iudicetur ex bono & aequo, quia uterque alteri ultro citroque obligatus est; In arbitriis iudicium est de post. s. vel obligatione unius tantum. II. Obiicitur à Zasio. hic id quod etiam supra monuit. Actiones bona fidei & arbitriarias describi eodem modo & eadem definitione in §. bona fides. In quibus ex aequo & bono iurandi libera est facta potestas iudicii, vnde propter aequalem potestatem actiones arbitriariorum sunt bona fidei. Respond. Hoc fallsum dicit Zalus, quia arbitriariorum non enumerantur inter actiones bona fidei, vnde alii dicebant esse tertiam speciem actionum arbitriariorum, nec bona fidei, nec stricti iuris esse sed hoc etiam fallsum est dicit ipse Zalus in §. præterea. num. 4. b. tit. num. Sed

Sed Dd. sequuntur gl. & veritatem, quod sint stricti iuris, non bona fidei: Sed hic oritur nodus: Cur dormis uit, inquit Zaf. Imperat. & nos in dubio reliqui; quod sit iisdem vobis verbis in aliis. Iohan. Faber in hoc puncto dicebat se malle discere, quam docere, adeo res est obscura. In ea autem sententia manet hic Zaf. scil. in actionibus bona fidei † iudicis officium mercenarium deseruire actioni secundum suam naturam, & quæ arbitratur, arbitratur ex labore, vi & virtute actionis: Sed in strictis iudicis & arbitrariis aliter se res habet, deseruire in iis iudicis officium non ex natura actionis, sed propter naturam actionis propter aliquem extrinsecum eventum eas fieri arbitrarias, qua in sententia etiam est D. Welenb. Nos cum Cuiac. & Hottom. triplicem speciem ponimus, prout supra satis fuit explicatum.

Deniq; obicitur, frustra distingui inter actiones eo modo, & frustra tot festa fieri inter contractus strictos & actiones bona fidei, quia omnes contractus sunt bona fidei: Ergo & actiones. l. bonam fidem. C. de oblig. E§ act. vbi dicitur bonam fidem seruari in contractibus & quoniam est, & facit l. i. ff. de part. l. 2. §. hoc interdicti. ff. de precario. Respond. Hic pulchritudo est nodus à Bart. tribus verbis explicitatus in l.c. vni. ex de plus petit. qui dicit, † quo ad similitudinem & intentionem emnes contractus esse bona fidei, omnes habere bonam fidem, sed non quo ad titulum actionis, hoc Zaf. ita explicat in d. §. actionum. n. 42. quod quo ad ipsam substantiam coniunctionis inter partes in omni contractu debeat seruari bona fides, sed quo ad effectus extrinsecos, qui relinquent in actionibus esse differentiam, quia † laxiores & effreniores sunt effectus in actionib. bona fidei quam in stricti iuris, sicut equus frenatus ac equus effrenatus. Differentia est nota inter contractum bona fidei & stricti iuris. In bona fidei contractibus, si dolus dat causam contractui, est ipso iure nullus. l. & eleganter. ff. de dolo malo. vbi dicitur nullam esse venditionem. Et sciendum duplicum esse dolum, vel † dupliciter cum venire in contractib. interdum dat causam contractui, vt si a liquis decipitur verbis, vt vendat rem, quam non erat venditur. Hic contractus pro infecto habetur, & ipso iure est nullus. Alius incidit in contractum, vt si aliquis rem venditur exposuit eam venalem, & postea verbis aut facto eum decepit emitor, vt eo minoris ei veneretur. Hic dolus in contractu bona fidei purgatur & emendatur per ipsum contractum; Contractus valet, sed id resarcitur, in quo est laesus: Secus in contractibus stricti iuris, quia siue det causam, siue incidat, semper manet contractus & non annullatur, nec vitium purgatur per contractum, sed competit actio de dolo aduersus partem dolosam, vel datur exceptio doli aduersus eum.

Petrus tamen de Bella Pertica D. Subtilis, & subtile Ultramontani Galli tenent contrarium, quod etiam in contractibus bona fidei siue det causam, siue incidat, non annulletur contractus per l. si dolo. C. de rescind. Vendit. vbi dicitur, qd si vendor dolo est deceptus ut venderet, potest contractum rescindere, sed quod nullum est, non potest rescindi, et si ibi contractus nullus esset, frustra rescinderetur. Resp. Dd. nostri cura Zaf. n. 45. dicunt, quod sic iste contractus de facto nulliter processit: Ita hoc factum rescinditur, id est, declaratur esse rescissum, sed inquit Zaf. haec est frigida solutio, vnde communis sententia supra posita maneat. Aliæ sunt differentiae inter actionem & contractus bona fidei & stricti iuris, de quibus vide Zaf. n. 46. cum segg. Notandum est hic etiam in arbitrariis duas esse † sententias, interlocutoriam & condicitoriam. Interlocutoria est, quando quis iuberit restituere vel hoc, vel quid aliud, condemnatoria, quando condemnatur si non restituit, id est in noxalibus iter obtineat hoc modo. Restitue, si non restitues seruum, livis affirmatione sustineas, aut seruum noxa dedas. Hic in condemnatoria est electio, ut alterum eligat §. x. i. nsi. de vox al. alio. Sed facit negotium hic l. miles. 6. §. decem. ff. de re iudic. vbi aliter distinguitur,

guitur. Resp. Ad d.s. decem. quod attinet, dicitur ibi si quis est condemnatus dare decem, vel seruum noxæ dedere in decem tenetur, h.e. non obligatur ex causa iudicati, nisi in decē, quia noxæ dedendi facultas est ex legibus, quod separatur à re iudicati. Aliud autem est, si quis est stipulatus decem vel noxæ dedere, tunc n. nō potest pro arbitrio decē petere, quia in debitoris nō stipulatoris est electione. l.10. in fin. ff. de iure dot. Et in stipulatione singula per se veniunt, eaq; singula separatis stipulari possumus, iudicium solius deditiois noxæ est nullum, sed pecuniariam condemnationem sequitur, & ideo iudicati decem agitur, & sensus est, hoc casu decem principaliter sunt iudicati, & ea tantum petam, licet lex mihi permittat seruum noxæ dedere, vide etiam gl. hic.

Ad Thesin 3.4.] Proponuntur & enumerantur hic aliquæ actiones arbitriae ante modum explicatae, de quibus ordine. Et primo proponitur actio de dolo malo, quæ hodie durat per biennium, licet aliae actiones restitutoriae & rescfissoriæ habeant quadriennium l. 6. l. C. de temp. in integr. ref. Et ideo breuius habet spaciū hæc, † quia nō est fauorabilis. Nā odia sunt restringēda, fauores ampliandi, e. odio, de reg. iur. in 6. Daturq; hæc de dolo actio, i. cum quando † aliud remediū, id est, actio non superest, & tamen subesse videtur iusta causa, id quod in l.1. §. ait prator. ff. de dolo malo. & l.2. C. cod. id quod iuris est expeditissimi. Sed hic quædam obiciuntur. Primo obiicitur l.1. C. de dolo malo. & l. si mandatum 59. §. Paulus respondit, fideiussorem. ff. mandati. quæll. inter se pugnant. Nam in d.l. i. dicitur dari eo casu, quando pignora fideiussori venduntur de dolo actionē. in d.l. si mandatum, dicitur dari actionem mandati. Respond. Gl. in d.l. si mandatum putat dari actionem de dolo, id est, mandati propter dolum, quæ actio est famosa. Sed adhuc videtur obstare l. fideiussor 34. ff. de negot. gest. vbi eo casu datur actio negot. gest. scil. pro rebus alterius contractus; sed pro rebus eiusdem agitur mandari, & actio negot. gestor. pertinet ad sumus & ad pecuniā impenſam. d.l. ex mandat. §. Paulus. Secūdo obiicitur. l.7. §. fin. ff. de in integr. refis. vbi dicitur posse etiama dari de dolo actionem, quād aliud remedium superest, quē sensum particula, etiam, ultro importat. Resp. Dicit ICtus restitutione opus esse ex generali clausula, vel eam restitutionē usurpari posse, si fraus interuenit, quamvis tamen etiam propter fraudem tum actio de dolo cōpetat; postea dicit. & quasi, id explicat ICtus dicens: Sed quia famosa est actio de dolo, boni p̄toris est potius restituere litē, prout ægras postulabit. Et dicit ad actionē de dolo tum demū perueniti, si nullū aliud remedium superest: Hic autē aliud est remedium, scil. restitutio p̄toris ex aquo & bono vel ex generali clausula; Ergo de dolo actio cōpetit, secundum nostram sententiam & d.l. i. §. ait prator. ff. de dolo malo. Tertio faciunt hic pro virginibus obiectionibus ea quæ in superiori disputatione ad rubr. sunt dicta de actione praescript. Verb. quæ videtur posse concurrere interdum cū actione doli, quibus ll. omnib. ibi abunde & sufficiens est satisfactum, quod hic non repetendum est. Deniq; obiicitur valde l. repeti, 5. §. fin. in fin. quib. mod. & suisfruct. amitt. cum l. seq. vbi datur actio vel ex testamento, vel de dolo actio. Ergo datur hæc actio, quād aliud remedium superest. Re⁹. Veril est id ibi dici, sed in l. arbitrio. 18. §. si dominus. ff. de dolo malo. dicitur eo casu non dari actionem de dolo, sed alias actiones, quam pugnara ll. ita tollit Goucanus l.b. 1. Variar. c. 38. vt dicat, actionem de dolo dari positio in area ædificio à proprietario, cuius areae vſusfructus erat legatus, non autem exustis ab eo ædificis, quo casu datur actio ex casu l. Aquilæ. l. sed & si propriarius. ff. ad l. Aquil. Quæ quidem actio re in melius mutata non cōpetit, quæ ædificio in area positio, de dolo agitur. Si quidem tradito iam areae vſusfructu, in ea ab herede positū sit ædificium, ante autem vſusfructus traditionem, ex testamēto actio cōpetit. Neque tamen existimandum est de dolo cōpetere actionem iis casibus, quibus in ædificium quod vi aut clam cōpetit.

Ad Thesin 5.] Agitur hic de actione de eo quod certo loco. Sed obiicitur. *L. h.c. 19.*
g. & t. ff. de re iudic. vbi in loco contractus & domicilijs quis potest conueniri. Respond. Il-
lud est de eo, de quo quis conueniri potest; hic tantum agitur † de interesse per hanc actio-
nem petendo, facta loci commemoratione, in quo solui debet. Et illud interesse arbitrio
iudicis estimatur, unde haec actio arbitraria est.

Ad Thesin 6.7.8.9.] Agitur hic de actione arbitrii ad exhibend. in factum, &c. &c.
Redhibitoria, quæ plana sunt omnia.

Ad Thesin 10.] Opponitur ei, qd in hac thesi dicitur iudicij incumbere, vt certam
 serat sententiam, licet incertum in iudicium sit ded. Num, itaq; iud. sententia sit cōformis
 libello: Ergo non potest esse certa, cum petitio libelli sit incerta. Resp. Certitudo senten-
 tiae & incertitudo petitionis non tollunt consonantiam sententiae & libelli, quia iudex nō
 omnino recedit à petitione, nec propterea aliud prouinciat quam in iudicium est dedu-
 ctum, & certum tum id efficitur, quod incertum fuit.

Ad Thesin 11.] Qui plus petrit, qd quatuor modis contingit, re, tempore, loco, & causa,
 † olim rora cadebat causa, hodie tantum inducia duplicantur. *§. hodie insi. de except. Wef.*
 in §. sed haec quidem. b. tit. ii. id quod etiam Zangerus in tract. de except. pag. 169. affirmat. Et
 hoc nouissimum ius à respondentे male in hac thesi fuit omissum, & mera etiam neglig-
 entia in correptione prætermisum. Sin autem quantitate vel alio modo plus est petitus,
 in omni si quod forte damnum ex hac causa ei acciderit cōtra quem plus est petitus, com-
 missa triplici condemnatione puniatur, inquit Iustin. in d. §. sed haec quidem. *Weselb. tamē*
 addit in L. C. de plus petit. aliam esse penā, scil. eo casu, quando quis ampliorē pecuniam
 per dolum & machinationem cautionem exegerit, id quod Pontifex aliter interpretatur
 in c. l. extr. de plus petit. cuius defensio hodie in foro magis obtinet.

Ad Thesin 12.13.] Minus petitur iisdem plane modis, & cum † sine omni periculo
 agitur, in tantum, vt nec id quod omissum est in intentione, quis amittat quia qui minus
 petrit, qd ei debeatur, per hoc non præjudicat sibi in reliquo, quinetiam reliquum in eodem
 iudicio petere possit. Sed contra hanc differentiam validissime pugnat. *L. non potest. Videri. ff.*
de indic. vbi dicitur non posse videri in iudicium venisse, qd post iudicium acceptum, id est,
 post litis contestationem venerit, & hoc est quod volunt imp. in l. edit. C. cod. vbi dicitur
 emendari posse, quod vult perpetui editi autoritas. Resp. Dicunt Dd. qd licet nō habeamus
 verba editi, tamen in d. l. non potest. contineatur sententia editi. Ecce, inquit Zaf. in §. si
 minus, quam implacabiliter pugnat d. l. non potest, cum textu nostro: Glossatores in ea re
 variauerunt. Nam Martinus dicebat textum nostrum specialiter procedere, & licere ante
 & post litem contestatam, vsque ad sententiam, libellum emendare, cum ex una actione
 procedat hec emendatio, & sit una causa petendi ex una radicali obligatione: Quapropter
 putabat, sine novo processu emendari posse, & non esse discedendum à textu nostro, qui
 planus & clarus est. In contraria est sententia Ioannes Glossator gl. nostra. Bart. & com-
 muniter Dd. quod in casu nostri textus, auctor possit emendare † libellum, addendo maio-
 rem summam ante lit. contest. post lit. contest. non possit sine novo processu & sine noua
 instantia. Unde possit quidem addere, sed ex novo processu, libello, & instantia tamen co-
 ram eodem iudice d. l. non potest. Nec obstat dici hic in eodem iudicio posse emendari,
 quia gloss. expōnit in eodem iudicio, id est, coram eodem iudice. Sed haec expōsito est im-
 provida Zafio & farua. Dicas igitur, pro communi opinione, in eodem iudicio, id est, cō-
 trouersia, vel in eadem l. i. Ergo stat conclusio posse a cōtore impune addere quid in eō-
 dem iudicio, post lit. contest. non nisi ex novo processu, & ex noua instantia.

240 *DISPUTATION. IURIS CIVIL.*

Ad Thesin 14. 15.] Actiones distinguuntur etiam ut solidum quæda n non præcise
exigant: quædam præcise solidum postulent stricta ratione: Ex æquitate tamen non nisi
in quantum quis facere potest saluis alimentis, & † datur cōtra has actiones solidum ipso
iure exigentes ex prætoris æquitate, exceptio competentia, de qua infra in tit. de except.
latius & commodius agetur.

Ad Thesin 16.17. 18.] In hisce thesib. ponuntur exempla illarum personarum, que
non nisi in quantum quis facere potest conueniri faciunt. Primum est, si mulier † adver-
sus matrem agat dotis restituendæ nomine. *S. item si de dote h. tit. n.* Hoc tantum innuit
Iustin. in *S. item si de dote. h. tit. n.* Obtinere in dote, sed ut Hortom. hic monet, id in aliis et
iam contractibus obtiner ex Diuī Pij Constitutione, ut etiam in *thesi* ponimus, id q̄ con-
stat *ex l. non tantum. 20. ff. de re iudic.* vbi ex aliis contractib. etiam in id quod facere potest,
condemnatur maritus. Idem in *l. sunt quadam 16. ff. solut. matrim. l. in condemnatione ff. de*
reg. iur. vbi propter reuerentiam, quam vxores debent maritis *l. Gn. C. de rei & xor. ad. Se-*
cundū, † locer vxoris siue conueniatur manente matrimonio, siue eriana soluto. l. sicut aut.
21. ff. de re iudic. Bart. & Zaf. *l. pen. ff. de iur. dot.* Sacer quoq; mariti constante matrimonio,
siue in dolo versetur, siue non, quia non cessat vinculum & amor affinitatis, ut loquitur Zaf.
l. ex diuerso. 17. ff. solut. matrim. Quinimo & diremto eo quod & iustum est, si modo in dolo
non fuerit versatus *d.l. 17.* Et sacer mariti non est † parentis loco ut vxoris sacer. *l. quia. 16.*
ff. solu. matr. Et est sacer vxoris parentis loco, quia illa in aliā transit familiam, non ita ma-
ritus. Deinde sacer mariti repetit dotem; sacer vxoris petit dotem. Zalus soluit hoc in *l.*
non tantum. 20. ff. de re iudic. vbi *l. sicut. 21.* vna explicat & dicit *d.l. sicut. 21. ff. de re iud* so-
cerum etiam habere priuilegium competetia, id est, patrem vxoris, ut Gothofred. Sacer ma-
riti non gaudet priuilegio constante matrimonio propter vinculum affinitatis indistincte
habet pater vxoris priuilegium. Cæterum soluto matrimonio pater vxoris non habet pri-
uilegium, licet quibusdam æquum videatur, & † cessat affinitatis vinculum: Ergo & amas
vinculum extinguitur, quæ ratio est pulchra & moralis. *in gl. in Verb. succurrendum.*

Sed occurrit terrible contrarium in *l. pen. ff. de iur. dot.* vbi expresse dicitur contra, q̄
manente & soluto matrimonio detur priuilegium patri vxoris, nisi forsitan cum genero ver-
satus fuerit in dolo, id est, cum marito filia, quia forte ex dolo promiserat ampliorem do-
tem, quam stare poterat, & voluit insidiari genero, & confirmatur illa exceptio, scil. nisi sit
in dolo *per d.l. ex diuerso. in fin. ff. solut. matr.* vbi dicit ICtus iustum esse stabueniri parenti.
Hæc ll. dissidentia disturbavit Dd. & Alex. fere nesciuit, quo se verteret: Ego nō aliter soluo,
quam vt Bart. hic facit, qui dicit hanc legem scil. *l. de re iudic.* moderādam esse iuxta *l. pen.*
ff. de iur. dot. vt vna per alteram determinetur. Nam quod hic dicitur, patrem vxoris soluto
matrimonio non habere priuilegium, verum est, † si in dolo fuerit versatus cum genero,
cuius patrimonio insidiaretur. Quod autem ibi dicit, patrem vxoris habere etiam soluto
matrimonio, & in *d.l. ex diuerso.* intelligimur, scil. si in dolo sit versatus. Nam vt *d.l. pen.* di-
cit, hoc statuendum est ex causa & persona an detur priuilegiū parenti. Et nouum non est
ll. posteriores per priores determinari & econtra. *l. non est nouum. ff. de ll. Duaren.* in *d.l. ex*
diuerso. dicit, quando sacer ex promissione dotis conuenitur. Paulus dicit iustum esse vt i-
dem honor ei tribuatur. Contrarius sibi Paul. est in *l. sicut. ff. de re iudic.* quæ pugnantia nō
sunt, nec sunt contraria plus minus dicere, vnde iis nemo turbetur. Et male cōfécute sunt
hi ceterones à Triboniano, vnde oritur hæc *et tu et tu.* Coniungemus igitur, inquit Duaren.
hæc duo capita, ita vt ex iis vnum fiat. h. m. Neratius & Proculus scribant hoc iustum esse,
sed alio iure vtimur, vt Neratius scribit: Pompon. explicat, scil. soluto matrim. est exceptio,
& quod deest vni loco, ex altero suppleatur, id quod etiam æquitas suaderet.

Tertio,

Tertio, non amplius consequitur actor, quam facete potest reus, si quis aduersus ²³ t̄ p̄ rentem suum vel patronum actionem instituat, quia persona parentis & patrōi semper videri debet sancta & honesta filio & liberto. *I. liberto. ff. de obseq. parent. & pa. præst.* Dicit autem Zaf. in § sed et si quis. n. 1. id intelligi de liberis emancipatis, quia inter patrem & filium in potestate existente nulla lis esse potest. *I. lis nulla. ff. de iud.* nisi in peculio castrensi vel q. quemadmodū id etiam lupta est explicatum. Quarto, exceptio cōpetentie locum habet, si aduersus t̄ socium iudicio societatis agatur. d. §. sed et si quis. h. tit. n. ita generaliter Imp. in s̄tin. hic loquitur. Sed directo opponitur *I. 16. & I. 22. § fin. ff. de re iud.* vbi ex professo diciuntur contrarium ex sententia Sabinī, vbi locutus omniū bonorum hoc priuilegium habet, cū tamen in *I. Veram. 63. in pr. ff. pro socio.* dicatur, summa ratione habere, ut etiam socij viuis rei vel negociaitionis id beneficiū vel exceptionē cōpetentie habeat, idq. pp̄ter ius fraternitatis. Resp. Glossa dicit *d. l. 16.* ita esse intelligendā, quā sit addita partic *maxime*, q. tamē non extat in textu: Et §. sed et si quis. h. tit. n. loquitur generaliter de socio, q. habeat hoc beneficium, nec distinguitur an sit vniuersorum bonorum vel certę negociaitionis. *Zaf. in d. l. 16.* dicit vnum textum nigrum; alterum album dicere, & vocem, *maxime*, contrarium casum implicare, dictio implicata, quemadmodū & dictio, *potissimum*. Alia duæ glossæ solutiones, inquit Zaf. nihil valēt. Iason dicit supplerre ita particulam, esse miserorū refugii, vbi nihil *IC* tus supplet. Bart. dicit alia *I.* per aliam declarati, limitari, tēperari. Retinet Bart. solut. Zafij, sed inquit, si declaretur. Ergo dicit socios omnium bonorum habere hoc priuilegium in omnib. contractib. *d. l. 16. h. tit. n.* Si vero non oīpnīū bonorum, sed certæ negotiaitionis sunt, in ea priuilegium habeant *d. l. 3.* in aliis contractibus non habeant priuilegium. Hæc inquit Zaf. est arguta & pulera solutio. Welenb. in *d. §. sed et si quis.* dicit de socio vniuersorum bonorum id esse indubitatum, sed ex æquo & bono ad certa rei negotiaitionem protractum propter ius fraternitatis. Hottom. etiam ibid. dicit hæc mihi acerbum & durū videtur, q. dicitur in *I. sunt qui. 16 ff. dere indic.* de socio omnium bonoru propter ius necessitudinis, q. exequitatem suader. *I. sed hoc. 12. ff. dere iudic.* vbi causa cognita se facturum prætor edicir, & *d. l. Veram.* Atq; ita etiam Duaren. in *d. l. 16.* soluit. Sed queritur hac occasione, an etiam inter t̄ fratres hoc priuilegium locum habeat? Et videtur dicendum ²⁵ q. sic, propter necessitudinē & coniunctionem fraternalm, & id multo magis in fratribus, quia propter q. vnum quodq; tale est, illud magis tale est. Hic propter ius fraternitatis socij etiam viuis negotiaitionis certæ id priuilegium habent. Hoc Duaren. in *d. l. 16.* haber, vbi addit, aliquos putare ister omnes Christianos non posse solidum peti, cum omnes sint fratres, idem etiam hic Welenb. sentit. Myus etiam §. sed et si quis. n. 6. dicit, quis vellet de fratribus dubitare, si hoc in sociis procedit: Sed Zaf. dicit *huc n. 3. & in d. l. 16.* contrariū, propterea quod certæ persoæ hic referantur, inter quas fratres non sunt, & erubescere nos si ne lege loqui, & dicit, quamuis Faber malleo suo contrarium cūdāt, id quod etiā Welenb. & Duaren. faciunt, tamen ego etiā quius id esse puto. Quinto, si aduersus donatorem ago in id, q. ex t̄ donationis contractū nobis debetur. *d. §. sed et si quis. h. tit. n.* habet scil. locum ²⁶ hoc priuilegium. Pugnant inter se valde *I. Ne fennius. 41. ff. de re iud. in Verb.* Heres donator is in solidum condemnatus, & in *I. si extraneus*, vbi dicitur parendum esse marito, id est, nō ei imputandum, si maritus qui donauit aut donare promisit, non præcipit ad solutionē, quemq; in id quod facere posset cōdemnauerat, si conuenisset: Ergo non in solidū. Resp. In hisce *ll. conciliādis plurimum labōrāt Interpp.* Cuiac. in *lib. 12. obf. c. 17.* putat dicendū, multum interesse an debitor mulieris dotem promiserit, an is qui mulieri donare volebat: Nam quod illi debitor mulieris promisit, periculō est viri: Quod autem alias, scil. donatus promisit, periculō est mulieris, & quidem in *d. l. si extraneus*, igitur in id quod facere

poteſt, donator conueniri debet à marito, quia pro vxore cui donare volebat, marito promiſit doſem, vnde noui solidum condemnatur. *In d. l. vero. Neſennius.* in ſolidum conuenitur, quia extraneus eſt marito, cui etiam noluit donare, ſed mulieri, & maritus docebat eo ſtipulando ſuum negotium gemit, *l. qui id quod. §. S. l. ff. de donat.* Et hoc vtique ſi conuaf matrimonium maritus agat in ſolidum. Nec enim dabitur extraneo promiſori, exceptio in eo, quod facere poteſt, non ſoluco matrimonio. Mulier autem in ſuperiori caſu nihil marito poteſt imputare, quia mulier eum non amplius conuenire potuifet, niſi in id, quod interefit. Hac excuſatione igitur vii poteſt maritus erga mulierem: pepercit ei, cui tu debuiffes parere, quiq; erga te fuit munificus. Quod igitur dicitur in *d. l. si extraneus. condannauerat ſcil. quem condemnauerat vxor ipſa.* Duaten. in *d. l. Neſennius.* fere ideam dicit, ſcil. in ſpecie Pauli contemplatione, mulieris eſte factum, quod mulieri donare volebat ei pari. *Zal. in d. l. Neſennius.* dicit, quod iſi qui vult donare vxori, ſi iuſu eius promittat marito, non tamen poteſt habere priuilegiū, quia maritus eſt ſimilis creditorī, & habet titulum onerorum, quod ad practicam eſt notandum, & aequiparatur creditorī vel etiā emtori. in *l. fin. §. si a ſacer. ff. de hiſ qua in fraud. cred. l. ex promiſione. ff. de act. vbi dicitur ex promiſione doſis ſi maritus non habet cauaf lucratiuam, ſed ſimilis eſt creditorī vel emtori.* Sed inquit *Zal. obiicitur l. si extraneo. ff. de iur. doſal.* vbi deciditur contrarium, quod iij qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere poſſunt, conueniantur. *Zal. inquir. gl. frigide* ſoluit ut ſoleat, quādo adsunt contraria diffiſilia. Alij dicūt q̄ vnuſ textus loquatur cōſtantē matrimonio: alter quando eſt ſolutum, id q̄ nihil eſt, quia tex. in *d. l. Neſennius.* dicit: maxime ſoluto matrimonio Casum igitur alterū implicat & ſoluit ita: in *l. si extraneus. donator* non mulieri, ſed ipſi marito donauerat, vel donari promiferat contemplatione tamen mulieris. Et ſic prima promiſio facta marito, radicata fuit in eo, & hoc ſaxa fit ut fauore mariti promittatur doſi ipſi marito, ſed in profectum vxoris. facit pro ſolut. *l. Titio centum.* *§. Titio genro. ff. de condit & demonſtr.* vbi quando Titio legantur 100. in testamēto ut habeat doſem pro vxore, licet iſta i.e. pertineat aliquando ad vxorem, tamen censentur legata Titio. Quam tamen ſolutionem nos putant tutam. Iaſon aliter ſoluit, q̄ in caſu *d. l. Neſennius.* donator vel promiſſor donationis volebat mulieri donare doſem, ut dicit teſtus, & iuſu eius promiſit marito, vnde merito perdi priuilegium, cum iam ſit noua promiſio: At in *d. l. si extraneus.* nihil dicitur de delegatione facta per mulierem in personam mariti, ſed tantum dicitur, ſi extraneus doſem promiſit, ibi fuſit promiſio data mulieri, & non marito ex vila delegatione: vnde ſi maritus exigat doſem, non poteſt niſi ex persona uxoris agere, ex propria promiſione agere non poteſt, ſi quidem ei nihil erat promiſum. Merito igitur donator ibi vtitur priuilegio contra maritum nomine uxoris agentem; Iſta ſolutio eſt amica textui & vera: Ergo ſi aperiamus oculos, non ſunt contraria leges. Inſto. Sed opponiſtur rufus. *l. ſi prior. 32. ff. ſoluto matrimonio.* vbi prior maritus acceptit doſem à muliere, & facta diuortio, quod eo tempore licebat, mulier nupsit ſecundo marito & delegauit priorem maritum posteriori, qui prior maritus posteriori promiſit, ſe id quod ex cauaf doſis debet, daturum, deciditur ibi, quod prior maritus vtitur priuilegio contra posteriorem in ſolueanda doſe, id eſt, deducet alimenta. Respond. Diffiſile eſt contrariū. Cōmuniſter Dd. post gl. ſoluunt, quod ibi prior maritus non promiſit certam quantitatē posteriori, ſed ſpecialiter promiſit, quod ex cauaf doſis debet, & hic intelligitur promiſſe id q̄ cum effectu ex doſe exigi poterat. Sed mulier ſi exegiſcit, non poteſtar exigere totum propter exceptionem deducendi alimenta: Igitur posterior maritus, cui promiſtit debitum ex cauaf doſis non poteſt exigere niſi id quod cum effectu debetur: Secus poflet ſi prior maritus ex delegatione promiſiſet posteriori certam quantitatē puta centum floren.

Morem. vel aliam summam, tunc enim non vteretur priuilegio, cum causam dotis non nominasset, ita textus in d.l.Nefennius, procedit, quia hic promissor, qui donare volebat mulier delegatus marito certam quantitatatem promisit, nec adiecit, quod causa dotis promitteret. Et hæc est communis, ut inquit Zaf. & ab omnibus recepta solutio, ut & Duaren. in d.l.Nefennius, eam amplectitur, quod in huiusmodi delegationibus, eum alter alteri delegatus promittit, multum referat, qualiter fiat promissio, si promittitur certa quantitas, non dabitur exceptio ei qui delegatus est: Si autem tertius id quod Titius ex aliqua causa debet, tibi promittat, tunc saluæ sunt exceptiones promittenti. Bart. etiam sequitur. Insto contra datam solutionem ex l.pure. §. penult. ff. de dolis except. vbi si is qui debebat, delegatur tertio, ibi distinguitur, an qui tertio promittit ex lucrativa vel onerosa causa promittat, si promittit, qui prætendit causam lucrativam scilicet donationem, habet exceptionem dolis quibuscumque verbis promittat, nec distinguitur: Si autem is, cui promittitur, habet causam onerosam, quod sit creditor elegantis, tunc delegatus qui creditur se debere, cum non deberet, non vteretur exceptione dolis, quia creditor accepit quod suum est. Respond. Zafius putat hic similiter non curari quibus modis verba fiant, vnde dicit, distinguendum etiam hic, an sit ex causa lucrativa vel onerosa, quia ibi est eadem qualitas obligationis, & licet alia sit persona, eadem tamen est actio, nempe super dote, quibuscumque verbis promittat prior maritus posterior. Dots tamen quæ recepta est, promittitur, & non oritur noua obligatio. Vnde dicit priora communem solutionem non videriveram. Denique enumerantur in ist. 18. etiam aliquæ personæ, quæ gaudent hoc priuilegio, id quod planum est.

Ad Theſin 19. vsque ad theſ. 26.] Agitur in hisce theſibus de alia diuisionis parte, ſcil. de actionibus quæ non in solidura ab initio in aliquem dantur. Eſt actio de peculio, de qua ſupra aetum latiſ fuit, quæ proprieſ non eſt actio ſeu formula per ſe conſtaſ, ſed adiectio, appendix ſeu clauſula actionis, Oldend. art. 3. clas. 4. n. 2. & Mynl. hic. Deinde quædam actiones noſtro nomine, quædam alieno nomine competunt, totuſ. 7. quod cum eo, &c. Moneatur autem hoc, hic ex Hottom. dici in h. tit. Eadem fere iura ſeruari in perſonis, quæ noſtro iuri ſunt ſubiectæ. Vtitur particula, Fere, quia ſeruus ex contraetib. nō 19 obligatur, l. obligari, 43. ff. de oblig. & art. Filiiſam. ex omnibus cauſis & vt patreſam. obli- 30 gatur, & ob id cum eo agi, vt cum patreſam. potest. l. filius. 39. ff. eod. Obſtat totus titulus. C. ne filius pro patre, & el pater pro filio; Ergo filium eſt quod hic proponitur. Respond. Weſenb. in rubr. n. 3. id de emancipatis intelligi vult, vt & in rubr. illa vox eſt, ſcil. quando eſt diſſoluta patria potestas. Nam qui adhuc ſunt in potestate fictione iuris, pro eadem perſona haſtentur. l. vlt. C. de impub. & alii ſubſtit. In contraſibus igitur eadem eſt vtriusq; vox & obligatio. ſ. quod ſe ſupr. de inutil. ſupplat. vnde non mirum alterum ex alterius costractu poſſe conueniri. Non tamen ex delicto alter pro altero, quia ſe delicta ſuos tenet auctores. 31 l. crimen, 26. ff. de patr. l. ſancimus C. eod. Exercitorix actionis ſumma Reipubl. uilitas eſt in nauium exercitatione. Sed reliqua actiones ſunt planæ & aliiſtūd p̄tēndæ.

Ad Theſin 27. 28.] Agitur hic de SCto Macedon. quod ſe propter nefandas machi- 32 nationes Macedonis uirarū eſt introductum. Notandum in ſe vlt. h. tit. dici in liberis perſonis, id eſt, filiiſam. non licere hoſ remouere hominum conuincione: nam cum eos interficeret licet. Lin. suis. 11. ff. de suis & legitim. non mirum etiam, ſi etiā noxē ſedantur. 33 Sed obiicitur l. vlt. C. de patr. potest. ut. vbi Constantinus ſcribit iure Romano non licuisse patribus libertatem ſuis liberis eripere. Noxē autem deditio libertatem eripiebat. Resp; Hottom. ibid. legem vel ipsum filium admissę ſibi libertatem non patrem.

34 *Ad Theſin 29.30.] Agitur hic de noxalibus actionibus: † Noxæ nomine autorem maleficij; noxiæ maleficium ipsum intelligitur. Quod torum, inquit Hottom. fallsum est & nugatorium, & ab animali latine lingua imperitissimo confitum Triboniano. Corrigit autem textum, ut pro noxa legatur noxa. Dicitur autem noxa caput sequitur, id est, obligatio ab initio contracta caput nocentis sequitur. Monet autem Hottom. lib. i. obser. Et hic locum suisse conturbatum, quæ nostra, inquit Hottom. sententia eruditis, cuique probatur, nec dubitamus omnibus libris & Triboniani autoritatibus anteponere veritatem, neq; tamen l. 12. tabul. verba requirere necesse est. Nam vox, ita, quæ nonnullos posset turbare, ad superiorem versum, qui legis sententiam indicabat, refertur, ut sit, ita lex scripta est. Et modo significatur, & appare Theophilii diligentia, qui errorem ita manifestum Triboniani tamen autoritate permotus, infuscatus est.*

35 *Ad Corollarium.] Affirmamus reum qui plus negat, † non incidere in pœnam. Cui videtur obstat tale argumentum. Qui plus affirmat, pena dignus est; Ergo à contrario sensu eriamus is qui plus negat. Respond. Diversitatis magna est ratio, quia qui plus affirmat, punitur; plus enim petit: Si autem reus plus negat, sibi quasi damno est. Et volenti nō fit iniuria. e. scienti. de reg. iur. in 6. Affirmatione: autem lucrum ex eo querere cupit, qui plus petit, & inficiatione pena crecit. Et tantum de 43. disputat.*

D I S P V T A T I O X L V I .

De iis, per quas agere liceat. De satisfactionibus, & de
perpet. & temp. actione.

C O N T I N V A T I O .

Cum hactenus de variis actionum, (ita enim Iustin. ipse actionum formas appellat, in §. sed istæ, supr. de action.) exemplis, quibus debitor suo vel alieno nomine conueniri potest, actum sit, commode nunc annexitur, per quas personas agi & actiones exerceri possint:

Positio 1. Agere quis potest suo nomine vel alieno. §. i. h. tit. n. tot. tit. ff. de procurat.

2. Alieno nomine, velut procuratorio, tutorio, curatorio. d. §. i. h. tit. n.

3. Quod quidem non licebat olim fieri, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela: & ex l. hostilia permisum erat eorum nomine furti agere, qui a- pud hostes essent, vel Reipubl. causa abessent, quive in alicuius tutela essent. d. §. i. h. tit. n.

4. Sed quia hoc non minimum incommunitatem habebat, quod alieno nomine neque agere neq; excipere actionem licebat, ceperunt homines per procuratorem litigare. §. sed quia. h. tit. n.

5. Nam sœpe artas, morbus, necessaria peregrinatio, & multæ causæ ho- minibus sunt impedimento, quo minus ipsi rem suam exequi possint. d. §. sed quia vers nam & morib. h. tit. n. arg. l. i. ff. de neg. gest. l. i. §. vsus autem procuratoris. ff. de procurat.

6 Procurator autem neque certis verbis neque præsente semper aduer-
fario, imo plerunque eo ignorante constituitur. §. procurator. b. tit. nur.

7 Et quidem omnium rerum, vel unius rei, coram vel per nuncium, vel
per epistolam d.l.i. §. procurator. b. tit. n.

8 Inuitus procurator dari non solet. I. filios fam. §. inuitus. ff. de procuratorib.

9 Nemo quoque lege, alieno nomine agere potest. I. nemo. 123. in princ.
ff. de regul. iur.

10 Cum autem defensor rei alienæ nemo esse possit idoneus sine satisda-
tione. §. tutores b. tit. n. l. yn. C. de satisdando. congruo loco etiam hic de satisda-
tionibus agitur.

11 Satisfatio est cautio pro eo, quod à nobis petitur vel debetur, quæ fit
datis fidei cœssoribus vel pignoribus l.t. in fin. ff. qui satis dare cog. cuncta l. promis-
for. 21. §. vlt. ff. de constit. pecun. W esenb. hic in princ.

12 Huius alius modus antiquitati placuit id quod nunc aliter obserua-
tur. Nam siue quis actione in rem, siue in personam conueniatur, nullam sa-
tisfactionem pro litis aestimatione dare compellitur, sed pro sua persona,
quod in iudicio permaneat ad terminum litis, vel committitur suæ promis-
fioni cum iure iurando, vel nudam promissionem dare compellitur. §. sed ho-
die b. tit. n. tot. tit. ff. eod.

13 Hodie etiam actor satisfat, se intra duos menses à tempore correcti
libelli litem contestaturum, in iudicio ad finem permansurum, & si succum-
bit, expensas soluturum. Nov. de executor. 96. c. 1. Auth. libellum. C. de lit. contest.
Sed & ad 30. solidos in iudicio listit, Auth. libellum.

14 Si autem per procuratorem lis vel infertur vel suscipitur in actoris qui-
dem persona, si non mandatum actis est insinuatum, vel præsens dominus
in iudicio procuratoris sui personam confirmauerit, ratam rem dominum
habiturum, satisfactionem procurator dare compellitur. §. sin autem b. tit. tot.
tit. ff. rem ratam haberi.

15 Cum vero quis conuenitur, si quidem præsens procuratorem dare pa-
ratus est, potest vel ipse in iudicium venire & sui procuratoris per iudica-
tum, solvi satisfactionem solenni stipulatione firmare, vel extra iudicium sa-
tisfactionem exponere. §. si vero h. tit. tot. tit. ff. iudicat. solvi.

16 Quod si forte reus præsto non est, ex quaunque causa, & alias vellet
eius defensionem subire, potest hoc facere nulla in actionibus differentia
constituta, ita tamen ut satisfactionem, iudicatum solvi, pro aestimatione
præstet. §. si vero h. tit. n.

17 Ut tamen controversiarum tandem sit finis, salubriter constitutum
est, ut actiones certo tempore terminentur.

18 Et quidem generaliter actiones reales rei mobilis vsu capione triennii: immobilis inter praesentes 10. inter absentes 20. annis. Personales rei persecutoriae 30. vel 40. annis. l. vn. C. de usucap. transform. l. 3. sicut in pr. C. de prescript. 30. vel 40. ann. l. l. C. de annual. except. Pœnales prætoriae, excepta furti manifesti actione, anno perficiuntur. §. 1. de perpet. & tempor. act. l. in honorariis. ff. de ob. & act.

19 Ex maleficiis pœnales actiones, in heredes rei non competit, nisi lite cum defuncto contestata. §. alioquin tamen h. tit. l. vn. C. ex delict. defunct. vel si quid ad eos peruenit l. cum anno. 52. ff. de rei rind. quamuis heredibus dentur, excepta iniuriarum actione, & si qua similis actio inuenitur l. pupillum. §. vult. ff. de reg. iur. §. non autem h. tit. n.

20 Deniq; officio iudicis est absoluendus is, qui ante sententiam satisfacit actori, licet in ea causa esset, lite contestata, ut damnari deberet. §. fin. h. t. n.

Corollarium. Procuratorem ad crimen iudicij publici persequendam frustra interuenire, multoque magis ad defendendum Papinianum recte pronunciasse credimus. l. accusatore. 13. § ad crimen. ff. de publ. iudic.

Questio: An petitio hereditatis 30. annorum circulo finiatur, d. l. sicut 3. in pr. C. de prescript. 30. vel 40. annorum.

DISPUTATIONIS XLVI.

De iis per quos agere licet, itemque de satisfactionibus,
& perpet. temporalibus actionibus obiectiones
& resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Procuratorio nomine an & quando olim agere licuerit.
- 2 Libertas communis est, & omnibus rebus favorabilior.
- 3 Procuratorio nomine cur agere homines incepint.
- 4 Nomine alieno an simpliciter qui agere non possit.
- 5 Actiones legi, & actus legitimi non differunt.
- 6 Actus legitimi per alium non possunt expediti.
- 7 Actus legitimi quis sint.
- 8 Causa in Camera iudicio nulla cogi possunt sine ministerio forensium procuratorum.
- 9 Procurator quomodo constituitur.
- 10 Procurator an cogi possit & defendit.
- 11 Procurator reconvenitus cogitur cum defendere, cuius nomine agit.
- 12 Procurator civilis nemo esse potest sine satisfactione.
- 13 Satisfactionis finis quis sit.
- 14 Satisfactionis quid sit.
- 15 Satisfactionis quod modis fiat.
- 16 Cautiones iudiciales quot sint.

- 17 Satisfactio an etiam nuda promissione fieri possit.
 18 Cautionem iuratoriam qui prestare soleant.
 19 Cautio securitatis vel salui conductus quid sit.
 20 Cautio qualis à reo requiratur in adiutoribus realibus.
 21 Arrestum quando locum habeat.
 22 Reus qui carcerebus relevatur instrumentum prestare cogitūt.
 23 Cautio de non offendendo quando exigitur.
 24 Actor qualem prestare soleat satisfactionem.
 25 Procurator quando cogatur satisfactionem prestare, quod dominus rem ratam sit habitus.
 26 Reus non satisfat ubi defensor eius prestat satisfactionem, iudicatum solvi.
 27 Actiones reales quanto tempore spacio finiantur.
 28 Pratoria actiones cur annua facta sint.
 29 Hypothecaria actio 30. annis finitur.
 30 Panales ex maleficio actiones an & quando in heredem competant.
 31 Lucra iniusta heredibus merito extorquentur.
 32 Heres quomodo teneatur ex dolo defuncti.
 33 Actio depositi non conceditur in heredem ad quem nihil pertenit.
 34 Panalia in dicta publica an ad heredem transiant defuncto reo.
 35 Crimen fraude pacis non transit in heredem.
 36 Officio iudicis absoluendus est is, qui ante sententiam satisfacit actori.
 37 Creditore inuito an quis absolu posse.
 38 Solutionem particulariter creditor admittere non tenetur.
 39 Procurator an ad crimina publici iudicis persequenda admittatur.
 40 Defensio an in capitalibus sit concessa.
 41 Appellare licet cuilibet pro eo qui duecitur ad supplicium.
 42 Hereditatis petitio an finiatur 30. annorum circulo.

AD Continuationem & thesin. 1. 2. 3. 4. 5. 9. De variis actionibus exemplis, hoc est actiōnēs speciebus cum haec tenus actum sit: commode nunc annexitur, per quos nam agi possit hoc est, p. quos actiones exerceri possint. Potest autē quis agere vel suo vel alieno nomine, pura procuratorio, † qd olim non licet fieri, propterea q. actiones erāt solēnes. 1. 2. §. his legib. ff. de orig. iuri. l. 12. C. de formul. & imp. subl. excepto tantum eo, quando pro populo agebatur, vt quando Syndicus agebat l. 1. & tot. tit. ff. quod cuiusq; Eniuersit. nom. seu quando pro iure publ. agebatur, cuius nomine popularē esse actionem publice interest. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publ. l. 1. §. deinde ff. de via publica. l. si quis. 10. C. de episc. & cleric. vel etiam si pro libertate agebatur. Libertas enim & communis est. l. 4. ff. de iuri. & iur. & omnibus rebus est favorabilior. 1. libertas. ff. de reg. iur. vnde & actio pro libertate omnibus conceditur. l. 1. 2. 3. ff. de liber. caus. l. 1. & 2. C. de assert. tollend. vel quando agebatur pro tutela, quo nomine etiam pro infantibus licet agere, qui alias postulare prohibentur. l. 1. circa fin. ff. de postul. vel deniq; lictum erat agere ex L. Hostilia eorum nomine, qui apud hostes essent vel Reipubl. causa abessent, quive in eorum qui agerent tutela essent, d. §. i. h. tit. n. Nam Reipubl. interest, eorum res à quouis defendi. l. scrūti 33. §. publice ff. de procurat. Hac autem res, quia non minimam habebat incommoditatem, quod alieno nomine non licet nec agere nec excipere actionem, ceperunt homines & per procuratorem generaliter litigare, cum s̄ pe iusta causæ, morbus, ætas, vel alia impediant, quo minus quis ipse suis rebus possit superesse.

Sed nunc obiicitur *l. nemo alieno ff. de reg. iur.* vbi dicitur adhuc neminem alieno nomine agere posse: Ergo falsum est, quod dicimus omnes procuratores esse posse in re aliena. Respond. Maioris explicationis gratia totam illam legem in thesi 9. ponimus; eamque *i-*
4 *bi* explicamus, dicendo † neminem alienatione agere posse, non simpliciter sed addita particula, lege, quam vocem agnoscit Florentina lectio, à qua non recedimus, cum totam rem explicet. Vnde & Weseub. *g. 1. h. tit.* dicit actiones legis non expediri per procurato-
5 rem, nec differunt † actiones legis & actus legitimi. Cuiac. *lib. 15. obf. c. 16.* Quamvis Ho-
6 *toman.* repugnat illuſtr. *quaſt. 32. l. 3. ff. de offic. proconsul.* Nam nemo alieno nomine lege agere potest, hoc est, in legitimis actibus nemo alieno nomine agere potest, quia hi actus
7 per alios † non possunt expediti. Sunt autem † legitimis actus, acceptatio, adoptio, e-
8 *mancipatio, hereditatis aditio, serui optio, datio tutoris. l. attus legitimii 24. ff. de reg. iur.* Id quod adeo est verum, vt nec iussu domini procurator aliquis acceptum ferre possit, id quod constat ex *l. pen. ff. de acceptilat.* quæ tamen lex proprie de seruo loquitur, sed ta-
9 men optimæ ad procuratorem applicari potest. Sed directe data explicationi obicitur, *l. 3. ff. de acceptilat.* vbi dicit Paulus *I. Cetus* per procuratorem nec liberare nec liberari aliquem posse acceptilatione sine mandato. Ecce his verbis: *Sine mandato:* à contratio sen-
10 su iudicatur procuratorem posse acceptum ferre, si mandatum habeat. Resp. Hotom in *illuſtr. quaſt. 32.* putat illa verba; *sine mandato:* esse falso posita pro *sine nouatione* scilicet, ea solutio nobis sufficiat. Manet igitur verum hodie generaliter per procuratorem agi posse, licet id in legitimis actibus fallat: Imo hodie in *† Cameræ supremo iudicio* nullæ penitus causæ agi possunt sine ministerio forensium procuratorum, quorum semper 24. iurati existunt. Myns. *hic num. 4.*

9. Ad Thes. 6. 7.] Procurator † nudis verbis constituitur Paul. *lib. 1. sent.* Ignorante ple-
11 runque aduersario & quidem omnium rerum, vel vnius rei coram vel per nuncium, vel per epistolam, idquod dubitationem non admittit.

Ad Thes. 8.] Affirmatur inuitum procuratorem dari non solere, id quod habetur in *l. filius fam. 8. §. inuitus ff. de procurator.* Sic non potest cogi defendere, sed ob rem non de-
12 fensam potest cogi ex stipulatu. *l. non cogendum 45. in princ. ff. de procurat.* Cui expresse refragatur d. *l. filius fam. §. vlt. ff. codem.* vbi dicitur quod compelli possit. Resp. Solutio a-
13 liquo dummodo ex textu colligi potest, scil. si dominus procurator sciens & consenſi-
14 ente cauit iudicatum solui, tum est locus edicto prætoris, quo districte cogitur procura-
15 tor defendere, quia consenſit: Si autem non promisit procurator iudicatum solui, non co-
16 gitur defendere, sed tenetur in id, quod interest actoris, quemadmodum etiam Myns. in *§. procurator. n. 12. h. tit.* id ita explicat: Deinde oppono *l. sed Eſ ha. 35. §. vlt. ff. cod.* vbi dici-
17 tur procuratorem compelli ad iudicium accipendum, nec sufficere, quod ob rem non
18 defensam committatur stipulatio iudicatum solui. Respond. Distinguendum est inter
19 procuratorem rei, qui conuenit ab auctore & inter procuratorem actoris, qui inuenient
20 conuenit. Procurator rei, qui cauit iudicatum solui, non cogitur districte defendere
21 sed tenetur ex stipulatione in id quod interest: Alia est ratio procuratoris re conuen-
22 ti, quia † re conuentus omnino cogitur eum defendere, cuius nomine agit. Et hæc so-
23 lutio satis potest. *ex l. s. defunctus 15. in pr. ff. de procur.* vbi dicitur aliquando agendum pro-
24 curatorem iudicium accipere, id autem speciale est, quod etiam particula, *Aliquando, sa-*
25 tis ostendit.

2. Ad Thes. 10. II.] Procurator seu defensor rei alienæ nemo esse potest † sine satisdacio-
26 ne, vnde de satisdatione tractatio commode subiicitur, cuius † finis est, ne iudicium fiat
27 frustra.

frustratorium & inane l*si prator. ff. de iudic.* & secura sit res eius, cuius carla agitur. l*. verb.*
securum facinus ff. eodem. Maranth. *de satisdat. n. 2.* Et satisdate est latris praestare l*trib. 8. ff.*
de susfruct. eorum rer. Et hic de ciuiti agimus non criminali. l*13. Ebs Bart. ff. de custod.*
reor. Chil. cap. 47. Et est † satisdatio cautio, hoc est actus iudicialis, *Specul & Maranth.* ¹⁴
pro eo quod à nobis petitur, vel deberur, qua sit dari † fideiustoribus vel pignoribus. ¹⁵
l.i. in fin. ff. qui satisd. cog. Cui opponitur l*1. in fine. ff. qui satisd. cog.* vbi dicunt ea ceteri
tantum fideiustoribus. Ergo non pignoribus. Respond. *in tut. tit. ff. qui satisd. cog.* a-
gitur tantum de cautione iudicio siti, quod fiebat tantum per fideiustores, vnde illa lex
pignorum non potest ministrare. Cum autem hic generaliter de satisdatione agitur,
oportuit nosciam generalem, ponere defitionem, quae competat omnibus iudicia-¹⁶
bus cautionibus, quarum sunt † tres principia: iudicio siti: Rem ratam haberit:
& indicatum scelui: Welenbec. num. 151. Fideiustores autem requirebantur in iudicia-
bus, licet non in conventionalibus, Welenbec. in suppl. ad Schnerdw l.i. §. inter. ff. de
collat. bon. l. 2 quorum bonorum. Pignoris etiam esse satislationem satis ostendit. l*pro-¹⁷*
mifffor 21. §. & l. ff. de const. pecun. quæ species hic etiam est afferenda. Deinde oppono non
tantum hasce duas esse species satisdatonis, sed etiam fieri eam iuramento vel nuda
promissione, ut in thes. 12. affirmatur. Resp. ond. Propriis satisdatio fit fideiustoribus
vel pignoribus. Welenbec. in suppl. num. 4. Inteidem etiam † nuda promissione ma-¹⁸
gis in proprie, quando quis possidet immobilia. l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cog. deinde
præstant † iuratoriam cautionem, qui aliam præstare nequeunt. l. §. omnes. C. de assert.
toll. Auth. & nulli. C. de iudic. Chil. cap. 46. Mynsing. obseruat. II. cent. 2. Idem vici clarissi-
mi. l. in sacris. C. de proxen. Item Occonomi & Clerici. l. cum clericus. 25. C. de episc. & ele-¹⁹
ric. cap. 1. ex. de iuramen. calum. Etiam si teneant mobilia vel immobilia, Welenb. in §. sed
hodie. num. 1. Olim iudex etiam in singulis causis cauebat l*rem non nostram cum Auth.*
seq. C. de iud. Hodie tantum initio officio non ad singulas causas. Nouel. 9. iusurandum
præstatur quod nostris † cautio securitatis vel salui conductus dicitur, Sicher Geleit.
zu Recht und für Un gerechte Gewalt.

Ad Thef. 12. 13.] Affirmatur hic Antiquitati aliud suisse satisdandi modum: aliud
hodie frequentari. Nam reus in omni actione nullà tenebatur satisdatiōne dare pro li-
tis astimatione, quæ longe à iudicatum solui differt. Et quidem † in realibus requiritur ²⁰
à reo cautio de bonis non minuendis. l. 16. S. Cto. ff. de offic. prof. l. ff. fideiustor. 7. §. & l. ff. eod. l.
5. ff. de petit. hereditat. Et Arrestum etiam locum habet, † si res sit mobilis, vel si persona ²¹
de fuga est suspecta dict. l. ff. fideiustor. §. pen. & l. pen. ff. in quib. causis pign. Immobilis cum
fructibus sequestratur. l. & n. Ebs Dd. Cod. de prohib. sequestr. In personalibus et
iam eadem cautio petitur etiam antequam cesserit aut venerit dies debitioñis, maxime si
vergat ad inopiam Reus l. in omnib. 41. ff. de iud. Motibus etiam Reus † qui carceribus re- ²²
laxatur, iurat se non vturum quicquid ibi sit passus, ac si condemnatus sit paritum se
etiam sententiaz. Et ab utroque exigitur † cautio de non ostendendo, si forte sit formi. ²³
dolosus & minas execui solitus. Bart. n. 7. & Dd. Hodie etiam Actor † satisdat se intra duas ²⁴
*mensiles à tempore porrecti libelli litem contestaturum, in iudicio ad finem permansu-
xum, & si succumbat expensas soluturum. Nam tria sunt necessaria, I. vt refaciat da-
*minum. II. Ut reddit expensas, si contingit auctorem succumbere. III. Quod velit ad fi-
dem vsque litem perseQUI. Landr. *de lib. 1. art. 9.* Chil. *Rer. cap. 46.* Fuchs. *differentia*
*40. Ordin. Imp. in constit. Imp. c. 12. Schneidw. num. 6.***

Ad Thef. 14. 15. 16.] Si per procuratorem lis infertur in actoris persona, si manda-
tum est actis insinuatum, vel præsens dominus in iudicio procuratoris sui personam

250 *DISPUTATION. IURIS CIVIL.*

25 confirmauerit, procurator† compellitur præstare satisdationem ratam rem dominum habitum. Cui opponitur *l. non solum. 39. § est & casus ff. qui satisd. cog. vbi non tantum de rato tenetur cauere, sed etiam iudicatum solui.* Respond. Est calus specialis, quod verba ipsa ostendunt & *Zas. affirmat ibi teneri reum in sententia acquiescere, nec posse aliter satisfieri rei iudicatae; tunc enim & cautio de rato exigitur.* Insto & c^oppono. *l. 6. ff. de oper. nou. nunci. ut. vbi dicitur procuratorem non posse satisdare de rato in noui operis narratione, cum tamen in l. Vel in operis. 26. ff. de procurat. dicatur id fieri poss.* Respond. Distinguendum est utrum procurator nunciauerit nouum opus, & satis accepit de opere restituendo, ideoque conueniatur edicto prohibitorio, ne vis fiat adficandi, qui satisdedit de opere restituendo, an vero opus nouum ipsi procuratori, eive; cuius est procurator, nunciatum fuerit, adeo ut contra procuratorem sit locus interdictio restitutorio. Priori casu procurator non cauet de rato, quia est loco rei, non loco actoris: posteriori casu procurator de rato cauere debet, quia periculum est, ne postea dominus velit aliter defendere, utputa quia procurator patitur opns destrui, quod dominus non pateretur. Insto quod etiam post litis contestationem conueniatur de rato. *l. 2. C. de consors. eius. l. litis.* quæ dicit post item legitime ordinatam quibusdam absentibus praesentes posse agere in solidum, dummodo caueant absentes rem ratam habituros id quod tamen negatur in *l. Pomponius 40. § pen. ff. eod.* Resp. Species quæ tractantur ibi non ead: in *l. l. Pomponius.* agitur enim de procuratore litis altera, in *d. l. 2. C. de consorte litis* qui pro parte est dominus litis communis.

Deinde affirmatur defensorem rei præstare satisdationem, iudicatum solui. Ergo ipse 26 reus non satisdat. *§. sed hodie. h. sit.* Sed opponitur *l. 27. §. si ex parte ff. de procurat.* Translationē litis facta ex parte actoris nihilominus coimitti stipulationē iudicatum solui à reo factam, quibus verbis satis ostenditur reum satis deditio iudicatum solui, eamque satisdationem effectum habere. Resp. Considerandum est, utrum ipse reus iudicium suscipiat an procuratorem dederit. Nam si per procuratorem litigare velit pro eo cauere debet iudicatum solui. *l. si ad defendantum 10. ff. iudicat. solvi. 6. si Vero aliquis Institutus. de satus.* Quod si ipse suo nomine iudicium subeat eam cautionem non præstat. *d. §. sed hodie.* Quanquam olim etiam is, qui suo nomine actione in rem pulsabatur, satisdare cogebatur iudicatum solui. *Inst. de satisdat. in princ.*

Ad Theſ. 17. & 18.] Ut tandem controversiarum sit finis, salubriter est constitutū ut actiones certo tempore terminentur; Et quidem actiones reales rei mobilis† finiuntur usū patiōne trienni: Immobilis inter præsentes 10. inter absentes 20. annis. *Cuiac. c. 30. de praescript. 30. annos.* Oppono *l. lita;* actio Pauliana est realis, & tamen anno finit. *l. in honorarii. ff. de ob. & g. act.* Respond. Est illa prætoria actio, & quia prætoris imperium fuit annum, ut hic Iustin. inquit, etiam illæ actiones† anni sunt factæ, eo nō obstante, quod iam actiones ex edicto perpetuo dentur, quia licet perpetua sint facta, tamen nihilominus prætoriae actiones, quæ dantur ex edicto perpetuo, annua manere possunt. II. Obiicitur, quod actio hypothecaria sit realis & tamen 30. annis concludatur, vel etiam 40. annis. *l. cū notissimi. 7. in pr. & l. 1. C. de praescript. 30. annos. d. l. l. 1. §. l. C. de annal. except.* Ergo falsum est, quod hic a literis IC. vel 20. annis reales actiones concludi. Respond. *d. l. cū notissimi* satis indicat, in pr. contra malæ fidei possessores hauc actionē hypothecariam durate 30. annis, id quod ostendunt illa verba, in detentores extraneos alienæ rei suppositæ contra bona fidei possessorem extraneum perit. 10. & 20. annis. *l. si à credito. re. & l. l. l. C. de ob. & g. act. l. 1. & 2. C. si aduersi credit prescript. op. l. creditor. C. de irre. prator. act.* Cuiac. in d. loco, vbi addit 40. annorum fieri mentionem in certo casu, non quod conciliue

cisus tempus esse non possit. Quod autem de 40. annis dicitur, locum habet in debito-
xibus & heredibus creditorum, & posterioribus creditoribus quando debitor est super-
stes, alioquin ad hypothecatiam † 30. an. sufficiunt, Cuiac. in nos. hic. in verbis: certos fi-
xes. Et lib. 2. obser. cap. 18. Gotthofred. ad d. l. 1. C. de annual. except. Denique tertio loco
obiicitur l. 3. in princ. C. de prascript. 30. vel 40. annorum. vbi dicitur in rem actiones specia-
les, & de vniuersitate, & personales actiones triginta annis durant: Ergo male assertur
ex Cuiac. actiones in rem 10. vel 20. annis tantum venire, id quod etiam Wesenb. hic nu.
3. ad Rubr. amplectitur assertendo: omnes actiones reales & personales 30. annis tolli.
Respond. in dict. l. 3. in princ. dicitur, actiones reales & personales ultra 30. annorum spa-
cium minime produci seu pretendi, & ibi ponitur terminus. Non autem dicitur mino-
rit spacio non posse quasdam actiones concludi, & quidem, ut Cuiac. d. cap. 30. refert, olim
anno vtili in Italia tollebantur: in prouinciis perpetuæ erant: Ergo constituant Ho-
nor. & Theodos. in dict. l. 3. vt etiam in prouinciis tempore certo tollerentur, nec
eſſent perpetua, non tamen hoc inde inducitur, minutiori tempore eas actiones conclu-
di non posse.

Ad Thes. 9.] Penales ex maleficiis actiones in heredem rei non competunt † nisi 30
lite cum defuncto contestata, quia ante litis contestationem non sunt in bonis. l. 1. §. e-
x. principatus ff. de collat. bon. & ideo si ante quis moritur, vindicta extinguitur l. 8. t. C. de re-
voca. don. at. dcinde dantur in heredes si quid ad eum peruenit tam iniusta lucra † heredi-
bus merito extorquentur. l. 1. ff. de eo, per quem fact. l. Vide am. ff. quod meritis causa. Sed ob-
iicitur ita: pena suos teneant autores, & non heredes. l. sanctius C. de pan. Ergo male, hie
assertur. Resp. Hoc intelligendum est, quando nihil ad heredes peruenit, tum etiam re-
gulariter non sunt puniendi. Wesenb. in s. non autem. num. 2. b. sit. Inst. ex l. 2. §. 8. ff.
Et bonor. rapt. vbi raptor non ita teneatur. Respond. Hoc ideo sit quia ibi condicō lo-
cū habere debet potius, l. 1. §. 1. 2 ff. de dolo malo. quam hic actio famosa est intendanda. l.
1. 2. ff. de his qui nos. infam. II. Obiicitur l. 7. §. datur. ff. depositi. vbi in solidum datur actio
depositi in heredes: Ergo non tantum in id quod ad eos peruenit. Resp. Dolus hic est ex
contraetu bona fidei & rei persecutione, alias nō tenemur ex dolo † defunctini in id q. 32
ad nos peruenit l. adhac §. 8. ff. de reg. iur. lex depositi. 12. ff. depositi. l. in cōtractib. 4. ff. de ob.
& act. & contractus rotus est dolo natus. l. Lucius 47. ff. de act. emt. Ergo & accessio vt pars
l. qua de toto. ff. de rei vendic. Sed contra datam solutionem valde obiicitur §. aliquando.
h. tit. n. de perper. Et temp. att. vbi dicitur aliquando ex contractu actionem competere in
heredē, veluti cū testator dicitur dolose versatus, utinam particula aliquando: & particula
felut; quasi hoc ad certum casum restrigatur, & singulare seu speciale sit. Resp. Cuiac. in
d. §. aliquando. vult part. felut; clidendā esse, ne repugnet d. l. cum ea. §. fin. ff. de reg. iur. Et
Wesenb. cam suppositiū dicit, qui eiā vult expungenda esse illa verba: Ex contractu: Et in
suppl. ad Schneid W. n. 3. accipit d. §. aliquando pro subiecta materia, de actionib. strictis
ex maleficiis descendantibus & similibus, in quibus illa res est vera. l. in herede. 26. ff. de do-
lo malo. l. & n. in fin. C. ex delict. defunct. De iudiciis bonae fidei ex contractu descendantibi-
bus aliud est sentiendum, in quibus doli præstatio vel bona fides inest, & ideo heredes
in solidum tenentur propter delictū defuncti. l. hoc iure. 15. §. fin. in fin. ff. dereg. iur. Theo-
phil. autem disputat procedere id in deposito ruinæ, naufragii, tumultus, in eendī causa
facto. l. 1. ff. depositi. Et Hotom. in d. §. non etiam, enunc. §. b. tit. dicit in heredem, ad † quem 33
nihil peruenit, actionem depositi non concedi. d. l. 1. ff. depositi. nisi tumultus, ruinæ, &c.
causa id sit factum, de quo miserabilis deposito id accipiunt. Ultimo hic notandum
est † penalia publica iudicia excipi, quæ non tenent heredem, si ante condemnatio tem. 34

reum decedere contingat. l. & iudiciorum 20.c. de accusat. Nam in his neque conclusio. neque attestatio attenditur, Bart. in l. 2. §. si publico. num. 13. de adult. Mynt. obseruat. 60. cent. 4. Chil. cap. 54. nu. 2. Quamobrem & hodie cum crimen fracta pacis sit publicum, 35 extinguitur eius accusatio † nec transit in heredem: etiam si lis fuit contestata, Mynt. obseruat. 98. cent. 1. Et alias ante sententiam mortalitate crimen extinguitur, & accusatio ad nihilum redigitur l. 1. 2. 3. C. si reus vel accusat. nisi in crimine laesae maiestatis. l. &c. ff. ad l. Iul. maies. Welenb. in supplem. ad Schneidw. nu. 3. hic.

36 Ad Thes. vlt.] Officio iudicis est † absoluendus is, qui ante sententiam satisfacit actori. 37 licet in ea causa esset lite contestata ut damnari deberet. Quæritur igitur, an † initio creditore possit quis absolvi, & respondeatur ante item contestatam si offert absoluendum l. & reus. 73. ff. de procurat. lite contestata non videtur cum non licet vna parte inuita pœnitere tanquam ex contractu. l. 3. §. idem scribit. ff. de pec. Contra datam explicationem obiicitur l. 5. in pr. ff. de publican. vbi dicitur, quod absoluatur etiam is, qui post acceptum iudicium, paratus est restituere. Resp. Welenb. in §. & l. h. tit. n. dicit fauoribus esse id fieri posse, vt & nos dicimus. Nam non tam eius pœnitentia spectatur, quā eius quod petitur solutio, quæ omnino tollit obligationem, & per consequens actionē. Nam sublata causa effectus tolli solet; Secus tamen si non totum offeratur. l. acceptum. 38 C. de & sur. Nā † particula rem solutionem creditor admittere non tenetur, cum multa habeat incommoda. l. tutor. §. Lucius. ff. de & sur.

39 Ad Corollarium. Disputatur, an † procurator ad crimina publici iudicij persequenda admittatur? Et Papin. ICrus dicit, quod frustra eo modo accedit in l. pen. §. fin. ff. de publ. indic. Et ita etiam tenet Zalios ad tit. ff. de procurat. & Iul. Clar. lib. §. sent. §. fin. q. 1. n. 1. Sed obiiciuntur l. seruum. 33. §. publice. ff. de procurat. & l. reos. 3. C. de accusat. In quibus textibus expresse affirmatur, in capitalibus defensionem rei admitti. Resp. Hi duo textus ita cum superioribus conciliantur, vt videamus an crimen sit tale, propter quod 40 tantum irrogetur relegatio vel mitior pena, & non maior, tum † defensio est concessa, si pena grauior, puta deportatio, & mors tum non admittitur. l. 1. ff. an per alium causa appell. l. §. in pr. ff. de pen. Nec obstar, quod in d. l. seruum §. publice, & in d. l. Reos, dicitur de criminalibus capitalibus, quia etiam in interdum capitale pro criminali accipitur, & pro peccatis capitul. tamen etiam minores penas complectuntur, puta, relegationem. l. lices. 103. ff. de verb. signif. l. 4. in princ. ff. si quis est indic. fissitur. & hanc solutionem refert veram esse lul. Clar. in d. loco nu. 5 vbi multas habet autoritates, videtur tamen non posse subsistere, illa solutio per l. Lucius. 18 ff. de appellat. vbi quoniam quis deportatur, potest habere procuratorem: nisi dicamus, ibi tantum causas dari: appellationis per procurat: vt in textu dicitur. Alijs in l. 1. ff. an per alium. dicitur vsq; ad relegationem non posse intervenire procuratorem incipiendo, scil. à grauissima pena vñque ad relegationem ita scil. vt relegatio excludatur quasi pro ea interveniat procurator. Certum etiam est ex l. Cornelii dari posse procuratorem in actione iniuriarum l. 42. §. 1 ff. de procurat. alias in iniuriis actio non potest intervenire talis, nisi pro illustribus, §. & l. supr. de iniur. l. & l. C. eod. Alij dicunt, quod absentia recte, redditus iustis causis, tantum defendi & excusari, non etiam integra causa agi possit, quam in interpretationem Cuiac. lib. 20. obf. c. 20. putat nimis esse coactam & improbabilem, qui etiā verbum defendere non patitur, quo plena defensio intelligitur. Putat igitur Cuiac. rectius ponit hanc solutionem vt dicamus d. l. 3. & d. §. publice, tantum loqui de capitalibus iudicij & de reis capitalium criminum, id est, de receptis inter reos capitalium criminum lite contestata, qui soli absentes damnari potest, nam recepti inter reos iudicio publico, non capitali, veluti adulterii, absentes defendi non possunt, l. miles.

*l. miles. §. ea que. ff. ad leg. Iul. de adulst. In iudicis tamen capitalibus publicis vrile est & a-
quum admitti quemlibet defensorem, qui eius, qui reus factus est, quinq; damnari potest,
de c; salutis sua villam curam habet, commiserat, & pro co verba faciat, si ut & pro eo,
qui ducitur † ad supplicium, cuiilibet appellare licet. l.m: n tantum. C. de appellat.*

*Ad Questionem.] Quæstio talis est, An † petitio hereditatis 30. anno circulo
finiatur? Et disponitur in l. scit. 3. in pr. C. de prescr. 1. p. 30. & l. 40. annos un. Quid enim a-
ctiones de rebus singularibus & de vniuersitate tali temporis spacio concludantur. Sed
obiicitur. L. hereditatis. 7. C. de petit. heredit. ubi videtur acclius tempus posse i. Respond. in d.
l. 7. affirmatur quod prescriptio 10. vel 20. anno tum non submouatur ea actio. Ergo po-
tius longius tempus innuitur & requiritur, vnde id nihil refragatur. Secundo obiicitur ita:
Rei vendicatio conuenit cum petitione hereditatis l. 1. ff. de rei Vendie. Sed rei vendica-
tio est longo tempore contenta. Gothofred. in d. l. 7. C. de petit. heredit. Respond. Etiam
in multis conueniant, in multis tamen etiam differunt. Cuiac. lib. 10. obser. c. 1.*

D I S P V T A T I O XLVII.

De Exceptionibus & Replicationibus.

C O N T I N V A T I O.

De armis quibus pugnant actores, scilicet de actionibus haec tenus acti. m. sicut:

*Nunc etiam de Reorum subfidiis, scilicet de Exceptio-
nibus videbimus.*

Thesis 1. Exceptiones exclusiones quædam sunt, quæ actionibus cuius-
que rei ad excludendum id quod ad intentionem deducendum est, opponi-
solent.

2 Hæc origine inspecta, vel ciuiles sunt vel prætoriæ: Ciuiles vel ex legis-
bus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent, descendunt: vt exceptio Senatus-
consulti Macedon. & Velleiani: exceptio diuisionis ex Epistola Divi Ha-
driani. Item exceptio ex Constitut. Iustin. de duobus reis debendi, & alia si-
miles.

3 Prætoriæ ex prætoris iurisdictione substantiam capiunt, vt etiam sunt
exceptiones dolimali, metus causa, paeti de non petendo, & similes.

4 Exceptiones deinde aut sunt temporales aut perpetuae. Temporales
sunt, quæ ad tempus tantum nocent, & temporis dilationem tribuunt. Harū
aliam rursus sunt declinatoriæ, aliam dilatoriæ.

5 Declinatoriæ sunt, quibus iudicium vel iudicem declinamus. Iudi-
cium declinamus vel ratione iudicis, si est incompetens, vel ratione iurisdi-
ctionis, si iudicium non habet fundatam iurisdictionem, vel ratione loci, in
quo habetur, si est in honestus, vel ratione temporis puta, feriarum.

6 Iudicem declinamus, si talis is fuerit, qui propter inhabilitatem eius-
modi

modi officio fungi nequeat, aut si excommunicatus vel suspectus sit.

7 Dilatoria in specie ita dicte, ex variis causis dantur. Primo, ratione litigantium, si vel propter etatem vel defectum rationis, vel alias ob causas repte in iudicio versari nequeant, item si reus spoliatum se dicat.

8 Et haec spolii exceptio plenam restitutionem tribuit non tantum rei ablatae, sed fructuum etiam, & impensarum, nec ante reus respondere cogitur.

9 Secundo ratione libelli: si is fuerit ineptus & male compositus. Tertio ratione processus ex defectu citationis. Quarto ratione causa, vt sunt exceptio pacti de non petendo intra certum tempus: Exceptio diuisionis & nouae constitutionis de correis debendi: Exceptio excussionis seu ordinis quæ fideiussoribus dantur & similes.

10 Denique quædam exceptiones extrinsecus veniunt, & aliunde assumentur, vt exceptio præstandæ cautionis, exceptio expensarum, exceptio litis pendentia.

11 Proprium harum exceptionum dilatoriarum est, quod ante alias omnes etiam ante litis contestationem proponantur, post non admittuntur, ne quidem in causa appellationis, si in prima instantia omissæ fuerint.

12 Exceptio tantum declinatoria excommunicationis, anomala est, cum in quacunque parte iudicii, imo etiam post latam sententiam obiiciad probandam nullitatem possit.

13 Perpetuae exceptiones, quæ etiam peremptoriae dicuntur, sunt, quæ semper agenti obstant, & rem, de qua agitur, perimunt, continentque exceptionem metus, transactionis, pacti perpetui de non petendo, rei iudicatae competentia, in quantum quis facere potest, non nostræ pecuniae, cai tamen contra aliarum naturam biennio præscribitur. Item exceptionem SCti Macedon restitutionis in integrum, & si quæ sunt aliæ.

14 Harum exceptionum proprium est, quod tam ante quam post litis contestationem usque ad sententiam in iudicio proponi possint: Sunt tamen tres peremptoriae exceptiones anomalæ, puta, iuris iurandi, rei iudicatae & transactionis, quæ etiam in vim dilatoriarum exceptionum ad impediendum litis ingressum possunt opponi.

15 Omnes autem exceptiones, quibus reus uti potest, fideiussori, etiam in iusto reo, competit. Cessant etiam Iustin. Constitutione hodie exceptiones, quæ olim procuratori propter infamiam vel dandis, vel ipsius procuratoris opponebantur.

16 Replicatio quoque exceptionis nomine venit, & nihil aliud est quam

quam exceptionis exclusio, quæ datur actori aduersus iniquam forte exceptionem: Duplicatio deinde est exclusio replicationis: Triplicatio Duplicationis: Triplicationis quadruplicatio, ac ita deinceps.

17 Salubriter tamen in constitut. Cameræ Imperial. constitutum est, ne progrediantur litigatores & procuratores eorum ultra duplicationem in his, quæ ante litis contestationem cogitari solent, neque ultra quadruplicationem post litis contestationem, quamvis alias officio iudicis modus allegationibus imponi possit.

Corollarium: Constanter defendi posse putamus per exceptionem iuris iurati tolli obligationem ciuilem, quæ post præstitum iuramentum permanet, quamvis aliqui sint in contraria sententia.

DISPUTATIONIS XLVII.

De Exceptionibus & Replicationibus, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Actiones sunt arma quibus pugnant actores aduersus reos.
- 2 Exceptiones sunt rerum defendantium gratia comparata.
- 3 Exceptionem esse speciem exclusionis.
- 4 Exceptio an possit etiam definitionis vocabulo definiri.
- 5 Theophilus quomodo exceptionem definias.
- 6 Exceptiones non sunt actiones, sed illis opponuntur.
- 7 Reus an & quomodo alter dici possit.
- 8 Reus in quo statu causa possit fieri actor.
- 9 Exceptio nisi apta sit a iudice reicitur.
- 10 Actio & exceptio quomodo conueniant & differant.
- 11 Actori quod licet, an simul etiam reo sit permissum.
- 12 Replicatio & exceptio quomodo conueniant.
- 13 Condemnatio quando per exceptionem tantum minuatur.
- 14 Prescriptio qua ratione possit esse exceptio.
- 15 Dilatoria exceptiones an etiam in definitione exceptionum continantur.
- 16 Dilatoria exceptiones excludunt actionem ad tempus.
- 17 Exceptiones an recte in ciuiles & praetorias distinguantur.
- 18 Dilatoria exceptiones quid sint & quotuplices.
- 19 Declinatoria exceptiones quid sint.
- 20 Exceptio feriarum quando locum habeat.
- 21 Exceptio spolijs est dilatoria.
- 22 Exceptio excussionis est dilatoria.
- 23 Exceptio litiis pendentia est dilatoria.

- 24 Exceptiones omnes que reo competunt, competunt etiam fidei sufficiunt.
 25 Exceptionum dilatoriarum quid nam sit proprium.
 26 Peremptoria exceptiones quid sint & qua.
 27 Exceptio dolis mali, cur non sit temporalis, sed perpetua.
 28 Exceptiones in quantum quis facere potest, peremptiores esse probatur.
 29 Exceptiones in quantum quis facere potest non esse dilatorias.
 30 Peremptoria exceptiones tam ante, quam post litis contestationem in iudicio proponere possunt.
 31 Peremptoria exceptiones semper agentis obstant.
 32 Procuratoria exceptio cur cesseret.
 33 Procurator infamis an admittatur.
 34 Adiuvatura & procuratura quomodo differant.
 35 Dilatoria obiectiones nisi certo termino obiciantur, non valent.
 36 Replicationi an duplicitatio, an vero triplicatio obiciatur.
 37 Replicationum restrictio.
 38 Obligatio ciuilis an possit tolli per exceptionem iuris iurandi.
 39 Ius iurandum non est modus tollenda obligationis à iure ciuili instituta.

A D Continuationem.] Superius in tit. de actionibus cum seqq. aliquot abunde dictum fuit de actionibus, per quos expediantur & agantur, & quae earum sit vita: Nunc igitur commode & recte subiicitur etiam tractatio de exceptionibus Vnde hic Imperat. in pr. ita dieit: Sequitur nunc de exceptionibus ut dispiciamus Nam omne iudicium redditur inter actorem & reum. e. forus. 10. ibi: in omni. extra. de Verb. sign. Actiones etiam sunt f. arma, quibus pugnant actores aduersus reos. Dum igitur actores habent arma, & quum fuit etiam reis aliquid subsidium praestare, ne indefensi statim ab actoribus opprimerentur. Exceptiones idcirco dantur reis, id quod Imp. huc in princ. latus eleganter ostendit, quando affirmat f. exceptiones reorum defendendorum gratia esse comparatas, easque esse ex xquitate Iustin. pass. non ostendit in princ. & q. præterea. in Verbis: sed quia iniquum. b. sis. n. Mynsing. in d. §. præterea. n. 1. Iustinianus vero hoc tit. nostro de exceptionibus, non agit de omnibus exceptionum exemplis, sed de aliquibus tantum, & quidem præcipuis, quæ fusiū à Dd. explicantur, & etiam in Digestis specialiores titulos de aliquibus habemus.

A d Thesin 1.] Affir. natur in thesi 1. exceptionem esse quandam exclusionem: Notanda est particula, quadam, in l. 2. ff. b. iir. quæ latius indicat exceptionem esse quadam exclusionem, id est, f. esse speciem exclusionis. Quæ madmodum etiam Imp. Iustin. in §. 1. supr. de legat. legatum, inquit, est quædam donatio, quasi sit species donationis, scil. mortis causa facta, tamen in testamento, ut ibi dictum fuit, & in §. 1 supr. de donationibus. Sed obicitur l. defensiones. II. C. de exceptionibus, vbi dicitur quod exceptio f. sit defensio. Ergo ita potius est definienda, Coriol. lib. 2. Miscellan. c. 16. n. 1. Respond. Omnis exceptio est quædam defensio, est etiam exclusio, quia dum excludit actionem etiam una defensionem præstat in l. antepen. ff. b. sis. n. Exceptiones dicuntur conditiones, quia olim conditionaliter concipiebantur. Welsenb. in paratis. ff. n. 9. Et omnis defensio venit nomine exceptionis èν τάκτες. Welsenbee. in complemen. ad Schneidv. num. 2. in princip. Theophilus & Græcus Institut Paraphrastes in tit. Institut. de except., definit exceptionem allegationem iudicialem, quæ opponitur actioni, quæ iure ciuili efficax est: Natta autem non subsistit. Welsenb. in paratis. ff. b. sis. n. 3. Deinde in definitione dicitur, quod exceptiones opponantur

tur actionibus cuiusque rei, ex quo sane appetet satis clare exceptiones † non esse actio. 6
 nes, idque etiam planum videtur, ex continuatione, quia exceptionibus reus: actionibus
 actor vtitur. Sed opponitur l.s. ff. h. tit. n. vbi dicitur, agere etiam is videtur, qui exceptione
 vtitur. Nam reus in exceptione actor est: Ecce IC:um Vlp. dicentem, Reum esse actorem
 in exceptione. Resp. Materia actionis inspecta, reus actor dici non potest, sed materia ex-
 ceptionum inspecta dici potest, quod ad similitudinem actorum rei exceptionibus se de- 7
 fendant, quemadmodum se defendunt actionibus actores. Praterea etiam vt actor probare
 tenetur suam intentionē, ita quoq; reus exceptionē probare tenetur, vnde dicitur reum
 in exceptione esse actorem. Et dicitur: *Videretur agere*: quæ verba improprietatem quan-
 dam important, quasi tamen non vere agat vt actor, sed potius improprie agat, id est, exci-
 piat reus, id quod etiam definitio actionis satis indicat in §. i. supr. de action. vbi dicitur, q.
 actio sit ius persequendi in iudicio, quod sibi deberut. Quamvis similiter dici posset verbū
 persequendi in lata significacione ad exceptionem quoque perduci posse, quemadmodum
 etiam verbū actionis in lata significacione forte vel impropri, quamvis in speciali signifi-
 catione vel proprie actionis vocabulo exceptio non veniat; Atq; ita est intelligenda: *Ver-
 bum oportet §. i. ff. de Verb. sign.* Zaf. ad d.l.i. h. tit. n. de proprietate accipit, & idem in l.
 nemo. h. tit. Dicinde ex Zafio in d.l.i. additur hoc. d. l. i. h. tit. n. habere petitionem princi-
 pij, cum dicatur, agere is videtur, qui excipit. Reus enim in exceptione actor est, ibi ratio
 non est, sed petitio principij. Resp. Gl. vt hoc effugiat, dicit particulam, NAM, quæ pro cer-
 te ponitur, quasi declareret alterum. Bart. dicit primum esse generale: alterum speciale: Za-
 fius dicit, non esse petitionē principij, quæ tum est, quando in antecedente & consequente
 similia sunt: vt Cicero est eloquens; quia est eloquens. Est igitur à coniugatis hoc argu-
 mentum, quo antecedens afficit consequas.

Insto. Contra id quod supra dictum fuit, ideo exceptionem dici actionem, quod sit in
 iis quædam probandi similitudo, quia actor tenetur probare suam intentionem in actione.
 Reus in exceptione, & quidem dico, ex l. s. ex cautione. C. de non numerata pecun. vbi
 reus non tenetur probare exceptionem sed actionem: Ergo non potest dici Reus actor.
 Respond. Zaf. add. l. i. dicit gl. quidem soluere id, sed nescire an bene vel male soluerit: di-
 cit igitur Zafius distinguendum esse hic inter status, conjecturalem, finitium & iuridi-
 ciale. In statu conjecturali, quo queritur an sit factum, non habet locum, quia ibi ex
 reo nunquam sit actor: Nec in statu finitio, sed tantum in † iuridicali, cum constet de
 facto. Aptæ † etiam debet esse exceptio, alias eam iudex omnino reiicit l. i. §. habeo. ff. de
 fluminibus. Et certum est in aliquibus † conuenire exceptionem & actionem, puta in pro- 10
 bando & forte in aliis. Vnde, exceptio est quasi actio: in aliis tamen differunt etiam, quia
 actor libellum scriptis offert. Ausen. offer. stur. C. de lite contestat. Reus autem ore profer-
 re potest exceptionem sine scripto. l. scire oportet. §. scire. ff. de excusat. tutorum.

Secundo obiicitur ita: Nemo prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamvis sine
 diuersitate l. nemo. 8. ff. h. tit. id quod tamen in actionib. non procedit. Nam actor contrarias
 actiones non potest deducere in iudicium. l. nemo ex his. §. i. ff. de regul. iur. l. quod in herede.
 §. eligere. ff. de trib. act. Ergo reus in exceptione actor non est. Respond. Impropriæ Reus
 dicitur actor, praterea gloss. in d.l. nemo pluribus. 8. recte dicit reliquos textus in actore
 procedere. Insto. Quod licet actori, licet etiam Reo. Resp. Illa regula hic exceptionem
 habet, & † negatice procedit. Zafius in d.l. nemo. II

Tertio opponitur d.l. 2. §. i. ff. de except. vbi dicitur quod replicatio sit exceptio, quæ
 tantum non excludit actionem sed exceptionem, & ruetur actionem. Resp. Zanger pag. 13.
 dicit, id fieri ἐν πλάτει: hoc est, lata significacione vocabuli exceptionis, quo veniat repli-

2 catio, ut vocabulo actionis venit exceptio propter quasdam t̄ conuenientias. E. hic ea est conuenientia, quod v. rob̄q; sit exclusio, exceptio excludit actionem; Replicaio exceptiōnē excludit. Idem habet Faber h̄c ad rubr. Sonliard. in Lex. in Ver. b. exceptio. Wesenb. m̄ parat. ff. n. 2. in supplem. ad Schneidv. &c.

3 Quarto obiicitur l. exceptio. 22. in prīm ff. eod. vbi dicitur, quod exceptione actio saltem minuatur; Ergo non excluditur id quod tamen in definitione asseritur, vbi affirmatur exceptionem excludere, hoc est, in totum tollere. Resp. Zang. in tract. de exceptione. n. 1. pag. 18. affārat pro solutione condemnationem in totum excludi & tolli, quando peritio penitus tollitur & excluditur. Minuitur t̄ condemnatio, quando quis in id tantū condemnatur quod facere potest, quia condemnationis totalis nō est, s. sunt præterea. supr. de act. l. sunt qui. 16. cum ll. seqq. ff. de re iud. Gothofred. ad d. l. 2. putat minuit condēnationem, scil. si iēsus agendi actori nondū competat: & eo modo etiā t̄ præscriptio est exceptio, hoc est, exclusio temporis, l. an virtut. s. §. 1. l. creditor. ff. de divers. & temp. act. Denique valde obiicitur, quod dilatoriz exceptiones t̄ non contineantur sub hac definitione, quia tamen generalis esse debet, quia dilatoriz exceptiones tantum differunt actiones, vnde etiam nomen habent, non autem excludunt, & ideo generalis definitio non videtur esse exceptionum. Respond. Aliqui volunt d. l. 2. in pr. ff. h. tit. ex qua hæc definitio est desumpta, accipi tantum de p̄emptoriis. Sic & alias leges, qua in sententia est lalon in l. 41. §. Catonum. § 8. ff. de Gerb. oblig. Wesenb. ad tit. C. de except. n. 2. Zang. pag. 21. Sed dicendum est dilatoriz exceptiones t̄ excludere actionem, hoc est, intentionem ad tempus, dum remorantur actionem & excludunt iudicem seu iudicium, quamvis non in perpetuum excludant causam ipsam, circa quam in totum excludendam non sunt occupataz dilatoriz, quo etiam inclinat Mynl. num. 9. in princ. h. tit. dum dicit dilatoriz solius intentionis sunt exclusiones, & exceptio est omne, quo excluditur intentio fine in totum finie ad tempus & plus est actionem excludi, quam intentionem. Gothofred. ad dict. l. 2. dicit directo iudicem excludi dilatoriis, oblique etiam causam, quæ solutio ex parte sustinere potest.

5 *Ad Thesin 2. & 3.*] Affirmatur origine inspecta t̄ exceptiones esse ciuiles vel prætorias. Cui ita oppono: Exceptiones sunt ex natura, id est, ex iure gentium origine inspecta. s. præterea. h. tit. n. Ergo non sunt ex iure ciuili. Respond. Origine prima seu primaria inspecta omnes exceptiones naturalis ratio quasi suaserit, secundaria origine, id est, causa efficiente ciuili inspecta, aut sunt ciuiles, id est, ex iure ciuili, pura ex legibus, vel ex iis quæ vicē legis habēt, pura ex SCtis, Principū Constit. aut sunt prætoriz, id est, ex iure prætorio. Zanger. in tract. de except. pag. 26. dicit, quod hæc diuisio sit ex causa efficiente; altera ex fine seu effectu, scilicet exceptiones esse p̄emptorias & temporales. Secundo ita oppono. Hæc diuisio non deberet primo loco poni, præsertim cum in actione primum locum non habear sed summa diuisio ibi sit, quod aliquæ actiones sint reales, aliquæ personales, Ergo potius illa exceptionum diuisio esset prima, alias esse p̄emptorias, alias dilatorias. Respond. Inspecta origine exceptionum prior illa est diuisio, quam hic habemus, sed inspecto magis iudicij vbi summa potius illa est, exceptiones esse p̄emptorias & dilatorias, quemadmodum inspecto magis vbi iudicij illa actionum diuisio est prior & posterior, actiones scil. esse reales & personales, quemadmodum etiam supr. in materia actionis ad hoc argumen. est responsum. Tertio obiicitur l. 2. §. Et generaliter ff. de except. del. mali. vbi dicitur ex omnib. in factum actionib. oriri exceptionem dolii mali. Ergo frustra distinguuntur in thesi 3. ab aliis exceptionibus. Resp. Affirmatur in d. l. 2. §. Et generaliter. oriri do- f exceptionem ex omnib. actionibus in factum, id est, in nominatis. l. quia. II. ff. de prescript. Gerba.

Verb. Et tum sit, quando exceptions ciuiles ordinariæ non adsunt: alias ordinariæ prefe-tuntur *in causa ff. de minor. 25. annis.*

Ad Thesin 4. 5. 6.] Agitur in hisce thessibus de alia diuisione exceptionum, alias scil. esse peremptorias seu perpetuas, alias dilatorias seu temporales. Dilatoria; ad tem-pus valent, & temporis dilationem tribuunt: Dilatoria; hæ sunt rursus duplices: alia di-cuntur declinatoria; alia dilatoria; in specie, quemadmodum adoptio & id genus alia, quemadmodum id Dn. Iohan Lagman Vicecancellar. nunc aulæ Iulianæ olim in proce-su Ducatus huius eruditæ explicauit. Declinatoria; sunt, quibus iudicium vel iudicem-declinarimus etiam ex eo, quando iurisdictio non est fundata. Cui tamen valde opponitur. *l. 2. in princ. ff. si quis in ius vocat. non servit.* vbi dicitur quod ex quaenque causa quis voca-tus ad prætorem vel alium, qui iurisdictio præstet, venire debet. Resp. Additur in *d. l. 2. ci-tatum ab incompetente iudice debere tamen venire ad prætorem propter eius authorita-tem*, nec eam emanendo contemnere, vt scilicet siat examinatio eius an prætoris sit iu-risdictio seu ut siat cognitio de eo, an sit competensiudex. Sed contra datam solutionem rursus obiicitur *l. 5. lib. ff. de iurisdict. omnium iudic.* vbi dicitur quod ad incompetenterem iu-dicem nemo teneatur venire: Ergo falsum est eum qui non venit citatus, puniri posse ab incompetente iudice. Respond. Id tum sit, quando est certum & manifestum aliquem es-ſei iudicem incompetenterem: nam si est dubium & de eo forte cognitio est habenda adhuc, tunc venire tenetur saltem ut examinatio eius rei institui possit. Potest autem quis non comparete in feriis, quia tum locum habet & exceptio feriarum. Zanger. pag. 220. & 20 in iure Canonico tantum valet. *cap. 2. extr. de feriis.* quia sequenti die non feriata pro-cedit.

Ad Thesin 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.] Agitur hic de dilatoria; in specie, quæ ex variis caufis dantur, inter quas est exceptio spolii, quæ est dilatoria. Zanger. pag. 211. quia non 21 perimit, sed tantum differt actionem institutam, & intra quindecim dies est probanda. Obiicitur post litis contestationem etiam, si quis spolium de nouo exortum, & se ad eius notitiam peruenisse dicit. *c. pastoralis. 4. extra. de except.* Zanger. d. cap. 9. num. 7. nec ante quis cogitur responderi, quam restitutio sit facta, in quo haec exceptio est priuilegia-ta *cap. 4. de ordin. cog.* Deinde exceptio & excusonis est dilatoria. Zanger. pag. 201. quia 22 differt etiam actionem institutam, vt prius principalis, & is qui geslit, excutiatur; ini-quinum tamen esset, eam non posse post litis contestationem opponi. Zang. pag. 204. Ex-ceptio etiam & litis pendentia; est dilatoria, quando scilicet lis de ea re, quæ in iudicium 23 ducitur, alibi, hoc est, coram alio iudice pendet. Zang. pag. 125. Notandum vero omnes exceptions, quæ reo competunt & fideiussori quoque, inuitu etiam redi competentur. *l. o. 24. smes. 19. ff. cod.* Cui obiicitur *l. exceptions. 7. in princip. ff. b. it.* vbi id negatur. Respond. Exceptions quæ personæ cohærent, scilicet reo, non transiunt in fideiussores. Si autem rei cohærent, ad fideiussorem omnino transitoria; sunt. *d. l. 7. §. 1.* Insto ex *l. defensiones,* 21. *C. de except.* vbi habent intercessores exceptions, si reo maneat integer status. Re-spond. Hoc omnino una requiritur secundam hanc legem. *Y si cui. 18. C. de non numerata perun. l. fideiussori. 24. ff. de donatio. l. ex persona rei. 32. ff. de fideiuss.* Cuiac. etiam illa solutio placet *lib. 15. obser. cap. 35.* Fallit etiam thesis secundum Cuiaciūm *lib. 19. cap. 29.* quando quis fideiubet donandi animo vel in rem suam. *l. si quis reum. ff. de lib. legat.* *l. quod dictum. ff. de pactis.* vel, si pro inuitu, *l. si pro re.* *ff. mandari.* vel si iussu re-statoris in specie. *l. tribus. ff. de fideiussori.* earum rerum quæ sibi consumuntur. Exceptio-num vero & dilatoria; harum proprium est, quod ante alias omnes, & ante 25 litis contestationem proponantur: nam si quis omisla; exceptione forte suspecti

iudicis procedit, in iudicem consensisse videatur. Dd. in l. apertissimi. C. de iudice. c postremo. 36. tunc c. cum speciali. 61. de appellationsbus Zang pag. 81. n. 1. nisi cepto iudicio reus id ignore, cum specialiter allegare potest l. nō distinguens. 32. §. cum quidam. ff. de arb. Zang. pag. 83. num 2.

26. *Ad Thesin 13.*] In hac thesi agitur de peremptoriis. exceptoribus, † quæ semper agenti obstant, & rem de qua agitur, non tantum differant sed perimunt, inter has est exceptio mictus, transactionis, item doli mali, quæ datur contra eum qui exigit id quod dolo malo actori est promissum. Sed opponitur: quod actio doli sit temporalis, non perpetua. l. 30. in fin. ff. de pecul. l. vlt. C. de dolo malo. Exceptio autem non est temporalis l. 6. ff. de except. vbi gl. & l. spactum. 6. C. cod. Welsen. ff. vi. 3. Respond. Id ita constitutum est, quia actio doli est odiosa, ideo eius vita est brevior. c. odio. de regul. iur. in 6. Exceptio autem est perpetua, † quia dolus non debet esse impunitus, & plus fauemus reo quam actori, & favorabilia sunt extendenda, quia fauor est in reo, odium in auctore, & Zang. num. 26. dicit, que ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua. Dolus autem si ab initio interuenit, bona fidei contractibus non opus est exceptione, sed iplo iure cōtractus sunt nulli. l. 6. eleganter. 7. ff. de dolo malo. Zang pag. 255. Deinde affirmatur peremptorias esse eas exceptiones, in quantum scil. quis tacere potest. Quibus autem competentiae exceptio competat supra in disputatione ultima actionum satis diligenter visum fuit, sed hic iam alii nobis sunt contrarij, qui dicunt hasce exceptiones potius esse dilatorias. Fuit aliquis glossator antiquus qui dicxit Gerdianus, item Iohannes, illi fuerunt in nostra sententia, scilicet quod sunt peremptoriae † quia lite contestata postulant opponi imo in ipsa excusione. l. ex discess. 17. §. fin. ff. solut. Secunda ratio necessari est, quia minuunt exceptiones haec condemnationem, quod non faciant dilatoria que saltē differunt condemnationem. Haec vero licet non in totum perimant causam, tamen in parte scil. quatenus relinquunt alimenta; ab hac tamen sententia discedit Zalios in l. 2. §. fin. & l. seq. ff. b. tit. n. dicit Ausolini antiqui glossatoris sententiam iuxta communes opiniones esse vetorem, scil. † quod sunt dilatoria. Hanc sententiam sequitur Zalios in d. loco. & Zang: etiam in tract. de except. pag. 193. placet. Argumenta illorum sunt hæc. Primo, dicunt in hisce exceptionibus differunt condemnatione in meliorem & pinguorem fortunam, quæ si affuerit, non amplius hac exceptione tuti sunt l. vn. §. cum autem. 7. C. de rei Exor. art. Respond. Interim tamen minuitur condemnatione, & sententia accipit finem conditionalem, quæ tamē conditio raro excipere potest. Et dum causa ipsius condemnatione minuitur quidem tantū, licet in totum non perimatur, merito peremptoriae exceptiones sunt: non enim differunt, sed potius tollunt causam ipsam, seu eius condemnationem, licet in parte. Secundo vtitur Zang. in tract. de except. pag. 193. tali argumento: Qui exceptione tutus est hac per errore solutum repetere non potest, l. quod nomine. 8. cum seq. ff. de condit. indeb. cum tamen in l. qui exceptionem. 40. ff. de condit. indeb. dicat cum qui exceptione habet perpetuam, solutum per errorem repetere posse, ex quo igitur relinquitur hanc exceptionem peremptoriæ non esse. Resp. Ad dilitur id non esse perpetuum, id quod satis constat ex d. l. 8. cum seq. vbi si maius id facit, & dorem dat, non potest repetere in fauorem doris: Secundo, quia dos est propria vxoris quæ est naturalis eius domina l. in rebus. C. de sur. dor. non ita in aliis, puta in locis. Merito igitur nostra sententia subficit.

30. *Ad Thesin 14.*] Affirmatur in hac thesi 14. exceptionum peremptoriæ proprium esse, quod † tam ante, quam post litis contestationem vñq; ad sententiam in iudicio ppconi possint. Hic tunc nobis maxima mouetur lis, scilicet exceptiones peremptorias tantum post litis contestationem opponi; non ante litis contestat. Qua in sententia est Dn. Welsen.

Wesenb. in §. paras. h. tit. n. 7. Item Zanger. in tract. de except. in generalibus num. 11. c. m
seqq. fundamenta eorum sunt: Quæ exceptiones plerunque altiorum requiriunt indig-
nem, ideo poties post litis contestationem referari debet. I. ille à quo. 13. §. quid ergo si ad
SC. Trebell. l. 3. §. ibidem 14. ff. ad exhibend. Respond. Concedamus quidem plerunque eas
exceptiones sortiti effectum post hinc contestationem: interim tamen possunt obici
erā ante litis contestationē, & probant suam sententiam per l. si quidem. 9. C. de except. vbi
dicitur habita exceptionis contestatione exceptioni peremptoriarē locum esse. Idem dicitur
in Lemtor. 9. C. de prescript. long. temp. & l. prescriptionem. 8. C. de except. vbi Imp. Dioclet. &
Maxim. rescriperunt exceptionem peremptoriā in initio contestatam, sufficere ad hoc,
ut ante sententiam reus ea veatur. Respond. Ex l. peremptoria C. sententiam rescindi non
posse, vbi dicitur exceptiones peremptoriarū ab initio omislas postea quædorunque ante
sententiam opponi posse. Et notanda est vox quandocunque: quasi semper & quotiescumque
placuerit ante vel post litis contestationem possunt opponi, ante sententiam, quan-
tuis aliqui ibi legant: quandoque: Duaren: tamen ad tit. de except. legit quandocunque
& Gotthofred. ita sensit, & quidem contestari possunt hac exceptiones ante item con-
testatam, licet post item contestatam factis probationibus effectum demum sortiantur
& ita textus loquitur in l. exceptionem 19. Cod. de probat. vbi sunt hæc verba: Exceptio-
nem peremptoriā opponi quidem initio, id est, ante item contestat: probari vero post-
quam actor demonstrauerit, quod assuerat & hoc cum d. l. prescriptionem conuenit, vn-
de correctione opus non est secundum Donellum. Id quod tamen Zanger in generalib. n.
17. putat, nostriā sententiā defendit Duaren. h. tit. n. de except. vbi dicit dilatorias in initio
tantū proponi nec post litē contestatā: probari etiam secundū Dd. ante litē contestatā.
IV. C. eod. peremptoriarū vero tum demū facta contestatione, id est, allegatione earū an-
te item contestatam protari, si actor de intentione sua docuerit, d. l. except. C. probat. Et
etiam iuslīn in §. appellatur. h. tit. num. viriū particula, semper quasi peremptoria † sem-
peragenti obstant: Si igitur semper id procedit, etiam ante item contestatam allegari
potest. Et ideo in l. 4. C. eod. dicitur omnes exceptiones integras & sic ante finitam causam,
id quod de peremptoriis tantum est accipiendo secundum Gotthofred. ibidem. Reliqua
argumenta Zangeri, facile ex his foliis p. slunt, cum sint levia. III. Obiicitur ita: Per-
emptoriā ante litis contestationem non opponuntur, qua tum adhuc nulla est lis. Resp.
Allegatio tantum sit exceptionis, licet nondum sit probata. IV. Obiicitur l. tamen ff.
ad S. C. Macedon. vbi etiam exceptio SCti Macedon. post sententiam opponitur. Ergo non
tantum vsq; ad sententiam. Respond. Zaf. h. tit. vi & Wesenb. Inflatus. h. c. Exceptionem
illam esse in hoc priuilegiale, vi & exceptio SCti Velleiani & posse obici etiam post sen-
tentiam, vt & exceptiones cōmpterentia. l. inter eos. ff. de re iudic. l. Nescius. §. fin. ff. de re
iudic. d. l. ex diuerso 17. §. fin. ff. solit. matrimoniū, quemadmodū in supra dictum fuit. De-
nique obiicitur l. l. C. de iur. & fact. ignor. vbi si miles omisit exceptionem, potest ea
uti post sententiam. Respond. Id in milite ob militaria priuilegia est speciale.

Ad Thes. 15.] De prima parte huius theses supr. ad. thes. 7. cum seq. fuit aet. m: Se-
quuntur ergo ut vide: mus de exceptione procuratoria, qua ex l. fin. constitutione † cessat, 32
quia infamis procurator potest admitti ne negotia & causa n̄ mispiorentur & fin. h. tit.
num. Ante iuslin. procurator infamis non admittitur batur Paul. lib. 1. sent. tit. 2. Sed obiicitur
primo ita: Infames acentur à dignitatibus l. l. C. de infam. lib. 1. Ergo infamis † procura-
tor esse non potest. Respond. Advocatura † est dignitas: Ergo infamis acentur advo- 33
cas l. l. ff. de postul. Sed procuratuta est vtile & officium non dignitatis l. 2. C. de dignit. lib. 12.
Aduocatus tunc causam, eamque gubernat consilio: Procurator gerit personam eius.

546 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

qui mandatum dedit. II. Obiicitur c. i. 3. q. 7. vbi expresse dicitur, quod procurator non possit esse infamis. Resp. ibi gl. procuratorem accipi pro aducendo, id quod etiam textus ex ff. de postul. arguit, quia postea subiicitur in verb. procurator vel patroni, vel dicimus ibi in §. fin. h. tit. n. agi & de infami ex leui criminis, in d. c. i. de infami grauis criminis, quamvis usid specialiter afferat inde Zanger. in tract. de recept. pag. 151. III. Obiicitur in Camera Imperiali infamem non admitti procuratorem, in quo officium procuratoris est honorabile, cum sit consistorium summi Principis, nec recipiatur ibi quis, nisi sit Doctor vel Licentiatus: vt in Camer. Imperiali part. i. tit. 18. 19. Gail. lib. 1. obseruat. 43. num. 8. Tiraquell. de nobil. cap. 30. Respond. Mynsing. & Welenbec. hic eius rei non faciunt mentionem, unde certum est id accipiendo esse tantummodo de iudicio summa Camerae, non de aliis minoribus iudiciis, ad quae se tamen vploritius ius civile refert. Ratio autem qua Iustin. hic ytit amplius non valet iure Canonico, scilicet ne proteleetur iudicia, quia iudices ex eo iure vnum terminum ad omnes dilatorias exceptiones opponendas praestituunt, intra quemque nisi obiiciantur, deinceps non audiantur. cap. pastoralu. de except. Myns. d. b. §. n.

Ad Thef. 16. 17.] Agitur in hisce thesibus de Replicatione, & Duplicatione, quæ duplicitio excludit replicationem, h. tit. num. Et ita multiplicantur nomina per succedentes pugnas litigantium Zal. in l. 2. ff. h. t. n. Sed obiicitur l. 2. §. sed & contra ff. eod. vbi dicitur contra replicationem solet dari triplicatio. Ergo non duplicitio. Resp. Webenb. n. 12. ad pr. tit. 36 de replicat. dicit & replicationi esse contrariam duplicationem, unde inquit mirum est in d. l. 2. §. sed & contra, ponit triplicationem, nisi mendum subsit; in Camera tamen imperiali huic rei quedam est restrictio addita, vt thefis Ultima habet. Et Zanger in tract. de replicat. pag. 11. in fin. dicit in iudiciis bene constitutis haec allegationes, quæ per rabulas forentes aut proclamatores potius ad caulas protrahendas, quam expediendas conquisitæ sunt solent, restringi ne ultra duplicationem aut triplicationem litigatores progrediantur confundantur. 18. part. 1.

Ad Corollarium.] Defendi posse putamus & per exceptionem iuris iurandi non tolli obligationem ciuilim, quæ permanet post praestitum ius iurandum. Id primo autoritate Welenbec. Mynsing. & aliorum probatur in §. aque. de except. II. quia textus 10. §. aque ita loquitur, vt etiam Theophil. dieit, quod per ius iurandum praestitum non tollatur ciuilis obligatio. Sed tantum naturalis, vt & Myns. hic per l. Stichu. §. naturali. ff. de solut. vt & affirmat Zanger pag. 310. in §. precedenti etiam non tolli ciuilim obligationem, & eodem modo nec in d. §. aque. h. t. num. quod particula, aque ostendit, & quia pacto ius iurandum est simile, sequitur, vt sicut post pactum manet ciuilis obligatio, ita & post ius iurandum. Sed obiicitur l. ast pstor. 7. ff. de iure iur. vbi dicitur actionem non dari. Ergo nec exceptionem. Respond. Oldendorp. claus. t. act. 9. num. 1. praetoris edictum esse imperfectum, & Vlp. id lacius interpretari in l. nam postquam. §. 1. ff. de iure iur. Welenb. in d. §. aque dicit iure prætorio non dari actionem creditori, sed iure ciuilii, & Zanger ac Kling. accipiunt d. 38 §. non de iuramento voluntario, quod pacto est simile, præterea ius iurandum non fuit modus tollenda obligationis à iure ciuilii instituta, & dicunt alii iudiciale iuramentum tollet ipso iure obligationem propter autoritatem iudicis secundum l. gratia licet. C. de iuram. Quamuis tamen Welenbec. nu. 1. d. §. aque id de iudiciali & necessario iure iurando accipiat quasi per id ciuilis obligatio & actio non tollatur, Hotom. in d. §. aque. enunc. 1. dicit se vix posse concedere, quod dicit Imp. tametsi alibi scribatur naturalem obligacionem ipso iure tolli per ius iurandum, dist. l. Stichum 25. §. naturales ff. de solut. Et putat plane per ius iurandum concidere & interire ipso iure actionem, & tum demum locum esse

esse exceptioni, si dubitatur & ambigitur an sit iuratum. Si autem de eo nulla est controversia non esse locum exceptioni per d.l.nam postquam 9. in princ. ff. de iur. quæ tamen sententia pugnat hic cum iust in d. §. aque, nisi dicamus I Culum Vlp. in d.l. 9. agere de iure prætorio & Imperatorem in d. §. aque de iure ciuiili.

DISPUTATIO XLVIII.

De Interdictis.

CONTINVATIO.

Tractatum fuit hactenus de actionibus & exceptionibus: Sequitur nunc tractatio interdictorum, quæ etiam actionum appellatione generali veniunt.

Thema. 1. Interdictum ab eo, quod inter duos dicitur appellatum, interdum simpliciter dictum, vel edictum, interdum decretum nominatur.

2 Est autem interdictum ius persecundi in iudicio possessione vel quasi possessionem sibi debitam.

3 Quæ persecundi ratio olim fiebat solennibus formulis & verbis conceptionibus, quibus prætor iubebat aliquid fieri, vel non fieri prohibebat. Hodie tamen non est necesse redi interdictum, sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

4 Et si de litigiosa possessione est inter duos vel plures contentio, quæ ad arma processura videtur, iudex ex officio vel ad petitionem partis inhibere potest, ut abstineat à possessione vel loco inhibitionis possessionem sequestrare, donec summarie cognoscatur vtrinam possessio momentanea sit adiudicanda, atq; ita etiam in Camera Imperiali id obseruatur.

5 Interdictis autem experiri in primis utile est, quibus aduersarius ad operaria petitoris compellitur, nec agens ante tenetur restituere possessionem, quam intentionem suam aduersarius probauerit.

6 Quæ interdicta licet in rem videantur concepta seu scripta: vi tamen ipsa personalia sunt: in iisq; exinde ratio habetur suetuum, ex quo edita sunt non retro.

7 Earumq; summa diuisio est, quod quædam sunt prohibitoria, quædam restitutoria, quædam exhibitoria.

8 Prohibitoria sunt, quibus prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vi-
tio possidenti vel mortuo inferri, vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripaue eius aliquid fieri, quo eius naugetur.

9 Restitutoria sunt, quibus possessionem prætor iubet restitui, velut bo-
norum possessor, id est, possessionem eorum, quæ quis pro herede vel pro posseffore possedit, & ei qui est deiectus ex possessione.

10 Exhibitoria sunt, per quæ iubet prætor exhiberi, veluti eum cuius de libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qui in potestate eius sunt.

11 Sequens diuisio est, quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt: quædam retinendæ: quædam recuperandæ.

12 Adipiscendæ possessionis causa accommodatur interdictum bonorum possessori, quod appellatur quorum bonorum, eiusque vis ac potestas hæc est, vt quod ex his bonis quisquam quorum possessio alicui data est, pro herede vel proposessore possideat, id ei, cui possessio bonorum data est, restituere debeat, & ideo vniuersale merito dicitur.

13 Interdictum quoque saluiarium adipiscendæ possessionis causa est comparatum, coque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercenariis fundi pignori futuras pepigisset.

14 Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta; vti possidetis & utrubi: cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controversia sit, & ante queratur, uter ex litigatoribus possidere & uter petere debeat, cum magnum possessionis sit comodum, vt supra est monstratum.

15 Interdictum vero vti possidetis, de fundi, vel ædium & sic immobilium possessione, in iisque in re mobili & immobiliis vincit, qui possessionem nec vi nec clam nec precario ab aduersario litis contestata tempore detinet licet olim secus fuerit.

16 Possidet quis non solum si ipse possideat, sed si eius nomine alius, imo animo solo retineri possessio potest, quamvis nec ipse sit in possessione, vel eius nomine alius, animo tantum solo adipisci nemo possessionem potest.

17 Hinc etiam affirmamus constanter interdictum vti possidetis, vi deiectione etiam competere, quicquid Cuiac. obstrepat.

18 Recuperandæ possessionis causa solet interdicti, si quis ex possessione fundi vel ædium vi est deiectus, per interdictum unde vi, per quod is qui deiecit cogitur ei restituere possessionem, licet is ab eo, qui vi deiecit, vi vel clam vel precario possideat.

19 Imo ex constitutionibus sacratis. Si quis rem per vim occupat, si quidem in bonis eius est, dominio eius priuatur, si aliena post eius restitutio nem etiam aestimationem rei dare vim passo compellitur.

20 An autem is qui ex primo decreto missum in possessionem expellit incidat in penam ambigitur: eumque non incidere putamus.

21 Quia autem vi aliquem de possessione deiecit, tenetur l. Iulia de vi publica aut priuata.

22 Tertia interdictorum diuisio est, quod quædam sint simplicia, quædam duplia.

23 Simplicia sunt, in quibus alter actor, alter reus est, qualia omnia sunt testitoria & exhibitoria: Actor est qui desiderat exhiberi vel restitu: Reus is est, à quo desideratur, ut aut restituat, aut exhibeat.

24 Prohibitorum autem interdictorum alia sunt simplicia, alia duplia: Simplicia sunt, quibus prohibet prætor in loco sacro vel flumine publico vel ripa eius aliquid fieri.

25 Duplicia sunt: veluti, vt possidetis & vtrubi: Duplicia autem ideo dicuntur, quia in his par vtriusque litigatoris est conditio, & unusquisque tam actoris quam rei partes sustinet.

26 Concludemus hic, possessoria interdicta vasallo etiam accommodari, tam aduersus extraneum, quam contra ipsum feudi dominum, & illa domino & ipsi competere.

Corollaria. 1. Repressalias omni iure licitas esse putamus.

2. Veritati magis, non Cuiacio, gratificabimur, afferendo, vim publicam à priuata eo generaliter distingui, quod hæc sine armis, illa vero cum armis committatur.

DISPUTATIONIS XLVIII.

De interdictis, obiectiones & resolutiones.

S V M M A R I A.

- 1 Interdictorum materia cur non precedat materiam exceptionum, sed eam sequatur.
- 2 Interdictum vnde dicatur.
- 3 Interdictum quid sit.
- 4 Iudicium duplex est, petitorium & possessorium.
- 5 Interdicta an omnia sint de possessione vel quasi.
- 6 Interdictum quomodo & decreatum sit, & ius.
- 7 Homo liber potest quasi possideri.
- 8 Interdicta olim certis formulis fiebant.
- 9 Interdictis cur expetiri vtile sit.
- 10 Interdicta quamvis in rem concipientur, tamen omnia sunt personalia.
- 11 Fructuum ratio qualis in interdictis habeatur.
- 12 Diuisio interdictorum, in prohibitoria, testitoria & exhibitoria, vnde sumta sit, & an pro principali habenda.
- 13 Interdictorum inscriptions vnde sumantur.
- 14 Interdicta an recte dicantur esse prohibendi & iubendi.
- 15 Interdicta an vera diuisione dicantur quadam esse adipiscende, quadam res inenda, & quadam recuperanda possessionis.

266 ~~600~~ DISPUTATION. IVRIS CIVIL.

- 16 Interdictum conservande possessionis nullum est.
- 17 Interdictum quorum bonorum cui detur.
- 18 Interdictum quorum bonorum an sit visus sale.
- 19 Interdictio Salusano quid petatur.
- 20 Interdictum retinenda possessione quot sint.
- 21 Interdictum quis possidetis quid sit, & quid eo petatur.
- 22 Possidere quot modis quis dicatur.
- 23 Possessio solo animo potest amitti.
- 24 Interdictum qui possidetis habet etiam is qui vi deiectus est à possessione.
- 25 Interdictum de vi & de armata, cui competit.
- 26 Possessione deiectus qua ratione possit intentare interdictum, & qui possidetis.
- 27 Possessio naturalis si amittatur, quomodo restitus possit.
- 28 Affectio eius qui possessione deieciuntur, semper spectanda est.
- 29 Rem unam & tandem an duo in solidum possidere possint.
- 30 Castrorum & Proculianorum pugna.
- 31 Possessionis recuperanda interdicta qua sint.
- 32 Missus in possessionem ex primo decreto, an incidat in pacato.
- 33 Missus ex secundo decreto in possessionem quid accipiat.
- 34 Vi aliquem desiciens de possessione, quomodo puniatur.
- 35 Vis publica & privata quomodo differant.
- 36 Interdicta duplicita qua sint.
- 37 Interdicta nulla esse recuperanda & adipiscenda simul possessionis.
- 38 Vasallo an competent interdicta possessoria tam aduersus dominum ipsum, quam aduersus extraneum.
- 39 Vasallus & libertus differunt.
- 40 Dominus fendi debet in omnibus vicem reddere & vasallo.
- 41 Interdicta possessoria etiam domino ipsi aduersus vasallum competitur.
- 42 Repressalia an omni iure sint licita.
- 43 Repressalia quid sint.
- 44 Repressalia procedunt in ultimum subsidium.
- 45 Spoliatus ante omnia est restituendus.
- 46 Repressalia litera quando dentur.
- 47 Studiosi in Academis & pedelli eorum, & bique pro ciuibus habentia.
- 48 Repressalia litera aduersus quos non conferantur.
- 49 Repressalia an cum iure natura pugnant.
- 50 Detentus alieno nomine damnum an petatur.
- 51 Repressalia an iure divino prohibeantur.
- 52 Filius quomodo dicatur non portatus iniquitatempas.
- 53 Vendicta priuata nulli est permissa.
- 54 Repressalia habent speciem iusti belli.
- 55 Repressalia litera an pugnant cum iure Canonico.
- 56 Repressalia litera an non iure civili sint prohibita.
- 57 Iudicis copia & si haberet non potest, ipse miseri ius dicere possit.
- 58 Repressalia & arresta differunt.
- 59 Repressalia nulla expressa lmp. posteriorum sanctione sunt cassata.

A [D Continuationem.] Mitati aliquis posset, cur tractatus interdictorum subiicitur materiae exceptionum, cum tamen actionum nomine interdicta veniant, ex quo vide-

videtur dicendum statim post factiones debere agi de interdictis. Cui respondeat Myns.n. 1. & 2. hic natura ordine inspecto præcedere materiam interdictorum tractationem exceptionum: Ordine vero docendi inspecto, nihil referre, quæ materia præcedat, cū continuatio titulorum ad se inuicem non sint necessaria sed probabilis. Et id etiam D. Horst. in tract. de interdictis publice ita proposuit. Materia vero interdictorum est practicabilis & propter quotidianam uilitatem commendatione nulla indiget, cum scipiam comuendet secundum Ictum in l. i. ff. de restitu. Welenbec. in supplem. ad Schneid. hic in princ.

Ad Thes. 1.] Interdictum secundum Iustin. ex eo appellatur, † quod inter duos dicitur. Hac Iustin. etymologia improbabilis non videtur, sed contra hanc etymologiam obiicitur, quod non tantum inter duos, sed etiam inter plures interdicta reddantur. Ergo illa etymologia non est perpetua. Respond. Ut plurimum inter duos de possessione datur interdictum, scilicet inspecto auctore & reo, inter quos duos datur, licet interdum sine plures socii causa, tam ex parte rei quam auctoris, qui tamen omnes ex virtute parte pro auctore vel reo uno habentur, præterea dici potest unitatem hic excludi, vel iudicis personam excludi, nam ille non adest, & saltem sit a superiori interdictio inter litigatores, ne facile ad arma veniant. Welenbec. in §. summa h. tit. n. ad fin. Secundo epponitur potius interdictum dici ab interdicendo, hoc est, interloquendo, ut putat Welenb. in parasit. ff. n. 3. b. t. n. vel dici ex eo quod interim detur interdictum, donec scilicet plenior iudicio de iure possessoris queratur, & sic ad tempus vni ex iis adiudicatur, qui antea in possessione fuit, & dicitur illa momētanea possessio, quæ durat, donec perfectius causa examinetur. Myns.n. 6. hic & Cuiac. in parasit ff. eod. dicit, scire potius quam vere Iustin. id dicere, quod inter duos detur, verius ab interloquendo id quod per l. 3. §. Vlt. ff. de lib. hom. exhib. probat. Resp. Quando nos dicimus interdictum dici quasi inter duos detur, id cum quadam efficacia intelligimus, quasi scil. inter duos detur secundum thes. 3. 2. 4. scil. ut si id interdicendo, hoc est, attribuendo momentaneam possessionem vni ex litigatoribus, tamdui, donec causa maiori indagine inquiratur, vel si neuter possidet sequestrando possessionem, donec tota causa eo diligentius examinetur, id quod tum potissimum fit, quando est metus armorum, cum ad iudicis officium spectet prouidere ne ad arma partes proruant, sed ut lites misuantur, & Myns dicit in §. retinende. nu. 7. se hoc sibi vidisse in Camera praticatum, deinde in d. l. 3. §. Vlt. ff. de lib. hom. exhib. dicitur quidem rogandum, tamen petendum scil. ut olim fiebat, inde adhuc illa vox remansit Deinde illa etymologia ab interdicendo non esset generalis, quia non tantum interdicitur, sed etiam exhibetur. Verior rigitur & generalior Iustin. videtur etymologia, ut dicamus interdicta dici, quod inter duos dentur ad excludendum iudicem vel uitatem, id quod si interim interdicendo vel iubendo quid fieri vel exhiberi, donec tota causa pleniori iudicio sit disputata, & rectius sit inquisitum utriusque litigatori ius.

Ad Thes. 2.] Proponitur in 2. thes. definitio interdicti, † quod sit ius persequendi in iudicio possessionem vel quasi possessionem sibi debitam. Dico quod sit ius persequendi ex definitione actionis in §. 1. supr. de action. quia generali appellatione actionis venit etiā interdictum. l. actionis Verbo 37. ff. de ob. & act. Addo etiam differentiam in verb. possels. vel quasi possels. quia actione ius nostrum absolute petimus, non tantum quo ad possessionem restituendam, sed etiam quoad proprietatem. Et notandum est † duplex esse iudicium, petitorum & possessorum, quicum illud proprietatem, cui inuoluta est possessio, respicit: hoc possessionem, ut constat ex cap. p. storaliſ & integra rubr. ff.

de causa possessionis & proprietatis naturaliter. §. nihil commune est de acquir. posses. In possessione igitur de posses. vel quasi posses. In petitio de dominio vel quasi agitur. § omniū supr. de actione. Id quod etiam Welenb. in supplem. ad Schncid W. nu. 3. cū seqq. in pr. prolixius ostendit. Sed obiicitur totus ist. ff. ne quid. in via publ. vbi est ius non sibi debitum, scil. quo ad posses. Ergo id falso in thesi affirmatur. Resp. Particula sibi ita accipitur, quando posses. vel quasi debetur non priuato tantum, sed etiam Recipib. seu vniuersitati, modo sit posses. l. 2. §. 1. ff. cod. Secundo obiicitur l. 2. §. quadam ff. de interdict. vbi expressis verbis affirmatur quādam interdicta, puta de itinere actuq; priuato, & forte alia, contineat causam proprietatis. Deinde ibidem dicitur, quod etiam interdicta, quae sunt de locis sacris & religiosis, veluti proprietatis causam contineant. Ergo falsum est quod hic dicitur: in thesi, interdicta esse iura de posses. vel quasi possessione, cum tamen certum sit proprietatem & possessionem differre. l. quasit. ff. de Verb. signif. Respond. Cuiac. lib. 5. obseruat. c. 5. 19. ¶ plerunque omnia interdicta esse de possessione vel quasi possessione: pauca esse de proprietate vel quasi idem vult lib. 5. c. 17. & in d. l. 2. § quadam h. iii. Et hoc etiā Iustin. Imp. ostendit h. tit. n. quando. vtitur particula: maxime; quæ particula inuoluit & includit etiam posses. vel quasi posses. in certis casibus, & dicimus ita; l. Cti considerant & ponunt id in definitionibus, quod ut plurimum sit non rarius. l. 3. 4. 5. 6. ff. de ll. Vnde id dum rarius est. omittimus, cum ut plurimum interdicta sint de posses. vel quasi posses. Quamuis tamen Cuiac. in parasit. C. de interdict. expresse dicat d. l. 2. §. quadam, ita esse accipiendam, quando dicitur hoc interdictum, scil. de itinere actuque priuato proprietatis non possessionis causam, obtinet, hoc est, non solius possessionis sed etiam proprietatis, quasi videatur in huic hoc interdictum plus habere possessionis quam proprietatis, quæ solutio rem totam sustinet. Deinde quia res sacrae non sunt in domino, de quo vtitur ICtus in d. l. 2. §. quadam, particula quass, id quod eadem ratione ita accipi potest. Et ita fere Dn. Horst. etiam in tract. de interdict. id soluit, quamuis illa interdicta de re priuata intelligat per d. l. 2. hac etiam ff. h. iii. n. Alio vero non tantum possessionem vel quasi sed vniuersum ius aliquiui persequitur seu proprietates vel quasi una cum possessionibus, c. 17. III. Definitur interdictum decretum in parasit. C. Ergo non est ius. Resp. Est decretum, & nihilominus. ius definiri potest: ¶ decretum est ratione veteris iuris potiss. quia in specie novo iure utilis actio datur ex interdicto, quemadmodum thesis sequens ostendit. Deinde obiicitur ita: liber homo non possidetur. Ergo interdictum de liberis exhibendis, & de libero homine exhibendo, non est de posses. nec Resp. Certum est ¶ liberum etiam hominem quasi possideri, & datur hoc interdictum ratione quasi posses. quam quis habet in suis liberis. Sed obiicitur contra datam solutionem. l. si liber. 13. ff. ad exhibend. vbi dicitur non dari actionem ad exhibendum, sed interdictum ratione eius, quod ab alio, liber homo detinetur, cū tamen contrarium dicatur, in l. de eo. in pr. 12. ff. ad exhibend. Recip. Goithofred. dicit illa ipsam l. 13. in fin. soluere totam rem, scil. ideo in d. l. 3. non dari actionem, quia non interest, peculiariter enim datur actio ad exhibendum d. l. de eo. 12. in pr.

3. Ad Thes. 3. 4.] Solennibus ¶ formul's olim siebant interdicta, nam siebant à proto- se ita, vt im petrarentur certæ formulæ, quemadmodum etiam in actionibus est factum, vbi si quis in una syllaba erravit in illis formulis, ille cecidit causa, sed iam id sublatum est tot. tit. C. de form. & imp. sublat. Hodie datur actio utilis ex causa interdicti extraordinaria, Welenb. in parasit. h. tit. num. 2. vnde in Rubr. ff. habetur, de interdict. Vel extraordinariis actionib. qua probis excentur, quæ verba posteriora à compilatorib. sunt adiecta, vel ex perpetuo edito, Welenb. in parasit. ff. n. 2. In Camera tamē hodie momētanea posses. & vni attribuitur vel sequestratur, donec de causa plenario magis processu agatur; idq; sit ideo,

ideo ut arma vitentur, & Mynd. dicit in §. retinenda. num. 7. b. sit. n. se lapius in Camera id vidisse pronunciatum.

Ad Thes. 5. & 6.] Vtile est interdictis experiri, † ideo quia non ante ibi fit restitutio ab auctore, quam si aduersarius intentionem suam probauerit, & hæc summa est interdictorum utilitas. Et sciendum deinde interdicta quidem esse concepta in rem, cum rem persequantur. d.l. & § quedam ff. b. sit. n. quamvis † vi ipsa sunt personalia, & hoc ita est intelligendum secundum Wesenbec. in paratit. ff. num. 7. vi ipsa, effectu, & potestate omnia interdicta ad personas certas pertinere, quamvis generaliter de re & possess. loquantur. Affirmatur deinde in 6. thesi. in interdictis haberi rationem fructum, ex quo sunt edita non retro l. 3. in interdicto ff. de interdict. Sed obiicitur l. Videamus 38. §. in Fabiana, cum seq. ff. de & sur. Ibi omnium fructuum habetur ratio: Ego non tantum eorum, quæ post edita interdicta affuerunt, sed etiam illorum, quæ ante editam actionem computari possunt. Respond. Cuiac. lib. 4. observ. c. ii. dicit d.l. 3. ff. eod. cohaerere cura §. s. m. l. 2. vbi agitur de interdictis recuperanda & adipiscenda possessionis, quæ dicuntur restitutoria. Itaque ex gloss. quadam forte, positam legem in interdictis tam recuperanda quam adipiscenda possessionis; Exinde habetur ratio fructuum, ex quo edita sunt non retro. Ergo d.l. Videamus §. in Fabiana, loquitur de retinenda possessionis interdictis, in quibus id non procedit. Sed contra datam solutionem obiicitur l. 4. c. Ende & t. l. 1. §. ex die. 40. ff. de & c. vi armat. vbi ex die, quo quis deicetus est habetur ratio fructuum; id tamen interdictum est recuperanda possessionis. Ergo id in iis non ita obtinet ut post editionem fructus præstentur. Respond. Speciale est in interdicto vel in illis duobus interdictis recuperanda possessionis, quia hæc duo tantum sunt recuperanda possessionis secundum Cuiac. in d.l. Vel dicendum est Ictum in d. §. ex die, dicere: In ceteris, scil. quæ perinde sunt restitutoria atque interdictum vnde vi, quæ verba important specialitatem forte propter delicti enormitatē & atrocitatem facinoris, quemadmodū Ictus dicit in d. l. 1. §. interdictum hoc. 43. ff. de & c. vi armat. Quamvis Cuiac. in fin. d.l. auctor sit, ut verba illa: adipiscenda vel recuperanda possess. tollantur: Vnde etiam in Codicibus non habentur illa verba in d. l. 3. ff. de interdict.

Ad Thesin 7. 8. 9. 10.] Agitur hic de summa diuisione, quæ est desumpta † à forma, 12. quæ dat esse rei. Wesenb. in §. summa. b. sit. n. Sed obiicitur l. 1. in princ. ff. de interdict. vbi dicitur interdicta esse vel diuinorum vel humanarum rerum: Ergo illa diuisio est summa, cum & ibi sit summa, & ideo summo loco ponatur. Respond. Illa est diuisio à materiali causa sumta, ex quo ea non est prior, & certum est omnia interdicta, prohibitoria, restitutoria & exhibitoria esse, ex rebus diuinis vel humanis. Et est hæc summa etiam ideo, quia ita discernere plenum prodere ratione executionis. Parum autem referat ad rem scire, an sint de rebus humanis, an de rebus diuinis. Vnde non obtinet Hotteman. §. summa. enunc. 1. qui putat hanc diuisionem non attingere rei naturam & substantiam, & melius fecisse Vlpianum in d. l. 1. b. sit. n. At notandum interdictorum † inscriptiones à primis cuiusque interdictorum verbis sumi solere. Wesenbec. in paratit. ff. ne & sis stat ei. & c. n. 4. Secundo ita obiicitur: duplicita potius sunt interdicta, † scilicet prohibendi & iubendi. Respond. Id generalius dici potest, quia restitutoria & exhibitoria sub iis, quæ iubentur, continentur, in quod concedi potest: Sed nemo peccat, qui lussum. sequitur, quem multi docti sunt secuti.

Ad Thesin 11.] Alia diuisio interdictorum hic ponitur, scilicet aliqua esse adipiscenda, aliqua retinenda, aliqua recuperanda possessionis. Sed obiicitur † non esse diuisio-

nem, sed potius subdivisionem. Hoc omnis in §. sequens. ensunt t. ibi. l. & Myns. Resp. Superior est plana, haec etiam alio respectu, scilicet accidentis: licet enim diuisio h. ec competat superioris diuisione speciebus, tamen id alio accidente fit. Secundo obicitur, quod haec diuisio non sit perfecta, cum quarta etiam species addatur, scilicet conseruandæ vel confirmandæ possit. Nam si filio impuberi moueatur quæstio status & hereditatis, officio Carboniani editi in tempus pubertatis differtur quæstio, mittiturque in possit. l. si non possidat. l. præsita cautione. l. i. C de Carbon. Editio. l. 6 §. missum. ff. eod. Resp. Iason in d. l. ita responder, quod tamen non sit interdictum seu possessorium remedium ordinarium, nec datur inter duos contendentes de possit. Myns. in d. §. sequens. n. 2. §. 3.

Ad Thesis 12. 13.] Agitur hic de interdictis adipiscendæ possessionis scilicet, quorum bonorum, quod tamen datur heredi auctori, scilicet, qui nunquam possessionem habuit. Marant. part. 4. distinct. 7. num. 5. & requiritur ut alius sit in possessione. Welenb. in paratis. ff. 20. num. 8. Sed obicitur: Restitutus mihi, quod antea habui; Ergo porcius est recuperandæ possessionis hoc interdictum: Nam vtimur particula, restituere. Respond. Verbum, restituere, vt & alias, accipitur hic pro tradere de novo; nam reus pro possessore vel herede possidet, auctor petit. Adita autem fuit hereditas de Iure prætorio l. i. i. C. quorum bonorum. Marantha part. 4. distinct. 7. num. 4. Potest autem esse duplex: utile & directum. Directum bonorum possessioni datur de Iure prætorio: utile de Iure Ciuitati heredi, Maranth. 12. part. 4. distinct. 7. num. 7. Deinde affirmatur hoc interdictum esse tamen vniuersale. Cui opponitur §. sequens. h. sit. n. §. l. hac amplius. cum l. seq. ff. de furt. vbi dicitur, quod etiam hoc interdictum competit pro rebus singularibus. Respond. Singularia res possunt peti hoc interdicto, modo tamen sint hereditatis; nam qualibet res, quamvis minima, ex hereditate pertinet iure vniuersali. Quamvis Dn. Myns. num. 7. §. sequens. videtur velle Vlpiani responsio in d. l. i. in fin. ff. quorum bonorum. aliquid deesse quasi scilicet singulas etiam res pertineat: vel dicendum principaliter ad vniuersitatem. hoc interdictum pertinere: In consequenti, autem ad singulas res Deinde est interdictum saluianum tamen quo pertinet res coloni facite obligatae, in prædium conductum illatæ: Marantha p. 4. dist. 7. n. 11. Quamvis Cuiac. in paratis. ff. velit verbum, pepigisset, expressam & nominatam conuentiōnem require, & competit ut ille de omnibus rebus cuiuscunq; debitoris, pignori obligatus. l. r. C. de precario. Plura adhuc sunt interdicta adipiscendæ possit, secundum Maranth. par. 4. dist. 7. n. 4. cum multis seqq. quæ ibi videantur,

Ad Thesis 14. 15.] Agitur hic de interdictis retinendæ possit. & tamen duo tantum sunt, in quibus id exemplificatur, scilicet uti possidetis & utrubi. Maranth. p. 4. distinct. 7. nu. 14. Interdictum uti possidetis tamen est fundi vel ædium, & sic immobilium. Utrubi de mobili possessione, utrilibet tamen interdictum uti possidetis locum habet in rebus incorporalibus iurisdictionis seruitutum retinendarum, si quis in iis turbatur. Mynsing. §. sed interdicto. num. 4. b. sit. n.

Ad Thesis 16.] Possidet quis non tantum, si ipse possideat, tamen si eius nomine aliud: Imo animo solo retineri possit, quamvis nec ipse in possit. sit, nec eius nomine aliud, sed animo tantum solo adipisci nemo possit. potest. Sed valde obicitur l. quemadmodum. 8. ff. de acquir. possit. vbi dicitur, quemadmodum nulla possit. acquiri potest nisi animo & corpore, ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque est in contrarium actum. Cui tamen turfus refragatur l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. possit. vbi dicitur animo solo amitti possit. Resps. distinguendum est inter acquisitionem & amissionem. In acquisitione non sufficit animus: at in amissione possit. omittitur tamen ex solo animo, quando quis ani-

num possidēti abiicit, etiam si adhuc corpore incumbat, tamen possessio solo animo est extinta. Si in amittendo præcedit naturalis possessio, ciuilis non amittitur: nam vtrumq; simul requiritur secundum d.l. quemadmodum. Si vero præcedat ciuilis possessio in amittendo, sufficit animus in abiicendo, qui præualet, licet adhuc quis corpore incubat rei, & ita accipitur d.l. 3. §. in amittenda. Eandem solutionem vt video, iam habet Gothofr. in d.l. quemadmodum. his verbis: si inchoes amissionem à corpore, id est, à naturali possessione corporis & animi actus requiritur, si ab animo inchoes, solus animus sufficit, vnde & in l. sive. tit. 153. ff. de regul. sur. est adiecta particula Fere, limitatiu. Eodem mode ipse folii hasce ll. in disputatione, cum profecto non memineram me vnuquam eam audiisse antea vel legislic. Et est elegans solutio & vera. Verior certe dari non potest ex ipsa natura naturalis & ciuilis possessionis.

Ad Thesin 17.] In thesi superiori dictum est, solo animo retineri possessionem ex quo consequitur, adhuc eum, † qui vi deiectus est, habere interdictū vti possideris. Quamvis Cuiac. in contraria sit sententia. Fundamenta autem nostræ sententiæ sunt hac. Primo, vt hoc interdictum locura habeat, nihil interest, an quis naturaliter vel ciuiliter possideat: nam semper iuris interpretatione pro possidente est, vt probatur per l. si quis. 17. i. 2. pr. ff. de acquir. possess. vbi dicitur, qui deiectus est possessione, perinde haberi debet ac si possideret. Secundo, nemo ex improbitate sua consequi debet actionem l. stem fullo. 12. §. 1. ff. de furt. quod hic fiereret: imo vis non debet adiunvari, quia illi non possunt dicere se habere animum possidendi illas res, quas mala fide habent, vnde inquit Welcub. contrariam sententiam Dd. fallere. Tertium argumentum: Interdictum de vi & vi armata competit ei, qui † in possessione turbatur, l. vim facit. II. ff. de vi & vi armata. quando possessione nondum abiit: Ergo nihil obstat, quo minus è contrario etiam detur per vim deiecto hoc interdictum. Nam id l. 1. in pr. ff. cod. ostendit, quando dicit vti possideris, quo minus ita possideatis vim fieri veto. Deinde hie ille succumbit, qui vi ab alio possidet l. 1. 3 ff. h. tit. Quaratum argumentum est ex l. 3. in pr. ff. cod. vbi dicit Paul. Si vi à me possides, superior sum in hoc interdicto, quod de eo, qui vi expulsus est, interpretatur Iustin. in §. quorum. h. tit. n. Si igitur superior est, merito vincitur, & per consequens eo interdicto is vti potest, qui vi deiectus est ex possessione. Manet igitur nostra sententia vera, donec ea, quæ videntur obstat, remouantur.

Contrariana autem sententiam defendantium hæc sunt fundamen. I. Argumentum est l. si quis vi. 17. in pr. ff. de acquir. poss. vbi dicitur interdictum vnde vi recuperande possidēti dari, quando quis vi est deiectus: Ergo non datur interdictum, vti possideris. Resp. Recte respondetur ad naturalem possessionem etiam acquirendam, qua amissa est, recte dati interdictum vnde vi: Ciuilem autem is retinet animo, qui est deiectus. Vnde † ratione 26 ciuilis possessionis, quam adhuc habet, interdictum vti possideris, adhuc etiam intentare potest. II. Argumentum est, ex l. 3. §. si quis ff. de vi & vi arm. at. vbi dicitur, quod aliquis amittat possessionem, quando meru deterretur. Respond. Ibi metuit, cum nihil metuere debet, vnde si relinquit possels. non videtur deiectus, quia errans discedit. III. est ex l. 1. §. est igitur. & § interdictum ff. vti possidetis. vbi dicitur expressè: Vnde vi testitur possessionē amissam: interdictum tuetur eam vti possidetis, qua fuit: Ergo illud interdictum non potest dari pro recuperanda possessione. Respond. Naturalis est amissa possidēti, & vt ea ceteratur, † ope Magistratus necessarium est interdictum de vi & vi armata. Sed ciuilis 27 possidēti fuit retenta, & quia adhuc ciuiliter possidet, eius ratione & intuitu, interdictum vti possidetis intentare potest. Et certum est possessionem non amitti nisi animo & corpore simul. l. quemadmodum. 8. ff. de acquirend. vel amittere. possessione. Actus

Actus tamen naturalis possessionis per violentam deiectionem potest impediri, qui ut liber sit interdicto de vi & vi armata potest obtineri. Si quis autem animum abiicit possidendi, licet adhuc possideat, tamen possessionem amisit vere l.3. §. in amissenda. ff. de acquirend. posseſſ. Quartum argumentum est ex l.1. §. siue à corpore. 24. ff. de vi & vi armata. vbi dicitur vi eum esse deiectum, qui ciuilem possessionem amisit, quam animo habuit, & dicitur, ademisti possessionem per deiectionem, quam animo retinebat. Ergo non tan-
28 tum naturalis possidit amittit per deiectionem sed etiam ciuilis, & per consequens interdictum vti possideris locum non habet, quia ut ante dictum fuit, intentatur id ratio-
ne ciuilis possessionis, quæ manet. Respond. Ibi voluit quis amittere etiam animo pos-
sessionem, hoc est, ciuilem, dum nimium molestatur, dum in itinere detinetur, quemad-
modum textus satis ostendit. Affectio † enim eius qui deiciuntur, est consideranda & in-
tuenda, quo animo quis fundos vel ædes, ex quibus deiciuntur, deserat. d. l.3. §. Et si uis. ff. de
vi & vi armata d.l.3. §. in amissenda ff. de acquir. posseſſ.

Quintum argumentum est ex l. clam. 6. §. fin. ff. de acquir. poss. vbi quis ad nundinas profectus amittit possessionem. Respond. Miror Cuiac, in dd. locis, hoc fundamento vti,
cūa expresse nostram sententiam defendat: nam dicitur ita: Qui ad nundinas profectus neminem reliquerit, & dum redit ex nundinis aliquis occupauit possessionem: Dum au-
tem clam inuasit possessionem, retinet is, qui ex nundinis rediit, possessionem. Quod &
nos voluum, vnde etiam pro recuperanda naturali possessione, à qua fuit deiectus, occu-
patione potest interdictum habere de vi & vi armata, vel quod vi aut clam interdictum vti
possideris ratione ciuilis possessionis.

Sextum argumentum est ex l.1. §. deiciuntur. & §. penult. ff. de vi & vi armata. & l. natu-
raliter. §. ff. de vſurpat. & vſucap. Respond. ut ante, naturalis amittitur & recuperatur in-
terdicto de vi & vi armata, ciuilis manet, & defendantur per interdictum vti possideris, &
dum ciuilis defenditur, vna naturalis acquiritur, atque ita etiam l.11. ff. de condic. trist. in-
telligenda est.

Septimum argumentum est ita: Duo in solidum vnam rem tenere non possunt, is sci-
licet qui deiciunt & qui est deiectus. l.3. §. ff. de acquir. posseſſ. Ergo quando quis deiciuntur, ci-
uilem & naturalem possessionem simul amittit, & per consequens interdictum vti possi-
deris non potest habere. Respond. Duo non possunt in solidum vnam rem tenere natura-
liter & ciuiliter. Sed bene † vnu naturaliter, alter ciuiliter possessionem habere potest.
29 Gloss. in c. l. c. 9. §. expremissis. in verb. codem modo. extr. de probat. Et † Cassiani, ut Treba-
30 tius in d.l.3 in princ. ff. vi possidetis. fuerunt in ea sententia, duos in solidum possidere pos-
se: Proculiani id negarunt, quorum sententia ita obtinuit. Cuiac. eas ll. conciliet & notet
Gothofred. ad d.l.3. in princ. & l.8.4. Vltimo afferunt l. sequitur. 4. §. si tu me vi. ff. de vſurpat.
& vſucap. vbi est vacua possidio & potest vſucapi: vnde oportet eam amissam esse, & per
consequens dici non potest, dari interdictum vti possideris ratione ciuilis possessionis.
Respond. Ea lex nobis nihil refragatur, & casus eius hic est: Sempronius Caium vi expel-
lit ex fundi possessione, nec tamen possessionem apprehendit, sed Titius tertius, scilicet
quidam, bona fide possessionem vacuam, hoc est, ab alio Sempronio non possessam, in-
greditur, & bona fide retinet, & dicitur, quod hic Titius longo tempore vſucapere pos-
sit. Et hoc non mirum, quia sine vi nec clam nec precario est ingressus, sed bona fide quæ
hoc operatur, & vſucaptionem impetrat post longum tempus. Manet igitur nostra senten-
tia firma.

31 Ad Thesin 18. 19.] Agitur hic de † interdictis recuperanda possessionis; nam quan-
do quis deiciuntur ex possessione, potest eam recuperare per interdictum vnde vi. imo aliter
etiam

Tiam ex constitutionibus Imp. puniuntur, quia alienam possessionem temere occupat. Sed obiicitur: Nemo ex improbitate sua actionem consequatur *l. item fullo.* & § 1. ff. de farr. Ergo nec hic potest habere interdictum, quia ab alio vi, clam, precario possider. Respond. non recte facit, quia possessionem quam haber, iniuste tueretur aduersus eum, qui eum rursus vi deiicit: sed in eo peccat, quod iniuste antea possessionem sit ingressus. Deinde obiicitur *l. & c. 3. vnde vi.* vbi prohibetur quis omnino alienam possessionem ingredi. Respond. Illa lex loquitur in eo casu, quando quis sine vi ingreditur alterius vacuam possessionem. Dum igitur vim non committit, non potest conueniri à domino interdicto vnde vi, nec respicit dominus per id interdictum possedit. sed per rei vindicacionem suum recipit, nec agitur ibi de eo, quando prædo contra tertium non habeat hoc interdictum.

Ad Thesin 20.] Quaritur an ex primo decreto missus in possessionem incidat, in pecuniam d.l. si quis in tantam. C. Vnde vi? & non incidere eum in illam pecuniam putamus. Ratio huius rei est, quia is, qui ex primo decreto haber, rem non possidet, sed est in possesso. & per custodiam quasi rem tenet, vnde contra eum hoc interdicto non agitur. Maratha. part. 4. distinct. 7. num. 78. Speculat in tit. de primo & secundo decreto. §. si duo. 3. §. credidores. ff. vi possident. Qui autem nudam detentionem amittit ex casu ad illam recuperandam in factum haber actionem. Bart. in lfin. §. sed cum in secunda. C. de farr. Marant. p. 4. dist. 7. num. 4. & 51. Missus autem ex § secundo decreto, accipit possessionem non proprietatem: proprietas autem queritur, si quis per longum tempus usurpat. Sed obiicitur l. si finita. 15. §. Iulianus cum seq. ff. de darano infecto. vbi ex primo decreto missus in possessionem accipit possessionem, ex secundo decreto missus accipit proprietatem. Relp. Hoc ita est accipendum, missum ex primo decreto in possessionem, hoc est, nuda detentio esse: Si autem post secundum decretum longo tempore retinet possessionem, acquirit per usurcationem proprietatem, secundum l. 3. § fin. ff. de acquir. Vel omit. posseff.

Ad Thesin 21. & ad 2. Corollarium.] Qui § vi aliquem deiicit de possesso. teneatur l. Iulia. de vi publ. aut priuat. Et vis publica est quæ sit armis. Vis priuata est, quæ sine armis committitur, & hæc § vera est differentia & forma inter vim publicam & priuatam, quemadmodum hic Imp. in §. recuperande. in fin. & in §. item lex Iulia. In fin. de public. iud. putat. sed Cuiac. in tit. C. de vi publ. aliter sentit, & fundamenta eius sunt. Primum, l. 3. §. & l. ff. ad l. Iul. de vi publ. vbi dicitur teneri eum lege de publica vi, qui armatis hominibus vim exercet: Ergo non certum est eum habuisse arma. Respond. Präsumitur id factum proper ab silentiam, eumque simul arma gestasse, quamvis sufficiat eum autorem fuisse. Secundo affertur l. & l. ff. ad leg. Iuliam. de vi public. vbi qui noua vestigalia exercent, criminis de vi publica tenetur: Ergo non opus est arma adesse. Resp. Etiam id armorum strepitu fieri potest pro subiecta materia, quamvis l. Iulia ambitus, etiam tenetur talis, si forte sine armis fiat. l. & nio. §. 2. insi. de l. Iulia ambitus. Tertio affertur l. 3. §. hac autem separatio. ff. depositi. vbi si vim exercet quis in publicam utilitatem, tenetur vi publica. Et in l. 2. §. 1. ff. ne de statu defunctorum. vbi est publica utilitas. Resp. Ibi non tenetur vi publica, quando quis publicam vim exercet, nisi id fiat armis, nec quicquæ ea de re ibi traditur, nec consideratur id, cui interfertur vis, sine sit publica vel priuata causa. Sed quomodo inferatur, armis ne, vel sine armis. Quarto obiiciuntur coniunctim l. qui dole. 10. §. hac lege. ff. de vi publ. & l. 2. ff. de vi priuata, vbi eadem verba habentur; Ergo interdum publica vis sit sine armis, & priuata cum armis. Resp. Quælibet lex accipiat interpretationem ex sua materia, ita ut d. l. 10. §. hac lege. accipiat de publica vi. d. l. 2. de priuata.

Ad Thesin 22. 23. 24. 25.] Agitur in hisce thesibus de alia tertia scil. divisione interdictorum quardam esse simplicia, quardam duplia. Duplicia sunt † vti possidetis & utrubi, quae sunt retinenda possessionis. Sed valde obiicitur l.2. § fin. ff de interdict. vbi dicitur duplia sunt, vt diximus, recuperanda & adipiscenda possels. Ergo non haec duo, retinenda possessionis. Respond. Cuiac. lib.4. obser. c.11. putat verba d.l.2. §. 8. t. esse suspecta magni erroris, quia in initio id non dixit, ad quod tamen se refert. Nec dicuntur duplia, quod sint recuperanda & adipiscenda, sed quia uterque actores & reipartes sustinet. Et addit Cuiac. Colligit quis omnia interdicta, & † nolo mihi amplius credi, si sunt quædam recuperanda & adipiscenda, quia recuperamus, quod habuimus & amissimus. Adipiscimus quod de nouo acquirimus. Sunt autem quædam interdicta prohibitoria & exhibitoria. l.1. s. 1. ff. cod. vt de liberis exhibendis mixta.

Ad Thesin 26. 27.] Pro conclusione hic affertur quæstio: an aduersus dominum ipsipsum quemadmodum aduersus extraneum † vasallo competant interdicta possessoria? Et concludimus quod sic. Sed valde obiicitur l.1. §. interdictum. 43. ff. de vi & vi armata. vbi dicitur quod interdictum unde vi propter atrocitatem delicti non detur liberto aduersus patronum: Ergo dum argumentum à liberto ad vasallum procedit, merito nec vasallus contra dominum eo interdicto experiri potest. Respond. Magna est † differentia inter patronum & dominum, libertum & vasallum, & fallax est illud argumentum, quia quid consequitur libertus, qui mortuus fuit & fit viuus? certe accipit summum bonum, id est, libertatem à patrono suo. Vasallus accipit beneficium, pro quo vicissim promittit servitia. Deinde unus † vicem reddere debet in omnibus vasallo, unde dum dominus eripuit feudum iusta causa armis, id est, vi publica, merito interdicto conueniri potest à vili. autem propter reverentiam quam debet patrono, id non potest facere. Deinde id procedit, quando est atrocitas delicti secundum d.l.1. §. interdictum. 43. ff. de vi & vi armata, & Baro à Trautenberg, in c.1. de milite Vasallo qui contumax est, in c.6. fibus feudor. ridet eos qui hanc solutionem non admittunt. Et hic nulla est opus venia petitione, quia dominus deliquit: alias si dominus ipse non deliquit, tum si agere cupit ex quadam ciuili causa contra dominum, veniam opus habet petitione, quemadmodum supra à nobis disputatum fuit.

Deinde in d.thesi 8. proponitur hoc, quod domino ipsi etiam competant aduersus vasallum † interdicta possessoria. Sed obiicitur ita: vnius in solidum non potest possidere, nec vnius ciuiliter, alter naturaliter. l.1. §. ex contrario. ff. de acquir. pos. l. si vt certo. §. si duob. ff. Commodisti: Ergo dum possessione habet vasallus, eam non habet dominus. Et per consequens possessoriis hisce interdictis experiri non potest. Resp. Reiecta sententia Sabinianorum amplectimur sententiam Proculianorum, qua est in argumen. apposito, quemadmodum supr. ad thesi 17. dictum fuit. Et certum est in solidum duos vnam rem non posse possidere. Sed vnius ciuiliter, alter naturaliter bene possidet. As ita facile etiam reliqua conciliari possunt.

Ad Coroll. iurum.] An † Repressalia omni iure sint licitæ? Materia Repressaliarum in Germania est frequens, sed quia de equitate earum dubitari potest, ideo aliquid de ea secundum omnia iura erit dicendum. Sunt autem repressalia † oppignorationes, id est, reales vel personales apprehensiones, quodam scil. vnu pro alio capitur & apprehenditur. Iacob. à Canib. in pr. tract. Ei belli iusti sunt species. Mart. Laud. in tract. suo. n. 5. & Gail. lib. sing. de pign. obf. 2. si ramen quispiam externa ditionis, vi publica, tempore pacis, mea eripiat, mari vel terra quendū mihi fuerit, ad illi⁹ externi p̄datoris vel raptoris p̄p̄tū Princeps, arq; ab eo restitutio meorum honorū reposcēda. Quam si Princeps mihi iusticiā requirenti delegat, aut, ex quo diutius

Quicquid differt, aut dissimilat, adibo ad proprium meum Principem, imploratus eius opere, iumentum & patrocinium, ut sua auctoritate & gratia mihi literas concedat ad illum Principem externum, pro iustitia administranda & facienda restitutione bonorum, quod restitutionem si secundo iudice mihi denegat, vel differt secundo, ad Principem meum redeo, exponens externi Principis denegationem iustitiam, rogans ut alio modo mihi bona restituatur, ut literas dignet dare reppressalias, quibus potestare faciat, a quibusvis illius externi Principis subditis in sua dictione existentibus, recuperationem bonorum meorum facere, eosque comprehendere, & bona ipsorum arresto sistere & diuendere, donec mihi ad summae reparationem sit satisfactum: Hoc ita Damhauder, in praxi Crimin. c. 98. per tot. ita explicat. De hac re etiam Bart. tractatum scriptum: Item Ioan. Jacob. à Canib. occasione c. in 6. lib. decretal. Item scriptum de iis tractatum Martin. Laudenf. Gail etiam lib. sing. de pign. obs. 2. de iis habet.

Rationes autem aequitatis multae sunt & evidentes. I. Ratio, quia procedunt repressalias in tunc ultimum subsidium, quod est querendum quadam velut necessitate, quando Princeps certus neglectui vel contumelie habet alicuius querimoniam, ad quam iustitia administrationem nulla & quiore via perueniri potest. Malo igitur nodo malus est obiciendus cuncus. Damhud. n. 7. II. Omnia iura volunt, suum esse cuique, tribuendum, quod non fieri, si non illa ratione iustitia administraretur. Damhud. n. 6. 7. III. Spoliatus tunc ante omnia est restituendus, & super spoliationem, & extr. de ord. cog. Ergo merito sunt iusta receptae repressalias, quibus tandem sit restitutio, quae appetit iudicem petulaante fieri non poterat. IV. Consuetudo eas recepit in hisce locis & conseruat, quae merito pro lege seruuntur. §. ex non scripto. supr. de iur. nat. gent. & ciu. V. Quia Princeps id facit per iustitiam, dum suo subdito potius facit quam alicuius, cuius Princeps denegat iustitiam, & suis subditis damnum facit. Deinde ut diligentiores essent externi Principes & faciliores ad iustitiam peregrinis administrandam, & ne facilius vicinos offendere possint. Denique, quia illi qui capiuntur & detinuntur, possunt omne damnum & interesse reperire ab eo, cuius nomine ita detinetur, qui in hisce locis ita practicatur & obseruantur.

Hoc tamen literae repressalias non semper dantur, sed tum tunc quando magnum est damnum, ingens iactura, non oblique damnum & mediocre dispendium. Et certum est alia etiam remedia subsidiaria ut est restitutio in integrum non dati pro te modica. l. se oleum. §. fin. ff. de dole malo. Damhud. in praxi de d. loco 9. Secundo oportet Principem bene & plene esse edocendum de re tota, antequam largiatur repressalias. Tertio intelligitur si non habeat superioris qui concedit, vel ad quem literae dantur. Nam si esset iudex donec vagans appellationis, non dantur literae a meo Princeps. Quartae excipiuntur studentes in Academiis degentes curse adhuc tentibus & alias personae priuilegiatae, Auth. habita. C. ne filij pro patre. Et Pedellie eorum, qui sunt necessarij. argum. l. 3. in fin. l. scrinarios. ff. de testam. milst. Qui ubique, tunc pro ciuib. habendi & a seculari munere immunes. Deinde tunc non conferuntur aduersus proprios subditos, nec contra mulieres vel clericos. Damhud. n. 20. 21. 22. non contralegatos, nec contra eos, qui se conferunt ad publicas & priuilegiatas nundinas. Hi enim in nundinatum loco nec capi nec detineri possunt, l. 1. C. de nundin.

Nunc & ea quae videntur secundum omnia iura obstat, videbimus. Primo, Quod non sit tunc iure naturali, quia ius naturale dicit nemiam debere iacturam ex alieno lucro sentire. l. iure natur. ff. de reg. iur. Iacturam hic habet is, qui detinetur cum bonis, alieno tamen nomine. Ergo repressalias non videntur esse ex iure naturali, sed videntur potius esse aequo rigorosiores & contra iustitiam. Respond. Damnum is qui detinetur tunc nullum patitur, quia ab eo cuius nomine detinetur, illud raudem reperire potest, ut supra est dictum. Deinde necessitate quadam ob denegatam iustitiam ad tale remedium decurrimus, ob incommodum nostrum, quod a sceleratis predonibus sumus passi, & ita nos vindicamus,

qui ingred. ad appell. in fin. Gail. lib. 1. obs. 8. §. num. 1. Hartpan. Hartmanni lib. 2. obser. de uram. calum. obs. 1. & lib. 1. obs. 3. cod.

4 Nec à partibus inuicem litigantibus expresse potest remitti. d.l. 2. §. sed quia. Author differentiar. iur. ciuilis & Saxonici lib. 1. different. 47. Jul. Clar. §. fin. quest. 18. vers. dicit etiam. Marant. part. 6. de iuramento. num. 2. Imo nec statuto vel contraria, memoriali scilicet, consuetudo tolli potest. Gail. lib. 1. obseruat. 84. num. 6. & obseruat. 85. num. 3. 4. & seqq. Hartman. lib. 1. obseruat. 2. cod.

5 Præstant autem hoc iuramentum, non tantum actor & reus, ut dictum est, verum etiam vtriusque heredes, illud salua conscientia præstare possunt, cum non sit de veritate, sed de credulitate. Procuratores itidem & Aduocati, tutores & curatores principalium nomine. Wesenbec. in paratit. C. cod. num. 6. & 8. d.l. 2. in princip. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. d. §. item aetoris. cum §. seq. institut. hoc. rite.

6 Procuratores vero, quoties per speciale ad id mandatum admittuntur, non solum in animam Domini, sed etiam suam iurare debent: atque illud in iudicio Camerae Imperialis obseruatur. Gail. lib. 1. obseruat. 83. num. 2. & obseruat. 88. in pr. & n. 1. Hartman. d. lib. 2. obs. 2. & lib. 1. obs. 2. Wesenb. d. loco. num. 6. ibi, etiam si principales. & n. 8. in fine.

7 Quod si actor vel Reus vel eorum procuratores iusurandum hoc præstare nolint, olim in decimam litis partem condénavantur, hodie vero per sententiam iudicis actor casum actionis: Reus vero condemnationem sustinet. Damnum etiam, hoc est, interest aduersarii, & impensas litis victus vitori inferre cogitur. Wesenb. & Myns. hic ad verb. & impensas, & damnum. L. eum quem temere 76. in princ. ff. de iudic. l. properandum. §. siue autem. C. de iudic. l. 2. & 4. C. de fruct. & lit. expens. d. §. hac autem omnia h. tit. n. Gail. d. loco. obseruat. 89. per tot.

8 Et hoc etiam locum habet in eo, qui renunciauit liti, tametsi is propriè non dicatur succumbere: Si tamen iustum quis litiganti causam habuit, vt cunque succumbat in iudicio, non condemnatur: In expensis, nisi sint promissæ per stipulationem, vel iure actionis debeantur, aut ratione contumacie. Myns. ad d. §. hac autem omnia. h. tit. n. 5. & 6. l. qui solidum 78. §. etiam de legat. 2. l. sancimus. C. de iudic.

9 Pœna pecuniaria temere litigantes ratione inficiationis; actione duplia vel tripli, quibusdam ex causis coercentur, veluti si damni iniuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. §. at aduersus inficiantes. b. sit. & ibi Dd.

10 Infamia coercentur, qui actionibus infamiam infrentibus, siue ex delicto

delicto siue ex contractu eæ descendant, conuincuntur, §. ex quibusdam. Welenbec, & Mynsing. ibidem h. tit. n.

11 Eaque notantur, primo calumniæ aut prævaricationis nomine, in publico iudicio commissa; furti itemque siue manifesti, siue nec manifesti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, & de dolo malo, proprio scil. non etiam alieno, puta tutorio aut procuratorio nomine damnati, quamuis si procuratorio nomine agatur, neque reum principalem, neque procuratorem notari volunt. Welenb. in parat. d. loco. n. 4. Gail. lib. 2. obf. 102. n. 7.

12 Et nō tantum hisce prædictis iudiciis damnati, verum etiam paeti, hoc est, qui pecuniam vel aliud quid pecuniæ loco dant, ne cum ipsis agatur, notantur, si nimirum transfigatur post litis contestationem, alias non. l. 4. §. 5. & l. 5. l. 6. §. 3. l. 14. de his qui not. l. 1. ff. de confessis. l. adiles 25. §. item. in fin. de adilit. edict. l. electio. 26 §. pen. de noxal. act.

13 His porro iudiciis pœnibus consimilia quædam sunt, ex contractu quidem orta, sed quæ tamen labem damnato inferunt, propterea quod in his de fide erupta agatur: vt sunt actio mandati, pro socio, tutelæ, l. probrii 42. ff. de verb. signif. & depositi, d. l. furti §. pen. & d. §. pen. Instit. h. tit. n. Quod de directis actionibus accipiendum est, non de contrariis, vbi de impensis agitur. Paeti vero hic nō, vt ante, notantur, quia in his transactio super contractu fit principaliter. d. §. pen. hic. & l. in actionib. 7. ff. qui not. inf. a. l. si vnus. §. illud. ff. de pæct.

14 Qualibet igitur actio, praesertim ex contractu orta, famosa non est, quamvis in ea de dolo queratur: Sed tantum illæ minuunt opinionem, in quibus de fide alteri erupta agitur. Nam etsi in actione, quod metus causa, legis Aquiliae, rerum amotatum, condicione furtiuæ, emtione & locatione, &c. de dolo sepe tractetur, non tamen damnatum infamia sequitur. Goss. in l. 1. ad verb. qui eam. de his qui not. infam. cum ibi allegatis.

15 Non solum autem is temerarius litigator, qui malitiose in iudicium, ad agendum vel defendendum aut inficiandum venit, dicitur, de quo egimus: verum etiam is, qui irreuerentur, nec venia prius petita, aduersus edictum prætoris, quasdam personas in ius vocat.

16 Et hunc quidem præstitit prætor honorem parentibus & patronis, parentibus itidem liberisque patronorum, vt non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare, quam si id ab ipso prætore postulauerint & impe trauerint: Et si quis aliter vocauerit, in eum pœnam solidorum, hoc est, au reorum quinquaginta constituir, quam si quis propter inopiam non possit soluere, eum à præfecto urbis esse castigandum, quasi inofficium litigare. l. si libertus. l. pen. & vlt. ff. de in ius voc. Mynsing. ad dict. fin. b. titul. num. 6.

17 Possunt tamen actione in factum loco huius conueniri, verbis ciuiliter conceptis, si forte admiscent calumniam in liberos & libertos, l. quoties. ff. de prescript. verb. l. non debet ill. de dolo malo. l. parent. pref.

18 Quo etiam refertur, quod domini beneficiorum à beneficiariis sive vasallis suis, sine venia in ius vocati non debeant, quia æquiparantur patrinos, quatenus ad collata beneficia attinet, Oldendorp. cl. 1. act. 4. ibi cui & aduersus. n. 5. Myns. inst. de act. §. penales. num. 40. Euerhard. in topic. loco à liberto ad vasallum. Et hoc in supremo Cameræ Imperialis iudicio hodie obseruatur. Hartman. lib. 2. obs. in annotat. ad obs. 44. tit. de feudis.

19 Et hæc de pena temere litigantium. Sequitur nunc de officio iudicis. Iudicium ex tribus personis considerare, Actore, Reo, & iudice, comperti iuris est: post actiones igitur, quas intendunt actores, & exceptiones, quibus Rei se tuerintur, absolutas: Recte de officio iudicis subiungitur, qui inter actorem & Reum disceptator est. Wesenb. & Myns. hic in rubr.

20 Officium iudicis ICtis est, quod vertitur in cognoscendo, definiendo & exequendo: vel quod ad dirimendas lites, tollendaque grauamina quomodolibet secundum iura & æquitatem exercetur. l. 1. C. de execut. rei iudic. l. 4. C. si contra ius. Aurb. iubemus. C. de iudic. l. 1. & l. iudex. posteaquam. l. à Diuo pio. 15. dere iudic. Zaf. in l. 1. de iurisdict.

21 In primis autem illud iudex obseruare debet, ne aliter iudicet, quam legibus, aut constitutionibus aut moribus, hoc est, iusta ac legitime recepta consuetudine proditum est. Imp. Iustin. in pr. hic.

22 Quod si nec iuris, nec sacramenti religionem secutus sit iudex: Si quidem per imprudentiam; facit litem suam, præstabitusque parti læse, quod æquum videbitur religioni iudicantis. l. vlt. C. de extraordin. cogn. §. 1. supr. de oblig. que ex quasi delict. nasc. Sin autem dolo malo & sciens prudensque, nō modo ad veram & solidam litis estimationem, damnique dati tenetur: verum etiam criminaliter plectitur estimationis suæ dispendio. l. filius fam. 15. ff. de iudic. l. vlt. C. de pœn. iud. qui male iudic. Myns. ad pr. tit. h. n. 3.

23 Officium iudicis duplex est; Nobile & Mercenarium. Wesenbec. in rubr. hic nu. 2. Myns. ibidem num. 5. Damhuderius in prax. rer. ciuil. c. 9. num. 1. & 2. Nobile iudicis officium est, quod iudex sua, hoc est, juris autoritate exercet, etiam si nulla proponatur actio: & interdum motu proprio, nemine petente illud propter publicam & priuatam utilitatem imparitur: Mercenarium vero, quod deseruit actioni propositæ. Moscurnus de iuris. num. 67. cum seq. & n. 78. Myns. hic n. 6. Ias. in d. l. 1. de iurisdict.

24 Cum igitur actio prononit, & ceptum est iudicium, quicquid iudex præcipit, permittit, interroquit, &c. ista omnia dicuntur expediri officio iudi-

iudicis mercenatio: Quinimo cognita iam controuersia, omnes sententias iudex officio hoc mercenario pronunciat, tam super re controuersa, quam Super fructibus, damnis, sumtibus litis, aliisq; accessionibus, quamuis execu-
tio nobili fiat iudicio. l. adiles 25. §. item ff. de edilit. edit. l. iudex postea quam de re iudic.

25 Et si noxali iudicio, in quo dominus serui nomine, qui noxam commisit, conuenitur, aditus est iudex, obseruare debet, ut si condemnandus videatur dominus, ita cum condemnnet: publicum Maeium in 10. aureos condeanno, aut noxam dedere, hoc est, aut litis estimatione soluere, aut seruum noxa dedere. in pr. hic, & §. curare supra de action. & in pr. supr. de noxal. act. Et si simpliciter in certam quantitatem dominus damnatus est, nihilominus ad rei iudicatae executionem vsq; noxa dedendo liberari potest. l. miles. §. l. de re iud. l. item veniunt. §. idem recte ait, de petit. heredit. Mynl. hic n. 8.

26 Sic si in rem agatur, vel absoluat iudex bona fidei possessorem, acto-
re dominium non probante, vel iubeat, vt rem cum fructibus extantib. hoc
est, adhuc pendentibus, nec à solo separatis: post vero litis contestationem,
cum vniuersis restituat, §. & si in rem. b. tit. l. certum. 22. & l. vlt. C. de rei vindicat.
Mynl. & W. el. hic. deductis tamen impensis, l. 11. & l. 18. ff. de rei vindic. Quod
si possessor neget, in praesenti se restituere posse, & sine frustratione, videbi-
tur tempus restituendi causa petere, quod indulgendum ei est pro arbitrio
iudicis: vt tamen caueat cum fideiussore de litis estimatione. l. si debitori. 21.
ff. de iudic. l. 2. l. debitorib. 31. de re iudic. l. 2. §. fin. l. 3. ff. pro emt. liqui. restituere. & 8. ff. de
rei vind. d. §. & si in rem. h. tit.

27 Et si hereditas petita sit, eadem fere circa fructus interueniunt, quæ
diximus interuenire de singularum. rerum petitione. Mynl. in b. §. n. n. 3. Illoru-
m autem fructuum, quos culpa sua malæ fidei possessor non percepert, si-
ue illorum quos percepit, in vtraque actione eadem ratio pene habetur. Im-
per. hic. & l. sed et si lege. 25. §. si ante. de petit. hered.

28 Si ad exhibendum de re scil. quadam mobili, quam exhibeti sibi pe-
cuniariter alicuius interficit, actuū fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum
quo actum est: Sed opus est, vt etiam rei causam, hoc est, utilitatem omneq;
emolumentum, quod ex re causatur, exhibeat, l. 35. & l. 75. de verb. signif. vt
eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si, cum primum ad exhib-
endum egisset exhibita res fuisset. l. Iulianus. §. pen. & vlt. ff. ad exhibend. l.
p. - erea. 20. de rei vindic.

29 Ideoque si inter moras restituendi usucapta sit res à possesso, nihilominus
condemnabitur reus, quanti interfuit exhibitum esse, d.l. Iulianus §.
vlt. Praeterea fructuum mediū temporis inter litem contestatam & ipsam

Sententiam condemnatoriam, rationem habere debet iudex, §. si ad exhibendum. Institut. h. tit. Wcsenb. & Myns. ibidem.

30 Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in praesenti se exhiberi posse, & tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dari ei debet, vt tamen caueat, se restitutur post dilationem hoc nomine datam. l. de eo. §. pen. ad exhibendum & b. §. n. Quod si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque post exhibitorum se caueat: condemnatus est in id, quod auctoris interterat, si ab initio res exhibita esset, quod ab auctore per iusiurandum, iudice quantitatatem taxante, potest comprobari. d. §. n. & d. l. debtorib. de re iud. d. l. Julianus. §. proinde & §. vlt.

31 Si familiae herciscundae iudicio actum sit: iudex singulas res singulis hereditibus adjudicare debet, pro debita cuiusque portione hereditaria, non sectione corporum, sed numero. Myns. & Wcsenb. hit. Etsi in alterius persona prægrauare videatur adjudicatio, debet hunc inuicem coheredi certa pecunia condemnare, vt restituto pretio eius, quod plus accipit, omnes partes exequuntur, ex bona huius iudicij fide. l. 9. C. eod. §. quadam supr. de act. & hoc §. n. Quo etiam nomine coheredi suo quisq; condemnandus est, quod solus fructus hereditatii fundi perceperit, aut rem hereditariam corrupit, aut consumferit. l. inter. 44. §. si coheredes cum seq. ff. eod.

32 Eadem interueniunt etiam, si communij diuidi de plurib. rebus actum sit: si de vna re, veluti de fundo: si quidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes eius singulis adjudicare debet, & si vnius pars præponderare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus est. §. eadem. h. tit. Wcs & Myns. ibid.

33 Si sartium regund. actum fuerit, despicer debet iudex, an necessaria sit adjudicatio. Nam si controversia hoc est, fines sine cuiusquam iniuria dirigi, vel ex veteri, vel etiam noua determinatione aliter dirimi potest, ea adjudicatio fieri non debet. Id vero si absit ad adjudicationes est perueniendum. l. 2. 3. 4. 11. & passim. ff. fin. reg. l. 3. C. eod. h. §. n.

34 Eo quoque nomine condemnandus est, quisq; hoc iudicio, quod forte circa fines aliquid malitiosè commisit, & in id, quod alterius interest condemnatur, quarti scilicet, in item erit iuratum. l. 4. §. 1. ff. eod. gloss. hic per l. 3. de in lit. iur. Wcsenbec. ibidem. Quanquam etiam extra ordinem criminaliter hoc crimen exercetur. l. 2. 3. de termino moto. Paul. libr. 3. sent. titul. 16.

35 Contumaciaz quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur, in quantum aduersarius in item iurauerit. Velutisi quis habente iudice metiri agros passus non fuerit. Quod autem istis iudiciis alicui adjudicatum

tum fuerit, statim eius sit, cui adiudicatum est, gloss. ad tit. praeced. alleg. & Imp. hic in fin. tit. n.

36 Et tantum etiam de officio iudicis. Dictum denique est supra, de priuatis actionibus, quibus ius persequimur nobis principaliter debitum, §. I. sup. de act. Sequitur nunq[ue], vt de publicis iudiciis quid agatur.

37 Publicum iudicium est ius persequendi poenam Reipubl. seu fisco principaliter debitam argumento d. §. I. supr. de act. §. in summa, supra de iniur. Alex. in l. 1. ff. de sepul. viol. Marant. p. 4. in 1. jud. distinct. num. 2. 3. Iul. Clarus lib. 5. sent. quest. 1. num. 2. Hartman. Hartman. lib. 2. ob. s. tit. 5. ob. scrutat. 5. Myrs. ad rubr. tit. n. num. 1.

38 Et esse publicas criminum seu maleficiarum vindictas, iustissimum est ex eo, ne maleficia maneant impunita, id quod iustitia non patitur, l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. l. ita vulneratus §. 1. fin. ad l. Aquil.

39 Unde fit, corum criminum persecutionem, cuilibet è populo plerunque esse permisam, §. I. b. tit. Clarus lib. 5. sent. §. I. num. 1. vbi affirmat hanc sententiam esse communem.

40 Hoc tamen si fit, iudicium prudentia opus est, ne quid durius constituantur, nisi id qualitas delicti vel alia circumstantia postulet, l. perspicendum 11. & l. aut facta. 16. l. interpretatione. 42. ff. de pen. c. odia. de reg. iur. in 6. l. Arrianus. 47. de ob. & act. l. vnic. C. si quis Imper. maled.

41 Ac quidem leuius & grauius delictum indicari debet ex eo, pro ut pena imposita reperiatur, eaque est communis & regularis Theorica. Bart. in l. Icuvia. 6. ff. de accusat. Iul. Clar in lib. 5. sent. §. I. n. 9.

42 Iudicia autem publica sunt aut extraordinaria, aut ordinaria: Extraordinaria sunt, quibus certa poena iure ciuili non est imposta, l. 2. ff. de crimin. stellionatus, qualia multa lib. 47. ff. referuntur.

43 Ordinaria sunt, quæ ordinariam & certam à lege dictam poenam habent, l. 1. ff. de public. iudic. de quibus nos hic potissimum agemus, quæ rursus sunt duplia: capitalia. aut non capitalia. l. 2. ff. eod. d. §. I. b. tit.

44 Capitalia dicuntur, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel Metallo: Non capitalia sunt, quæ quidem infamiam important cum damno pecuniario, & publica sunt, sed non capitalia. §. capitalia h. tit. n. d. l. 2. ff. eod. l. capitalium 28. in pr. & §. I. ff. de pen.

45 Et hæc neq[ue] per actiones ordinantur, neq[ue] omnino quicquam simile habent, cum ceteris iudiciis priuatis. Magna namq[ue] est diuersitas in instituendo & exercendo. in pr. h. tit. n.

46 Et quidem in criminalibus procurator non admittitur, l. pen. §. ad cri-

men, & ibi Bart. ff. hoc tit. Marant. p. 4. dist. 1. n. 51. Gail. lib. 1. obs. 9. n. 4. Secus in ci- uilibus. tot. tit. ff. de procurat.

47 Deinde in criminalibus non in ciuilibus requiritur subscriptio ad poenam talionis, vel ad poenam similitudinem. l. 3. C. qui accus. non poss. Bart. in l. si cui. in pr. n. 2. ff. de accusat. licet de consuetudine id non seruetur. Specul. in tit. de ac- cusat. n. 4. in fin. Iul. Clarus. §. fin. lib. 5. sent. quæst. 12. num. 15. 16. 17. Gail. lib. 1. obs. 9. num. 1..

48. Ad hæc criminales actiones excluduntur regulariter vicennio. l. que- rela. 12. C. ad l. Cornel. de fals. Quamvis quædam quinquenio, l. vim passam. 39. §. prescritione. ff. ad l. Iul. de adult. l. adulter. 5. C. eod. Id quod tamen aliter in ciui- libus se habet, vt supra est dictum.

49 Deniq; ad heredes delicti poena non pertinet, cum iudicium publi- cō morte Rei vel accusatoris pereat, l. aut priuatim 10. & l. in Sctum 15. §. si pro- pter. ff. ad S. C. Turpili. Gail. lib. 1. de pace publ. c. vlt. num. 1. cum seqq.. Quamvis et- iam aliud sit in ciuilibus, vt etiam supra fuit visum.

50 Sunt tamen in publicis iudiciis tres personaæ necessariaæ, accusator, accusatus & iudex. Myns. ad rub. n. 12. quemadmodum etiam fit in actionibus ciuilibus, vbi est Iudex, Actor & Reus. Hannet. in pralud. tract. iud. termin. in proceſſ c. 1. Quamvis etiam crima nō tantum per accusationem, sed etiā per viam inquisitionis puniantur. c. inquisitionis & ibi Canonist. ext. de accusat. Myns. ad rubr. hic. n. 14. Marant. d. loco. n. 35. Iul. Clar. l. 5. sent. q. 3. n. 2. Böſſ. in tit. de inqui- ſit. n. 4. Hartm. lib. 2. tit. 1. obs. 2. Damhuder. in pra. crim. c. 4. n. 5..

51 Libellus etiam est in criminalibus. l. libellorum. C. de accusat. vt & appel- latio permittritur non in ciuilibus. l. addic̄tos. 29. C. de appellat. Gail. lib. 1. de pace publ. c. vlt. n. 36. Licet cōsuetudo Germaniæ aliud receperit, id quod ordinatio Cameræ probat. part. 2. tit. 28. §. 5. Gail. d. lib. 1. de pace publ. c. vlt. n. 36. & lib. 1. obs. 1. nu. 28.

52 Generaliter hisce de publicis iudiciis visis, species eorū nūc videbimus.

53 Publicum iudicium est lex Iulia Maiestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem vel Rēmpubl. aliquid moliti sunt, & quorum ope consilio id fa- ctum; vigotem suum extendit. l. 1. §. 1. & l. Maiestatis 10. C. eod. §. publica. b. tit. nu. Quod etiam in Papa, Rege & Principe procedit, qui superiorē nō agnoscit. Iul. Clarus in §. laſa maiestat. n. 2. Böſſ. in tit. de crimine laſa maiestatis.

54 Cuius poena animæ amissionem sustinet, & memoriae Rei post mor- tem damnationem. l. maiestatis. 6. in pr. C. eod. §. publica. b. tit. d. l. is qui in pr. Böſſ. in tit. de crimin. laſa maiest. n. 59. Filii etiam ad parentum hereditatem non ad- mittetur, confiscatis ipso iure bonis, cum in iis exempla paterni criminis me- tuantur. l. quisquis. 5. §. 1. C. eod. Damhaud. in prax. crim. c. 67. n. 6..

55 Dum etiam hoc crimen est graue, & proximum sacrilegio d.l.in prin. ff.eod. Famosi, qui ius accusandi non habent, l. 4. & 8.ff.de accusat. sine illa dubitatione admituntur ad hanc accusationem. l.famosi. 7.in princ. ff.eodem. vt & serui deserentes dominos, & liberti patronos accusantes. d.l.famosi. §. serui. ff.eod.

56 Publicum crimen est lex Iulia de adulterii coercendis, quæ non solum temeratores alienatum nuptiarum gladio punit. l.quamuis.C.de adulter. Clarus §.adulterium:n.8. & Carolus V. Constitut.Criminal.c.120. Sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercent, §.item lex Iulia. b.tit. l. cum vir. C.eod. Nouell. 141.. Qui tamen igne puniuntur ex Constitut. Carolina Criminali:c.116..

57 Mulier autem adultera, Iure Nouell. & Pontificio separata & virginis cæsa, in monasterium coniicitur. Nouell. vt nulli, in d. §.adulterium: Auth. sed bodie, & ibi Bald. C.h.tit.Myns.h. §.num.9..

58 Stupri etiam flagitium eadem lege punitur, cum quis sine vi, vel virginem vel viduam honeste viuentem stupraverit. d. §. item lex Iulia. vers. 5. sed eadem lege. Et quidem poena est publicatio dimidiae partis bonorum, si honesti sint: Sin humiles, corporis coercitio, cum relegatione, d. b. §. n. l. inter stuprum. ff.de verb. signif. Schneidvv.in §.in duplum.num.12. supra, de actione.

59 Publicum crimen est lex Cornelia de Sicariis, quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo obambulant. §.item lex Cornelia: b.tit.n°c. si quis cum telo. dist. 1. depenit.

60 Ac sane qui occidit aliquem, si honestiori loco est positus, deportatur. Siviliori, capite punitur, l. 3. §. legis, & l. antepenult. ff.eod. Quamuis æquius putetur, eum qui cum telo obambulat, poena arbitraria affici debere, per d.l. 3. §. legis. Welfenb. hic. Id quod tamen rigor iuris vix patitur. l. si quis cum telo. 7.C.eod..

61 Et hoc procedit si dolo malo quid sit: si autem quis ex errore Titium interficit, cum vellet petere Sempronium, extraordinaria eum poena puniti æquius videtur, Iason. l. 1. ff.de legib.l.scientiam: 41. ff.ad l. Aquil. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. homicidium:num.6.

62 Eadem haclege Benefici capite damnantur, qui artibus odiosis tam venenis, quam suisurris magicis homines occidunt, vel mala medicamenta vendunt, §.eadem lege. h.tit.l.1 & 3. in pr. ff.eod. Si tamen quis non est inde mortuus, extraordinariam esse poenam putamus, secundum communem Dd. sententiam. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. Homicidium:n.13.14. Id quod confirmauit generaliter Carolus V. in Constitut.Crimin.c.178. Welfenb. in paratit.eod.n.16..

63 Quamuis etiam incantationibus, diuinationibus siue sortilegiis operam dantes concrementur. l. nullus. 3. C. de malefic. Boss. tit. de homicid. num. 18. Damhaud. in praxi Crimin. c. 73. Si tamen damnum datum sit, alias arbitraria poena detur Caroli V. in Constit. criminal. c. 109. Constit. Elect. p. 4. c. 18. Wel. in paratit. ff. eod. num. pen.

64 Publicum crimen est lex Pompeia de parricidiis, quod asperrium est crimen, commissum ab iis, qui parentis, aut filij, aut omnino affinitatis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata preparat clam vel palam, nec non ab iis, qui conscientia criminis existunt, §. alia deinde. h. tit. & tot. tit. ff. & C. de L. Pomp. de parricid.

65 Poena autem horum est, ut neque gladio neque ignibus, neque vlli alij poenæ solenni subiificantur, sed insuantur culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & Simia, & inter eas ferales angustias comprehenduntur, vel in vicinum mare, vel amnem proiificantur, ut omnium Elementorum vsu viui carere incipient, & iis cœlum superstibis, & tetra mortuis auferatur. Si quis autem alias cognatione vel affinitate personas coniunctas necauerit, poenam leg. Corneliae de Sicar. sustinebit, l. penult. ff. de parricid. d. §. alia deinde h. tit. n.

66 Infantes tamen abiicietes, exponendo eos ante fores alicubi, ut mortiantur, tenentur l. Cornel. de Sicariis, l. necare. & ibi gl. ac Bart ff. de cognosc. libe. Boss. in tit. de homicidio. n. 7. Quamuis VVelsenb. extraordinariam relegationem, scil. leuem potius velit. in paratit. ff. eod. n. 14.

67 Publicum iudicium est lex Cornelia de falsis, poenam irrogant ei, qui testamentum vel instrumentum falsum scripsit, signauit, recitauit, subiecit, vel signum adulterinum fecit, sculpsit, expressit sciens dolo malo, & aut est ultimum supplicium in seruos, aut in liberos deportatio. tot. tit. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. instrumentorum. 16. §. fin. ff. eod.

68 Publicum crimen est lex Iulia de vi publica & priuata, quæ aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam vel sine armis committunt. Et si vis armata arguitur, deportatio ex l. Iulia de vi public. irrogatur: Si vero sine armis, publicatio tertie partis bonorum imponitur. §. recuperanda. supr. de interdict. §. item lex Iulia. h. tit. n. & tot. tit. ff. & C. de vi publ. & priuata.

69 Capite etiam puniuntur, qui per vim, raptum virginis vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius petulant, & qui opem ferunt. §. fin. autem. b. t. l. vnica. C. de rapt. virgin. Iul. Clar. lib. 5. sent. 6. raptus. n. 2.

70 Deinde raptor cum raptâ iure ciuili matrimonium contrahere non potest, d. l. vnic. C. de rapt. Quamuis id iure Canonico permittatur, c. fin. ext. de rapt. Iul. Clarus d. loco. num. 5.

71 Publicum crimen est lex Julia peculatorius, quæ eos punit, qui pecuniam publicam, vel tem sacram vel religiosam furati fuerint: Et si iudices tempore administrationis publicam pecuniam subtraxerint, capitali animaduersione puniuntur, & ii qui opem ferunt: alij poenæ deportationis subiungantur. §. item lex Julia peculatorius, h. tit. l. 4. in pr. ff. cod. Lyrica. C. eod. Dam-hud. c. 110. n. 1. 2.

72 Publicum iudicium est lex Fabia de plagiariis, l. plagi. 13. C. ad l. Fab. de plagiari. quando scil. quis supprimit liberum hominem vel seruum alienum: Ita tamen, vt diuersum à furto sit. l. si abducta. 10. C. defurt. l. pen. ff. eod. tit. Cuiac. in paratit. ff. eod. Quod crimen ex sacris Constitutionib. interdum poenam capit is habet, interdum leuiorem, l. fin. C. eod.

73 Publicum iudicium est, etiam lex Julia de ambitu, quæ eos punit, qui pecuniam dant, vt honorem magistratumque in Comitiis municipalibus consequantur, cuius poena erat deportatio: sed hodie in vrbe lex cessat quia ad curiam Principis creatio magistratum pertinet, non ad populi fauorem. l. vnic. in princ. ff. eod. tit. §. sunt præterea. Instit. hoc tit. & Mynsing. §. vlt. num. 1. eod.

74 Publicum crimen est lex Julia repetundarum, quæ eum punit, qui in administratione Magistratus vel officio publico pecunias accipit, unde accipere non debuit, l. 1. ff. eod. tit. & quidem extraordinaria poena, modo exilio, modo durius, prout delicti qualitas exigit. l. lex Julia. 7. §. hodie ff. eod. tit. Myns. §. vlt. num. 4. Instit. hoc tit.

75 Publicum iudicium est lex Julia de annonae, cuius poena viginti aureorum. l. 2. §. vlt. ff. eod. tit. statuitur, aduersus eum, qui contra annonam fecerit, societatemve coierit, quo annonae publica carior fiat. l. 1. & d. l. 2. in prin. ff. eod. tit.

76 Denique publicum iudicium est lex Julia de residuis, qua tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum consumpsit. l. 2. & 4. §. sed ff. ad legem Iuliam pecul. & de residuis. Cuius poena est, vt ea damnatus amplius tertia parte, quam ex residuis debet, puniatur, ita vt ultra summam residui tertiam totius solvere cogitur. dict. l. lege Julia. 4. §. qua lege. ff. eod. tit. Mynsing. §. fin. num. 13. hoc titul.

Corollarium primum: Transfigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est; in aliis autem criminibus, quæ sanguinis poenam non ingerunt, transfigere non licet, citra falsi accusacionem. l. transfigere. 18. Cod. de transact. l. de crimin. 10. Cod. ad legem Iuliam de adulter.

-12. An secundum conscientiam; an vero secundum dicta & probata ita
dex pronunciare debeat? Hottoman. illustr. quest. 27. Cuiac. lib. 12. obser. c. 19.
Coral. lib. 4. Miscellan. c. 20.

DISPUTATIONIS XLIX.

De pena temere litigantium, obiectiones &
resolutiones.

SUMMARIA.

1. Iudicis officium est, praeidere litteras.
2. Pena temere litigantium triplex.
3. Iuramentum calumnia quid sit.
4. Iuramentum calumnia quatuorplex sit.
5. Iuramentum calumnia quando praestetur.
6. Iuramentum calumnia a quo praestetur.
7. Pena corum qui iuramentum calumnia praestare detrectant.
8. Virtus victori quid reddere cogatur.
9. Pena pecuniaria ex inficiatione aut duplum sit vel triplum.
10. Procuratori nomine qui agunt, infamiam existere possunt.
11. Penalibus actionibus penaliam etiam iudicia respondent.
12. Litigantes temere aut punientur similitudine supplicij.
13. Iudicis officium est quasi fundamentum, & basis iudicij.
14. Iudicis quid in primis obseruandum.
15. Index quando aequitatem sequi in iudicando debet.
16. Iudicis officium mercenarium quando deseruntur actionibus noxalibus in rem.
17. Iudicium publicum quid sit.
18. Iudicia publica & privata quomodo differant.
19. Iudicia publica iure Saxonico ante meridiem & sub die peraguntur.
20. Iudicia publica cur instituta.
21. Accusatio publica cuius ex populo pleneque permittitur.
22. Publica dicuntur quasi publica.
23. Adulterij iudicium inter publica numerantur.
24. Extranei an accusare adulterium possint.
25. Adulterij crimen hodie priuatum est.
26. Talionis pena cur fuerit inuenta.
27. Actiones criminales & civiles quanto temporis spacio excludantur.
28. Tempus intentandi actiones quod sit.
29. Iudicia publica & priuata in quibus conueniant.
30. Fama in iudicis publicis pro accusatore est.
31. Crimen lese Maiestatis in quibus locum habeat.
32. Adulterium in virginem vel viduam proprietate non cadit.
33. Stuprum in virilibus personis non puniatur, si non est violentum.
34. Adulterium cur stupro gravius sit.

- 35 Adulterij species qua.
 36 Adulterium cur dicatur etiam in sponsa esse.
 37 Pena adulterij que fuerit.
 38 Adulterium quis capitale fecerit.
 39 Pena adulterij capitalis in pecuniariam maliti in locis est maxima.
 40 Adulterij pena iure diuino qua.
 41 Venus mascula quomodo puniatur.
 42 Fornicatio qualem penam habeat.
 43 Coitus cum bestiis quomodo puniatur.
 44 Coitus cum mortua Virgine quomodo puniatur.
 45 Nuptias binas & non tempore qui conscientias habet, quomodo puniatur.
 46 Homicidium quot modis fiat.
 47 Homicidium quomodo puniatur.
 48 Error in homicidio an excusetur.
 49 Venifici quomodo puniantur.
 50 Affines qui interficiunt, an pena parricidiū puniantur.
 51 Affines in materia nupiarum habentur loco parentum.
 52 Liberos qui exponunt quomodo puniantur.
 53 Criminis falsi pena qua.
 54 Raptore Virginum quomodo puniantur.
 55 Pena I. Iulia repetundarum que sit.
 56 Transfigi super crimine capitali cur possit.
 57 Transfatio an licita sit de crimine publico.
 58 Adulterium an non admittas transactionem.
 59 Transfigi an possit de raptu Virginum.
 60 Transfatio pro crimine falsi licita est.
 61 Index secundum acta & probata iudicare deber.
 62 Index an conscientiam potissimum sequi debent, quam acta & probata.
 63 Index potest adiuvare acta, & proferre ea que sunt emissa a partibus.
 64 Index quando personam testis affirmat.
 65 Probatio minima sufficere potest an notoriū.
 66 Conscientia iudicis quando ad differentiam impellatur.
 67 Falsum testimonium qui dicant.
 68 Index quando conscientiam sequi possit in iudicando.

AD Continuationem.] In superioribus omnibus de iure actoris & rei, utriusque scilicet litigatoriis abunde est actum, quæ utriusque sint arma & subsidia in priuatis actionibus, quibus ius suum querunt. Quia autem caluniae, technæ, & temerariae vexationes multæ in iudiciis, dum actiones haec ventilantur, occurrent, coronidis loco de peenis temere litigantium erit agendum, & deinde de officio iudicis, idque ideo ut sacrosancta iustitia officina ab huiusmodi machinationibus tuta & quiescens subsistat, quemadmodum Myns. hic in pr. eleganter ostendit.

Ad Thesis 1.] Imp. Justin. in princ. huius tituli, indicat ICtos magnam semper & gisse curam temeritatis litigantium, ne scilicet quis temerario ausu facile ad litigandum prouertatur. Et idem etiam nobis studio sit, & id fieri publice interest. l. quidam ff. si cert.

petat. Cum etiam iudicis sit officium, † praevidere lites. *I. properandum. C. de iudie.* illis certius terminus est praestituendus. *I. f. struunt. C. de transpositione.* Mynsing. §. t. h. tit. n. Nam si hoc non fieret, homines otiose rixarentur, pacem turbarent, & necessarias occupationes non necessarii motis impeditent, vt Welenb. *ibid.* affirmat. Merito igitur temerarie in iudiciis commissi, congrua vltione plectuntur secundum *I. si sororem. 18. C. de accusat.* Vnde a † triplex hic pena à Iustinian. indicatur, iuriiscurandi religio, pena pecuniatia & infamia.

Ad Thes. 2. 3. 4.] Iuramentum † calumniae est, quando actor iurat, se non calumniandi animo item mouere, cum putet iustam se habere causam: Reus putat se bona iustitia vti, & habere causam reluctandi. Est enim hoc iuramentum credulitatis & opinio-
nis, non veritatis vel scientiae. Et scientia est ex demonstratis. Credulitas ex opinatis. Me-
dium inter scientiam & nescientiam est credulitas. Mynsing. *hic.* Est autem hoc iura-
mentum † iudiciale vel extra iudiciale. Iudiciale est rursus generale aut speciale. Et
sufficit hodie generale, ne scipius in una causa iuretur, quod actor & reus post item con-
testatam subire cogitur. Sed obiicitur *I. 2. princ. C. de iure iurant propter calumn. dando.*
§ vbi dicitur quod hoc iuriandum praestetur in exordio litis. Ergo non † post item con-
testatam sed ante. Respond. Litis nomen generale quidem est etiam controversiam
significans, quaꝝ ante item contestatam sit. *I. litis nomen. ff. de verb. sign.* Hic autem de-
notat litis contestationem, id quod gloss. ad d. l. 2. indicat, & Mynsing. §. 1. num. 8. cum
seqq. & hoc etiam innuunt illa verba in dict. l. 2. *lites qua inchoata vel secundum Mynsin.*
in dicto loco. si in continenti post sit, si super tota lite iuretur, & loquimur de generali iu-
ramento. Nam si super actu particulari iuratur, nihil refert secundum Bartol. in d. l. 2.
sive ante sive post litis contestationem, vel in quaenamque iudicij parte praestetur. Et
sufficit semel in genere iuratum esse *ex authen. hoc factum. C. do sit.* Si tamen ante litis
contestationem suspicetur iudex alterutrum litigantium malitiose pretendere quid, tunc
potest deferre iuriandum: maxime iure Canonico, cap. 2. de iuram. calum. lib. 6. Et hoc
roties, quoties expedit, & res postulat ut religione iuriandandi deterreatur litigatores,
ne iudicia artibus insidiis circumueniant, & maligne qualiteris contentionibus se iniui-
cem onerent & exigent, id quod sere in iudiciis obseruantur. Hoc iuriandum à partibus
iniuicem litigantibus expresse non potest remitti, imo nec statuto, quia statuta contra
bonos mores non debent tolerari, quia darent ausa peccandi & corrupti iudices, *I.*
pacta. C. de pali.

Ad Thesin 5. 6.] Affirmatur in hisce thesibus hoc iuramentum praestari non tan-
tum ab actor & reo, sed etiam † à procuratorib[us] & adiuvatis, qui expesse distinguuntur.
I. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. & §. *Et triuque: h. tit. num.* vbi iurant se velle
sedulo servire & clientibus nec iniustum causam suscipere & deferre eam, quam iniuste sus-
ceptam cognoverint. Hæc autem constitutio hoc corrupissimo seculo in desuetudinem
abiit. Vt iam in vnu & obseruatione in consistoriis reduceretur ad coercendam libidinem
nostræ etatis adiutorum, qui iniuriosimas quasque causas si inde emolumendum spe-
rent contra ius & æquitatem propugnari, & defendere non erubescunt. In Camera tan-
tura semel iurant adiuvati.

Ad Thesin 7. 8.] Si reus vel actor, eorumve procuratores hoc iuriandum praesta-
re nolunt: actor hodie † causam actionis sustinet, hoc est, cedit actione. Mynsing. §. 1. n. 6.
Reus vero sustinet condemnationem, damnum etiam & interesse adiutoriariv. & impe-
nas, lites † vietus victoriis inferre cogitur; Id Iustinian. expresse dicit in §. *hac autem. h. tit. n.*

Ita explicant Wesenbec. Mynsing. & Gail obser. 89. lib. 1. per totum. Angelus etiam id, quod nos dicimus in d. §. bac autem. num. 6. affirmat, & Bart. in l. 1. ff. de alienat iud. non. causa fallit. Huic Iustin. & Iurisconsultorum sententia studiose repugnat Waltherus lib. I. Miscellan. cap. 28. vbi affirmat, vietum victori non condemnari in damna, sed tantum in expensas, quamvis utrumque Imperat. expresse ponat: Habet pro hac sententia l. eum quem temere. 79. in princ. ff. de iudic. vbi affirmatur eum qui temere litigat, litis duntaxat impensas & viatica aduersariis solvere debere. Deinde est l. non ignoret. 4. C. de c. sufficit. Et ist. expens. vbi dicitur calumniatorem pro pecuniarri pena post sumptus condemnationem pro estimatione iudicis sustinere; Ergo non in damna. Respond. Ad dictas ll. quod attinet, facendum est, ibi tantum sumptuum seu expensarum fieri mentionem, quibus veniunt ea, qua aduersarius fecit in honorariis aduocatorum, sportulis iudicium & reliquis iustis litis sumptibus, vel etiam in viatico, & in esculentis poculantisque, dum quis forte peregre proficisci cogebatur. Damnorum sane ibi nulla sit mentio, quibus omne venit interesse, quibus diminutum est patrimonium, & per quod occasio lucti qualibet fuit adempta, cuius certa fuit spes. Quod ita Wesenb. & Mynsing in d. §. bac autem explicant. Quod igitur locis illis dictarum legum deest ex Iustin. hic erit supplendum, quod pleniū in puerilibus hisce praeceptis omnia proponit, quibus etiam ea quae manca & natalia fuerunt, sua fecit. Quamvis etiam Cuiac. in paratit. C. de f. fallit. & lit. expens. dicat illam legem corruptam fuisse, & legi debere: pro pecuniaria vero causa post dispensia post sumptus, id est, post danana, post impensas, atque hic ita legere Martianum in Nov. & primam omnium editionem Moguntinam & in Basilicis. Id quod etiam Gothofredus ad d. l. 4. amplectitur. Denique quod putat Waltherus facilem esse ad nostram §. solutionem & respositionem in eo fallitur. Non enim per damnum intelligitur condemnationem, sed iudicis condemnationem sit in damna & in expensas, camque pro suo arbitrio moderatur, de qua moderatione, quomodo in Camera obseruetur, vide Myns. ad d. §. bac autem. n. 8. Deinde per damnum non veniunt hoc loco impensa & sumptus tantum, sicut idem Iustin. cum Dd. expresse inter hanc duo distinguat.

Ad Thesin 9.] Secunda pena est pecuniaria ex inficiacione in duplum vel triplu. Sed notandum est hic duo generalia dupli esse exempla. §. sed furti. supr. de actio. §. ex quibusdam. supr. de oblig. que ex quasi contract. nasc. Tripli exemplum nullum adest, id tamen peti potest ex iur. de action. supr. Unde hic vox † tripli suspecta videtur Haloandro. Myns. tamen & alij eam retinent in §. aduersus. b. tit. n.

Ad Thesin 10. 11. 12.] Tertia pena temere litigantium est infamia; Utile tamen tum erit per † procuratorem agere, tum enim evitatur calumnia seu infamiae nota, 10 quemadmodum affirmant Welenbec. in paratit. C. num. 4. de iuram propter calumlando. Gail lib. 2. obser. 5. obj. 102. num. 7. Qui etiam pauci tunt iudicis famosis damnantur, si scil. precium dederit, vel quid aliud precii loco: Nam ita expresse dicitur in l. 6. §. pacius. ff. de his qui not. infam. Si igitur gratis, sic paclio licita est, secundum l. 18. C. cod. Gothofred. in l. 5. ff. de his qui not. infam. atque ita etiam accipitur l. 7. §. pacifcor. 14. Vers. nam & de furto. ff. de pallis.

Ad Thesin 13. 14.] Penalibus actionibus quatuor † consimilia sunt 4. iudicia ex contractu hic relata, in quibus de fiderupta agitur. Mysl. n. 4. ad rubr. Non tamen ita infamiam important actiones haec quatuor ex contractu: Sicut actio furti & bonorum rapitorum, iniuriae de dolo, sed tantum minuant opinionem. Eam solutionem vel acquirat rem OO 1 Iustin.

292 625 DISPUTATION. IURIS CIVIL.

Iustin. indicat in d. 5. ex quibusdam. in fin. vbi dicit. plurimum interest utrum ex delicto ad liquis. an ex contraetu debitor sit. Et Myns. n. 4 in d. 5. ex quibusdam. dicit. in quatuor delictis. per actionem. & per sententiam aliquem scrii ignominiosum: alias non nisi per damnationem. non per solam actionem. Sed contra halce pœnas temere litigantium obiicitur. Vlt. C. de calumniis. vbi dicitur eos puniri † similitudine supplicii. quæ pena hic non referatur. Respond. Ille totus titulus est de criminalibus. vt etiam sedes indicat. unde id potius est de pœna criminali accipiendum. Nos hic de ciuili pœna agimus potius.

Ad Thesin 15.16.17.18.] Agitur in hisce thesibus de aliis quibusdam malitiose venientibus in iudicium. & qui iniuste in ius vocant. de quibus omnibus diligentius *supr. in dispu. 38.* quando de penalibus actionibus egimus.

Ad Thesin 19. vsque ad thes. 22.] De officio iudicis. Agendum nunc erit de iudicis officio. quomodo id versari circa ciuiles actiones debeat. Nam officium auctorum & reorum antea fuit explicatum. Iudicis igitur officium. scil. vt pote quod est quasi † fundamentum & basis iudicij. etiam nunc explicandum veniat: in primis autem obseruare debet iudex. ne aliter iudicet. † quam ll. aut constitutionibus. aut moribus. id est. iusta & legitime recepta consuetudine proditum est. *bis in princ. & in pr. d. l. rem non nonam.* 14. C. de iudic. Cui evidentur obstare primo *l. placit. 8. C. de iudic.* vbi dicitur. placuit in omnibus rebus æquitatis habere rationem. quam stricti iuris: Ergo non secundum ll. est iudicandum. Respond. Illa lex secundum Cuiac. lib. 2. feud. in princ. est intelligenda eo casu. quando lex 15 certa non adest. vel non loquitur per omnia in casu oblato. tum † iudex potius sequatur æquitatem: alias iudex à ll. & constitutionibus discedere non debet. Rigorem enim mutare legum est folius Principis. l. 1. C. de legib. Deinde obiicitur *Auct. hodie iurat.* C. de iudicis. vbi claris verbis dicitur hodie iurare iudices se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius & melius. cum in praecedenti lege *in princ.* dictum fuerit eos secundū ll. & constitut. iudicaturos. id quod etiam in d. Auct. ostenditur. vbi defensores tantum. ciuitatum iurant secundum ll. & iura omnia facturos. Ergo id quod in thes. 21. affirmatur hodie non obtinet. Resp. gl. in d. Auct. ad Verb. iustius. dicit. iustius scil. quo ad ll. ramen. Quamvis dici possit illam Auct. non colligi ex Nov. 15. adeo expresse. & male ab Irenerio vel alio esse insutam. De thes. 22. *supr. in dispu. 35.* satis superque actum fuit. vbi de quasi delictis fuit visum.

Ad Thesin 23. vsque ad thes. 36.] In hisce thesibus agitur de officio iudicis duplicitate nobili & mercenario. & præsertim † quando mercenarium deseruat actionibus noxalibus in rem. ad exhibendum. in actionibus mixtis: familiae herciscundæ. Communi dividendo. finium regundorum. quæ omnia. qualia circa fructus varient. supra in materia acquirendi dominij. & in actionibus copiose in suis locis specialibus dicta sunt. quæ hic non repetemus.

Ad Thesin 36.37.38.] Hactenus disputationibus aliquot fuit actum de actionibus priuatis. quibus ius suum priuatus quilibet persequitur: Nunc ultimo loco in hisce institutionibus. ac primis iuris elementis. agitur de iudiciis publicis. Est autem † iudicium publicum nihil aliud quam ius persequendi pœnam fisco vel Reipubl. principaliter debitam. idque *argumento 5. 1. supr. de act.* Et illa verba: *pœnam fisco vel Reipublic. debitam* & differentiam inter publica & † priuata iudicia important. Nam ciuiles actiones cuiusque priuati ius tueruntur: Criminales publicam pœnam Reipublicæ debitam persequuntur. Et publica iudicia omnes tangunt. *l. 4. Cod. de hered.* Et iure Saxonico. *† tanie*

[†] ante meridiem & sub dio peraguntur gloss. Ultim. artic. 61. lib. 3. & text. artic. 62. eod. lib. 13 Wesenbec. in paratit. ff. cod. Cicero pro Cæcina dicit omnia iudicia aut dirimendarum conrouersiarum; aut puniendorum maleficiorum causa sunt comparata. Hodie autem omnia iudicia criminalia iure Canonico sunt publica. gloss. in c. infames. in verb. fures. 6. q. Iul. Clar. lib. 5. §. 1. n. 6. Esse autem [†] publicorum iudiciorum vindictam, necessitas & aqui-²⁰ cas quæ est iustitia, ipsa postulat, alias delicta impunita manerent, quod fieri non deberet. Lib. Vulneratus. 51. §. fin. ff. ad l. Aquil. Id quod eleganter nimis explicat Damhud. in praxi crimin. in proœm. n. 1. cum sequi per totum. vbi refert Baldum acutissimum eleganter dicere ind. l. ita Vulneratus. publica disciplina fauorema dictare & suadere, ut maleficia puniantur. l. llicitatio. §. quod illicite. ff. de public. & vestigial. Nam & publice interest malis hominibus prouincias purgari, ut in quiete permaneant. l. congruit. ff. de offic. presid. prouinc. l. 2. C. quando licet. Enicisque. Vnde pena non remittenda, ne ad maleficia quis praefiliat. l. operis. C. de penit.

Ad Thes. 39. 40. 41.] Quia puniēda sunt maleficia, idcirco ut detegantur eo citius & facilius cuius ex populo [†] plerunq; publica accusatio pmittitur, vnde etiā publica dicūtur ²¹ quasi [†] popularia, & potius est hæc definitio non inis nō rei, q̄ etiā cōperit popularib. actionib. Wesenb. hic in pr. Sed obiicitur l. palam. 43. §. 4 ff. de ritu nupt. vbi aliqui non possunt ²² accusare. Ergo non datur illa accusatio cuius e populo. Resp. Additur ibi limitatio hæc. Omnes posse accusare, nisi quibusdam lex accusationē inhibeat, & ideo Imp. Iustin. his vtitur particula: plerunque: quæ illam limitationem satis ostendit. Qui autem accusare non possint, referuntur in l. 89. cum seq. ff. de accusat. quod ita Hotom. hic probat. Secundo obiicitur l. si constante. 26 ff. ad l. Iul. de adulst. vbi dicitur constante matrimonio ad accusationem mulieris extraneum non admitti: Ergo publicorum iudiciorum accusatio, cuilibet e populo non datur. Resp. Wesenb. in paratit. ff. ad l. Iul. de adulst. coerce. n. 10. dicit: non prohiberi constante matrimonio institui actionera, sed velle eam legem, ordinem scil. ll. præscriptum seruari in hoc debere l. 2. §. 1. ff. cod. vt videlicet primo lenocini maritus accusetur, qui uxorem facit adulteriā, quæ bonos mores retinet, & deinde marito lenocinii damnato, ad adulteram mulierē perueniatur, qui ordo hodie sublaus est, vnde nihil causa est quamobrem omisso marito non possit mulier postulari. Secundum itaque maritum cessantem aut nolentem agere admittitur mulieris pater ac deinceps reliqui cognati. Sed queritur cessantibus agnatis an extraneum accusatio sit permitienda? Et quod iure mariti accusare nequeāt, extra conrouersiā est l. 4. §. 1. & 2. b. f. Sed obiicitur Constantini constitutio in l. queus 30. C. cod. vbi alias omnino exclusi videantur. Resp. Wesenb. d. loc. n. 10. respondet id minime esse probabile, nam ipse etiam Iustin. Imp. b. tit. n. iudicium adulterii inter publican numerat, quorum exercitio ad quemvis e populo per-²³ tineat. Magis igitur est consentaneum non voluisse Constantinum omnino excludere extraneos, sed [†] solum ab ea accusatione eos excludere, quæ fit iure mariti, quam propin-²⁴ quitoribus duntaxat concedit, Iul. Clar. in §. adulterium num. 4. dicit, hodie crimen adul-terii [†] esse priuatum, & ideo non nisi certis personis accusationem peimitti. l. queus 2. 25 C. de adulter.

Ad Thes. 4. 2. vsq; ad thes. 47.] In hisce thesibus diuisiones publicorum iudiciorum proponuntur. Et differentiae inter publica & priuata iudicia, quæ omnia plana sunt. De thesi 46. in disput. de satisdat: abunde dictum fuit. Additur autem quid de inscriptio-^{ne} in pecuniam talionis, quæ ideo fuit [†] inuenta, ne facile quis prosiliret ad accusandum, cū calumniantes ad vindictam posset similitudo supplicii. l. sicui. ff. de accusat. l. fin. C. cod. Gail. lib. 1. ob. g. n. 1.

Ad Thes. 48.49.] Agitur hic de eo, criminalis actiones si viplacitum excludi 20 annis. Cuiles 30. vt supra dictum fuit. Hic obiicitur l. & l. C. & intrat cert. temp. c. criminis adie termini, vbi 2. anni dantur criminis publico: 3. anni questionis priuatae. Ergo falsum sit datur anni 20 vel 30. Id quod tamen de ciuilibus actionib. in l. properandum. C. de ind. affirmatur. Resp. quod dicitur de biennio in d. l. & l. est intelligendum de eo casu, quando iam a 8 ad instantiam actoris illa iudicia ad iudicem sunt deducta. Tempus tamen ad intentandas hasce actiones est vicennium in criminalibus; 30. anni in ciuilibus. Myns. in §. 1. sup. de pena temere litigant. num. 2. Canones tamen ad instantiam perpetuum corpus requirunt, quod etiam corruptum nostrum seculum sequitur.

Ad Thes. 50.51.] Agitur hic de conuenientiis inter iudicia publica & priuata. Et in 29. ter reliqua in † eo conueniunt, quod utrobius tres personae requirantur: Additur tamen interdictum per viam inquisitionis procedi in criminalibus. Cui obiicitur vulgatum hoc. Nemo sine accusatione damnatur. l. de scriptio. §. si quis accusatorem. ff. de misericordiis & honoribus. Damhuder. in praxi crimin. cap. 5. num. 2. Boff. in tit. de accusat. nro. 1. Vide l. congruit. 13. in fin. princ. ff. de offic. presid. hinc in tit. & l. Institut. de publ. iudic. in fin. Id hic sit. Ergo male. Respond. Proceditur in criminalibus etiam per inquisitionis viam proper public. vilicitatem. Iul. Clarus. lib. 5. §. pract. n. 3. Idque iudex facit ex nobili officio, & hic † fama est pro accusatore, & quasi accusatoris personam sustinet. Inst. ex e. 8. Icarus, vbi Christus sine accusatore damnat. Resp. Christus non fuit iudex mundanus.

Ad Thes. 52.53.54.55.] Generaliter quedam de definitione, divisionibus, differentiis & conuenientiis publicorum iudiciorum cum priuatis explicata sunt. Nam in specie de publicis iudiciis quibusdam videimus, plura iustin. hic nō habet, quod nos sequimur. Primum est crimen l. scilicet maiestatis, quoq. contra summum principem committitur, eiusque vel Reipubl. maiestatem violat, & aliqui volunt id in † Papa, rege & aliis principibus locum similiter habere, si superiorum non agnoscant. Wessenb. tamen in ff. n. 7. h. 13. & Ias. in §. p. penal. supr. de action. nu. 107. affirmant, peccatum esse arbitriari. Si infesterum securitas infringatur, praesertim cum poena tantum ad summum principem pertineat.

Ad Thes. 56.57.58.] In hisce thesibus agitur de crimine adulterii & stupro. Adulterium graue est scelus. Iob. 31. c. in virginem vel viduam proprietate non cadit. l. interff. stuprum. ff. de verb. signif. Wessenb. in paratit. ff. hoc tit. nu. 5. Stuprum in vilibus personis, puta meretricibus † non punitur, si non est violentum. Atque ita accipiuntur constitut. Caslar. in l. fin. 22. l. que adulterium 29. C. de adult. quia de stupro loquuntur, ut facti species ostendit. Stuprum tamen proprium est virginitatis defloratio, ut Pontifex dicit in e. lex illa; 36. quaest. 1. Et adulterium † est grauius stupro, quia in adulterio confunduntur familia, redditur incerta leeti soboles, & innocentes mariti sepe inimicissimorum filios pro suis alerere, aut agnoscere cognoscuntur. Wessenb. in paratit. ff. hoc tit. nu. 8. vbi etiam addit mulieres indistincte adulterium committere & cum iis alii. Iulius Clar. etiam in §. 35 adulterium num. 2. ponit duas adulterii † species. 1. inter duos coniugatos. 2. inter virum solutum & coniugem liberam. Econtra primo casu est duplex adulterium, quia veterque violat proprium & alienum thorum. Secundo casu non puniuntur peccatum ordinaria, quando scilicet vir coniugatus cum soluta coit, idque est ita communis Dd. sententia. Licet iure Canonico sit adulterium c. nemo. 32. q. 4. Quod autem sit iure ciuili stuprum, 36 colligitur ex l. C. de adult. Sed obiicitur quod etiam † adulterium sit in sponsa. l. proper C. cod. Cuiac. lib. 6. obs. 16. Ergo non tantum in mulieribus prout dictum fuit. Resp.

Velenbec. in paratis. ff. eod. dicit spem matrimonii non debere violari, l. s. f. exor. §. 1. Versus diuus. l. propter. ff. eod. Et sponsa pro vxore habetur. l. s. sponsa ff. de iure dot. Et iniuria ipsorum illata in sponsum redundat. l. item apud. 15. §. sponsum ff. de iniuriis.

Nunc de poena videbimus. Poena adulterii ex l. Julia non fuit capitalis sed relegatio; tantum. Cuiac. lib. 6. obs. c. 11. & Paul. lib. 5. sent. sit. 23. Tacitus lib. 4. aut deportatio, scilicet in militibus l. 4. §. adulterii ff. de re milit. Lmiles. cum similib. hoc sit. n. Quod autem poena adulterii ex l. Julia fuit simplex relegatio, optime colligitur ex l. s. quis viduam s. ff. de quaest. vbi dicitur: si quis viduam vel alii nuptiam cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruperit, in insulam est deportandus, quia duplex est crimen, incestus, quia cognatam violavit, & adulterium quia alteri nuptiam violavit. Hinc nunc relinquitur, quod is qui adulterium tantum committit, mitiori poena sit officiendus scilicet relegatione. Tandem secundum Cuiac. lib. 6. obs. c. 11. Compinus & compares adulterium capitale effecit. 37 runt, qui longe fecuti sunt Dioclet. & Maxim. Quibus secundum Cuiac. & Borch. in tract. de transact. non sit hoc ascribendum, qui tamen id dicunt in l. transigere. 38 Cod. de transact. ad quam sit additum hoc à Triboniano. VVelenbec. & alii simpliciter dicunt esse hanc poenam, vel legem Iuliam in hoc interpolatam constitutionib. principam in l. quamvis. §. 8. C. cod. d. l. transigere. Et h. §. n. Et dubitatur sane quis nam primus fuerit, nec multum refert id scire. Hac poena capititis in constitut. Sax. Duc. approbat, quemvis multis in locis in desuetudinem abierit, & in penam pecuniariam sit mutata statutis: VVelenbec. & Myns. de hoc conqueruntur. Et tale statutum valere dicit Iulius Clar. in §. adulterium. n. 8. de poena vero iuris civilis dicit magnam esse inter scribentes varietatem. Dicit autem ex poena l. Julia, esse poenam deportationis, in quo proprie loquendo fallitur, ut ante est monstratum, iure Institut. & Codic. esse poenam capititis dicit. l. quamvis. Iure Nouell. scemina virginis causa in monasterium detruditur, & si intra biennium non revocatur à marito cogitur habitum monachalem suscipere. Auct. sed bedie. C. de adult. Iure Canon. Similiter cogitur detrusa in monasterium ibi manere tota vita tempore, & penitentiam agere, si eam maritus recipere nolit. c. gaudemus. exti eod iure & diuino est lapidatio. Exod. c. 20. Deuteroni. 22. Malcula & etiam Venus punitur 40 l. Julia capite, ex constitutionibus igne, qua in l. cum vir. C. codem. describitur, que legi non debet, nec solet, quia in honeste loquitur, Boll. de stupro decess. num. 7. Vel. l. Fornicatio & haber poenam arbitriam in Laico; In. clericorum variat. Iul. Clarus. §. formi- 42 cassio. num. 3. cum & bestiis & irrationalibus animalibus est nefandus coitus, qui fit contra naturam generis humani. c. hoc ipsum. §. 132. quaest. 2. Et est poena mortis, c. mu- 43 dier. 15. que st. 1. Iulius Clarus num. 27. §. forniciatio. ex constitutione Carolina igne pu- niuntur. Cum & mortua virgine gravius punitur coitus, quia contrectatur cadaver. l. f. Cod. de sepulch. Violat. Clarus in dist. loco. num. 28. Denique qui bina sponsalia vel & nuptias haber constitutas vno tempore, stupri poena afficitur, & magis est stuprum polygamista. l. cum qui 18. Cod. de adulter. id quod Curiæ Saxon. sequuntur. Aliis magis placet poena adulterii, id est, gladii, id quod Coroli constitut. art. 121. approbat. VVelenbec. num. 8. in paratis. ff. codem. distinguunt secundum honestatem, dignitatem & utilitatem.

Ad Thes. 59. 60.] Agitur in his thesibus de homicidio & quod sit aut per vim, aut vene- 46 meno, aut arte magica. Et hoc homicidiū, de quo hic agimus, dolo committitur, & hac materia proh dolor nostro malo est frequens, cum ex leuis. causis sape homines occiduntur. Iulius Clarus. in §. homicidium in princip. Hotomann. autem hic affirmat Tit. bonianum hic constituisse capititis poenam, iuxta iuris rationem in eo considerasse, quia 47

olim erat in Insulam deportatio & omnium bonorum adiectione. l.3. in fin. ff. ad l. Cornel. de scac. vbi tamen per Tribonianum forte illa limitatio est adiecta: Hodie poena est capitis.

Ad Thes. 61.] Affirmatur eum, qui errore Titium percutit, cum vellet percutere Sempronium arbitria affici poena. Cui opponitur l. scientiam. ff. ad l. Aquil. vbi talis error non excusat. Respond. Non excusatur à poena priuati iudicij l. Aquil. Bene autem 48 † excusat à poena Corneliae. Et sic etiam Welsenb. in §. item lex Corneliae. n.2. h. titul. non sentit.

49 Ad Thes. 62. 63.] Lege Iulia etiam capite puniuntur † venefici, qui venenis homines occidunt, quia plus est horainem veneno interficere, quam gladio, vnde l.3. in prime ff. cod. Damhud. in praxi crimin. c. 74. num. 2. Vnde merito rursus occiduntur. Et hoc de illis, qui absque coniuratione facta cum Diabolo magieis attributis cuiuscunque modi student, accipiendo est: puta qui ex Crystallo vel similibus ariolantur, hi gladio puniuntur. Welsenb. in Institut. h. tit. nu. de beneficio, allegans Constitut. Elect. p. 4. constit. 2. Qui autem pacta habent cum diabolo constituta ignibus absumuntur. Constitut. Elect. d. p. 4. constit. 2. Si tamen damnum certo & notorie datum sit, quemadmodum Boss. & Damhud. volunt, ut ex thes. 63. videre est.

50 Ad Thes. 64. 65. 66.] Agitur hic de asperimo crimine, de parricidii poena, & dicimus etiam contineri parentum appellatione affines, qui si interficiuntur, imperfectores † eadem poena puniuntur, id quod nulla ratione Welsenb. hic concedit, & dicit corruptissimum hic esse textum, & pro affinitatis legendum putat affectionis, vt etiam est in l. 6. vnic. C. de his qui parent. occid. & ita etiam Theophilus hic legit: Et putat etiam VVesenbec. poenam tam in ff. non fuisse l.1. ff. cod. & parentum appellatione non recte & proprie venire affines. Quamuis tamen concedat hodie cum qui fratrem interficit vel affines, prostratum ad locum supplicii trahi debere cum nota maioris reatus, quia plus quam homicida deliquit. Hotom. cum VVesenb. idem sentit ita legens: Affectionis, qua nuncupatione parricidii continetur, pro affinitatis qua nuncupatione parentum continetur. Quia late accipiatur illa vox; parricidium; & dicit ita Argentinensem & Tigutinum librum legere. Nos retento textu integre dicimus hanc poenam quidem non esse ex ff. Sed etiam interpolatam à Iustin. & auctius ac plenius datam, quam est in d. l. vnic. C. de his qui parent. occid. quia etiam in materia nuptiarum affines s'quidem parentum & liberorum loco sunt, & nuptiae in perpetuum inter eos prohibentur. Parentum igitur nomine etiam hic ratio ne affinitas, venire puto. Non tamen dicemus poenam hanc non posse hodie integrari, 51 licet id Iustin. hic non innuat; Qui autem † liberos ad paupertatem exponunt, poena l. Corneliae afficiuntur, quia eos non abiiciunt sape animo interficiendi, vel ob seipsum amissam, sed ob paupertatem.

52 Ad Thes. 67.] In hac thesi agitur de crimine falsi, quod est grauissimum, & propter eius frequentiam solet à ll. & statutis grauiter puniri; † poena est deportatio & publicatio bonorum. l.1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de falsi. l. S. Cro. C. de his qui fib. Iulius Clarus in §. falsum. num. 27. qua tamen poena hodie non est in usu, neque consuetudine seruatur, Iul. Clar. d. loc. num. 31.

53 Ad Thes. 68. 69. 70.] Agitur hic de crimine vis publicæ & priuatæ; item de raptus criminis capitali. VVesenbec. hic dicit, esse poenam † crucis in autorib. seditionis l. ss. quis. 38. §. 2. ff. de pen. Paul. lib. 5. tit. 22. in aliis gladius l. Capitalium. 28. §. solent. ff. de pen. Ex ordinat. Imperii poena fraude pacis publicæ tenetur. Mynsing. obseruat. 28. cent. 2. VVesenb. b. 113.

h. tit. n. §. item l. Iulia de vi. n. 3. & Myns. n. 4 ibidem dicit habere nos hodie generalē constitut, Imperii de pace publica & eius violatoribus, quæ diligenter sit legenda, cum omnia luculenter explicet: Addantur Gaili lib. 2. de pac. publica.

Ad thesin 71.] Agitur hic de crimine peculatorum, vbi antinomia occurrit, in l. 4. ff. ad l. Iul. peculator. & in l. ob pecuniam 18. ff. de furt. quæ supra in materia furti explicata est.

Ad thesin 72. v/sq. ad th. 70.] In hisce thesibus finalibus agitur de reliquis criminibus publicis, de crimine ex l. Fabia de plagiariis, ex l. Iulia ambitus, ex l. Iulia repetundarum. Cuius t. poena est extraordinaria, modo exilium, modo durior, id est, propter delicti ss. exigit qualitas. Cui obiciuntur l. i. C. eod. vbi est poena quadruplici. Respon. Ibi est minor pena & tamen extraordinaria pro conditione personæ, quæ est dux. Deinde agitur de crimen ex l. Iulia de annonæ, & ex l. Iulia de residuis: Sed reliqua omnia plana sunt, nec difficultia.

Ad Corollarium.] Affirmatur in Corollario ex l. transfigere. 18. C. de transact. transfigi posse super crimine capitali, excepto adulterio: Transfigi autem non posse super crimine non capitali citra falsi accusationem. Quæ lex est Imp. Dioclet. & Maxim. ut supra dictum fuit. Ratio autem quare super crimine t. capitali transfigatur, hæc est, quia quilibet potest suum sanguinem qualiter qualiter redimere l. i. ff. de bon. eorum, qui ante sent. mort. sibi consci. id quod tamen fallit in adulterio qui excipitur, idque propter feciditatem illius delicti summam. Deinde ratio supra dicta cessat in non capitalibus. Ergo & dispositio. Rursus tamen in non capitalibus excipitur crimen falsi, idque propter frequentiam & grauitatem illius delicti. Iulius Clarus in §. fulsum in prine. Sed videntur primo obstat ei quod dicitur, de crimine t. publico licitam esse transactionem. Primo ita obiciuntur: pa. 57 nisi possimus de re priuata non publica, l. iurigen. 7. ff. de pac. Ergo hic pactio seu transactionio non valet. Resp. Qui paciscitur de crimine capitali, non paciscitur de re publica, sed de re priuata quia valet pactio, quo ad ipsum pacientem duntaxat, non quo ad Recipib. vindictam publicam. Alius enim non obstante transactione reum rursus, ut dictum est, accusare potest. Nicolaus Valla, in tratt. de rebus dubiis tratt. 17. Secundo obiciuntur l. ita Gulner. atus 51. §. 8. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur, delicta non debere esse impunita, id quod hic fieret, si transactionio valeret. Respon. ut supra, non tamen delicta mauere per hanc transactionem impunita, licet per humanitatem pactio sit concessa, atque ita Alciat. in dict. leg. transfigere, ad hanc obiectiōnem responderet. Tertio obiciuntur. Reus qui crimen capitale admissit, adulterium suum corrumpere non potest. Respon. Dn. Borch. in tratt. de transact. dicit d. l. 2. loqui de criminibus public. quæ non ingerunt poenam sanguinis. Denique obiciuntur l. eius qui delatorem, ff. de iure fisci, in qua dicitur, eius qui delatorem corrumpit, hanc esse conditionem, ut pro conuicione habeatur, Respon. d. l. eius, accipienda est de criminibus non capitalibus.

Secundo excipitur t. adulterium, cui exceptioni etiam multa videntur refragari. Primo ita obiciuntur. Adulterium hodie est capitale. Ergo videtur dicendum licitam esse transactionem, cum eadem sit ratio. Respon. Est idem ius statuendum, nisi quid singulariter in aliquo casu excipiatur, sicuti hic sit, vbi expresse adulterium excipitur. Secundo obiciuntur l. Genic. C. de rap. Virg. vbi dicitur deportari debere parentes qui dolore rapturn remittunt: Ergo non est licita transactione de crimine capitali, omni excepto tamen adulterio, cum & hoc excipiatur, quod criminale est, d. leg. Genic. Respon. Hic locus interpres in diuersas partes traxit. Nam Bald. affirmat, de t. raptu virginum hodie transfigi non posse. Bart. autem in d. l. transfigere, contrarium sentit, id quod etiam est verius, & ad

d. l. vñ. respondendum est, loqui eam non de parente transigente, sed de parente, qui fecit filiam suam rapi, & in raptum consentit, atque ita patientiam praebet, & dolorem, quem merito percipere deberent, ex raptu filiae, tenit, hic deportandus est. Tertio obiicitur l. pen. C. quibus ex caussis serui pro premio. in qua seruus libertate donatur, qui raptum dissimulatione præteritum in publicum defert. Ergo de raptu transigi non potest. Resp. Contrarium potest colligi ex illa lege pro nostra sententia, ex verbis: pactione trasmisum. Et ergo de raptu transigi potest. Quarto obiicitur Non. 117. Ver. fin. hæc omnia quæ dicta sunt de adulterio in precedentibus procedunt, nisi sint composita. Ergo pæctio super adulterio fieri potest. Resp. Accus. respödet eam nouellæ partem, in qua agitur de compositione non esse referendam ad ea, quæ de adulterio sunt premissa, sed ad alia capitula.

Tertio dicitur, quod in aliis criminibus publicis non inferentibus pecuniam transigi non possit, excepto crimine falsi, & illa vox, cura, importat hic exceptionem, & confirmatur illa exceptio per expressam l. 7. ff ad l. Cornel. de falso. vbi est talis casus. Imp. Valerian. & Galii, rescribunt Heliodoro hoc modo: Tu ipse, Heliodore, significasti nobis te habuisse Caui & Titii fidem suspectam, cum primum instrumentum protulerant, nihilominus tamen transegisti, & in transigendo acquieuesti. Ergo difficile est, ut præses provincie permettat tibi instrumentum tanquam falsum accusare. Licta igitur † est pro falso transactio. Et ita corollarium nostrum satis est evaditum.

Ad questionem. De hac quæstione olim fuit controværsia, inter Ioannem & Martinum antiquos glossatores: Hic conscientiam est amplexus, ille acta & probata recipit. Nos Ioannis sententiam defendemus, nimirum secundum † acta & probata iudicandi iudicandum esse. Argumenta pro hac sententia hæc sunt. 1. est ex l. Ilicitas. §. Veritas. ff. de officio presid. vbi dicitur iudicem debere sequi in iudicando id quod conuenit ex fide corum quæ probabuntur, & addit veritatem non vitiare erroribus rerum gestatum, Potrom. illustr. quæstio. 25. cù veritas imprimis à iudice sit inquirenda, q̄ falsa eruerit. Deinde hanc sententiam Canonistæ etiam sequuntur ac defendunt. c. p. astor. al. 28. §. quia Vero, extr. de offici legati. vbi iubetur ordinarius exequi sententiam à delegato pronunciaram, quamvis ea essent iniquissima, vbi gloss. irridet conscientiarum religiōnem & iubet deponi conscientiam lœsam. Hæc fundamenta nobis sufficiant, sed ex contrariis restius explicata elucescent.

62 Martini sententia est, quod † conscientiam iudex sequi debeat potius quam acta & probata. Primum argumentum tale est: veritas omnibus rebus præualeat, & iudicia veritati, non econtra veritas iudiciorum inseruiat. cap. Ende 6. & cap. Ende Veritas, extr. de iure inyan. Peccare quoque eos qui contra conscientiam iudicant. Rclp. Ne iudiciorum vilescat auctoritas, non conceditur iudici neglecta cognitione publica, quæ ex probationibus hinc inde factis elicetur, ex priuata scientia iudicare, quod etiam sit contra iudiciorum ordinem, in quibus iudex dicit sententiam, non probationes affert, id quod testium est, & iudex secundum allegata & probata iudicans non peccat, cum non ex cuiuslibet priuati instruzione, sed ex confessionibus, depositis allegationibus, & aliis, quæ in eius præsentia proponuntur, formate sui animi mentem debeat. c. in præsentia, extra, de renuciis. Hoc tamen præcedit cum hac cōditione, si iudex probabiliter dubitare potest, an acta sint vera, quando forte suspicio quædam falsitatis seu erroris oritur, sum debet potius publicorum actorum sequi auctoritatem, in quo casu nostra quæstio locum habet, & hoc casu tamen iudex potest † adiuuare, acta, vel causam ex æquo & bono. l. 1. C. Et quæ def. aduoc. part. susp. & proferre ea, quæ sunt omissa à partibus, vel non prolata ab aduocatis, itē potest deferre alterius in caussis dubiis, & secundū id iudicare deficientibus probationibus plenis l. 3. C. de rebue.

verbis dub. & Cic. lib. 1. offic. dicit: Æquitas ipsa lucet per se, dubitatio autem cogitationem affert iniuria, nimis tamen si dubitas, an iustum vel iniustum sit: Si autem iudici certo constat cauillam vel acta falsis instrumentis & probationibus ledi ac violari, pronunciare pro falso iudex non debet nec potest, tum quia probat, non potest esse iudex, sed tamen degenerat in testem, assumit personam testis, & deponit rem aliter se habere, tum alteri rem iudicandam committit, alias conscientiam leaderet: & tum quando forte est notorium, ipsius sola persona quæ vidit, sufficere potest, ad probandum, cum in notoriis tamen minima sufficiat probatio. *I. si vero, §. qui pro rei ff. qui satisf. cog. Corral. lib. 4. Miscell. c 20. n. 3.* id quod etiam expressit Hottom. in illus. quest. 15. Cuia lib. 12. obs. 19. & hoc etiam videtur colligi posse, ex d. I. illicita. §. Veritas. vbi dicitur non debere veritatem rerum gestarum erroribus vitiani, quibus verbis tacite innuitur, veritatem non esse tegendam, si aliter iudici constet, sed assumendum esse personam testis, alias si dubia vel certa sunt acta, aliquid supplendum, vel secundum ea similiter pronunciandum, Corral. lib. 4. Miscell. c 20. n. 10. 2. argumentum est tale: Iudex debet pronunciare prout suggestio religio. 4. 3. *I. questionum 13. ff. de testib. vbi id dicitur.* Ergo potius iudex ex conscientia iudicare debet. Resp. Hi textus pro subiecta etiam materia intelliguntur, in tali casu quando fortis dubia sunt acta, & iudex aliquid suscipitur, vel mouetur quibusdam coniecturis rem ita se non habere, tum debet aliqua in parte recedere ab actis, propterea quod in aliqua parte lata & suspecta videantur, & tamē iudicare nihilominus secundū acta prout religio suggestio, h.e. animi sententia dicitat. 3. argumentum tale est: ex conscientia potius esse iudicatum, cum magna sit vis conscientiae, in utramque partem: Omnes n. in dissidentiam & desperationem impellit. Ergo sententia Ioannis præualer. Resp. Tum iudicem ad dissidentiam impelli, si scit latentes esse cauillam 63 falsis allegationibus vel instrumentis, puta quia vidit & certo novit, non dubitatiue rem aliter se habere: Quod si scit, debet testis fieri, alias processus inuerteretur: qui n. testis est, sententiam dicere non debet. Eodem plane modo responderetur ad 8. præceptum, non esse dicendum falso testimonium, cum etiam poena in iure civili constituta sit in eos, qui falso committunt, & non solum dicit falso testimonium, qui veritati contrarium profert, sed etiam qui qua nouit & sentit in proximi fraudem & calamitatem silentio inuoluit, imo contra veritatem iudicat, qui ea occultat, & alia etiam ita solui possunt. Sic etiā satisfit Nouella, in quib. præteribit iudicibus formula iuraudi, qui veritatem debent sequi, sc. deponendo personam iudicis, si expresse aliter leint, alias si dubitant, ut ante dictum fuit, agere debent. 4. argum. Quod debet sequi iudex conscientiam in iudicando, probatur ex rescripto Innocentij IV. in quo vult Pontifex iudicem, qui secundū conscientiam non iudicat, per annum ab officio remouendum, atque in estimationem parti latæ condemnandum esse. Itē hereticae prauritatis inquisidores, contra conscientiam innocentem hęrefoes damnantes per triennium abstinere debet ab officio, si ipsi fuerint Episcopi, si substituti, poena excommunicationis afficiuntur. Resp. Id ita est intelligendum, si iudex forte contra veritatem actorum contra conscientiam iudicat, tum male & quidem dolo malo iudicat, & merito pena est dignus, id quod etiam iure civili ita obrinet, *I. simil. sam. 15. §. ff. de iudic.* de tali casu hic non agimus. 5. argum. habet Cic. in oratione pro Fonteio, vbi dicit, quod iudex debeat videre, qua conscientia, sapientia, religione, auctoritate, qua cura quid dicatur, in eo debet eius prudentia elucere, nec adhibere fidem præscriptam, & iudicis verisimilib. Ergo ex conscientia iudicatur. Resp. Cum primo arguento hoc coincidit, vbi est generalis solutio ad hanc. Denique assertur *I. i. C. plus Valere quod agitur, &c.* vbi dicitur, in contractibus rei veritatem potius quam scripturam esse perspicet. Ergo ex conscientia potius erit iudicandum. Respon. id in contractibus procedit, & hoc non pertinet.

Coronidis loco est addendum, distingui h. m. secundum Venatorium in analysi iuris Pontificis: Aut est n. de caussa civili, & iudex propriam conscientiam in iudicando sequi non debet, sed propter publicam iudiciorum auctoritatem secundum allegatas à partibus probationes sententiam ferre deber, secundum sententiam Ioannis: aut est de criminali
 68 caussa, & rectius faciet iudex, si ex conscientia reum absoluat, vel in tanta ambiguitate & discrimine rerum, deponendo iudicis officium, caussam alteri cognoscendam committat. Ioan. Andreæ in addit. ad Speculator. tit. de diuis. & all. aduocat. §. final. Nunquam enim iudex debet sacre executionem, qui scit reum iniuste condemnatum. Corrasius lib.
 4. miscellan. cap. 20. num. 4. Et tantum de disputatione 49. Institutionum Imperat. Infin.

Absoluta nunc sunt, Dei gratia, Imp. Instit. disputat. cum omnibus iis explicationibus, quæ ad eas potissimum erant necessaria, & sic promissis meis est satisfactum. Vos colle-
 gætis utimini bene, non abutimini. Valere, & aliis in simili tandem serui-
 gæ, id quod Optimus Maxim. Deus tandem à vo-
 bis requireret.

*Finis librorum IV. Institutionum iuris
 ciuilis.*

MATERIARVM HVIVS

LIBRI INDEX COPIO-

SISSIMVS.

635

Nota.

Prior numerus librum, secundus paginam, tertius numerum margini adscriptum notat.

| | | A. | |
|---|-----------|---|--------------|
| A bbreviaturis an <i>sit</i> licet in <i>scriptione tec-</i> | | <i>Actio de dolo non concurrit cum actione prescrip-</i> | |
| <i>stamenti</i> | 2.195.13 | <i>ptis verbis.</i> | 4.222.8. |
| A bsentes Reipubl. causa <i>a</i> n <i>excusentur a tutela</i> | 1.107.18. | <i>Actio pro socii cessat, subl. ita societate</i> | 3.94.35. |
| | | <i>Actiones reales quanto temporis spacio sinitantur</i> | |
| | | <i>+ 250.27.</i> | |
| <i>Absentia causa<i>iusta</i> an<i>sit</i>, cum quis Reipubl.</i> | | <i>Actionis definitio à Dd Vari. stir</i> | 4.137.6. |
| <i>causa abest</i> | 4.155.27. | <i>Actiones cur prodita & institute sint</i> | 4.137.3. |
| <i>Absolutio Papistica an absoluere aliquem possit</i> | | <i>Actiones quibus verbis hodie peti possint</i> | 4.137.4. |
| <i>a iuramento quod qui prestiterit</i> | 4.170.46. | <i>Actiones rebus, que his petuntur assimilantur</i> | |
| <i>Acceptio personarum an fiat in iudicio</i> | 1.36.10. | <i>+ 137.5.</i> | |
| <i>Acceptilatio per alium fieri non potest</i> | 3.103.17 | <i>Actio pro renocanda donatione qualis detur.</i> | 2. |
| <i>Acceptilatio est actus legitimus</i> | 3.103.18 | <i>175.20</i> | |
| <i>Acceptilatio quomodo dicatur esse iuris gentium</i> | 3.38.8. | <i>Actio doris non datur in solidum contra maritum</i> | |
| | | <i>2.283.58.</i> | |
| <i>Acceptilatio quotuplex sit</i> | 3.102.14 | <i>Actio inofficiosi testamenti quando proponatur</i> | |
| <i>Acceptilatio an<i>sit</i> iuri<i>civilis</i>, an vero<i>iurisgentium</i></i> | 3.102.15 | <i>2.25.8.16.</i> | |
| | | <i>Actionem hypothecariam in rebus legatis quan-</i> | |
| <i>Accessione dominium mutatur, & quare 2.134.</i> | 22. | <i>do quo habeat</i> | 2.275.25. |
| <i>Accessio plus habere non potest, quam est in re</i> | | <i>Actio pro socio, & communis dividendo quomo-</i> | |
| <i>principali</i> | 2.134.23. | <i>do different.</i> | 4.189.36. |
| <i>Accrescere quid sit</i> | 2.293.25 | <i>Actio de prescriptis verbis quid sit</i> | 3.65.31. |
| <i>Accusatio de inofficioso testamento quando lo-</i> | | <i>Actiones criminales & ciuilis quanto tempori-</i> | |
| <i>cum habeat</i> | 2.260.22 | <i>spacio excludantur</i> | 4.294.27. |
| <i>Accusatio publica cuius ex populo pleneq; per-</i> | | <i>Actio pro dote cui detur</i> | 4.226.29. |
| <i>mittitur</i> | 4.293.21 | <i>Actio l. Aquilie directe quando detur</i> | 4.220.24. |
| <i>Accusatio suspecti tutoris quasi publica est, &</i> | | <i>Actio quasi Seruiana an<i>sit</i> realis nec ne.</i> | 4.150. |
| <i>quare</i> | 1.11.36 | <i>7.</i> | |
| <i>Actio quid sit</i> | 4.137.10 | <i>Actio ex testamento cur legatario detur</i> | 2.273.10. |
| <i>Actio quomodo ab exceptione discernatur</i> | 4.138.11 | <i>Actio in rem cur legatario detur</i> | 2.274.21. |
| | | <i>Actio & exceptio quomodo conuenienter & diffe-</i> | |
| | | <i>runt</i> | 4.257.10. |
| <i>Actio & bonorum possessio quomodo differant:</i> | | <i>Actionem non habere ipso in eo, ut eam pe-</i> | |
| | | <i>ceptionem insirmari differunt</i> | 4.228.36. |
| <i>4.138.12</i> | | <i>Actio editi de calumniatoribus quid sit</i> | 4.215. |
| <i>Actiones bone fidei habent laxiores effectus, qua-</i> | | <i>actiones stricti iuris:</i> | 4.217.6. 20. |
| <i>actiones stricti iuris:</i> | | | |
| | | <i>PP 3;</i> | <i>Actio</i> |

INDEX

- Actio de dolo malo quam diu dureret & quare 4.** 238.10.
Actio de dolo malo quando competit 4. 230.
 II.
Actio de eo quod certo loco ad quid comparata sit 4.239.12
Actio filios familias contra suos corruptores an ex iure sit, an vero ex aquitate 4. 217.
 32
Actio si bonorum raptor, quibus detur 4.119.
 17.
Actiones legis, & actus legitimi non differunt 4. 248.5
Actio empti quando tutori aliquid a pupillo emens detur 4.186.9
Actio empti & venditi in quem finem detur 4. 186.10
Actione in rem quid denotetur in legibus 4. 150.
 8.
Actio quod metus causa an in rem sit vel in personam 4.214.16
Actione negotiorum gestorum an etiam leuisima culpa praestetur 4.216.27
Actiones ex lege descendentes sunt perpetua 4. 130.27
Actionis iniuriarum quis sit finis 4.130.28
Actio de peculio non est proprie actio, sed tantum appendix & clausula actionis 4.243.28
Actiones sunt arma quibus pugnant actores aduersus reos 4.256.1
Actione legis Aquilia quid petatur 4.120.
 22
Actio penalis de in ius vocando quid sit 4. 167.
 31
Actiones aduersus nautas duas sunt 4. 131.
 14
Actio prescriptis verbis cur sic dicatur 4.221.
 2.
Actio commodati est civilis 4.188.23
Actio commodati contraria qualis sit 4. 188.
 24
Actione iniuriarum agere potest Dominus, si casallo iniuria facta sit qua in determinante dundet 4.197.17
Actio depositi non conceditur in heredem ad quem nihil perueris 4.251.33
- Actio de alimentio præstandum est singularis editi, cui preiudicium fit per iudiciale 4.**
 176.14
Actio ad palinodiam an sit civilis vel criminalis
 4.13.2.39
Actiones quedam, que in confidentem dantur in simulum, in negantem dantur in duplum
 3.96.43
Actiones reales semper comitantur rem, & cunctis etiam illa sit 4.141.28
Actiones personales semper personam sequuntur
 4.141.29
Actio iniuriarum debet annum, mensem & decim illata iniuria, in libello nominare 4. 197.
 20
Actio iniuriarum quomodo tollatur 4. 197.
 21
Actio iniuriarum quoruplex sit 4.198.32
Actio virtutis an detur aduersus casallos & clientes & contra 4.178.25
Actio communis dividendo magis in rem est, quam in personam 3.93.29
Actio per liberam personam nobis non acquiritur, nisi cedatur 3.100.2
Actio empti & venditi cur sit directa 4. 186.
 5
Actio furti nec manifesti, an sit ex l. 12. tabularium 4.197.14
Actiones an omnes sint bona fides 4. 215.
 23
Actio, quod metus causa est arbitria, dans facultatem restituendireo, si vult penam evitare 4.215.18
Actio prescriptis verbis ex permutatione quid sit 4.224.17
Actiones bona fides & stricti iuris, quomodo differant inter se 4.216.25
Actio serui corrupti virtutis contra quos detur 4. 214.10
Actio serui corrupti an recte dicatur penalis 4.
 213.4
Actio serui corrupti licet prætorii sit, tamen est imperpetua est 4.213.5
Actio ex permutatione unde oriatur 4. 225.
 20
Actio

I N D E X.

| | | |
|---|--|------------|
| <i>Actio l. Aquilis an & quando in heredes delin-</i> | <i>ni non sit</i> | 4. 198. 24 |
| <i>quentes detur</i> | <i>4. 110. 21</i> | |
| <i>Actio servis corrupti directa contra quem detur</i> | <i>Actio ei bonorum raptorum an rebus dictatur in</i> | |
| <i>4. 213. 8</i> | <i>quadrupliciter</i> | 4. 198. 25 |
| <i>Actio pro legato consequendo quo sint &</i> | <i>Actio ex vendito quid sit</i> | 4. 186. 12 |
| <i>quomodo differant</i> | <i>Actiones legis competentes qua</i> | 2. 273. |
| | <i>19</i> | |
| <i>Actio ex testamento, cur ex quasi contractu per-</i> | <i>Actio furti contra quos non detur</i> | 4. 196. |
| <i>sonalis sit.</i> | <i>II.</i> | |
| | <i>Actio furti an recte distinguatur in ciuilium &</i> | |
| <i>Actio ex testamento quis finis sit</i> | <i>honorariam</i> | 4. 196. 12 |
| <i>5.</i> | <i>Actio & iudicis officium differunt</i> | 4. 140 |
| <i>Actionem directam libera persona nobis non ac-</i> | <i>Actio constituta pecunia quando detur</i> | 4. 162. |
| <i>quisit.</i> | <i>6.</i> | |
| | <i>Actiones pratoria personales quo sint.</i> | 4. |
| <i>Actio hereditatis petende an sit stricti iurū</i> | <i>161. 1.</i> | |
| <i>4. 226. 24.</i> | | |
| <i>Actio petenda hereditatis non datur aduersus si-</i> | | |
| <i>tulo possidentem</i> | | |
| | <i>Actio penal si cum rei persecutoria concur-</i> | |
| | <i>rat, quomodo altera alteram tollat</i> | 4. 200 |
| <i>Actio confessoria & negatoria quomodo simibus</i> | <i>37</i> | |
| <i>regendis seruit</i> | <i>Actio constituta pecunia est ex iure gentium</i> | 4. |
| | <i>162. 2.</i> | |
| <i>Actio ciuilis ex tribus casibus l. Cornelis descend-</i> | <i>Actio constituta pecunia quid sit</i> | 4. 162. 3 |
| <i>ens, an sit annalis vel perpetua</i> | <i>Actiones miscentur si in una minus sit quam in</i> | |
| <i>4. 130.</i> | <i>altera.</i> | 4. 192. 33 |
| <i>26</i> | <i>Actio empti cur dicatur esse bona fidei</i> | 4. 185. 2 |
| <i>Actio iniuriarum quo modis tollatur</i> | <i>Actiones quibus in triplum agitur, que & quae</i> | |
| <i>23</i> | <i>sint</i> | 4. 214. 14 |
| <i>Actiones pratoriae sunt annales</i> | <i>Actione grauiore qui egit, non potest amplius alia</i> | |
| | <i>agere</i> | 4. 200. 33 |
| <i>Actio conducti quid sit & cui detur</i> | <i>Actio ex testamento quando penalis fiat</i> | 4. 204. |
| | <i>6.</i> | |
| <i>Actiones parvae quo sint</i> | <i>Actio furti qui tenetur</i> | 4. III. 19 |
| | <i>Actio furtiva non tenetur nisi tantum consili-</i> | |
| <i>Actio mandati quando competat & quando non</i> | <i>um delit, & nihil ex furto percipit.</i> | 4. II. 20 |
| <i>competat</i> | | |
| | <i>Actioem furti qui habeant</i> | 4. 110. 14 |
| <i>Actio de albo corrupto est annalis, & non da-</i> | <i>Actiones non omnes eodem modo esse bona fide</i> | |
| <i>tur contra heredes corruptentis</i> | <i>4. 185. 1.</i> | |
| | <i>Actio finium regundorum quid trahet</i> | 4. 206. |
| <i>Actio bona fides cur non ab arbitrio, sed a se-<i>24</i></i> | | |
| <i>pisis denominantur</i> | <i>Actioibus pluribus quando simul agi possit</i> | 4. |
| | <i>199. 32.</i> | |
| <i>Actionum realium & personalium dimisio</i> | <i>Actio familia herciscula differt ab actione com-</i> | |
| <i>4. 194. 1.</i> | <i>muni dividendo</i> | 3. 933. 8 |
| <i>Actio de pecunio an sit peculiaris actio</i> | <i>Actio.</i> | |
| <i>12.</i> | | |
| <i>Actio an detur absenti contra presentem</i> | | |
| <i>30.</i> | | |
| <i>Actio Paulina quid sit, & contra quos competit</i> | | |
| <i>4. 156. 31</i> | | |
| <i>Actiones ex empto tres</i> | | |
| | | |
| <i>Actio in fraudatorem qualis detur</i> | | |
| <i>32.</i> | | |
| <i>Actio ei bonorum raptorum an sit mixta, in</i> | | |
| <i>creditore, commodataio & talis, licet Demi-</i> | | |

- Actiones famil. hercisc. comm. diuid. fin. regund. 4.206.2
 quamdiu durent 4.208.35
 Actio Ultra quadruplum nulla extenditur 4.212.1
 4.212.1
 Actio ex precario quomodo dicatur esse bona fidei 4.224.16
 Actio ex testamento an penalium in duplum sit si quid Respub. vel fisco legetur 4.204.8
 Actio prae scriptio Verbus est lenior quam actio de dolo 4.223.10
 Actiones mixtae quod modis dicantur 4.205.13
 Actiones mixtam causam habentes participant sua natura cum realibus 4.205.14
 Actio famili. herciscund. cui detur & quofine 4.216.18
 Actionis nomen an in libello aliquo exprimen- dum sit 4.146.56
 Actio depositi quid sit 4.188.29
 Actio constituta pecunia quomodo introducta & quomodo diligentiam pariat 4.162.5
 Actiones in rem non sunt in totum reales, sed etiam aliquid de personalibus sapient 4.173.1
 Actiones presudiciales an aliqua sint 4.173.2
 Actiones ex stipulatione quot descendat 4.179.35
 Actiones an iuri gentium sint, an vero civilis 4.145.53
 Actio depositi directa infamat &quare 4.189.33
 Actio pro socio & stringi est directa & principalis 4.189.34
 Actio confessoria aduersus quem de:ur 4.144.46
 Actionis definitio an realem simul & personalem actionem contineat 4.138.16
 Actio personalis, & realis unde orientur 4.139.17
 Actiones non fieri extra iudicium 4.138.13
 Actiones proprie non datur ex querela falsi 4.152.18
 Actio res vindicationis an recte dividatur in divitiam & vitilem 4.143.42
 Actione negotiorum gestorum, quando quis re- neatur 3.87.5
 Actiones in rem pratoria quo sint 4.149.1
 Actiones legatis competentes que 2.273.19
 Actio de communi diuidendo quibus detur 4.206.21
 Actio finium regum cur sit stricti inris 4.206.2
 Actio ex quasi delicto descendens, non transist ad heredes 4.132.35
 Actio ad palinodium vel revocationem, anima faret 4.132.36
 Actio negotiorum gestorum quo respectu alicui detur 3.89.7
 Actio mandati quando competit 3.81.18
 Actio directa nulla filio datur, licet vitilem inter- dum habeat 4.165.18
 Actio de peculio quando in partem detur 4.165.
 19.
 Actio ex iurecurando cui competit 4.165.20
 Actio ad exhibendum, est preparatoria vindica- tionum 3.81.21
 Actio ex stipulati an tantum rei persequenda causia introducta sit 4.179.30
 Actiones in personam quid sint 4.141.31
 Actiones penales simplices quid sint 4.195.7
 Actio ex stipulati Verbis quot species habeat 4.211.5
 Actiones preiudiciales quo sint 4.176.13
 Actio ex Verbus, facio & des, qualis oriantur 2.
 Actiones an primario recte in reales & per- sonales dividantur 4.140.25
 Actiones in rem scripte quales sint 4.140.26
 Actio pro socio & ex vendito an dari possint in negotio societas 4.189.37
 Actiones ex empto tres 3.65.28
 Actio exempto, significat actionem ex vendito 3.60.8
 Actio pro socio, & actio communi diuidendo dif- ferunt 3.92.28
 Actiones preiudiciales magis esse reales quam personales 4.174.5
 Actionis vocabulum quo modis accipiantur 4.137.8
 Actio de partu agnoscendo an sit pratorum vel ri- milis 4.177.22
 Actio preiudicialis prima an recte dicatur dire- cta 4.177.22

| | | | |
|--|-----------------|--|----------|
| <i>Actus</i> & <i>Grilis</i> | 4.178.23 | <i>cadiis</i> | 4.294.32 |
| <i>Actor</i> an possit emendare libellum in eodem iudicio | 4.239.16 | <i>Adulterii species qua</i> | 4.294.35 |
| <i>Actor</i> qualem praestare soleat satisfactionem 4. | (sum. 4.257.11) | <i>Adulterium cur stupro gravius sit</i> | 4.294.34 |
| 2.49.24 | | <i>Adulterii pena iure diuino qua</i> | 4.295.39 |
| <i>Actori</i> quod licet, an simul etiam reos sit permis- | | <i>Adulterium cur dicatur etiam in sponsa esse</i> 4. | |
| <i>Actus</i> legitiimi in institutione hereditatis quomodo | | 2.94.36 | |
| accipiantur | 2.231.20 | <i>Adulterii crimen hodie priuatum est</i> | 4.293.25 |
| <i>Actus</i> extraneus an in testamento admitti pos- | | <i>Aedificans in alieno solo, cui aedificet</i> | 2.135.25 |
| fit | 2.195.16 | <i>Aedificans in suo solo ex aliena materia quid</i> | |
| <i>Actus</i> an sit ubi vehiculum duei potest | 2.146.13 | praestare cogatur | 2.135.26 |
| <i>Actus</i> & via definitiones quomodo differant 2. | 146.14 | <i>Acquisitus est ex iure naturali</i> | 4.170.44 |
| <i>Actus</i> quomodo iter in se continet | 2.146.15 | <i>Aestimatoria actio cui competat</i> | 4.223.13 |
| <i>Actus</i> legitiimi per procuratorem fieri non pos- | | <i>Aestimatoria actio cur proponatur</i> | 4.223.12 |
| sunt | 3.103.19 | <i>Aestimatoria an mercedem requirat</i> | 4.224.14 |
| <i>Actus</i> duo ad consuetudinem probandam suffi- | | <i>Acta legitima in tutoribus legitimis requiritur</i> | |
| ciant 1.41.33 | (248.6) | 1.8.11 | |
| <i>Actus</i> legitiimi per alium non possunt expediri 4. | | <i>Affectio eius qui possessione deicitur, semper spe-</i> | |
| <i>Actus</i> legitiimi qui sunt | 4.248.7 | <i>ctanda est</i> | 4.272.28 |
| <i>Adoptionis</i> definitio quomodo differat à defini- | | <i>Affines in materia nupiarum habentur locopar-</i> | |
| tione legitimatiois | 1.75.12 | <i>rentum</i> | 4.296.51 |
| <i>Adoptiensem</i> qui magistratus confirmare possit I. | 75.13 | <i>Agens contraparentem vel patronum suum, non</i> | |
| <i>Adoptionis</i> quot sint species | 1.75.14 | amplius consequitur, quam facere potest 4. | |
| <i>Adoptione</i> quomodo patria potestas tollatur 1. | 78.26 | 2.41.23 | |
| <i>Adoptione</i> sui hereditatis an rumpatur testamentum | 2.257.6 | <i>Aggressus à latrone vel alias ab equali, potest aduersarium interficere, etiam si fugiendo se salutare poruisse</i> | 4.120.25 |
| <i>Adoptione</i> an sit actus legitimus | 1.75.10 | <i>Agnationis ius perimitur plenaria, captio dimi-</i> | |
| <i>Adoptare</i> qui vult debet ostodecim annis prece- | | <i>nitione, ius vero cogitationis non item</i> | 1.88.24 |
| dere eum quem adoptare constituit | 1.77.19 | <i>Album pratoris quid fuerit</i> | 4.167.27 |
| <i>Adoptionis</i> magna est fragilitas | 1.76.17 | <i>Alienatio omnis est prohibita</i> | 3.96.45 |
| <i>Adoptione</i> augetur dignitas quam quia natura | | <i>Anabaptista & apostata heredes scribi non pos-</i> | |
| habet | 1.79.29 | <i>funt</i> | 2.233.27 |
| <i>Ad promissor</i> cur sic dicatur | 3.46.7 | <i>Animalia que venando cuiuslibet capere liceat</i> 2. | |
| <i>Aduocati</i> quomodo militent | 2.210.16 | 131.2 | |
| <i>Aduocatura</i> & <i>procuratura</i> quomodo differant | 4.261.34 | <i>Annuus quo iniurie actio durat, an Grilius sit Vel</i> | |
| <i>Adulterio</i> soluitur matrimonium | 1.69.50 | <i>continuus</i> | 4.129.24 |
| <i>Adulterium</i> an non admittat transactionem 4. | 2.97.58 | <i>Aqua ducta in agrum, an semper utilitatem</i> | |
| <i>Adulterio</i> quis capitale fecerit | 4.295.38 | <i>efficiat</i> | 2.144.7 |
| <i>Adulterio</i> inuidium inter publica numeratur 4. | 293.23 | <i>Aratra & statua cur portis ciuitatum affgan-</i> | |
| <i>Adulterio</i> in virginem vel viduam proprieno | | <i>tur</i> | 2.125.31 |
| | | <i>Arbitraria actio datur propter certi loci inter-</i> | |
| | | <i>esse</i> | 4.236.2 |

- A**rbitraria actiones habent duas sententias interlocutoriam & condemnatoriam 4. 237. **q**uiritur 3. 6. 427.
- A**rbitraria actiones quomodo differant ab aliis omnibus bona fides & actionib; stricti iuris 4. Bonorum venditionem, qui necessario passus est, 216. 16. **q**uomodo tenetur 4. 157. 33.
- A**rbitraria actiones an recte addantur ad actiones bona fides & stricti iuris actiones 4. 216. 42
- C.**
- C**OEcus an facere testamentum possit 2. 213. 20.
- C**excus an & quatenus a tutela excusetur L. 110. 25.
- C**alumniatores cur in quadruplum condemnatur 4. 215. 21.
- C**ameræ assertiones quando potissimum valeant 2. 3. 2. 10.
- C**apita ab hostiis quomodo nostrafiant 2. 131. 9.
- C**apitis pana duplex est, ciuilis & naturalis 2. 125. 14.
- C**apitis diminutio an recte definiatur, prioris status muratio 1. 88. 26.
- C**apitis diminutio quot species habeat 1. 88. 27.
- C**apitis diminutio maxima, an etiam libertatem admittat 1. 89. 28.
- C**apitis diminutio media non naturalem, sed tantum ciuilem libertatem admittat 1. 89. 29.
- C**aptiuitate apud hostes, an soluat patricia potestas 1. 78. 24.
- C**arols V. constitutio de inuictis impune interficiendis 4. 121. 28.
- C**astianorum & Proculianorum pugna 4. 272. 30.
- C**ausa fortuitus in locazione & conductione non prestatur 3. 73. 20.
- C**ausa fortuitus, interdum in negotiorum gestione etiam prestandus est 3. 91. 25.
- C**ausa falsa legato adiecta non noceat 2. 305. 19.
- C**ausa & actio an unum & idem sint 4. 137. 7.
- C**ausa in Camere iudicio nulla agi possunt sine ministerio forensium procuratorum 4. 248. 8.
- C**ausa ex parte actionis in nouell. 115. an extendi
- B.**
- B**ella sunt ex iure gentium 1. 39. 25.
- B**ello amissum quid dicatur 1. 36. 1.
- B**igarni ultima supplicio puniuntur L. 68. 46.
- B**onarussicorum & inquilineorum differunt 4. 157. 37.
- B**ona & damatorum cui cedant lib. 3. pagin. 10. num 23.
- B**ona fides in emptione duobus temporibus re-

| | | | |
|--|----------|--|-----------|
| possessio | 2.119.11 | Collateralium in adoptione an valentem matrimonia | 1.67 43 |
| Causarum figura & actio sunt, pro & ario controverxiatum statu | 4.142.33 | Collaterales inter quartum gradum iure canonico contingit matrimonio non possunt 1.66. | 41 |
| Causio securitatis vel salvi conductus quid sit 4. | | | |
| 249.19 | | | |
| Causio qualis à reo requiratur in actionibus rebus | 4.149.20 | Collaterales etiam ad bona damnatorum admittuntur | 3.11.26 |
| Causio de non offendendo quando exigitur 4. | 249.13 | Collateralium successio quando fit | 3.9.18 |
| Causio damni infecti an sit actio | 4.140.22 | Colum Caesar cur à munib[us] municipib[us] liberentur & quando a turba excusentur 1. | 106.16 |
| Cautionem iurato rum qui prestare solcant 4. | 249.18 | Colonius quis dicatur, quis item inquisitus 4. | |
| Cautiones iudicatae quoniam sint | 4.249.16 | 157.36 | |
| Censiti tantum serui sunt | 1.47.9 | Commodatarius qualem culpam praesertim 3.2.9.7 | |
| Certum qua actione potestur | 4.180.19 | Commodatarius ad rem integrum reddendum obligatus est | 4.187.21 |
| Cessione beneficium quid sit | 3.53.38 | Commodata rei periculum aliquando ad commodatariū spectat | 4.187.22 |
| Cives Romani cur melioris iure & si sint, quam provinciales | 1.103.4 | Commodare que persona possint | 3.30.9 |
| Civiler & criminaliter agi potest ex omni iuri | 4.129.22 | Commodatarius si rem commodatam furto amiserit, quales commodati actio competat 4.111.22 | |
| Civile & ordinarium remedium qui habet, non debet desiderare extraordinarium & pretorium | 4.152.15 | Commodum ex improbitate sua nemo sentire debet | 4.167.23 |
| Civiler & criminaliter quando agi dicatur 4. | 157.9 | Commodatum est contractus iuris gentium 3. | |
| Cimitas capta ab hostibus, potest iure postliminiū iterum recuperare | 2.131.10 | Commodatum quomodo à mutuo differat 3.29.3 | |
| Cl. usus publicus codicillaris, an semper in codicillis necessaria sit | 2.317.23 | Commodatum quomodo differat à precario 3. | |
| Coactus qui vendit, an sine consensu id facias | 3.62.13 | Communio parit discordiam | 4.207.23 |
| Codicillus an sit solenius ultima voluntas 2.317. | 19 | Communio vocabulum latissime significans esse | 3.79.5 |
| Codicillus an sit solenius ultima voluntas 2.317. | 30 | Communio rei variis modis constituitur 3.92.1.26 | |
| Cottus cum bestiis quomodo puniatur 4. | 295. | Communi dividendo iudicium inter eos redditur, inter quos aliquid commune est 3.92.25 | |
| 43 | | Communio ubi non est, ibi nec iudicium est communis dividendo | 3.95.3.2 |
| Cottus cum mortua Virgine quomodo puniatur | 4.295.44 | Communio que sine societate sit, ad quae contractus reseretur | 3.91.2.4 |
| Cognati relque & alteri fratres, an ad querelam inofficiose admittantur | 2.260.19 | Compensatio hodie omnes actiones, tam in personam, quam in rem minutis | 4.228.1.5 |
| Cogito eo quod mixtum est, facile id quod simplex est intelligitur | 2.291.20 | Compensatio quid sit | 4.227.3.2 |
| Collateralium nuptia sunt prohibita 1. 66. | 35. | Compensatio quando procedat | 4.227.3.2 |
| | | Compensatio an tantum in quantitate fiat 4. | |
| | | 227.33 | |
| | | Compensatio est ex iure naturali | 3.90.14 |

- Compensatio ipso iure obligationem minuit* 3. *Coniuncti in legatu quod modis dicantur* 2.29.6.
10.24
- Compensatio est ex iure naturali* 3.41.25
- Compensatione etiam sine iudice minuitur actio* 4.228.37
- Compensatio est constat vox hominis requiritur* 4.229.38
- Compensatio quod locum habeat in actione depositi, & quare* 4.229.39
- Competentia privilegium an etiam interfratres locum habeat* 4.241.25
- Competentia privilegium locum haber etiam in contractu donationis* 4.241.26
- Concubinatus iure ciuili est concessus & permisus* 1.58.10
- Concubinatus non incidit in definitionem nuptiarum* 1.58.12
- Condemnatio in arbitrariis actionibus unde sit at* 4.236.1
- Condemnatio quando per exceptioem tantum minuatur* 4.258.13
- Condicere quare quis possit rem suam à fure* 4. 179.28
- Conditio impossibilis si testamento adiiciuntur, an institutio haredis & legata vitiensur* 2.231.22.
- Conditio haretatus duplex est* 2.230.19
- Conditio furiosa an sit necessaria* 4.179.29
- Conditio quid olim fuerit* 4.180.37
- Conditio certi est genus, & continet subsestiones in quas resoluti potest, quando fit accommodatio* 4.180.40
- Conditio certi ex mutuo, est actio personalis* 4. 179.31
- Conditio certi an sit duplex, generalis & specialis* 4.179.36
- Conductor leges conductionis seruare tenetur* 3. 72.18
- Confessoria actio cui detur* 4.144.48
- Confessoria actio quid sit* 4.144.45
- Confusio quidam tokenda obligationis modus est* 3.104.25
- Coniugium est contractus bona fidei* 4.226.28
- Coniuncti re tantum, an pari passu ambulent cum verbis tantum, & cum re & verbis simul secundum* 2.292.24
- 14
- Coniuncti non sunt qui sine parte instituuntur* 2.290.16
- Coniuncti omnes unius persona potestate funguntur* 2.294.28
- Coniunctionis materiam admodum difficultem esse* 2.289.13
- Coniunctionis maris & famina cuius iuris sit* 1.39.24
- Coniunctionis in testamentis quis ordo sit, & qui potiores habentur* 2.292.23
- Coniunctionis modi tres, an sint legitimi* 2.290.15
- Consecratio rerum sacrarum an fiat per Pontificem* 2.122.17
- Consecrationi olim Pontifices & Principes interfuerunt* 2.122.18
- Consensus sponsalitio quomodo differat à consensu matrimonii* 1.65.36
- Consensus an in omnibus contractibus de substantia sit* 3.60.5
- Consensus patris quo casu ad matrimonia non sit necessarius* 1.61.26
- Consensus avi an sit necessarius ad nuptias* 1. 61.27
- Consensus parentum cur in nuptiis requiratur* 1. 60.18
- Consensus parentum an sit necessarius in nuptiis* 1.60.19
- Consensus curatorum, cognitorum & affinium in nuptiis non requiritur* 1.61.23
- Conscientia iudicis quando ad differentiam impellatur* 4.299.66
- Consilium non est obligatorium, & mandatis actionem non admittit* 3.81.19
- Consuetudini quo tempore prescribatur* 1.41.34
- Constitutum potest ciuili & naturali obligacioni accedere* 4.163.20
- Constitutum sit nudo consensus non pacto* 4.162.4
- Constitutum & hypotheca quando actionem producant* 3.17.18
- Constitutiones Imperatorum posteriores semper sunt firmiores* 4.121.32
- Constitutio Careli V. de ebrietate, quemodo accipienda* 4.127.9

I N D E X

643

- Constitutiones de procurario cur actionem pariantur* 4.138.14
3.29.6
- Contrahentes naturaliter se in uicem decipere*
Et circumuenire posse, quomodo accipiendum 176.10
3.71.11
- Contractus vocabulum quo modis accipiatur* 3.
16.5
- Contractus an recte definiatur* Ultro citraq; ob-
ligatio 3.16.6
- Contractus bona fide initii, non facile resolu-
tur* 3.71.13
- Contractus omnes qua ratione sint* Et dicantur
bona fidei 4.237.5
- Contractus qualem obligationem producat* 3.18.
13
- Contractus innominati quid sint* 4.221.3
- Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto*
autem necessitatis 3.90.15
- Contractus vocabulum quo modis accipiatur* 3.
87.1
- Contractū bona fidei miri, & esse bona fidei, dif-
ferunt* 4.224.17
- Contractus est causa obligationis* 3.16.2
- Contractus an & cur conuentio dicatur* 3.17.8
- Contractus & pactum quomodo differat* 3.17.9
- Contractus propter dolus quando rescindatur*
1.37.13
- Contrectatio fraudulosa, nisi lucris causa fiat,*
surtum non est 4.108.4
- Controversia DD. circa l. Falcidiam* 2.311.6
- Conveniēti qui initium dederit, in conuentio-
nibus videndum* 4.227.11
- Correccio odiofa est, & ideo restrainingenda* 1.97.14
- Correctoria an possint extendi* 2.318.25
- Creditor non prestat casum fortuitum* 3.32.20
- Creditor iniuste an quis absoluī possit* 4.152.37
- Creditor an cogatur liberare fideiūsorem acce-
ptum, si alius magis idoneus offeratur* 3.56.51
- Creditore in strictis iudiciis aliud pro alio sol-
vi non potest* 3.56.52
- Creditum est genus mutui* 4.189.38
- Crimen leſa Maiestatis in quibus locum habe-
at* 4.294.31
- Crimen fractæ pacis non transit in baredem* 4.
252.35
- Criminales actiones semper in personam ten-
dunt* 4.138.14
- Criminalis actio semper est potentior civili* 4.
176.10
- Criminalis actio in Cameron non admittitur* 4.
131.40
- Criminis falsi pena qua* 4.296.53
- Culpalata, quomodo differat à dolo* 1.114.44
- Culpa qualis à conductore prestanda* 3.72.19
- Culpa in societate qualis prestetur* 3.80.10
- Culpa in tuteore suspecto qualis consideretur* 1.
114.42
- Culpa lata est dolus* 3.31.14
- Culpa in mandato qualis prestetur* 3.82.25
- Culpa vocabulum in pignoris prestatione, quo-
modo accipiendum* 3.32.19
- Cumulatio actionum quomodo in penalibus*
adhibetur 4.199.34
- Cumulationis actionum materia cur difficultis* 4.
198.17
- Cumulatio affienum quid sit* 4.198.27
- Cumulationis quis sit sicut, quis item effectus* 4.
198.29
- Cura in feminis & masculis eodem tempore cur-
ficiatur* 1.97.19
- Cura quomodo definietur & à tutela differat*
1.98.20
- Curator an testamento recte dari possit* 1.98.21
- Curator an & quando teneatur negotiorum ge-
storum actione* 3.89.12
- Curatores quomodo differant à tutoribus* 1.82.4
- Curatores cur habeat sitem tutela actionem* 4.
217.28.

D.

- Damnum quod quis sua culpa sentit, nem-
ni imputari debet* 4.120.27
- Dandi verbum, dominii translationem signifi-
cat* 4.141.32
- Debitum & creditum quid hoc in loco significant*
4.227.31
- Debitor quando publiciana sit possit* 4.152.17
- Debitum conditionale, an possit esse in constitu-
tione* 4.164.12
- Decima an prescribi & possideris à laicis possitis*
2.123.24
- Declinatoria exceptiones quid sint* 4.259.29
- Dedulio in domum mariti excluditur à sub-
stantia*

C44
I N D E X.

- Pannis libes matrimonii* 1.63.29
Deduction in templo omitti in nuptiis non potest 1.63.30
Desersio an in capitalibus sit concessus 4. 252.
 40
Delegationem esse speciem nouationis, quo-
modo exsistat 3 104.22
Delicta suos tenent autores 4 243.31
Demonstratio falsa an legato noceat 2. 305.
 18
Deportatus in insulam an heres scribi posse 2.
 232.24
Deportatus retinet actiones 4.145.54
Deportatio res non liberat obligatione fidesu-
rem 3 55.44
Depositarius & socia an eandem culpam pra-
fert 3.80.11
Depositarius cur non habeat actionem furti 4.
 1.0.15
Depositum est contractus bona fides iuris gen-
tium 3 39.10
Depositum ruine, incendi, tumultus, naufragii
causa factum, qui inserviatur, quomodo tene-
atur 4.189.31
Depositi actio quamdiu duret 4. 89.32
Depositarius & mandatarius multum diffe-
runt 3.3.15
Depositarius & dolum & latam culpam pra-
flare tenetur 3.31.3
Detrectus alieno nomine damnum an petatur 4.
 275.50
Signitas qualibet nouissimo iure patrum pot-
est, item solus 1 78.23
Differentia inter contractus bona fides & stricti
sursus 4 237.7
Dilatoria exceptiones quid sint & quotuplices
 4.259.18
Dilatoria ob electiones nisi certo termino obiciant-
ur, non Galer. 2. 4.162.35
Dilatoria exceptiones an etiam in definitione ex-
ceptionum continantur 4.258.15
Dilatoria exceptiones excludunt actionem ad
tempus 4.258.16
Divisio prescribi non potest, quam diu constat
- duos esse simul socios vel dominos 4.208.
 34
Divisio beneficium fidei suffribus indulsum
quando cesserit 3.51.32
Divisio beneficium fidei suffribus indulsum,
 51.30
Divisio interdictorum, in prohibitoria, restitu-
to & exhibitoria, Ende sumpta sit, & an pro
principals habenda 4.269.11
Divisio in stirpes ubi locum habeat lib. 3 pag.
 9.num.21
Divisio actionum in bona fidei stricti iuris
& arbitriariorum, Ende sumpta lib. 4 pagin.
 215.num.21
Divisio per adulterium facta, an persona-
rea rursum contrabere matrimonium possit
 1.72.1
Dolus & culpa leuis in tutela præstantur 3.97.
 23
Dolus an & quomodo sit concessus 1. 36.
 12
Dolus animi omnium delictorum causa est 4.
 126.5
Dolus alius malus est, alius bonus, & quid est-
que sit 3.71.12
Dolus a contractibus bona fides abesse & exula-
re debet 3.71.10
Dolus in contractibus duplicitate consideratur 4.
 237.8
Dolus malus à dolo bono quomodo differat 4.
 185.3
Dolus & culpa in iudicio familie herciscunda
præstantur 3 95.37.
Dominii divisio in utile & directum non est su-
ris 2 159.12
Dominium an etiam per procuratorem acquirere
possit 2 187.43
Dominium dotis, marito & postea civili domino
tributur 2.181.31
Dominium an transeat etiam ante adiran ha-
reditatem 2 197.40
Dominium quomodo definitur lib. 2. pag. 129.,
num.1.

Dominis

- Dominium tantum unicum est lib. 2. pag. 130.** Donatio & remuneratio quomodo differant 2.
num. 2 173.13
- Domini eiusdem rei an simul duo esse possint 2.** 181.32
- Dominum in mortis causa donationibus quomodo transcat** 2.172.7
- Dominium & possessio in deposito non transferatur ad depositarium** 3.30.11
- Dominum verum probare non valens suffici si probet quasi dominum** 4.152.16
- Dominum & suscipione quale transferatur 2.** 159.16
- Dominus an aliquid per seruos qui in ipsorum potestate sunt, acquiratur lib. 2. pag. 184.** num 38
- Dominus proprietatis non debet impedire & fructuarium, nec deserirem eis conditorem facere** 2.124.29
- Dominis ignorantibus & iniustis etiam per seruos acquiritur** 2.186.40
- Dominus perfectus qui est, exhortationem non timet** 2.138.32
- Dominus natus, capona & stabuli, de damnō conueniri potest, si quod in natus, capona, stabulo datum est** 4.131.33
- Dominus fendi debet in omnibus vicem reddere & fallo** 4.274.40
- Donatio quomodo faciat ex meo tunc 3. 20.** 22
- Donatio an recte dicatur esse liberalitas & misericordia** 2.172.9
- Donatio a contradictibus distinguetur 2.** 172.10
- Donatio quo respectu contractus dici possit 2.** 173.11
- Donatio mortis causa quando sit perfecta 2.** 174.19
- Donatio propter nuptias an sibi tacite hypotheca** 4.231.53
- Donatio omnis vel inter viros sit, vel mortis causa** 2.174.15
- Donatio quando quingentis solidis constat, insinuatione non est opus** 2.177.24
- Donatio mortis causa fere per omnia legatus comparatur** 2.272.13
- Donatio omnium bonorum presentium & futurorum & trium valeat** 2.169.2
- Donationis quae sint species** 2.174.17
- Donatio inter virum & exrem non valeat** 2.64.34
- Donationes mortis causa an ex testamento etiam fieri possint** 2.176.22
- Donationes inter viros non omnino legitimi comparantur** 2.177.28
- Donationes an sint iuris civilis vel naturalis** 2.171.5
- Donationes mortis causa & legata quomodo differant** 2.172.6
- Donationes res singulae acquiruntur 2.** 168.1
- Damnati in metallorum cur prohibeantur harescibis** 2.233.25
- Donatio mutua & reciproca inter coniuges stipulatione vel pacto facta, & trium valeat 3.** 41.24
- Donationes mortis causa in testamento non sufficientant** 2.272.14
- Donatio an & quomodo dicatur contractus 3.** 15.1
- Doneare carposse mulier** 3.50.26
- Donationes an recte statuat solutionem indebiti tantum contradictioni, non autem etiam quasi contradictione esse** 3.24.47
- Dos pluribus cokonestata est priuilegium quam sicut** 4.231.50
- Dos etiam fisco presertim** 4.230.43
- Dos debet inseri inter oreribus matrimonii 2.** 180.29
- Dos an constitui possit in mortis articulo 3.** 7.11
- Dos est proprium patrimonium mulieris 4.** 226.27
- Dores mulieribus falsas esse, Republica, inter est 4.230.46**
- Dotes dominium mulieris tribuitur** 2.180.30 E.
- Erectas omnino ab iniuria excusat 4.** 127.7
- Ebrivus & fuiorius quomodo differant 4.** 127.12

| | | | |
|---|----------|---|----------|
| Ebrius iniuriam alienis faciens an & quomodo teneatur | 4.127.8 | Emptor an etiam leuissimam culpam proficere cogatur | 3.63.32 |
| Ecclesia an prescribi possit | 2.123.25 | Error an emptionem impeditas | 3.61.12 |
| Editia pratorum hodie sunt perpetua | 4.213.7 | Error turis, factis indebiti repetitionem parit | 3.95. |
| Effectus saepe pro causa ponitur, & causa per ef- fectum definitur | 3.16.3 | 40 | |
| Elegit idem est quod optio | 2.288.8 | Error defuncti proper dubitationem sustinetur | |
| Electio, si legatum generale sit, quando penes ha- redem esse censetur, & quando penes lega- tarium | 2.288.6 | & toleratur | 2.305.17 |
| Emancipatione sit capitis diminutio | 1.88.25 | Error false causa, & scacionem parit | 2.160.15 |
| Emphyteuticum iuri vicinum est emptioni & Genditioni, itemq; locationi & conductio 3. 73.21 | | Error in contrahendo matrimonio quotuples & an matrimonium salvare possit | 1.65.37 |
| Emphyteus an contractus sit iuris civilis, vel iuri gentium | 3.73.22 | Error in homicidio an excusas | 4.296.48 |
| Emphyteuticus contratus ex emptione & glo- catione contractus est | 3.74.23 | Eculenta furari licet tempore necessitatis | 4.312. |
| Emphyteus in ad tempus constitui posse | 3.74.24 | 25 | |
| Emptio liberi hominis an Valeat | 1.48.17 | Ementis dubius anterioribus liberis non dero- gat | 3.7.12 |
| Emptionis & Genditionis vocabulis promiscue si sunt veteres | 3.60.7 | Euclio quid sit | 3.65.29 |
| Emptio & Genditio pure & sub conditione fieri potest | 3.64.26 | Exceptio dolenti, cur non sit temporalis, sed per- petua | 4.260.27 |
| Emptio & Genditio quomodo facias ex meo tu- rum | 3.26.24 | Exceptiones in quantum quis facere potest, per- emptiones esse probatur | 4.260.28 |
| Emptio rei sacra an & quando Valeat | 3.40.18 | Exceptiones in quantum quis facere potest non esse dilatorias | 4.260.29 |
| Emptionis & locationis differentia | 3.72.14 | Exceptio feriarum quando locum habeat | 4.359. |
| Emptionis & Genditionis contractus, an pretii dationem requirat | 3.60.4 | 20 | |
| Emptione nondum perfecta, licet ab ea recedere | | Exceptio spoliis est dilatoria | 4.259.21 |
| 3.63.22. | | Exceptio litis pendentia est dilatoria | 4.259.22 |
| Emptio & Genditio an in scriptura etiam fieri possint | 3.59.2 | Exceptiones omnes quareo competunt, competit etiam fidei sufficiunt | 4.259.23 |
| Emptio & Genditio quomodo contrahi dicantur solo consensu | 3.59.3 | Exceptionum dilatoriarum quod nam sit pro- prium | 4.259.24 |
| Emptio & Genditio an sit contractus iuri gen- tium | 3.61.9 | Exceptiones sunt rerorum defendantiorum gratia comparata | 4.256.2 |
| Emptio, locatio, Genditio & conductio in quibus rebus conuentant | 3.71.8 | Exceptiones non sunt actiones, sed illis opponun- tur | 4.257.6 |
| Emptionem dupliciter fieri posse | 3.63.19 | Exceptio competentia datur contra actiones, si- olidum ipso iure exigentes | 4.240.17 |
| Emptio quomodo dicatur nudo consensu perfici 4.186.7 | | Exceptio an possit etiam defensionis Vocabulo definiri | 4.256.4 |
| Emptione perfecta, periculum ad emporem spe- rat | 4.196.10 | Exceptio nisi apta sit a iudice resicutur | 4.257. |
| Emptionis partes principales que sunt | 3.62.14 | 9 | |
| | | Exceptionem esse speciem exclusionis | 4.256.3 |
| | | Exceptione infirmatur & eliditur id quod alias ipso iure Valeat | 2.255.11 |
| | | Exceptiones an recte in civiles & pratorias di- singulantur | 4.258.17 |
| | | Excusatio tuto una exigitur lice conse, pata | |

- Exatore mortuo, & quare 2.113.41
 Execusio tam tutoribus quam curatoribus in-
 dulgetur 1.103.1 17
 Execusionis beneficium quis fidei in soribus dederit 3.52.36
 Executio iudiciorum, quo officio iudicis fiat 4.
 140.19
 Exemptiva actio quid sit & quando competat
 4.196.38
 Ex fideicommisso nemo plus restituere tenetur,
 quam ipse ex testamento capie 2.216.18
 Exhereditatio filio emancipato, nee miles potest
 substituere 2.247.23
 Exhereditationis forma hodie plane alia est, qua
 estimatur 2.216.1
 Exhereditatio quid sit, & an ex parte fieri possit 2.
 217.3
 Exhereditatio debet fieri a toto gradu & quomo-
 do 2.217.4
 Exhereditatio non presumitur nisi expresse probe-
 tur 2.217.5
 Exhereditatio nominativi fieri debet 2.217.6
 Exhereditatione virum opus sit, Et testamentum
 valent 2.216.2
 Exhereditationis causa an iustitia, incerta, per eum
 certa facta sint 2.219.10
 Exhereditationem & hereditis institutio n an
 semper in testamento ponere necesse sit 2.195.14
 Exhereditatio an sub conditione fieri possit 2.220.
 15
 Exhereditatis liberis quomodo substitui possit 2.
 246.21
 Exhereditatio requirit iustitiam legis & hominis
 2.225.2
 Exhereditari an possit qui in iussu parentum con-
 trahit matrimonium 2.20.16
 Extranei an accusare adulterium possint 4.293.
 24
 F.
 Fabiana & Pauliana actiones quomodo dif-
 ferant 4.149.3
 Femina non admittitur ad successionem feudi,
 etiam si pactum sit ut masculi & femina suc-
 cedant, si reclitus sit masculus per quem feu-
 dum semel apprehendatur 3.11.27
 Femina suspectos tutores postulare possunt 1.113.
 39
- Femina an & quando in feudi succedant 3.7.6
 Fama cur etiis adolescenti quam mares 1.97.
 Falcidia cur introducta 2.313.12
 Falcidia an in donationib. mortis causa locum
 habeat 2.313.13
 Falcidia quarta an ad trientem vel semiensem
 aucta sit pro numero liberorum 2.313.11
 Falcidea appellatione venit etiam Trebelliana
 2.312.9
 Falcidius quis fuerit 2.309.2
 Falsum testimonium qui dicant 4.299.67
 Fama in iudicio publicis pro accusatore est 4.
 294.30
 Fama & vita pari passu ambulant 4.121.29
 Familia hereditaria iudicium differit a iudicio
 communi diuidendo 3.93.33
 Familia hereditaria actio quomodo possit esse in
 rem 4.206.17
 Fera in alieno capta, primo occupanti concedi-
 tur 2.139.33
 Fera bestia confinata quando fiat nostra 2.130.
 5
 Feudi proprietatem, an ex iisdem causis Domi-
 nus emitas, ex quibus vasallus feudum a-
 mittit 3.104.28
 Fideicommissum alieno posthumo relinqui po-
 test 2.304.13
 Fideicommissa omnia per Trebellianicam mi-
 muntur 2.315.17
 Fideicommissum an recte definiatur donatio 2.
 314.14
 Fideicommissum & legatum quomodo differant
 2.315.15
 Fideicommissa an sint legatis adequata 2.276.
 29
 Fideicommissa omnia ab intestato relinqui pos-
 sunt 2.315.16
 Fideicommissi & substitutionis diversa est ratio
 2.303.8
 Fideicommissorum & legatorum una natura
 est facta 2.276.30
 Fideicommissa non poterant relinqui incertis
 personis, & quomodo 2.303.3
 Fideicommissum contrarium qui facere possint 3.
 48.18

| | | | |
|--|------------------|--|-------------------|
| <i>Fideiussionis causam quid duriorem faciat</i> | <i>3.</i> | <i>Fideiussor cui aliis accessit, rei principalis loco esse videtur</i> | <i>3. 51.38</i> |
| <i>3. 51.47</i> | | | |
| <i>Fidesuſſo quando cefſet</i> | <i>3. 56.50</i> | <i>Fideiussiones quibus modis fieri possint</i> | <i>3. 51.</i> |
| <i>Fideiufforum inciſiūtum pene</i> | <i>3. 52.33</i> | <i>28</i> | |
| <i>Fideiussor pro prodigo interuenire non potest</i> | <i>3.</i> | <i>Fideiuffores si plures fuerint, quonodo tenean- tur</i> | <i>3. 51.29</i> |
| <i>48.17</i> | | | |
| <i>Fideiussor si in maiorem summam quam prin- cipalis fideiuffit, an obligatio existitur & qua- tenus</i> | <i>3. 56.49</i> | <i>Fideiussor in plius vel in duriorem cauſam quam principalis, obligari non potest</i> | <i>3. 55.</i> |
| <i>Fideiussor qui se principalem debitorem conſi- tituit, exciſiōne beneficium amplius non ha- bet</i> | <i>3. 52.37</i> | <i>46</i> | |
| <i>Fideiussor qui ſoluit creditori, an cefſionis benefi- ciū adhuc habeat</i> | <i>3. 53.39</i> | <i>Fideiuffores per ſtipulationem conſtituuntur</i> | <i>3.</i> |
| <i>Fideiussor non ipſem et tantum ebligatur, ſed & heredes relinquit obligatos</i> | <i>3. 46.4</i> | <i>45.1</i> | |
| <i>Fideiussor quonodo definiatur</i> | <i>3. 46.5</i> | <i>Fides bona quonodo ad ejecutionem requira- tur</i> | <i>2. 161.16</i> |
| <i>Fideiuffores an in eſuras aque &c in forteſe te- neantur</i> | <i>3. 47.12</i> | <i>Filius ſi testamentum facit, & matrem pra- terit, ea querelam inofficioſi habet</i> | <i>2. 248.</i> |
| <i>Fideiuffores quonodo teneantur, ſi omnem cul- pam fideiufferunt</i> | <i>3. 48.13</i> | <i>26</i> | |
| <i>Fideiuffores in omnibus obligationibus affumi- poſſant</i> | <i>3. 48.14</i> | <i>Filius adoptivus in feudiſ patrī non ſuccedit</i> | <i>1.</i> |
| <i>Fideiussor & expromiſſor quonodo diſſerant</i> | <i>3.</i> | <i>7.8.28'</i> | |
| <i>46.8</i> | | <i>Filius familias an testari non poſſit</i> | <i>2. 210.</i> |
| <i>Fideiuffio quare contractus eſſe dicatur</i> | <i>3. 45.</i> | <i>17</i> | |
| <i>2.</i> | | <i>Filius capitium ab hoſtibus, pro seruo arquebua- pro mortuo habetur</i> | <i>1. 106.14</i> |
| <i>Fideiuffia ſemper intelligitur facta interueniente ſtipulatione</i> | <i>3. 46.3</i> | <i>Filius qui ſumptus male collocaſ, compelli poterit ad collationem</i> | <i>1. 43.41.</i> |
| <i>Fideiuffores quando habeat beneficium diſſi- niū</i> | <i>3. 52.34</i> | <i>Filius fam. & ſeruus an peculiare nummos mu- tuu dare poſſit</i> | <i>3. 22.35</i> |
| <i>Fideiuffores recuſiōne beneficium habent</i> | <i>3. 52.</i> | | |
| <i>35</i> | | <i>Filius famili. habet actionem in cum à quo corru- ptu est</i> | <i>4. 217.31.</i> |
| <i>Fideiussor pro alio, ſuo tamen nomine obligatur</i> | <i>3. 47.10</i> | <i>Filius familias tam ex contrattiſbus quam ex delictis in ſolidum conueniri potest</i> | <i>4. 165.</i> |
| <i>Fideiufforis obligatio an mora rei augcatur</i> | <i>3.</i> | <i>17</i> | |
| <i>11</i> | | <i>Filius famili. ſi ipſe damnum dat, ipſem tenetur</i> | |
| <i>Fideiufforis niſi ceſſa fuerint actiones à creditore comptere alio contra cum qui ena fideiuffis, ſit, non potest</i> | <i>3. 54.41</i> | <i>4. 131.32</i> | |
| <i>Fideiufforis quec milionis competent</i> | <i>3. 54.</i> | <i>Filius famili. & ſeruus an furta actione conueniri poſſit</i> | <i>4. 118.21</i> |
| <i>42</i> | | <i>Filius an agere poſſit contra patrem prodigum</i> | |
| <i>Fideiussor an in criminalibus cauſis recipiatur</i> | | <i>4. 189.39</i> | |
| <i>& quonodo ſe obliget</i> | <i>3. 54.43.</i> | <i>Filius quemodo dicatur offenſa per- fona</i> | <i>4. 276.52.</i> |
| | | <i>1. 61.25</i> | |
| | | <i>Eſtimatio</i> | <i>1. 85.16.</i> |

- Filius ex heredatu, ab his manet in patr. potestate 2.228.12
 Filius familiæ si per extraneum adoptetur, iura patrus naturalis non dissoluuntur 1.76.
 16
 Filiis familiæ noxa dari possunt 4. 243.
 33.
 Filius fam. ex omnibus causis est pater fam. obligatur 4.243.30
 Filius & mulier pari passu ambulant, & quomodo illud intelligendum sit 4.231.49
 Filius non prefertur expressam & palliam hypothecam habentibus 4.230.44
 Filius administratio excusat à tutela I. 106.
 15
 Finium regund. actio cur non ponatur inter actiones bona fidei 4.206.23
 Finibus regundis quo remedia adhibeantur 4. 207.25
 Flumina cur sint publica, cur non omnibus pro arbitrio usus licet 2.120.10
 Flumina & pescationes quomodo publica sint, & tamen etiam inter regalia referantur 2. 122.15
 Flumen quoad proprietatem omnibus non patet 2.120.8
 Flumen si ad priorem alueum reuersum sit, cuius alueum iste requiratur 2.133.17
 Fornicatio qualcumpanam habeat 4.295.42
 Fortitudinis est non formidare e qualibet 4.121.
 30
 Fratrum & sororum liberi possunt matrimonio iungi 1.66.40
 Fratrum filii an & quomodo succedant 3. 8.
 17
 Fratrum & sororum liberi an succedant in capita, an vero in stirpes 3.9.19
 Fraudis interpretatio unde sit 4.111.18
 Fructus sunt duplexes industrielles & naturales 2.137.31
 Fraus non principaliter in Pauliana spectatur 4.149.4
 Fructus via actionis per rei vindicationem peti possunt 4.143.43
 Fructuum ratio qualis in interdictione habetur 4.269.18
 Frumentum alterius scaphi cum meo mixtum sit, an commune fiat 2.137.15
 Fundi dotalis alienatio à marito fieri non potest 2.178.25
 Fundum alienum, prohibente domino ingredi iniuria est 2.139.36
 Furiosus non potest celebrare contractum mutui 3.21.27
 Furiosus non potest facere testamentum ad piæ causas 2.173.8
 Furiosi & prodigi an ipso iure sint in agnatorum curatione, accedente saltem facto seu praecpto iudicis 1.98.23
 Furiosus & mulier quomodo obligentur 3.48.
 16
 Furiosus nullum contractum efficaciter celebra-
 re potest 4.150.10
 Furor simul & semel esse possit manifestus &
 nec manifestus 4.196.13
 Farta domestica mitius puniuntur 4.112.24.
 Furor mutuum dare & actionem consequi pos-
 sit 3.23.42
 Furor dum credit furiosam rem, non delinqut 3.
 23.43
 Furor non tenetur eius nomine quod non contredicit
 uit 4.109.10
 Furor qui quinque solidos furatus est, suspendi posse, à quo constitutum est 4.112.28
 Furor dignitas & conditio in paenit insufficienda est 4.113.29
 Furor definitio an aliquid superfluum habeat,
 & an in defectu peccet 4.108.7
 Furti pena qua sit 4.112.
 Furti actio quibus competit 4
 Furti an teneatur, qui consilium tantum 4.110.17
 Furtum in quibus committatur
 Furtum natura turpe est
 Furtum cur hodie severius puniatur .
 16
 Furtum reuelare nemo cogitur, etiam se-
 at
 Furtum quotuplex sit, & quomodo distinguatur 4.112.23

| | | |
|---|----------|---|
| Furtum unde dicatur. | 4.108.2 | Hereditates &c plurimum sunt periculosa in eis. |
| Furtum non sit sine contrectatione | 4.108.3 | falsa 193.4 |
| Furtum quomodo à rapina distinguitur. 4.116. | 4. | Hereditas est nomen iuriis, & non significat per se res hereditarias 2.225.4 |
| Furtum an absq; contrectatione fieri possit sola animi inclinatione | 4.108.8 | Heredis cum diphthongo scribi debeat 2.220.5 |
| Furtum non committunt impuberis, quia non intelligunt quid sit furtum | 4.109.9 | Heredis instituto est caput & fundamentum testamenti 1.224.1 |
| G. | | Hereditatis petitio est iudicium praeminentissimum centumurale dictum 4.175.9 |
| Generaliter dicta, generaliter accipiuntur 2. 294.27 | | Hereditas tacens personae vice fungitur 3.46.9 |
| Gentium barbaries furtum non excusat 4.109. 11 | | Heredes an institui possint quos testator nunquam videt 2.232.23 |
| Genus in iure nihil est aliud quam species in eo contenta. | 4.223.34 | Hereditas quomodo dissidatur 2.229.17 |
| Genus omnibus speciebus competit 4.225.22 | | Hereditas ac codicillis dari possit 2.317.22 |
| Genus pro specie seu individuo sumtum. 2.287.3 H. | | Heres quomodo teneatur ex dolo defuncti 4.251.32 |
| Habitatio an sit ius | 2.151.35 | Heredes quomodo differant 2.261.25 |
| Habitatio an rest dicatur esse servitus 2. 152.36 | | Heredes necessarii qui sint 2.261.26 |
| Habitatio quid sit | 2.152.37 | Heredes sui cur sic dicantur 2.262.27 |
| Heres suus quis dicatur | 2.228.11 | Heredes sui & necessarii non dicuntur propriamente 2.262.28 |
| Heres scriptus quando vis posse beneficio legis Falsidie | 2.310.3 | Heredum qualitas in quo versetur 2.263.29 |
| Heres quando teneatur, actione quod metus causa | 4.215.19 | Heredes sui & necessarii, quomodo habeant beneficium abstensionis 2.263.30 |
| Heredes defuncti quando in solutum teneantur 4.188.30 | | Heres cur non possint heredes institui 2.233. |
| Heres per additionem hereditatis videtur, quasi contraxisse | 3.95.38. | Hermaphroditus an sit liber vel seruus 1.47.6 |
| Hereditatis petitio an finiatur 30 annorum circa | | Homicidium quot modis fiat 4.295.46 |
| ed ita an per procuratorem adiri possit 2. 1.30 | | Homicidium quomodo puniatur 4.295.47 |
| cur à semetipso non legetur | 2.304.14 | Homicidium per ebrium commissum non puniatur 4.127.10 |
| cas an sit successio in unius summis 2. | | Homo liber potest quasi possideri 4.268.7 |
| is delecta quid sit | 2.228.13 | Homo & fundus in legatis generalibus differunt 4.287.4 |
| ut cas an & sive capi possit | 2.157.2 | H. si an sides sit seruanda 4.169.43 |
| institutione infimata, reliqua non confirmantur | 2.272.12 | Humana natura dignitas non patitur, hominem esse loco accessionis 2.297.38 |
| in re qui est, opus habet apprehensione | | Hypothecaria actio 30 annis finitur 4.251.29 |
| es & bonorum possessor quomodo differant 2.228.9. | | Hypothecaria actio ad quid legatus rivo competat 4.205.12 |
| I. | | Hypothecaria actio quid sit 4.157.38 |
| Ignorantia facti & iniurie, à dolo excusat 4.119. 14. | | Hypothecaria actio quomodo differat à pignora- tuta 4.157.39 |
| Imperitia | | |

I N D E X.

- Imperitia militum* *Ende estimanda* 2. 207. 8 *Interdicta omnia sunt personalia* 4. 141. 30
Impubes an dolum facere posse, & ob furtum *Interdicta quamvis in rem concipientur, tamen*
: puniri 4. 109. 12 *omnia sunt personalia* 4. 269. 10
Indebiti solutio & *contractus est, & quasi con-* *Interdicta possessoria etiam domino ipse aduer-*
tractus 3. 24. 46 *sus vasallum competitur* 4. 274. 41
Indebitum soluens, quo animo id faciat 3. 25. 48 *Interdicta an omnia sunt de possessione vel quae*
Inesse quod dicuntur, non semper uno & eodem 4. 268. 5
modo ineſt 2. 292. 21 *Interdicta an recte dicantur esse prohibendi &*
Inſirmis & imperitia culpa annumeratur 4. *subendi* 4. 269. 14
120. 20
Ingenui qui ſint 1. 49. 21 *Interdicta an vera diuifione dicantur quadam*
Iniuria quid ſit 4. 126. 2 *effe adipiſcenda, quodam reſinceda, & qua-*
Iniuria an recte dicatur tribus modis fieri 4. *dum recuperanda poſſeſſionis* 4. 269. 15
126. 3.
Iniuria ex circumſtantibz tam facientibz, quam *Interdicta duplicita que ſint* 4. 274. 36
accipientis aſtimatur 4. 128. 12 *Interdicta nulla effe recuperanda & adipiſcen-*
Iniuria foruo communis illata, quomodo aſti- *da ſimil poſſeſſionis* 4. 274. 37
metur 4. 128. 19 *Interdicta reſinenda poſſeſſionis quoſ ſint* 4.
Iniuriarum pati qui poſſint, & quoſ modis. 4. 128. *270. 20.*
17.
Iniuriarum actio an infameſ 4. 132. 38 *Interdicta olim certis formulis fiebant* 4. 268. 8
Iniuriarum quare quiſ per procuratorem agere *Interdictis cur experiri ſit* 4. 269. 9
poſſit 4. 197. 19 *Interdicto Saluano quid petatur* 4. 270. 19
Iniuria famosi libelli cur capitalis dicatur 4. *Interdictorum materia cur no præcedat mate-*
198. 13 *riam exceptionum, ſed etiam sequatur* 4.
Iniuriarum quomodo bruta animalia faciant 1. *267. 1.*
39. 23.
Iniuria que fit ſcriptura, capitulis eſt 4. 129. 21 *Interdictum ſti poſſideſtis quid ſit, & quid co pe-*
Iniuriarum actione plures ſimil conuincit poſſe *tatur* 4. 270. 21
4. 128. 16
Iniuria quando non propria auſtoritate ſed per *Interdictum quomodo & decretum ſit* 4. 268. 6
magiſtratum vindicanda ſit 4. 121. 31 *Interdictum conſeruanda poſſeſſionis nullum eſt*
Iniufititia an ſit cum quid contra leges peccatur *4. 270. 16*
4. 126. 1.
Inſtitutionis titulo aliquid reliquendū eſt, & *Interdictum quorū bonorum cui detur* 4.
quecrela inofficioſi teſtamentis excludatur 2. *17.*
264. 32.
Inſtitutio heredis ex die certo fieri non poſteſt &
quare 2. 231. 21 *Interdictum quorū bonorum an ſit En*
Inſtitumenta deſtituta an requirantur ad legitimi- *4. 270. 18.*
mationem 1. 74. 8
Iniula locatio, caſus ſpeci alie eſt 3. 71. 9 *Interdictum deceſſe quiſ dicatur* .
Aniula in publico ſuumine nata, cui acquiratur *Inuafor ſibi ipſi diuimum aſſert* 4.
2. 113. 16
Anielle eius tacitus no eſt in conſideratione, qui- *Iter an recte definiatur ius ambulandi* 4.
qui aſſinet ad ius accrefcendo 2. 290. 17 *2. 144. 8*
Iter an ſit ſeruitus realis

INDEX

652

- Iudex debet sequi legem etiam si ultra sit 1.37. Iudicium legatorum smittatur actionem bonafidei 2.282.51
 14.
- Iudex conscientiam potius sequi debeat, quā Iudicium publicum quid sit 4.194.3
 alta & probata 4.298.62 Iudicium actionis rescisione quotuplex 4.155.
- Iudex potest adiuuare alia, & proferre ea que sunt oriissa a partibus 4.298.63 Iudicium libertatis quis primo inuenierit 4.177.
- Iudex quando personam testis assumat 4.298. 21 Iudicium duplex est, petitiorum & possessorum 64
- Iudex quando conscientiam sequi possit in iudicando 4.267.4
 4.299.68 Iudicium publicum quid sit 4.292.17
- Iudex quando equitatem sequi in iudicando debet 4.292.15 Iura civilia plurimum fauent ebriis 4.126.
- Iudex secundum alta & probata iudicare debet Iuramentum calumniae quid sit 4.290.3
 4.298.61 Iuramentum calumniae quotuplex sit 4.290.
- Iudex male iudicans an ex delicto vel ex quasi delicto teneatur 4. Iuramentum calumniae quando praefetur 4.
- Iudicia publica & priuata in quibus convenienter 4.131.30 Iuramentum calumniae à quo praefetur 4.
 4.294.29 Iuramentum calumniae ad quam praeferuntur 4.
- Iudicia publica & priuata quomodo differant 4.291.10 Iuramentum iudiciale an sit necessarium. 4.
 4.292.18 Iuratum quando est, nulla amplius datur actio
- Iudicia publica iure Saxonico ante meridiem & sub dio peraguntur 4.293.19 Iuratum quando est, nulla amplius datur actio
- Iudicia publica cur insituta lib. 4. pagin. 293. num. 20 Iure naturali cuique ad cælum & se adficare licet 169.41
- Iudicia publica ad coercitionem priuatarum spectant 4.144.50
 1.38.20 Iure fraternitatis damna, pericula & lucra inter socios communicantur 4.189.35
- Iudici quid imprimis obseruandum 4. 292. Iuris preceptaria quid requirant 1.37.15
 14 Iuris totius obiecta quot sive 1.46.1
- Judicis officium est quasi fundamentum & basis iudicij 4.292.13 Iuri profi introductio, quilibet renunciare potest
 4.276.57 Iuris ignorantia per se neminem damno affectus officium quomodo in actionibus bona sicut, nemini etiam lucrum par sit 3.95.41
 'es, striti & arbitrarius defuerat 4.237. Iuri scripti an recte dicantur 6. eff species 1.40.
 31.
- Iudicis copia ubi haberi non potest, ipse mihi ius 3.50.25 Iuris scripti species quomodo introducta 1.41.
 dicere possum 4.276.57 Iuris obiecta sunt personæ, res & ailiiones 4.
 ium mercenarium quando deseruntur 4.136.1
 rationibus noxalibus in rem 4.292. Iuris naturalis effectus cur interdum impediatur 1.59.15
 0. Iuram duplex est nobile & mercenarii 4.139.18 Iuris naturalis effectus potest impediari per ciuitatis officium est præcidere lites 4.290.1 lem rationem 2.131.6
 familia hercunda quando opus sit 3. Iuri consultus an ad testamenti fractionem requiratur 2.194.12
 , Ius

| | | |
|--|----------|--|
| Ius vindicationis dormit in exore, vivente iusfirandum est loco solutionis marito | 4.143.41 | Iusfirandum quare actionem produm |
| Ius personatus vendi & in alium transferri po- test | 1.123.23 | Iusfirandum iudiciale qualcm producat. actio- |
| Ius civile cum sit mutabile, quomodo iustitiam retinere possit | 1.35.5 | nem 4.166.25 |
| Ius representationis in quib. personis locum ha- beat | 3.6.5 | Iusfirandum instar rei iudicata habetur 4.166. |
| Ius accrescendi an sit in verbis tantum coniun- ctis | 2.296.35 | Iustitianus in institutionib. de quo iure agat C. |
| Ius accrescendi an locum habeat in trib. specieb. coniunctionorum | 2.294.26 | Iustitia an recte definiatur consensu & perpetua. |
| Ius effectum iustitia quomodo dicatur 1. 35. | 21 | Voluntas suscep. agendi, & quomodo id acci- piendum 1.35.4 |
| Ius quomodo ars boni & aqua definiatur 1.37. | 16 | Iustitia Vnde dicatur 1.53.3. |
| | | L. |
| Ius remouendi tutores suspectos datum est fieri am legato proconsulit | 1.113.35 | Legans secundo quod iam ante legauit pri- mo, an legatum primo adimat 2.25.1. |
| Ius scriptum cur in scriptura consensit 1. 40. | 30 | 18 |
| Ius an recte duplex constituantur lib. 1. pagin. 38. num. 18 | | Legari quares posse 2.278.3. |
| Ius accrescendi quomodo procedas deficiente col- legatio | 2.295.30 | Legari quando posse 2.305.2. |
| Ius non diminuendi quid sit | 2.295.31 | Legati potest illis solum, cum quibus est testa- menti factio. 2.302.1. |
| Ius non decrescendi & ius decrescendi quid sit | 2.295.32 | Legare qui possint 2.303.5 |
| Ius publicum an ex preceptis naturalibus genti- um & ciuilibus collectum sit | 1.38.21 | Legata est plurimum ab herede praestantur 2.71.9 |
| Ius quomodo dicatur cadere in animantia bru- ta | 1.38.22 | Legata & mortis causa donationes quomodo differant. 2.175.2. |
| Ius de legatis incertarum personarum a iustini- ano correttum est | 2.303.10 | Legata per legem Falcidiam diminuntur 2. 310.4. |
| Ius gentium rationis, & ratiocinationis quid introduxerit | 1.32.26 | Legata & donationes mortis causa facta, qu modo conueniant 2.17 |
| Ius gentium duplex esse | 1.40.27. | Legata est plurimum testamento relinqu- tarum ab intestato. |
| Ius naturale an sit immutabile 1. 40. | 28. | Legata qua constatiorne fideicommissaria quata sint. |
| Iurisfirandi decisio an tres sint sint species, an vero tantum due | 4.169.39 | Legata ad pias causas, errore solut repeti. |
| Iurisfirandi species tres quae sint & quomodo de- finiuntur | 4.169.40 | Legatarii & fideicommissarii, a fles intestamento |
| Iusfirandum non est modus tollenda obligatio. nis a iure cuiuslibet iusta | 4.262.39 | Legatarius quatenus detur 22. Legatarius quando elect gere debeat. |

| | |
|--|---------|
| 3 quomodo reali & personali actione Legatum est titulus lucrativus non oneratus | |
| v 4.205.11 2.270.5 | |
| Legatarius aliena rei legata precium consequi Legatum plenius est quam de dote actio, & quod | |
| eur 2.281.47 re 2.283.57 | |
| Legatarius qui agnoscit legatum, an statim ab Legatum esse donationem probatur 2.271.8 | |
| ad ita hereditate, dominium legati acquirat Legatum generale fundi aut domus non Valeat | |
| 2.274.23 2.267.5 | |
| Legatis titulus singularis est 2.270.3 Legatum inutile an sit, si res alicui legetur, qua | |
| Legatis definitiones quomo accipienda 2.270.4 iam ante eius fuit 2.282.52 | |
| Legatis definitiones tuis consistorum differunt à Legatum an post alienationem ex post facto con- | |
| definitione iustini anni Imp. 2.270.6 ualeat 2.283.53 | |
| Legatis omnibus una & eadem natura imposi- 2.273.18 etiam legat 2.283.54 | |
| ta est 2.273.16 Legatum vitale est & Valeat, si quod in diem de- | |
| Legatum quod olim genera facine 2.273.16 bebat, pure legetur 2.283.55 | |
| Legatum cum quando quis vero habeat 2.275. 26 Legis Falcidia quis sit modus, & quid in ea spe- | |
| Legatum ordine scriptura turbato an & quanti- 2.305.21 etandum 2.310.5 | |
| do Valeat | |
| Legatum consulit ex persona serui 2.229.15 Legis Aquilia caput primum quid complestatum | |
| Legatum an Valeat, quo qui debitori sui libera- 2.297.37 4.119.18 | |
| tionem legavit 2.297.37 Legitima in testamento quid sit 2.260.23 | |
| Legatum communi duorum seruo factum, cum 2.295.33 Legitima in testamento coll non potest statuto | |
| Valeat 2.295.33 Gelpatio 2.225.3 | |
| Legatum scinditur tam in re & verbis simul 2.294.29 Legitimus aliquem in articulo mortu, an in | |
| & nuntiis & rotantum coniunctu, quam in co. suntis verbis tantum 2.294.29 fraudem parentum id facere presumatur 3. 8.13 | |
| Legatum semper ab herede prestetur 2.273.15 Legitimatio per oblationem curia quid sit 1.74.9 | |
| Legatum in seruo heredes pure prestatum an Va- Legitimatio est actus civilis, quo quis natalibus | |
| leat si seruos vivente testatore de potestate 2.394.15 restituatur 8.73.2 | |
| testatoris exerceat 2.394.15 Legitimatio quot modis fiat 1.73.3 | |
| Legatum non valatur errore in nomine rei le- 2.104.16 Legitimatio per adoptionem hodie est sublata 1. | |
| gata commiso 2.104.16 734 | |
| Legatum pana nomine factum, an Valeat 2. 05.13 Legitimatio per subsequens matrimonium quo- modo intelligatur 1.73.5 | |
| rum impossibile non Valeat, & totum civitas sentum 2.106.24 Leonis Imperatoris authoritas non sufficit ad al- | |
| deperditum, quando legataris decedat 2. mortis causa donatio quomodo 2.303.7 liorum Imperatorum textus approbatos emendandos 1.77.21 | |
| 2. mortis causa donatio quomodo 2.303.7 Lex Falcidia quando cesset 2.311.7 | |
| 2. sias, scholas & pauperes si ne- Liberalitas quomodo hic accipiatur 2.174.14 | |
| ctio inde existat 4.204.7 Liberi qui & quales excusationem à tutela trahantur 1.105.11 | |
| 2. in conditionatum, hodie pu- 2.289.10 Liberi qui in acie occubuerunt, pro eius ha- | |
| elicatum, & legatum opis- 2.289.11 bentur, & à tutela excusationem largiuntur 3.105.12 | |
| | Liberis |

I N D E

- Voluntas testatoris pro lege habetur 2.28.
 Voluntatis Vocabulum cur in definitione ins.
 tia positum sit 1.15.6
 Viscapio tantum res singula possint 2.156.
 Viscapio procedit etiam si sine vi res soli p.
 sit 2.
 Viscapi an possit à mala fisci possesso re 2.163.23
 Viscapio longi temporis possesso, & longi t.o.m.p.
 ris prescriptio quomodo differant 2.157
 Viscapio an sit bono publico introducta 2.157.
 Viscapio propter quas causas aqua & iusta h.
 beatur 2.157
 Viscapio in heredem recte continuatur 2.16.12
 Viscapio quib. casibus non procedat 2.158.10
 Viscapio cur à iusti. impium presidium voca-
 tur 2.157.6
 Viscapione quando transferatur dominium 2.
 158.8 (4.150.11) Vtii.
 Viscapione nondū completa, cōpetit publicana Vxor ic.
 Viscapionem maxime recipiunt res corporales, Vel d.
 interdum t.i.men & incorporales 2.162.19 moris.
 Viscapionū materia an pugnet cū iustitia 1.36.7 Vxor an
 Viscapio ex mora an in actione ex testamento peti ritie
 posse 4.204.5 cam
 Viscapio ex mora an in actione empi 4.185.4 Vxor &
 an pugnent cum iustitia 1.36.8 74.6
 lices & quarerentur permisſa sint 1.36.8 Vxor...
 in actione, sed officio iudicis pra. Vxor ei.
 4.140. - state,
 obſtare fideiſſor tenetur 3.55.48 Vxor em
 di vel pſcandi inducitur possesso - potes
 idens 2.122 xores
 ſſo eſt in ebi. nobilioru 4.1. - l.
 licet ſit ſeru. amex









